TRACTATUS
DE REGIMINE SECULARI ET ECCLESIASTICO;

EXHIBENS BREVEM ET METHODICAM VRIS PVBLICI DELINEATIONEM, AC PRÆCIPVARUM Controversiarum, circa hodiernum Sacri Imperii Romani Statum ac Gubernationem, tàm Secularem, quàm in Genere Ecclesiasticam vertentium Resolutionem:

CUM INDICE CAPITUM, RERUM ET VERBORUM.

AVCTORE

THEODORO REINKINGK, JC. COMITE PALATINO CÆSAREO, ET HASSIÆ QUONDAM PRO-CANCELLARIO.

EDITIO TERTIA, PRIORIBVS AVCTIOR.







M. DC. XXXXI.



MARPURGI, Typis Nicolai Hampelii, & SUMPTIBUS FILII JOSEPHI DIETERICI HAMPELII, Academiæ Typographi.







TRACTATUS

DE

REGIMINE SECULARI ET ECCLESIASTICO,

Ad Statum præsertim S. Imperij Romani,

AUCTORE

THEODORO REINKINGK

J.C. Comite Palatino Cæsareo, et Hassiæ Superioris, quondam Pro-Cancellario.


Editio Tertia, Auctior.

IMPRESSUS MARPURGI,
Sumptibus Iosephi-Dieterici Hampelij, Academiæ Typographi.
ANNO DOMINI, M DCXXXXI













ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO DOMINO,

DN. HULDRICO,

COMITI AC DOMINO FRISIÆ ORIENTALIS, DYNASTÆ ESSENENSIS, RATISDORPII ac Witmundæ, &c.

Domino suo gratiosissimo.



QUOTIDIANUM usum, Illustris & Generosissime *Domine*, acerrimũ esse rerũ omnium censorẽ & exploratorem, imò Magistrum, nullâ non die monemur & edocemur. Quæ enim scimus, minima pars sunt eorum, quæ ignoramus. Perfectum nunquam in humanis reperitur intentionibus. Semper Natura novas formas edere deproperat. Dies diem, horam hora instruit. Nox nocti indicat, monente Psalmistâ; Pleniùs opere informamur, quàm voce. Indeque nullius hominis tam prolixus vitæ terminus, qui ad naturæ varietatem & machinationes, rebusq; cunctis perfectè addiscendis sufficiat. Omnia vitæ humanæ negotia, mutabilem habent conversionem, & fluxa sunt, & nova novis superveniunt quotidie. Ipsum tempus aliam atque aliam rerum faciem exhibet, ut non immeritò COMICUS dixerit: *Hic dies aliam vitam,*

alios mores postulat. Res tempori, non tempora rebus serviunt. Eoq; collimavit Apostolus scribēs, tempori serviendū. Haud rarò, *vetera in laude, præsentia in fastidio.* Et rursus:

Vilia sunt nobis quæcunque prioribus annis
Vidimus, & sordet, quicquid spectavimus olim.

Verùm hæc ex affectu & intellectus imbecillitate. Ratio sanior lōgè aliter, quæ neq; ex vetustis laudata carpit, neq; ex novis illaudata probat, sed juncto utriusq; experimēto, hoc agit, ut virtuti & scientiæ accedat incrementum. Ad hanc omnes humanæ actiones collimare debent metam: secus si fiat, aberrant à chordâ. Hæc mea in augendo & recudendo hoc Tractatu de Regimine Seculari & Ecclesiastico, mens, hic scopus. Edidi eum ante tertium decimum ferè annum in gratiam studiosæ juventutis, & quidem nō motu proprio, sed rogatus à pluribus. Versanti in Republ. interim, usus & experientia, vitæ perfectioris & prudentię Magistra, per quam rem meliùs, & velut exploratâ fide intelligimus, nec nō lectio ulterior, multa suggesserunt, quæ anteà ignorata vel non adversa, cognitu tamen haud indigna, quandoque etiam si usus postulet, necessaria. Hæc eò minùs invidere debui rei literariæ, quòd viderim priorem editionem, non solùm in Studiosorum, quorum gratiâ in lucem prodierat, manibus permansisse: sed etiam ad Clarissimorum in Repub. versantium virorum usum pervenisse. Cùm itaq; prior editio jam dudum non semel distracta, flagitante Typographo, additiones hasce ex usu adnota-

tas,

tas, adjicere volui. Verùm enim illud Virgil. lib. 11. Æneid.

Multa dies, variusq́ labor mutabilis ævi
Rettulit in melius.

Cùm verò, Illustris & Generosissime DOMINE, solemne quasi & tralatitiū sit, ut ejusmodi lucubrationes, Illustribus & Principibus Viris consecrentur, ut inde non solùm splendorem aliquem mutuentur, sed etiam veluti subtutelari aliquo Numine, securiùs in publicum procedant: Utrumq; hæ à Tua Generositate consequentur facillimè, quam splēdor ex propagine congenitus, virtute adauctus, ceu solares radii orbem suum illustrant.

——Quavé atavos, & avorum antiqua sonantem
Nomina, per Regesq́ actum genus omne.

Accedit nupera Affinitas Hassiaca, Imperatorum & Regum cognatione prælustris, quæ splendori Tuo, suum junxit. Juncta enim Tibi non ita pridem, Illustris & Generosissime DOMINE, Illustrissimi quondam & Celsissimi LUDOVICI, laudatissimi Hassiæ Landgravii FIDELIS Dicti, recordationis inclytæ, Celsissima & Generosissima Filia, Domina JULIANA Hassiæ Principissa, &c. flos Patriæ nostrę, Decus Virginum Principalium, Pietatis, Modestię, & quę præcipua fœminarum Dos, Verecundię, viva & solida effigies, Pulchritudinis Idea, cujus nullo unquam tēpore, nec ob locorum distantiam, Hassia nostra obliviscetur, sed quâ fieri poterit occasione dignā illius recolet memoriam, & Tuam, Generosissime COMES cum illâ. Nemo

non

non bonus utrisque prospera precabitur: Conjugium foecundum, vitam longævam, valetudinem firmam, regimen tranquillum, & omnia, quæ pia mens optare, eíq; vovere pii possunt & debent.

Accipe itaq; Illustris & Generosissime COMES, DOMINE Gratiosissime, adauctas hasce meas lucubrationes Clementi animo, & splendoris Tui radiis eas coruscare, nec non sub patrocinio Tuo, fronte explicatiore in publicam scenam prodire sinas. Ego hoc magni & principalis beneficii loco habebo, & erga Generositatem T. istam Clementiam, quocunq; dabunt se tempore vires, humiliter demereri studebo. Marpurgi è Museo meo, 1. Kal. Sept. ANNO MDC XXXI.

AD LECTOREM.

IN votis omninò mihi fuit, Benevole Lector, id curare, ut non solùm auctior, sed & emendatior hæc posterior editio usui esset tuo. Perlustratis tamen nonnullis pagellis, præsertim anterioribus, adverti, multa præter votum & opinionem vitia typographica irrepsisse, quæ mutari ampliùs non potuerunt, monendi tamen Typographum causa fuerunt, ut in sequentibus cautior & diligentior esset. Errata ista colligere, & calci operis adjicere, mihi non vacat. Sensus ipse & series rerum tibi ea monstrabit, quæ pro tuâ dexteritate advertere & emendare velis. Additiones hisce inclusæ virgulis, [ ] ex quibus quid priori editioni accesserit, statim primo intuitu intelliges. Numeri marginales Capitum ferè omnium propter accessionem à priori editione variant, quod ob diversas allegationes hujus & illius notare velis.

Vale, & omnem defectum tua humanitate & favore supple.

AD

AD DOMINUM AUCTOREM.

INfula cum sceptro, quæ cum sibi mutua præstant *Iust. Novell. 6. pr.*
Fœderis alterni nexu suffragia, summi
Sunt reputanda Dei prælustria dona: Ministrat
Infula divinis, sceptris humana reguntur
Et divisa manent, licet unus utriq; sit autor,
Acceptos cui fert fasces quæcunq; potestas.
Nervosè hæc libro præsenti jura docentur,
Publica seu spectes, privata aut munia vitæ,
Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ,
Atq; molas, cum fluminibusq;, telonia pontes,
Iura Magistratus cujusvis, tempora pacis,
Seu belli fuerint, doctè hîc discussa leguntur,
Vt nil Pomponius, Marcellus, Papinianus,
Nil Florentinus, Venulejus, Mauricianus,
Nil Labeo, Cajus, Paulus, nil ipse Menander,
Aut Iavolenus, Celsúsve quid addere possint.
Omnia, quâ quis parte velit, limata coruscant.

Anthonius Nesenus, J.V.D. Codic. Justin. P. P. Consiliarius Hassiaco-Darmbstadinus, Academiæ Marpurg. Pro-Cancellarius.

ALIUD.

Vlle latens tandem Virtus exurgit in altas
Oras, atq; sui signa vigoris habet.
Mi, Theodore, Dei *donum prælustre benigni,*
Nec minus & mentis portio magna meæ.
Quàm tua se prodit virtus pulcherrima, fructus
Quàm fert egregios, tempus in omne, suos!
Ante annos multos ego sensi munera mentis,
Te quibus ornavit gratia larga Dei.
Ille Liber, *doctè* Regimen *qui pingit* utrumq;,
Orbi Christiadum commoda quanta tulit!
Commoda quanta feret, dum prodit adauctior
Dotibus exertis mentis, Amice, *tuæ! (idem,*
Sic fas est concessa sibi impendisse talenta,
Sic sequitur multus convenienter honos!
Gratulor ipse tibi de tot virtutibus amplis,
In te quæ veluti sidera pulchra nitent.
Gratulor ipse tibi libri de sorte politi,
Quem tua justitia dextra polivit amans.
Gratulor inprimis tibi de pietate, Iehovam
Quâ colis, ut Dominum, noctè diéq; tuum.
Hæc virt[illegible]*nes virtutes continet in se,*
Ha[illegible]*q; Solo, splendet & ista Polo.*
Omnis doctrina est, deptâ hâc virtute, venenū,
Impia quæq; movens, & mala multa ciens.
Ast pia doctrina *est promotrix Iuris & Aequi,*
Et bona multa ferens, & mala multa terens.
Ergò piè doctus *longævi Nestoris annos*
Exige, perpetuâ prosperitate vige.
Quin doctéq; pius *Iuris Legúmq; Sacerdos,*
Perge piè innocuis dicere Iura reis.
Sic & honos, noménq; tuum, laudésq; manebunt,
Dignius & Cedro nomen habebis humi.
In cœlis etiam te præmia multa manebunt,
Verè namq; pios magna brabea manent.
Ecce olim qui nos in terris *junxit amicos,*
Et nostros animos vinxit amore, DEUS,
In cœlis, *cursu finito, jungat eosdem*
Mentibus angelicis cœlicolísq; piis.
Hæc voti sit summa mei, celeberrime Doctor,
Quod velit esse ratum gratia dia, vale.

Justus Fevvrbornius, S.Theol. Doctor, ejusdemque in Academ. Marpurgensi Professor & Ecclesiastes.

O THEO-

A L I V D.

O Theodore, ſacri Comes & pars magna PalatI
Cæſaris Auguſti, Chattæq; ſalutifer Aulæ
Conſultor, Marpurgiacis te Conſus, ut eſſes
Curio, præfecit, Themidos palleſcere curis.
Te juvat, & ſcitamentum noviſſe ſalutis:
Vox tua, quóſq; libros vulgas, teſtãtur abũdè
Quàm tua ſit ſacris mẽs ac imbuta profanis.
Publiciæ nuper luci de Jure Retractus (ptris
Expoſuit tua cura librũ; nunc quomodo ſce-
Infula diſſideat, ſibi qua ratione miniſtrent,
Quæq; ſient ſpartæ partes utriuſq; ſeorſum,
Enucleas præſente libro, contraria ſolvis,
Publica privatis rectè ſecernere [illegible]oſtras,
Quæq; chori & quæcunque fo[illegible] munia dictas. (juris
Publici erat liber hic promus condus mihi
Tempore, quo primũ cõſpectũ lucis adibat,
Auctior, ac antehæc, nunc ac limatior exit:
Gratior ergo mihi poſthæc erit atq; repoſtus
In gazis, animi ſervet moderator Olympi
Corporis atq; tui vires, indagine tales
Ut parili poſſis libros emittere plures.

Iohannes Steuberus D. Prof. Stipendiat. Ephorus, ac in Templo Eliſabethano Paſtor.

A L I V D.

E St geminũ Domino regnũ, Cœliq; Soliq;
Diſtinxit ſumi Patris hæc Sapiẽtia regna,
Diſtinctiſq; regit rationibus, ipſa ſacrato
Quas verbo pandit, nec non immittit ab alto
Mentibus humanis, queis res Cœliq; Soliq;
Fixo conſiſtunt talo, ſeu dira minentur
Vnà Euruſq; Notúſq; Orbi, *creberq; procellis*
Africus, & montes quatiant turréſq; præaltas;
Seu cœlum nutet celſum, ſtellæq; cadentes
Cœlorum regno *flammas ignéſq; minentur.*
Diſtinxit ſummi Patris hæc Sapientia regna,
Non ſejũcta tamẽ, ſed juncta amplexibus arctis
Vult ea cunctipotens Dominus, vult Regia Sceptra,
Quæ mundi *geſtant Domini, prodeſſe beatæ*
Cœlorum regno, *vult &* Cœleſtia Sceptra
Mundano Imperio *multùm prodeſſe Iehova.*
Impi' eſt, qui hæc regna Dei negat *eſſe, malignè*
Aut miſcet, *vel contra fas, crudelibus auſis,*
Hoc illúdve ſibi dominandi raptat *amore;*
Aut leges tollit *rectas,* fingitq; refingitq;
Ad cerebri placitum vani, ſine Flaminis almi
Et ſacra ſine Scripturâ dictamine, leges. (*Ias*
Hinc lachrymæ! in cineres abeũt triſtéſq; favil-
Hinc pagi, atq; urbes, & regna potẽtia mundi:
Hinc cœlũ *cœlũ mutat: Nam* Eccleſia, *regnũ*
Cœlorum & cœlum Dominus quã dixit ad Indos
Atq; alias migrat gentes, hac ſede relictâ,
Vnde ſcholas & templa Dei perverſa caterva
Occupat, & propriâ veluti ſe jactat in arce,
Innumeráſq; bonas animas demittit ad orcum.
Aſt, quod ſit juſtum regimen Cœliq; Soliq;,
Queis diſtẽt gradibus, quã lege atq; arte regan-
Queis committãtur rectè rectoribus illa, (*tur,*
Quóq; modo Imperiũ ſtet, quo labatur utrumq;,
Monſtrare, egregiũ, ſanctumq; & plurima docti
Eſt opus ingenii. Quale hic tibi, Lector amande,
Exhibet inſignis Liber hic, *quẽ plurima docti*
Theiologi, Iuriſconſulti, Philoſophiq;
Mirantur: tanta hic vires cernuntur acuti
Ingenii, ex ſacro tam pulchro hic agmine rivi
Oceano ducti, hic & tanta ſcientia juris
Humani, tanta hic rerum experientia pleno
Conſpicitur vultu! Fruere hoc, ô Lector, & iſto
Pro libro dignas Domino perſolvito grates,
Authoriq; *dies longos & proſpera quæq;,*
Vt ſimiles poſſit plures emittere fœtus,
Et queat Haſſiacis terris, oriſq; propinquis,
Conſiliis prodeſſe ſuis in tempora ſera,
Aſſiduis opta votis. Ego & ipſe precabor
Illi eadem: precibus tu noſtris annue IESV!

Debitæ obſervantiæ ergò

Meno Hannekenius, S.Theol.Doct. ejuſdémq; & Hebr.Ling. Profeſſ.

EPI-



EPIGRAMMATA

EXPLICATIONEM CONTINENTIA EMBLEMATUM ILLORUM, QUÆ IN FRONTISPICIO ET primo ingressu hujus operis æri incisa conspiciuntur.

I.

IUDICIUM.

JUDICIA exercent varia hoc in agone Monarchæ,
  Consiliisq; juvant consiliisq; nocent.
Innocuos damnant, sed noxia turba reorum
  Libera abit: tanta est Judicii illa fides,
Scilicet! Illa polo cùm Judicis hora supremi
  Ingruet, ad putea stabit & omnis homo:
Omnia Justitiæ veræ monumenta sonabunt,
  Nec quenquam trutinæ devius error aget.
Judicis huc omnes sententia certa vocabit,
  Audiet hanc vocem, quisq; per Orbis opus.
Accelera, accelera, Judex justissime, tandem,
  Da nobis vultum posse videre tuum.
Exuat has mundi sordes, cœli induat aurum,
  Militiam hic quisquis, te duce, sustinuit.

II.

CIVITAS DEI.

URBS ea quam cernis petrino robore nixa,
  Est solidata fide cunctipotentis Heri.
Ipse Deus posuit, pariter Deus ipse tuetur,
  Excubias noctu circuit atq; die.
Omnia florescunt circùm posita atq; virescunt.
  Hic segetem pleno mergite messor habet.
Fonticulis etiam salientibus usq; rigatur,
  Omnis & illimi vicus abundat aquâ.
Hinc bibitur, fervens sitis hinc extinguitur æstus,
  Hinc anima & lingua hinc sat recreata viget.
Da nos CHRISTE tua Cives ut simus in urbe,
  Immunesq; omni da superesse die.

III.

MOSES ET AARON.

LEGIFER hic Moses cornuta fronte rigorem
  Juris & horrorem mente minace refert.
Virgam etiam ostentat, qua vis truculenta resultat
  Legifragis: ô quàm verbera dura crepant!
Hoc mediâte Deus posuit metamq; modumq;,
  Rectè vivendi quo tueare decus.
At qui thuribulum manibus capitiq; tiaram
  Prægerit, indutus veste decente latus:
Et cultu & gestu sese probat ille Sacerdos,
  Ante aras olim sic stetit atq; Deum.
Fallor, an Aâronis mihi nunc se prodit imago,
  Legiferi frater qui fuit horriduli?

):(.):(Leniat

Leniat ille minas tabularum & mitiget iras,
Tranquillo ut regimen Pacis agone fluat.
Ut sacra cum sacris bene convenisse probetur,
Anne aliqua hic fuerit pulchrior harmonia?

IV.

PAVLVS ET PETRVS.

STANT alii hic: Paciq; novi sunt ambo ministri,
Fidus & in magno munere uterq; fuit.
Sed tibi quid gladius? num vulnera sæva minaris?
Num tibi militiæ prælia dira placent?
O quàm mitis eras placidissima pectora gestans,
Antè licet tuleris corda ferina nimis!
Trade ensem summis rerumque hominumque Magistris,
Hos decet armata mentem animare manu.
Verba etiam tua sunt pro magnis magna Dynastis,
Esse Magistratum curam animamq; Dei.
Omnis homo, cujatis eris, cole numina Regum,
His in nullum ævum dextera inermis erit.
Sic & ait, tecum propior qui claviger astat;
Rex sit honoris opus vestri, & amate Deum.

V.

PIETAS.

QUI capit in populos regimen, seu munere Patrum
Sive id naturæ legibus accipiat.
Omnigenæ Virtutis amore calescat at una
Ferventem ante alias se Pietate probet.
Quos decorat Pietas animæ sapientis origo,
Non magis ornari laudis honore queunt.
Utilis ad quasvis res est, fert præmia secum
Quæ vita hæc præsens quæq; futura dabit.
Vult tamen illa coli non inter prima labella,
Pectoris hæc fuerit intimioris opus.

Siq; calet pulchræ pietatis fomite Princeps,
Frigeat hacne operâ vis generosa Gregis?
Nec putealis honor cellæ & clementia sedis
Ullâ collabi fraude dolove queunt.

VI.

CÆSAR.

NOSSE cupis tandem rerumq; hominumque Magistrum,
Cui mundi regimen sanxerit ipse Deus?
Cæsaris hic status est: plenis cataphractus in armis
Perstat, & immensum militiæ urget opus.
Huic Deus ense manus armavit, ô impia turba
Pœnarum quantas experière vices!
Vos autem ingenui, quos non per devia flexit
Maxima peccantum desipiensq; cohors,
Gaudete: hic defensor erit tutorq; piorum,
Communis Pater hic omnibus æquus erit.

VII.

CONCORDIA.

NUNC ad utrumq; latus, parte hac & cernimus illâ
Quas soleat regimen res generare bonũ.
Seu mavis; regimen quâ sese ab origine prodat.
Nec pudor est, illud ponere & illud opus.
Olim Sciluri nota est sapientia Patris,
Cui soboles fuerat sat numerosa domi.
Spicula telorum fascem compacta sub unum
Dat natis, jubet ut frangere quisque velit.
Vis minùs his valida est, nec fascem hunc frangere nôrunt,
Solve, ait: ut subitò spicula fracta jacent!
Sic Concordia; opus Concordia quodq; tuetur
Firmiùs, augmentum quin dat & esse rei.
Celsius imperium est, populi & quod Principis ardor
Colligat, hic nodus Gordius esse velit.
Frangendus nullo gladio neq; robore dextræ
Firmiùs hunc patriæ nodum, agè CHRISTIESTE, liga.

IIX.

IIX.

PAX.

ALTERA in hoc pulchro quæ sese schemate præbet,
Cui seges in cornu divite magna latet.
Immò, magis beat hanc ramus frondentis olivæ,
O vireat nostro frons ea sancta solo!
Aurea Pacis habet cognomina, munera Pacis
Larga manu Jovæ cunctipotente fluunt.
Hic dator est Pacis conservatorq; bonorum
Qualia Amaltheas cornua plena vomunt.
Pax ubi se studuit patulis diffundere ramis,
Innocuosq; hominũ dives obumbrat agros;
Hic bene proveniunt successibus omnia faustis
Cuncta domi hic florent, cuncta virentque foris.
Templorum hic cultus viget,& sacra verba docentur,
Nomen & excelsi concelebratur Heri.
Hic jurata manus coeunt ad Sacra senatus,
Res capit hic frugem publica, priva suam.
Hic tranquilla quies placido nos cingit amictu,
Et pulchro nostros ornat honore lares.
Hic nascuntur opes, nostra & commercia crescunt.
Hic ager excolitur, fructus & inde redit.
Inque domo, inq; scholis generosè educta juventus
Artes addiscit ac pietatis opes.
Hic & vicini convivia mutua tractanr,
Unde amor ipsorum fortior esse solet.
Hoc illud cornu est, quod copia largior implet,
Quo Patriæ omne viget, Pace vigente, solum.
CHRISTE dator Pacis, diuturni incommoda Martis
Pelle, diu optatæ reddeq; Pacis opus.

IX.

AQVILA.

IMPERII insigne hic Aquilæque biverticis icon
Cum sancto ornatu conspicienda venit,
Altera fert sceptrum, gestat manus altera pomum,
Sive orbem mavis dicere sive globum.
Fronte gerit Cidarim, quod vel Diadema vocamus,
Grande decus capiti est ista Corona sacro.
Hanc manus è cœlo porrecta in vertice ponit
Alitis, áq; Deo munus id ales habet.
Nobilis hæc volucris secli est regina volantum,
Nomen & à summa nobilitate trahit.
Nec nisi nobilium se aptari cogitat usu,
Sed quid nobilius Cæsaris Imperio est?
Hanc Marius primò legionibus esse Quiritum
Indulsit signnm militiæq; decus.
Pòst ubi se in geminas Romana potentia partes
Divisit, quà oriens Sol moriensq; ruit:
Alter tunc Aquilæ voluit succrescere vertex,
Romana hinc volucris cernitur esse biceps.
At quamvis Orientis opes à corpore pleno
Seq; gregant, omni disq; jugantq; modo,
Dum Luna hunc cœpit Solem obfuscare coruscum,
Horrendumque premunt hoc Diadema Getæ.
Est tamen est aliquid super, à molimine tanto,
Ac statua in ferro, & stat ruitura luto.
O CHRISTE extremam Imperii defende ruinam,
Adventuq; tuo te caput esse proba.

Honoris, Observantiæ & Gratulationis ergò faciebat

M. Conradus Bachmannus, Milsungensis Hassus, Poëtices Professor in Acad. Marpurg.

ALIUD.

ALIUD.

MAgne Vir, æterna dec⁹ immortale Themistos
Quem dudum Hassorum stupuit sacra curia, terra
Quem Boreæ Codanusq; sinus venerantur & ingens
Regia Danorum læto suspexit honore,
Cui Brema assurgit, cui vel Germania victrix,
Applaudit, SALVE: Sic TE Deus omnibus ornet
Perpetuisq; bonis, ut adhuc prodesse juventæ
Inter tot rerum moles curasq; labores!
Ergo iterum prodis nunquam moriture, Tuiq;
Denuo opes genii pandis, monstrasq; recessus
Sublimis Juris, quo stivæ & sceptra virescunt?
Sic mundi sacer ille oculus sol aureus orbem
Ambit, & auratos radios, lucemq; coloremq;
Ex æquo cunctas terrarum spargit in oras,
Nec sibi fulgescit soli. Tu, læta juventus,
Spes patriæ, tanto felix applaude patrono,
Et tanto acclama Doctori: Vivat eatq;
Excelsum æternos REINKINKI nomen in annos
Ac ipse in Pylii felix, sine turbine, canos.
Hunc autem aureolum devoto pectore librum
Suscipe, & ex magni magnis Authoris honora
Dotibus! Hoc ivit vir tramite celsus ad astra:
Et renuis sequier? Docti prudentia libri
Illa via est, quâ se populo subtraxit, & ipsi
Miscuit Heroum cœlo; qua Teuto docentem
Brema, & Danorum regnum, Codaniq; recessus
Et Catti multis applausibus admirantur.

Cum liber hic verè aureus, tertiâ vice sub prælo caleret; scribebat in Typograph. testandæ observantiæ gratiâ

Iohan-Balthas. Schupp. Eloquent. & Histor. P.P.



CAPUT

DEO DIRIGENTE, NIHIL EST, QUOD ARCEAT.

Ætatis Suæ 51.



Integra Reinkingi viventis imagine tali
Effigies voluit sese aperire bonis

Hac tabula exterior vultus depicta figura est,
Mentis at internam pagina plena refert.

M. Conradus Bachmannus

CAPUT I.

DE SUMMA HUJUS TRACTATUS & de tribus Reipub. formis.

SUMMARIA.

1. *In omni negotio prior verborum, potior tamen rerum habetur ratio, verba rebus, non res verbis deserviunt.*

2. *Rebus ex debito, verbis ex usu fungimur.*

3. *Subjecta materia verborum canon & amussis.*

4. *Ex intentione proferentis & destinatione ejusdem accipienda.* (*tis sunt.*

5. *Verba rerum nota & tessera, & sub jugo men-*

6. *Regiminis appellatio frequens apud Latinos.*

7. *Regimentum imperii, eaq; dictio à Latinis usurpata.*

8. *Regiminis dictio quomodo hic accipitur. Et quid in Reipubl. Regimine spectetur, n. 9.*

10. *Respub. constat ex imperandi & parendi lege & necessitate.*

11. *Imperium quid?*

12. *Si penes unum Monarchia, 13. Si penes paucos Aristocratia, 14. Si penes universos democratia dicitur.*

15. *Disputatio de prærogativa inter has formas.*

16. 17. 18. 19. 20. *Qualibet ex his sua habet commoda, sua incommoda, & delectam inde laudari facilius quã inveniri posse, cũ nulla ab omni parte sincera.*

21. *Monarchicus status præfertur, cum proximè accedat ad Regimen Dei Opt. Maxim. 22. quia antiquissimus 23. ordini naturæ convenientissimus, à discordiis tutissimus. 25. pacatior & commodior, neq; libertati exitiosus, quæ nunquam gratior, quam sub Rege pio.*

26. *In Monarchico statu IV. illa summa, & præcipua laudãtur imperia totius orbis. 27. Assyriorum, 28. Persarum. 29. Græcorum. 30. Et Romanorum*

1 SOLET in omni tractatu prior verborum, † potior tamen rerum haberi ratio, *l. 7. in fin de suppellect. leg. l. 1. de reb. cred.* [Verba enim rebus, non res verbis, deservire debent, Andr. Geil. 1. *obs.* 150. *n. 6.*] Itaq; de regimine seculari & Ecclesiastico acturus, vim vocabuli, prout in hoc negocio sum usurpaturus, breviter & quasi per indicem declarabo. Rebus † enim ex debito, ver- 2
bis ex usus utimur beneficio, *inquit* Waremund. ab Ehrenberg, *lib. 1. de Fœder. c. 1. n. 15.* Hinc † sub- 3
jecta materia, verborum amussis & canon indubitatus censetur, *l. ex conducto, §. Papinianus, vers. sed etsi, ff. locat.* Zas. 1 *sing. resp. c. 6. num. fin. & per tot.* Jason *in l. stipulatio, §. hi qui, num. 1. de V. O.* Nevizan. *cons. 92. num. 4.* Wesenbec. *in parat. de l. & l. num. 3. in fin.* eoque respectu † & ad 4
eum finem, ad quem proferuntur, intelligenda & ad eam rem, super qua exprimuntur, restringenda, [habitâ ratione ejus, ad quod is, qui ea protulit respexit, *l. si quis donum, §. pen. in fin ff. locat. l. debitores, §. fin. ff.* Trebell. *l. profectitia in fin. ff. de jur. dot l. fin. C. si advers. rem judic.*] Cravett. *consil. 16. n. 5. & consil. 171. n. 13.* Surd. *decis. 119. n. 24.* [Regnet. Sixtin. 1. *consil. Marpurg. 10. n. 34.*] Sunt namq; verba † notæ rerum, non verò causæ rem 5
constituentes. Bald. *in l. si non convicii, C. de injur. l. non epistolis, & l. seq. C. de probat l. 3. l. 7. de suppellect. leg* Roger. *de jur. interp. quæst. 2. nu. 1.* Gœd. *de contrah. stipul. c. 1. num. 44.* Henning. Arnis. *de jur. Majest. c. 5. nu. 9.* [Imò rerum picturæ & tesseræ, Plat. *in Cratyl.* Andr. Knich. *de autocratia Rom. Impp. n. 282.* ideoq; non est curandum de qualitate verborum, ubi constat de mente loquentis, Joh. Meichsner. *dec. Cam. 2. n. 13. Tom. 3.* Geil. 2. *obs. 132. nu. 10.* Sunt enim verba sub jugo mentis, *c. intelligentia de verb. signif. c. Marchio. 1. q. 1. c. humana aures, 22. q. 5.* Alex. Raudens. *consil. 1. nu. 24. vol. 2.*] Regiminis † autem appellatio frequen- 6
ter apud Latinos auctores pro ipsa *insignia* seu ...tione Reipubl. usurpatur, Liv. *lib. 3. ad urb. C. inquit*: Regimen totius Magistratus penes Appiũ erat favore plebis. Unde & Aristoteles 2. Politic. gubernationem & regimen civitatis idem significare ait, ipsamq; potestatem & arbitrium civitatis sæpissimè denotare, Michaël. Uleur. *de regim. mund. q. 2. nu. 12. Et ita quoq;* Bartol. *in tra-*

statu suo de regimine Civitatis, hoc verbum usurpat.
7 Hinc cum † ex necessitate publicæ tranquillitatis summus imperii senatus in commitiis Augustan. Anno 1500. à D. Maximilian. I. & Ordinibus imperii constitueretur, dictus fuit ille senatus è regimine, regimentũ, deß H. Reichs Regiment/ R. Abschied / de Anno 1500.] Estq; hæc dictio Regimentum, latina, & usurpatur à JCto Aurelio *in l. un. in pr. ibi: regimentis Reipublicæ ad imperatores translatis, ff. de offic. præfect. prætor.*] In
8 præsenti † verò tractatu promiscuè pro ipsâ constitutione & gubernatione Reipubl. (& Ecclesiæ in genere ad statum S. imperii Romani præsentem potissimum, præmissis quibusdam generalibus, ex aureâ Caroli 4. Bulla, novissimis imperii constitutionibus, & tam priscis, quàm recentioribus scriptoribus accommodatum usurpabo. Primò itaq; de regimine seculari, hoc est, constitutione & gubernatione Reipublicæ: Deinde, de regimine Ecclesiastico agam. In Re-
9 gimine † Reipub. spectatur constitutionis & rectionis modus & ordo, personæ quæ præsunt & subsunt, itemque jura tam imperantium, quàm
10 parentium. Nam Respublica † constat ex mutuâ justè imperantium & parentium obligatione & jure, Petr. Greg. *lib. 4. de republ. c. 5.* Althus. *Politic c. 9. n. 3. & 4.* Schonborn. *Polit. c. 4. lib. 4.* Et omnis humanæ societatis legitima gubernatio pendet ab imperandi & parendi lege, Bodin. *l. 1. de repub. c. 1. p. 22.* Quamobrem arctâ quadam catena devincti sunt, qui imperantur cum imperante, *Lips. in præfat. Politic.* Ordo hic naturalis est, ut sint, qui imperent, sint qui pareant. Im-
11 perium † est summa & legitima reipubl. potestas in personas ac res sibi subjectas, Paurmeist. *lib. 1. de jurisdict. c. 3. n. 1.* Hæc potestas vel penes unum
12 † est, & dicitur Principatus vel Monarchia, Bodin. *de republ. lib. 1. c. 1.* [Tiber. Decian. *respons. 19. n. 128. vol. 3.* Andr. Knich. *de Autocrat. Rom. Impp. nu. 369.*] Althus. *Polit. c. 39. n. 4.* Vel penes paucos,
13 † & quidem optimates, & dicitur Aristocratia, Petr. Gregor. 5. *de repub c. 1.* Bodin. 6 *de republ. c. 4. & 1. c. 6.* [Marsil. Patav. *in Defens. pac. part. 1. c. 8.* Jul. Pflug. *in orat. de Repub. German.*] Vel penes u-
14 niversos † aut majorem populi partem, ita ut omnes singulis imperent, & singuli omnibus optemperent: Siutq; vices parendi & obtemperandi, & Democratia dicitur, Aristot. *6. Polit. 2.* Petr. Greg. 4. *de republ. 5.* Danæ. *6. Pol. 5.* [Quod civilis libertatis & æqualitatis proprium dicitur, Adrian. Gylman. *in symphorem. suppl. part. 1. tit. 3. sub n. 46. fol. 173. conf.* Paurm. *de jurisdict. l. 1. c. 17. n. 7.* ubi Democratiam describit modum gubernandæ reipublicæ ab universo populo, ubi communi congregatione, publicoq; consilio res geritur, quam tamen Reipubl. formam magnis gentibus atq; Nationibus, non satis esse accommodatam, existimat Jul. Pflug. *in d. orat. de Repabl. German.* Hasce tres Reipublicæ potissimas formas, paucis & tamen nervosè pro more suo ita proponit Corn. Tacitus, dum ait: *cunctas nationes & urbes, populus, aut primores, aut singuli regunt l. 4. annal.*] Inter has rerumpublicarum formas, † quænam optima sit, non nova est quæ- 15
stio, sed jam olim apud Persas recuperato regno à septem conjuratoribus Magis, gravissimè disputata & deliberata, uti ex tribus illis Otanis pro Democratia, Megabisi pro Aristocratia, Darii pro Monarchia, pulcerrimis & doctissimis apparet Orationibus, apud Herodot. Sunt quidem in qualibet † forma sua commoda & præ- 16
cipua quædam & incommoda, adeò ut nulla omnibus numeris absoluta & perfecta dici possit, Halicarn. *de reb. gest. Roman.* [Ideoque delecta ex his & constituta Reipub. forma, laudari facilius, quam evenire, vel si evenit, haud diuturna, esse potest, teste Cornel. Tacit. *lib. 4. Annal.* Nulla enim, ab omni parte sincera, quin potius cuique fatale quoddam malum agnatum adhæreat, Halycarn. *antiq. Rom. lib. 2.* ideoq; hac disputatione hactenus aliud nihil profectum esse, quam quod clatuerit inde, nullam omnibus numeris absolutam potuisse fingi Rempub. & ubiq; esse, quæ omnium sub sole rerum imperfectionem arguant, Forstner. *in Not. Polit. ad l. 4. p. mihi 374.* addens ibid. Numinis sapientiam esse, quæ, *non esse nobis hic permanentem civitatem*, ostendere velit. Aliam esse quærendam Patriam. Interim in terris peregrinantibus, *id cuiq; genus imperii carissimum esse debere, sub quo est genitus.* Adeoque huc optimè applicari potest ille versic.

——— *Nihil est ex omni parte beatum.*

Uti & illud Mantuan.

Omnis commoditas, sua fert incommoda secum,
Et fato appendix est illa tabilis omni.]

In regio statu † est virtus; in optimatib. divitiæ, 17
in Democratia libertas, Ciceatell. *supr. Liv. discurs. 1. Auct. de jur. Princip. concl. 6. lit. a.* Rursus Monarchia [seu regia potestas, ad sævitiam incliuat & superbiam ac] † facilè degenerat in Tyran- 18
nidem,

aidem, [Halicarn. *antiq. Rom. lib.* 7.] Aristo-
19 craria † in Oligarchiam, quæ est conspiratio paucorum, [ditiorum seu potentiorum, cum collegarum & subditorum oppressione & injuria, Zepper. *ad Leges Mosaic. l.* 3. *c.* 5. Marsil. Patavin. *in defens. pac. part.* 1. *c.* 8. Quando videlicet illi, velut conjuratione facta, honores & emolumenta omnia inter se partiuntur, propriæ studentes amplificationi, neglecta utilitate communi Claud. Sefelli *de Repub. Gall. l.* 1. Tales fuere 30. tyranni Athenienses, qui optimos quosq; nō cives tantum, sed collegas etiam, urbe aut expulerunt, aut interfecerunt:] quâ nihil reipubl. perniciosius Aur. Bull. Caroli IV. in Pr. Democratia
20 in Anarchiam, † quæ est mera ataxia & confusio, Pezel. *in Mellefic. Histor. part.* 1. [Indeq; hoc genus Reipubl. semper habitum est tumultuosum & periculi plenum, virisq; prętantibus inimicum Claud. Seselli. *de Repub. Gall. l.* 1.] Darii tamen sententia approbata fuit, quæ & mihi
21 placet. Nam cujus gubernatio † ad Dei Opt. Maxim. regimen proximè accedit, ut optima omnium est, ita & desiderabilior & amabilior cæteris, ita ut ejus desiderium naturę ipsi à Deo ingenitum videatur, Ant. Fab. *in C. rerum in Sabaud. judicat. lib.* 2. *tit.* 1. *vers. Prima propositio in fin. p.* 26. [Wilh. Ferdin. ab Effern. *in Manual. Polit. lib.* 1. *punct.* 5. *p.* 28. *& seq.*] Est præterea status Mo-
22 narchicus antiquissimus: † Quia principio rerum gentiumque, imperium penes reges fuit, *Justin. lib.* 1. *hist. in pr. Cic.* 3. *de LL. Add. l.* 2. §. *Quod ad Magistratus, l.* 4 *de orig jur.* [Just. Lips. *lib.* 2. *Politic. c.* 2. *& in Not. Polit. ad idem caput.* Jul. Pflug. *de Repub. Germ.* Et à principio omnes Græciæ civitates sub Regibus fuisse, scribit Dionys. Halicarn. Idq; à mundi origine ex sacra & prophana historia eleganter deducit, Ernest. Cothm. *consil.* 1. *n.* 121. *& aliquot seqq. vol.* 5. Et multis rationibus firmat Sigismund. Scacc. *in tract. de sent. & re jud c.* 1. *gl.* 1. *q.* 1. *num.* 148. *& aliquot seqq.* adde etiam Christoph. Forstner. *in not. Politic. ad* Cornel. Tacit. *lib.* 1. Joh. Azori. *instit. moral. l.* 11. *c.* 1. *part.* 2. ubi latè persequitur & defendit hāc sententiam. Urbemque Romam ab initio Regibus paruisse constat, Cornel. Tacit. *lib.* 1. *annal.* Halycarn. *l.* 1. *&* 2. Onuphr. Panvin. *de Rom. princip. l.* 1. *in pr.*] Et ordini naturæ convenientissimus, [Natura, inquit Seneca, Regem commenta est,
23 *l.* 1. *de clem.*] † siquidem in apibus Princeps unus [illegible] unam sequuntur, ordine littera-rio, *c. in apibus*, 7. *q.* 1. *Plin. l.* 11. *nat. hist. cap.* 17. & à discordiis tutissimus. † Roma, ut condita est, 24
duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio lis fuit dirimenda, Dionys. Halicarn. *lib.* 1. *antiq. Rom.* L. Flor. *de gest. Rom. lib.* 1. *c.* 1. [Et ita, *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* Sic assiduum inter pares discordia malum est, teste Justin. *l.* 16. *histor.* Et infida ferè omnis regni consortium societas, inquit Cromer. *l.* 6. *de originib. & reb. gest. Polon. invit. Wladislai* 2. Pist. *in corp. Hist. Polon. Tom.* 2. *f.* 491. Petr. de Andl. *de Imp. Rom. l.* 1. *cap.* 8. Card. Tusch. *pp. concl.* 651. *nu.* 4. *& n.* 6. *verb. primogenitura.* Hinc Lucan. *lib.* 1.

Nulla fides regni socium, omnisq; potestas
Impatiens consortis erat.

Et illud Ovid. *lib.* 2. *de art. amand.*

Non bene cum sociis, regna venusq; manent.

Indeque Augustus, Romam discordiis civilibus fessam, Principis nomine præeunte, minus tamen felici successu, Julio Cæsare sub imperium accepit. Neq; aliud discordantis patriæ remedium fuisse quam si ab uno regeretur, neque aliter imperandi conditionem diu subsistere, quam si uni ratio reddatur, Romani Imperii experimento, firmat Corn. Tacit. *lib.* 1. *annal.* Petr. de Andl. *d. c.* 8. Et quod similiter Germaniæ nostræ imperium, antequam in unum planè coiret, & in unius potestate esset, efflorescere & veram dignitatem consequi non potuerit gravitet attestatur Jul. Pflug. *de Repub. German. non procul ab init.*] In Rebeccæ utero Esau & Jacob bella gesserunt, *Gen.* 25. *Hieron. in d. c. ex apibus, q.* 1. Commodius † & pacatius multò ab uno, quàm à 25
plurimis res geritur, *l.* 3. §. *apparet ff. de administr. tut. l.* 2. §. *novissimè ubi Accurs. Bl. & Alberic. ff. de orig. jur.* Covarr. *pract. qq c.* 1. *n.* 5. juxta versiculum:

Segnius expediunt commissa negocia plures.

Quod nostri sic efferunt: Viel Köche versaltzen den Brey/ Ruland. *de Commiss p.* 1. *l* 2 *cap.* 14. *aliis & pulcris rationibus statum Monarchicū defendit,* Bart. *in tract. suo de regimin. Civit. num.* 8. *& seqq.* [Andr. Geil. 2. *obs.* 153. *n.* 5. *&* 10. Et hanc Regiam Reipubl. formam paci æquè ac bello idoneam esse testatur Halycarn. *l.* 2. *antiq. Rom.* eoq; receptissimis Philosophorum & Politicorum sententiis itum esse, plurimis persequitur Herman. Vult. *consil. Marp.* 35. *n.* 67. *& n.* 243. *vers. Et sanè de facto. vol.* 1. Andr. Geil. 2 *obs.* 153. *num.* 4. 5. & 10. Cothm. *d. consil* 1. *n.* 122. *& seqq.* Sigism. Scacc. *d. q.* 1. *n.* 140. *& seqq.* [illegible] dir. Tusch. *pract. d. concl.* 651.

n.2. & seqq. verb. primogenitura, Jac. Alem. *in palæstr. consult. jur. consult.* 4. Testantur præterea historiæ, nullas Respubl. diutius durasse, quam Monarchicas, quod exemplis illustrat Keckerm. *in system. Polit. l. 1 c. 1.* Joh. Azori. *instit. moral. l. 11. c. 1. vers. Præterea, stabilior, firmior & diuturnior est Monarchia, quàm Democratia & Aristocratia, ubi id similiter exemplis illustrat.* Neq; status hic Libertati exitiosus est, ut quidam sinistrè suspicantur: quin potius, vivere sub unico & supremo rege, summa fit libertas, *in Auth. de hæred. & Falcid. in princ. in verbis: antiquum recipientes libertatem, coll.* 1. Luc. de Penn. *in l. un. col. 2. & 3. C. de cap. civ. censib. exim. l. 11.* Car. Molinæ. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. sub n. 65.* Jul. Pflug. *de Repub. Germ.* Eberhard. à Weihe, *in aulic. Polit. conclus. 32.* Et populo Romano sub Regibus contigisse illa bona, quæ apud homines habentur præcipua, LIBERTATEM videlicet & IMPERIUM in alios, scribit Halycarn. *antiq. Rom. l. 2.* Et de Germanis Jul. Pflug. *alleg. loc. p. m. 21. 22.* ita scribit: Posteaquam Germania nostra in unius venit potestatem, & Imperii Romani dignitas in eam translata fuit: Non solum de libertate ejus decessisse nihil: sed omnes etiã omnium ordinum homines, in ea & liberius, & commodius, quàm ullæ usquam gentes vixisse. Quin tantum dignitatis atq; honorum adeptos fuisse, quantum alii, aliarum gentium homines vix optare auderent. Confer etiam de hoc argumento. Johan. Azori. *instit. moral lib. 11. d. c. 1. vers. Deinde quis objiciet, ubi ad argumenta contraria respondet.* Hinc eleganter Claud. *in Panegyr. 3. Stilicon. inquit:*

Fallitur egregio, quisquis sub Principe credit,
Servitium: nunquam Libertas gratior extat.
Quam sub Rege pio.]

26 In statu Monarchico † tam sacrarum literarum oraculis, quàm profanæ historiæ scriptoribus commendantur quatuor illa summa imperia, quæ etiam secundum excellentiam Monarchiæ dicuntur, [Chassan. *de glor. mund. part. 5. consid. 28. vers. Ex quibus constat.* Münst. *in Cosmograph. l. 1. c. 35.* Vellej. Paterc. l. 1. Thom. Dempster. *antiq. Rom. lib. 7. c. 1.* Petr. de Andl. *de Imp. Rom. l. 1. c. 4.*]

27 Prima fuit Assyriorum, † *Iust. l. 1.* [Herodot. l. 1. quæ Monarchia significatur per caput aureum, magnæ illius statuæ illius visionis apud Daniel. *c. 2. v. 38.*] quæ originem habuit à Nino nepore Nimrodi, *D. Helvic. in theatr. Hist. de 1. Monarch, Assyrior.* Et secundum Eusebium duravit 1239. annos. Secunda fuit † Medorum seu Persarum, 28
quæ originem ab Arbace habet, & cœpit anno 6. Regis Oziæ, duravitque secundùm Eusebium 318. annos. Tertia Monarchia † fuit Græcorum, 29
[quàm post oppressas opes Persicas, imperii quidem amplitudine superasse præcedentia imperia, tempore verò nõ longo floruisse, scribit Halycarn. *antiq. Rom. lib. 1. in pr.* Münster. *d. cap. 35.*] quæ originem habuit ab Alexandro M. Macedonum Rege, totius orbis occupatore [Mach. *lib. 1. cap. 1. v. 1. 2. 3.*] post 191. annos à regni Persarũ, ante natum Christum 330. & secundũ quosdam duravit 270. annos. Mart. *de jurisd. p. 1. c. 4. num. 7.*
Quarta & ultima † est Romanorum, quæ cœpit 30
à Julio Cæsare & adhuc durat, quod tamen à multis in controversiam vocatur, ideoq; de hoc infra plenius. Possent quidem multa hic de tribus Reipub. formis, deq; quatuor istis imperiis, scitu utilia tradi, verùm cum non sit mei instituti generalem Politicam tradere, cujus præcepta jam satis à præstantissimis Politicis explicata, & quasi ad oculum monstrata, ut videre est, apud Bodin. Petr. Greg. Althus. Schonbornet. & alios quàm plurimos, ne actum agerem, sed ea quæ ad præsentem imperii Romani statum pertinere videntur, proponere ad usum juventutis studiosæ, ideoque præmissa paucis quibusdam generalibus, rectà ad metam propositam collimabo.

CAPUT II.

DE NECESSITATE ET DEPENDENTIA Imperii in genere.

SUMMARIA.

1. *Imperia in terris non à fato, aut astris, & signis cœlestibus, aut numeris dependent.*

2. 8. 17. *Sed ex sanctissima Dei, & natura ordinatione, rectaq; rationis dictamine. A Deo salus regnorum, incrementum, occasus, & initia, qui magna magnus disponit, & transfert de uno in aliam.*

3. *Iustinianus, aliiq; Impp. à Deo, cœlestiq; Majestate imperium sibi traditum asserunt.*

4. *Princeps Dei vicarius, & legatus.* 5. *Lex animata, vires Dei gerens.* 6. *Imago divina majestatis, & Deus in terris dicitur.*

7. *Homerus Principes Deorum discipulos, à Iove nutritos, eiq; amicos.* 8. *Plato Reges Deorum filios dixit, David Reges Deorum titulo indigetavit.*

9. *Nam*

9. *Naturalis ratio, rerum omnium rectissima arbitra.* 10. *divini splendoris radius.* 11. *recti consilii, rectiq; judicii fons & scaturigo, vita dux.* 12. *Homines adstringit ad obtemperandum, & universali natura lege receptum, inferiores parere praestantioribus.*

13. *Sine hoc vinculo, & Spiritu quasi vitali nec respubl. cohaerere, nec societas, nec ulla civitas stare potest.*

14. *Vt armenta sine pastore errabunda vagantur, sic & hominum societas sine Rege & Lege.*

15. *Magistratus imperium naturale est, instar luminum, fontium, segetum, arborum, &c.*

16. *Non minor Magistratus est usus inter homines, quàm panis, aquae, solis, & aëris, &c.*

IMPERIA in terris † non à fato, aut extrema stella cauda Ursae Majoris dependent, ut nugatur Cardan. *referente Mart. de jurisd. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 1. *ubi has nugas ex Astronomicis refutat.* [Chass. *de glor. mund. considerat.* 1.] neque novis Copernici speculationibus, *ibid. n.* 6. aut aliis signis coelestibus aut numeris, de quibus Bodin. 4. *de republ. cap.* 2. Sed ex Dei, † & naturae ordinatione sanctissimâ [Marsil. Paravin. *in defens. pac. part.* 1. *c.* 9.] idq; tam juris divini, quàm humani testimoniis abundè probatur, *Roman.* 13. *v.* 1. Omnis potestas à Deo dicitur, 1. *Petr.* 2. *v.* 15. qui dat salutem regibus, *Psalm.* 143. eosq; repudiat & constituit, *Dan.* 2. Per me, inquit sapientia, Reges regnant & Principes dominantur, *Prov.* 8. *vers.* 15. Virtus haec est altissimi ministerium Dei in terris expediens, *Sap.* 6. *v.* 4. 5. *c. nec u Caus.* 15. *quaest.* 1. *cap. non solum,* 23. *q.* 5. *c. quo jure dist* 8. [Menoch. *consil* 1. *n.* 156. Quae brachium Regum confringit & confortat, *Ezech.* 30. *v.* 21. *& seqq.*] Hinc rectissimè Justinianus Imperator † à coelesti Majestate imperium sibi traditum asserit, *l.* 1. *C. de vet. jur. enucl.* de coelo datum, *Nov.* 73. *in praef.* §. 1. & à superna collatum clementiâ, *Nov.* 6. *in pr.* idem dicit gloriosissimus Imper. Car. V. R. A. de Anno 1548. in pr. ibi haben wir auß auffgelegtem Ampt / darzu wir vom Allmächtigen Gott beruffen sind / Quod & ante ipsum fassus Maximilianus I. Imperator Reichs Abschied zu Wormbs de Anno 1495. sub tit. Reformation / das heimliche Gericht in Westphalen betreffend / §. Ehrwürdige / ibi. Nach dem wir von der Gnaden GOttes zu der höhe Römischer Königlicher Würden / Aur. Bull. Carol. IV. in praefat. ibi, das Christliche Keyserthumb / so von GOtt / R. A. de Anno 1530. §. deßgleichen / ibi, dieweil die Obrigkeit von GOtt geordnet / Hortledd. lib. 1. in Reichshändl. c. 2. n. 6. & 7. Didac. Covarr. *pp. qq. cap.* 1. *numer.* 6. Hieron. de Caevall. *in spec. comm. opin. q.* 808. *n.* 68.
Ernest. Cothm. 4. *consil.* 11. *nu.* 4. *& consil.* 12. *nu.* 2.
Mart. *de jurisd. c* 6. *nu.* 12. Michaël. Ulcurr. *de regim. Mund. q.* 3. *incipit, ista quaestio ita ardua, nu.* 2. *& nu.* 50. [Nicol. Everh. *jun.* 1. *consil.* 7. *num.* 17.
Johan. Azori. *instit. moral. l.* 20. *c.* 2. *part.* 2. *ubi plures hac de re textus comportavit.*] Unde & Princeps
Dei Vicarius, [*Sap.* 6. *v.* 5. *Psalm.* 82. *v.* 6. Chassan.
in Catal glor. mund. part. 5. *consid.* 3. Cacher. *decis.*
30. *n.* 5. Dei Legatus, Nicol. Reusner. *cons.* 1. *nu.* 24.
lib 4.] † Cacheran. *decis.* 30. *num.* 5. Lex animata 4
† vices Dei gerens, *Novell.* 105. *c.* 2. *in fin. & ibi gl.* 5
Petr. Mart. *in lib.* 1. *Reg. c.* 18 *fol.* 147. Geil. 1. *obs.* 42.
n. 3. Ant. Fab. *in C. rerum in* Sabaud. *jud. l.* 1. *tit.* 1.
vers. quarta Propositio, p. 27. Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. §. 8. *gl.* 3. *nu.* 8. Thessaur. *in praefat.*
decis. n. 14. Imago divinae Majestatis † Alberic. *in* 6
pr. ad l. decernimus, C. de SS. Eccles. Laudens. *in tractat. de principe. q.* 155. Modest. Pistor. *cons.* 9. *n.* 25.
vol. 1.] Hier. Treutl. *vol.* 1. *disp.* 1. *th.* 6. *lit. a. in notat.*
passim appellatur. [Imò Deus in terris, ut loquitur Bald. *consil.* 328. *num.* 7. *lib.* 1. Cardinal. Thusc.
pp. concl. 35. *verb. imperator.*] Quò allusit Homerus † dicens, Principes Deorum discipulos, Zasi 7
in Orat. de laudib. LL. à Jove nutritos & Jovi amicos, referente Keckerm. *disp. Polit.* 2. *aphorism.* 7.
in notat. Imò reges Deorum filios, † Divinus ille 8
Philosophus Plato, referente Erasmo, dixit.
David, qui fuit vir secundum cor Dei, 1. *Sam.* 13.
v. 14. 1. *Reg.* 14 *v.* 8. *Actor.* 13. *v.* 22. Reges Deorum
titulo indigetat, *Psalm.* 81. *v.* 6. [Quamobrem
Deus est, à quo salus regnorum omnium, & incrementum & occasus, & initia dependent inquit, Phil. Cominae. *lib.* 7. *Comm. in fin.* De mutatione regnorum, de orbis imperio, minimum
est, quod homines possunt, magna magnus disponit Deus, ait Aeneas Sylv. *in histor. Bohem. c.* 69.
Et pro divina & paterna sua voluntate transfert
de uno in alium, Ernst. Cothm. 1. *consil.* 25. *num.*
108. Hinc Deos Imperii Romani custodes, ex
connato naturae lumine praedicat, Dionys. Halicarn. *lib.* 8. *antiq Rom.*] Ratio naturalis † tan- 9
quam rerum omnium rectissima arbitria, *arg. l.*
scire oportet, §. 51. *n.* 7 *ff. de excusat.* Angel. *cons.* 110.
n. 5. Ernest. Cothm. 1. *consil.* 22. *n.* 5. Divini splendoris radius. † Contaren. *de repub. & Magistrat.* 10
Venet. l. 1. recti consilii & recti judicii fons & scaturigo, † Lips. *lib.* 1. *de Constant. c.* 4. Vitae Dux 11
Basil. Magn. per quam sui imaginem Deus ad
nos, imò in nos venit, Lips. *d. c.* 4. cordibus hominum quasi † insculpsit in quavis hominum 12

ſocietate, quæ ad tutelam generis humani conducit, omninò & neceſſariò conſtituendum eſſe gubernatorem quendam, penes quem ſit illius ſocietatis regimen & cura, *l.* 2. *de I.* & *I* 1. Cothm. 4. *conſ.* 12. *n.* 2. Didac. Covarr. *tract. qq.* 1. *n.* 2. Ariſt. 1. *Polit.* 2. Arniſ. *de jur. majeſt. l.* 1. *c.* 2. *nu.* Vaſq. 1. *controv. c.* 21. *n.* 8. *Prolixè* Don. Garſ. Maſtril. *de Magiſtratib.* & *eorum imp. in prælud. nu.* 3. *nu.* 22. 27. & *ſeqq.* [Johan. Oldend. *Claſſ.* 1. *act.* 12. *verſ. De naturali autem obligatione*, &c. *ubi dicit*: quod naturalis ratio, nos adſtringat ad obtemperandum: Ac univerſali & ſempiterna naturæ lege receptum eſſe, inferiores parere præſtantiorib. ſcribit, Halycarn. *de antiq. Rom. lib.* 1. *paulò poſt. princ.* Tob. Paurmeiſt. *de juriſd. lib.* 1. *c.* 3. *ſub n.* 21. *verſ ſed quia jure ac moribus gentium*, &c. *p. m.* 29. Petr. de Andl. *de Imp. Rom. c.* 1.] Illud ſanè eſt vinculum,
13 † per quod Reſpub. cohæret; ille ſpiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, Senec. *de Clement. lib.* 1. Sine quo nec ſocietas, nec ulla poteſt
14 ſtare civitas, † *Cic.* 3. *de LL.* Quemadmodum enim armenta ſine paſtore errabunda vagantur: Sic & hominum ſocietas ſine Rege & Lege, [*Numer. c.* 27. *v.* 17.] 1. *Reg.* 22. *v.* 17. & *ibi* Petr. Martyr. *confer* Juſt. Lipſ. 2. *Polit.* 1. Magiſtratus itaque im-
15 perium, tam eſt naturale, † ſicut flumina defluunt, fontes naſcuntur, ſegetes creſcunt, arbores germinant, ſol illuminat, & id genus alia, Hier. de Cævall. *in ſpec. Com. opin. q.* 906. *n.* 77. ad-
16 eoq; non minorē ejus uſum † inter homines eſſe, omnes teſtantur hiſtoriæ, quàm panis, aquæ, ſolis & aëris: Quod placidam & quietam vitam vivimus, quod ſpiramus, quod edimus, quod bibimus, quod tuti habitamus, debemus Magiſtratui, Everh. VVeih. *in tract. utrius regn. Cond. melior. verſ. de reſtitutione*, Hordl. in Reichshandl. *lib.* 1. *c.* 2. *num.* 5. [*vid.* Petr. de Andl. *de Imper. Rom. lib.* 1. *c.* 1. & 3.] Conſtanter itaq; concludendum,
17 † imperium ſocietatis humanæ, ſicut ipſam ſocietatem à ſanctiſſima Dei ordinatione & rectæ rationis dependere dictamine, quicquid Planetiſtæ, Anabaptiſtæ & ſimilis farinæ homines nugentur.

CAPUT. III.

DE MAGISTRATV INIQVO ET IMpio, anne is à Deo, & an ei honor & reverentia debeatur?

SUMMARIA.

1, 2. 3. 4. 5. 6. *Rationes, quibus Magiſtratum iniquum, & impium: à Deo non eſſe, adſtruitur.*

7. 8. 9. *Verior contraria opinio, etiam iniquum Magiſtratum, modò legitimè conſtitutum Dei eſſe ordinationem.*

10. *Vniverſalis negativa potentiùs negat, quàm univerſalis affirmativa affirmat.*

11. *Deus Cyro nondum nato regnum deputavit, eumq; paſtorem ſuum nominavit.* 12. *Nabuchdonoſorem miniſtrum ſuum appellat.* 13. *Pro ejus liberorumq; ſalute Iudæi captivi orare jubentur.*

14. *Pilatus poteſtatem non niſi à Deo habuit.*

15. *Magiſtratui etiam iniquo, & impio debetur honor, & obſervantia.*

16. *Paulus ad Imperatorem Rom. provocat.*

17. *Principi non eſt maledicendum.*

18. *Maledictie ſpecies quædam blaſphemiæ.*

19. *Vt funeſta omnis vox liberti in Patronum, ita & ſubditi in Magiſtratum.*

20. *Subditis ſemper ſancta, & honeſta debet videri perſona Magiſtratus, etiam iniqui. Reges apud omnes gentes ſuo jure ſacroſanctos eſſe oportet.*

21. 22. *De Magiſtratu ſemper benè præſumendum & ſentiendum.*

23. *Omnis injuria Magiſtratui facta atrox cenſetur.*

24. *Officiali Magiſtratus alapam infligens, intuitu officii, pœnâ mortis affici poteſt.*

25. *Injuriam ſibi illatam ipſemet Magiſtratus vindicare poteſt, non ut judex in propria cauſa, ſed tanquam Iuris exercitor.*

26. *Ad argumenta contraria reſpondetur, diſtinguendo inter ipſum imperium, ordinem, & ſtatum Magiſtratus, & inter uſurpationem, vel acquiſitionem, inter ipſam poteſtatem, & acquiſitionem ac uſum poteſtatis.*

27. 28. *Deus eſt ultor regni peccantis in concreto, quoad perſonas malè uſurpantes imperium, non in abſtracto, quoad ipſum ordinem, & ſtatum.*

29. 30. 31. 32. *Tyranni non regnant ex Deo, ipſum tamen Imperium, cui præſunt, eſt à Deo.* 33. *Non regnant ex Deo, ſed ſunt à Deo ut juſto judice, peccata populi punientes.*

34. *Tyranni executores ſunt divinæ juſtitiæ, etiam contra intentionem, ob id tamen non excuſantur, Deus Tyrannis utitur tanquam flagello.*

35. *Deus dat, Regna impiis, non ut regnis abutantur, ſed ut beneficiis invitati ad Deum convertantur.*

36. *Semper præſupponendum, Magiſtratum legitimè ad regimen vocatum.*

37. 38.

37. 38. *Imperia sine justitia, magna sunt latro-cinia. Datur Magistratus à Deo ad refrenandam hominum malitiam, & conservandam justitiam.*

39. *Non tantum summo, sed & inferiori Magistratui honor & reverentia exhibenda.*

40. 41. 42. 43. 44. *Qui contra faciunt, ordinationi divina resistunt, conscientiam vulnerant, jus naturæ violant, iram & vindictam divinam provocant, &c.*

45. *Elegans Bodini præceptum, de mutua inter superiores & inferiores benevolentia, & obsequio.*

EX quo præcedenti capite dictum fuit Magistratus imperium Dei ordinationem esse, & ab ipso dependere, dubitari potest, quid de iniquo, impio & infideli Magistratu dicendum? Illum à Deo non esse, sequentes videntur adstruere rationes.

1. Deus non est auctor † illius, cujus est severus ultor. [Quod hisce verbis eleganter exprimit Oven. *in Monostich. Eth. & Polit. Epigram.* 16.

Non Deus est autor culpa, sed criminis ultor.

Pro meritis justus præmia justa dabit.]

...t iniqui, † impii & injusti Magistratus Deus ...st ultor severus. Ergò. *Assumpt. prob. ex Prophet. ...mos. c. ult. vers.* 8. ubi scriptum: Oculi Domini ...uper regnum peccans, & conteret illud à facie terræ. 2. Tyranni non † dicuntur regnare ex Deo. Hinc Jehova per Prophetam conqueritur: regnaverunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognovi eos, *Ose.* 8. *vers.* 4. 3. Deus peccatores † iniquitatem extremè odit, *Psal.* 58. ...agistratus autem iniquus operatur iniquitatem. 4. Non est Deus alius, † nisi justi & rectissimi, *Deuter.* 33. *v.* 26. 5. Scelera non sunt à ...eo, † regna autem sine justitia, qualia sunt ...fidelium & iniquorum, nil nisi magna sunt ...trocinia & scelera, *August. c.* 1. *Sapient. c. scelus, q.* 1. Verum hisce non obstantibus, verius est ...ntrarium, videlicet etiam iniquum Magistratum, † modò legitimè in regimine sit constitutus, Dei esse ordinationem. Nam Apostolus dicit: Non est potestas nisi à Deo, † *Rom.* 13. 1. *Petr.* 2. *vers.* 17. quæ lex non solùm de ...timis, † sed universis lata est, Bodin. *de rep. l.* 2. *c.* 5. *pag. mihi*, 331. Utitur enim Apostolus universali † negativa, quæ potentius solet ...gare, quàm universalis affirmativa affirma... *l. hoc genus, de cond. & demonstr.* Batt. *in l. Gal. ..., in pr. num.* 4. *de lib. & posthum.* Dec. *consf.* 490, *nu.* 6. Ctav. *consf.* 146. *nu.* 4. Menoch. 1. *de arbit. jud. cas.* 30. *n.* 7. Caehet. *decis. Pedemont.* 100. *n.* 44. [Cardin. Tusch. *concl. pp.* 26. *verb. Negativa plus negat.* Vult. *consf. Marp.* 22. *nu.* 68. *vol.* 1. Et destruit omne quicquid invenit, juxta gl. vulgat. *in l. hoc genus, ff. de condit. & demonstr.* Natt. *consil.* 636. *num.* 113. Deus Cyrum quamvis infidelem annos ferè 150. antequam nasceretur, nominetenus & pastorem suum appellat, qui completurus sit omnem voluntatem ejus, *Esa c.* 44. *v. ult. & ibi Osiand. in notat. Esd. c.* 1.] Eique nondum nato, †, licet 11
infideli regnum deputaverat, *Esa.* 45. *Esd. c.* 1. Nebuchdonosorem, † impium regem & idololatram ministrum suum Deus appellat, *Ier.* 25. *v.* 9. 12
& 27. *v.* 6. & potentissimum orbis terrarum principem effecturum se testatus est, *Ezech.* 29. *v.* 19. & *seq.* ac quamvis totam Palæstinam ferro ac flammâ vastarat; Hierosolymam expugnarat, templum incenderat, vasa sacra expilaverat, cætera militibus, qui cædes stupris, & stupra cædibus miscebant, diripienda dederat, idola adorare recusantes, ardenti fornace vivos concremari jusserat, *Dan.* 6. attamen literis † Prophetæ 13
Judæi captivi pro illius liberorumq; salute orare jubentur, [Prophet. Baruch. *c.* 1. *vers.* 11. & *seqq.* ubi ait: orare pro vita Nabuchdonosor Regis Babylonis, & filii ejus, ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram, & ut det Dominus virtutem nobis, ut vivamus sub umbra Nabuchdonosor, &c.] Bodin. 2. *de repub. c.* 5. *p.* 329. Hinc ipse salvator ad Pilatum † quamvis iniquè de- 14
cernentem, non haberes, inquit, potestatem adversus me ullam, nisi tibi desuper data esset, *Ioh.* 19. *v.* 11. Ergò & iniquus Pilatus & impius desuper, hoc est, à Deo potestatē habuit, Joh. Brenc. *in d. c. Iohan.* 19. [Marsil. Patav. *in defens. Pac. p.* 2. *c.* 4. *p.* 133. Atque sic expeditum est, quòd Deus & impiis & piis regnum terrenum det, sicut ei placet. Qui Mario, ipse Cajo Cæsari: qui Augusto ipse & Neroni: Qui Vespasiano suavissimo, ipse & Domitiano crudelissimo: qui Constantino Christiano, ipse & Juliano Apostatæ Imperii sceptra tradidit, ut eleganter scripsit August. *lib.* 5. *de Civ. Dei, cap.* 21. D. Conrad. Dieter. *in Analys. Evang. Dom.* 23. *post Trin. pag. mihi* 785.] Cum itaque Magistratus etiam iniquus, † modò legiti- 15
mè ad regimen pervenerit, sit à Deo, ei debetur honor, & observantia, Exemplo Christi, qui non solùm coram iniquo judice stetit, sed etiam infideli Cæsari tributum dare jussit, *Matth.* 22.

Jere-

Jeremias impium regem Zedekiam Dominum suum appellat, *Jerem.* 37. *v.* 20. Paulo quoad eru-
16 delitatem † Imperator Roman. Leo appellatur, 2. *ad Tim.* 4. *v.* 17. & tamen in causa Politica ad eum tanquam Dn. & Magistratum suum provocat, *Act.* 25. *v.* 10. *& seqq.* Et generale praeceptum
17 † est, Principi populi tui non maledixeris, *Exod.*
18 22. *v.* 28. Quae maledictio † quasi species quaedã blasphemiae censetur, *arg. d. text. & c. paratus*, 23. *q.* 1. Gilhaus. *in arbor. crimin. c.* 2. *tit.* 3 *nu.* 1. Unde Scaliger:

Reverenter habe, quos superi dant superiores:
Is spuit in se, qui spuit adversus olympum.

19 Sicut funesta † omnis vox liberti contra patronum, *l. si quis ex familiar. C. qui accus. non poss.* ita etiam subditi in Magistratum, cui semper san-
20 cta † & honesta debet videri persona Magistratus etiam iniqui, *arg. l.* 9. *ff. de obseq. à liberis & libert. parent. & patron. praestand.* [Matth. de Afflict. *decis.* 265. *n.* 28. juxta illud: Etiamsi Legum contemptor est, tamen pater est, Justin. *in Nov.* 12. *c.* 2. *in fin. Confer* 1. *Sam. c.* 24. *v.* 12. Quo pertinet Henrici III. Imp. responsum, Hungaris contra Regem suum Petrum, auxilium solicitantibus datum: *Reges apud omnes gentes, suo jure sacrosanctos esse oportere*, Ant. Bonfin. *de reb. Hungar. decad.* 2. *lib.* 2. Newmayr. *de Neutralit. consil.* 55. *p.* 37. Eamque esse Principis sive Regis reverentiam, ut in eam nihil valeant subditi, eleganti exemplo adducto firmat, Ærod. *rer. ab omni antiq. jud lib.* 10.
21 *c.* 7.] semperq; † bene de eo praesumere & sentire R. A. de Anno 1542. §. vnd wiewol. Timentes
22 enim † Dominum, honorant Magistratũ suum, *Syracid.* 10. *v.* 24. [Gylm. *in Symphorem. suppl. part.* 1. *tit.* 2. *vol.* 1. *nu.* 75. Boni Principes voto quidem expetendi, qualescunque autem tolerandi sunt,
23 Corn. Tacit. *lib.* 20. *Annal. p.* 721.] Hinc in jure † omnis injuria Magistratui facta, atrox putatur, *§. atrox & ibi Dd. instit. de injur. l. Prator edixit. §. fin. de injur.* Bart. *in l non solùm, §. mandato, ff. eodem*, Menoch. 2. *arbitr. cas.* 363. *num.* 5. Ita ut et-
24 iam officiali † Magistratui alapam infligens, intuitu officii, poena mortis affici possit, Bald. *in c.* 1. *§. injuria, in pr. de pace juram. firmand.* Jason. *in l qui jurisdictionem, n.* 3. *ff. de jurisd.* Ruin. *consil.* 81. *nu* 6. *l.* 4. Tyraq. *de Nobilit. c.* 38. *nu.* 4. 5. *& tract. cessante causa limit.* 15. *nu.* 9. Wesenb. *consil* 19. *sub n.* 16. Prosp. Farin. *de delict. & Poen. q.* 17. *n* 36. Quam
25 injuriam † ipsemet Magistratus vindicare potest, *c. salonitana dist.* 63. Rutger. Ruland. *de Commiss. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 2. Nec tanquã judex in propria causa jus dixisse censebitur, sed tanquam juris executor, *c. in manifestis*, 2. *q.* 1. neq; ut suspectus recusabitur, si delictum sit notorium, vid. Geil. 1. O. 59. *per tot.* Quod tamen non vult procedere, si poena capitalis infligatur, Farinac. *d. q.* 17. *num.* 45.

Argumentis in contrarium allatis satisfieri poterit, si distinguamus † inter ipsum imperiũ, 26
ordinem & statum Magistratus, & inter usurpationem [vel acquisitionem.] Ordo ille, ut videlicet sint qui imperent, jubeant, jus dicant, est à Deo. Usurpatio verò tunc demum est ex Deo, si fiat secundum ordinem divinitus praescriptum, à quo si deflectat, manet quidem Magistratus & praeest ordini divinitus instituto, quamvis malè. Abusus namque potestatis legitimè constitutae, non tollit verum usum & rei substantiam. [Differt itaq; ipsa potestas, ab acquisitione & usu potestatis. Legitimae namq; per se potestatis, usus & acquisitio potest esse illegitima, salva authoritate divinae ordinationis, Pareus *in Comm. ad Genes. c.* 10.]

Ad 1. itaq; ℞. Deum ultorem † esse regni peccantis & illud conteret à facie terrae, scilicet in 27
concreto, quoad personas malè usurpantes imperium, non verò in abstracto, quoad ipsum ordinem & statum. Nam quando † malos guber- 28
natores propter peccat. & injustitiam privat regno, tunc non in totum illud abolet, sed transfert. Frangit coronam & dat cui vult, *Dan.* 2. *Jerem.* 27. *Ezech.* 29. [*cap.* 21. *v.* 27. Transfert de gente in gentem propter injustitiam, Syracid. *c.* 10. *v.* 8. Destruit sedes Ducum superborum & mites facit sedere pro iis, idem Syracid. *d. c.* 10. *v.* 17. *& c.* 11. *v.* 5. *&* 6. Facitq; marcescere propaginem fortium, hoc est, potentes familias humiliat, *Esa. c.* 15. *v.* 5.] Ad 2. ℞. Tyranni † licet non regnent 29
ex Deo, quatenus videlicet deflectunt ab ordine divinitus instituto, ipsum tamen imperium, † 30
si modò legitimè sit devolutum, cui Tyranni praesunt, est à Deo, qui reges constituit improbos & bonos, & constitutos deponit potenter, *Ps.* 2. *Dan.* 4. 2. *Reg.* 12. 13. 15. *Vasq.* 1. *illustr. q. in praefat. n.* 113. Watemund. ab Ehrenberg / *l.* 1. *de foederib. c.* 1. *n.* 9. In manu Domini † est potestas terrae, 31
qui in tempore vel aliquando utilem suscitat Regem, *Syracid.* 10. *v.* 4. Caeheran. *in disp. annex. decis. Pedemont. n.* 22. *in fin. & nu. seq.* In manu Dei est cor Regis, † qui ubi voluerit, inclinabit illud, 32
Prov. 21.

*Prov.*21.*v*.1. Michaël Uleurr. *de regim. mund.q.*1. *incipit ista quæstio est ita ardua*,*n*.4. Phil.Cominæ. *lib.*8.*comm.p.mihi* 587.cujus rei exemplum notabile habemus *in lib. Esth. c.*14.*v.* 13.*& c.*15.*v.*11.]
33 2. Respondert potest, Tyranni † licet non regnent ex Deo, sunt tamen à Deo, tanquam à justo judice puniente peccata populi, juxta illud Domini apud *Oseam c.*13. *v.*11. Dedi tibi Regẽ in furore meo, *& Iob.*34.*v.*30. *Ier.*28.*v.* 14. Qui regnare facit hominem hypocritam propter offendicula populi. [Deus enim prout vult aliquã gentem affligere, tribuit illis principem & accommodat, inquit Phil. Cominæ. *l.*7. *Comment. circ. fin.* Nec ullâ majori clade affligere potest populum, quam si principem ei præficiat stolidum, dici enim non potest, quàm multa hinc oriantur incommoda, idem Cominæ.*lib.* 3.*p.mihi* 389.] Non enim est malum in civitate, quod non fecit Dominus, [*Amos c* 3.*v.*6. *Esa.*45.*v.*7.]
34 Non tamen † Deus malorum actus ad bonum dirigens finem ex admirandâ suâ sapientiâ, ipsos propterea excusat, quod sint executores divinæ voluntatis præter & contra ipsorũ intentionem [juxta illud: virga furoris mei Assur, ipse autem non cognovit, *Esa.*10. *Ambr. in c. remittuntur, in Not.*23.*q.*5.*Habac.c.*1.*& seqq.*] Rev. Dn.D.Mentzer.*in Exeg. Aug. Confess. Art.*16.*n.*5. [Hinc Lutherus scribit: Turcam ut nos affligat, nullum habere jus atq; causam. Deum autem eo veluti flagello aliquo uti in nos, cum ipsum non uno modo, per omnem vitam adversum nos excitavimus, vid. Sleidan.*l.* 14.*p. mihi* 406.] Sic Deus vocavit Jerobeam ad vindicandum peccatum Salomonis, ut ille adimeret decem tribus de regno filii ejus Roboam, 1.*Reg.*1.*v.*31.*&* *c.*12.2.*Chron.*9. *&* 10. Quamvis Jerobeam in pejora peccata inciderit, 1.*Reg.*13. Mart.*de jurisd.p.*1.*c.*6.*num.* 18.3.*&*.
35 Deus dat † regna impiis, non ut eis abutantur, sed ut beneficiis invitati convertantur à suis peccatis ad agnitionem veri Dei, [uti de Cyro ipse Jehova per Prophetam testatur *Esa.cap.*45.*v.*2.] August.*ad cap.*45.*Esa.* Hieron.de Cævall. *in spec.*
36 *commun.opin.q.* 906.*n.* 284. 4. *&*. text. Oseæ † loqui de regibus exteris gentium, qui contra præscriptum ordinis divini à Judæis non legitimè ad gubernacula vocabantur, D. Osiand.*in gl. ibid.* In nostris verò terminis præsupponitur, Magistratus legitimè ad regimen vocatus. Et hisce nervus argumenti 3. & 4. facilè inciditur. Nam
37 quamvis † Deus odio habeat reges operantes iniquitatem, non tamen propterea ipsum statum & ordinem regentium & imperantium. Neque est Deus injustꝰ. Eodẽ modo concidit. Quintum argumentum, in quo committitur fallacia accidentis, quod enim imperia † sine justitia sint 38
magna latrocinia, id non ipsi Magistratus potestati & imperio tribuendum, sed perversitati illorum, qui Magistratus muneri præfecti sunt, Dn.D.Helfric.Ulric.Hunn. *tract.de jurisd. in prolegom.c.*2.*per tot.* Datus namq; est Magistratus à Deo ad refrenandam hominum malitiam, & conservandum unumquemque in justitia, ut multis explicat, Chassan. *de glor. mund. part.* 5. *consid.*1.*vers. dici tamen potest.*] Hæc quæ de Magistratus † honore & reverentiâ dicta sunt, non 39
solùm obtinent in Magistratu summo, sed etiam ad Magistratum subordinatum pertinent. Quia Petrus dicit, cuivis ordinationi subjecti estote propter Dominum, sive Regi ut qui supereminet, sive præsidibus qui per eum mittuntur, 1.*Petr.*2.*v.*13.*&* 14. Ernest. Cothm. 4. *consil.* 11.*num.*7. Cacheran. *dec.* 30. *num.*9. Qui itaque temerè † inferiori Magistratui resistunt, eum- 40
que sine legitima causa deserunt, & falsi criminis reum agunt, divinæ resistunt ordinationi, 1.*Petr.*2. *vers.*13. *&* 14. conscientiam vulnerant, † *Roman.*13. *vers.* 5. jurisjurandi † præstiti me- 41
moriam deponunt, & divinam ultionem non 42
timent, *l.*2. *Cod. de reb. cred.* jus naturæ † quod 43
cum ipso genere humano rerum natura prodidit, §.11.*institut. de rerum divis.* violant, & Patriæ non parcunt, † *l.* 2. *de I. & I.* Suntque eorum numero, qui erubescere nesciunt, *Ierem.*3. 44
*versic.*15. qui iram divinam provocant, ut regnum transferatur, *Daniel.*2. & omnium prædæ exponatur, ut proh dolor, experientiâ veritatis meridies cum multorum calamitate edocet, tam prisco, quàm nostro ævo. Nullus dubito, quin ejusmodi homines experientur, & jam experti sint divinæ vindictæ flagellum & abominationem: Addam saltem Bodini † 45
præceptum, *qui beatam prædicat rempublicam, in qua summus Princeps vel Rex, immortalis Dei ac naturæ legibus obsequitur: Magistratus Principi, Privati Magistratibus: liberi parentibus; Servi Dominis, & denique cives mutua benevolentia inter se & cum Repub. conjungantur*, *lib.* 5. *de repub. cap.* 5. *p. mihi* 874.

B Caput

CAPUT IV.
DE MAGISTRATUUM INIQUIS *praeceptis.*

SUMMARIA.

1. *Magistratui etiam impio obtemperandum cum honore, & reverentia.*

2. *Iniqua tamen praecipienti non temerè parendum.*

3. *Deo magis, quàm hominibus obediendum, plus timendus Deus, quàm Rex. Multi hodiè Demades multa ad gratiam, pauca ad veritatem loquuntur. Multi Placentini, pauci Veronenses.*

4. *Possumus hoc, quod honestè possumus.*

5. *Potiùs omnia mala patienda, quàm malo consentiendum, superioris jussui ab inferiori judice modestè refragandum.*

6. *An jussus magistratus in delictis excuset à poena civili? remissivè.*

7. *Cum Daniele leonum potiùs fovea eligenda, quàm Magistratui, jubenti idololatricũ cultum, parendum.* 8. *Ad impium jussum Saulis surdi sint ministri.*

9. *Papiniani exemplo securis potiùs optanda, quàm contra conscientiam fratricidii scelus defendendum.*

10. *Exempla talis constantiae habentur in nutricibus Aegypti, Mardochaeo, Macchabaeis, Electore Saxoniae captivo Magis semper timendus, qui gehennam, quàm qui carcerem minatur. Conscientia obligationi civili longè praeferenda.*

11. *Magistratus iniquis praeceptis, expressè cum Dei, & naturae legibus non pugnantibus, melius est obedire, quàm jussa recusando rebellandi occasionem praebere.*

12. *Rebellionis species est, denegare, quae imperantur. Censum & tributum solvere detrectans in Principis cõtemptum, incidere dicitur in crimen laesae Majestatis. Census imponendus secundum receptam cujusq; loci consuetudinem, consilio Procerum, & modo solito, ac consueto.*

13. *Domino regionis semper parendum, dum jubet, & praecipit, quae Domino Religionis non sunt contraria. Exilium potiùs patiendum, quàm Principi impia mandanti resistendum. Nec refragandum, si dubium adhuc sit, justumnè, ac injustum sit, mandatum*

14. *Vinculum societatis humanae in hac parendi lege consistens, ne in minima sui parte disrumpendum, nec hinc Reip. salus in discrimine conjicienda.*

15. *Vindicta Deo committenda, qui cuiq; pro merito retribuit, cujusq; judicio, non subditorum rebellione, omnia mala acta Principis constringuntur.*

16. *Potentes potenter tormenta patientur, & validè opprimuntur crudeles dominatores, exemplo Pharaonis, Caligulae, Neronis, Tiberii.*

17. *Deus in puniendis Tyrannis lento plerunque gradu ad vindictam procedit, tarditatem supplicii gravitate poenae compensans; diuturniorem impunitatem iis concedens, quos pro scelere graviùs ulcisci vult.*

18. *Peccata populi, & inemendati mores diuturno saepè egent flagello.*

19. *In iis, quae verbo Dei non adversantur, Magistratui obtemperandum.* 20. *Etiam difficiliores Domini ferendi sunt.*

21. *Tolerabilis mitigatio devotè & humiliter à subditis petenda Nimiis exactionibus, insolitis oneribus, pressuris, & crudelitate, subditi ad rebellionem, insolentiam, & resistentiam non sunt provocandi. Ad greges subditorum custodiendos pastores mittendi, non lupi. Deus quandoque Principes oppressores populi, cumq; ipsis simul subditos rebelles acerrimè punit.*

22. 23. *Subditi nimiâ Dominorum saevitiâ, & insolitis operis pressi in Camera, vel Imper. aula mandata sine clausula impetrare solent. Abutens justitiâ imperio privandus.*

24. *Interest Reipubl. ne quis re suâ malè utatur.*

25. *Mandata sine clausula subditis contra Magistratum, non facilè & tum denarratis verisimiliter non constat, decernenda.*

26. *Competit subditis etiam remedium uti possidetis, si in possessione, vel quasi à Domino molestantur.*

EX iis, quae praecedenti capite dicta sunt, apparet, etiam iniquum Magistratum à Deo
esse, eiq; parendum † cum honore & reverentia. 1
Quid verò si iniqua praecipiat? † Non temerè 2
parendum. Si enim contra Dei † & naturae le- 3
ges quid jubeat, juxta Apostoli monitum, magis Deo, quàm hominibus obediendum, *Act. 5. v. 29.* [Et hinc commendatur Tobias, quòd plus timuerit Deum, quàm Regem. *in lib. Tob. c. 2. v. 9. c. Non semper, c. Qui resistit, 11. q. 3.* Gylman. *in symphorem. suppl. part. 1. tit. 3. nu.* 38. 39. 40. & 41. Sleid. *lib. 13. p. m.* 375. *in fin.* Dubitandum non est, posse simul Deo & Caesari servire, tribuendo Caesari, quae sunt Caesaris, & Deo, quae sunt Dei *Matth.*

22. Ni-

ic. Nicol. Reusner. 1. *consil.* 1. *nu.* 133. Neq; assen-
tiendum Demadi illi, qui Atheniensibus, divi-
num honorem, Alexandro deferre detrectanti-
bus, 2. dixit: *videte ne dum cœlum custoditis, ter-
ram amittatis.* Valer. Maxim. *lib.* 7. *c.* 2. Ejusmodi
Demades multa ad gratiam, pauca ad veritatem
loquentes, multi proh dolor adhuc reperiun-
tur. Et in eo numero fuerunt Pharisæi. *Iohan c.*
11. *v.* 48. *& seq.*] Cedant ima summis, & infima
superis. Possumus † hoc, quod honestè possu-
mus, *l. non aliter*, 7. *ff. de usu & hab.* Nam quæ fa-
cta lædunt pietatem, existimationem & vere-
cundiam, nec facere nos posse credendum est, 1.
Machab. 2. *v.* 19. *l. filius, ff. de cond. & demonstr.* Ty-
raq *tract. de pœn. leg. caus.* 34. *nu* 1, Jason. *consil.* 136.
vol. ult. lib. 1. idq; † propter vindictam divinam,
Ose. 5. *v.* 11. [Imò judicem, debere potius officio
& Magistratu decedere, fascesq; prosternere quã
injustis obedire mandatis, post Abbat. *in c. cum
teneamus, de apellat.* Felin. *in c consanguinei, de
ejudic.* suadet & notat Johan. Parlad. *rer. quoti-
dian. lib.* 2. *cap. fin.* §. 7. quia debemus potiùs pati
omnia mala, quàm malo consentire, *c.* 2. *de nov.
op. nuntiat. c. ita ne* 32. *q.* 5. Modestè tamen inferior
judex superioris jussui refragabitur, dicendo, se
quidem paratum esse parere, obstare tamen sibi
hanc & illam rationem naturalis æquitatis aut
juris divini, adeoq; secundam expectabit jussio-
nem, quæ si cum præceptis divinis & conscien-
tia pugnet, nec dum attendenda erit, confer
Parlador. *alleg. mod. loc.*] Conteretur Ephraim.
quia impia mandata secutus est Don Garf. Ma-
trill. *de Magistratib. & eorum imp. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 301.
An verò jussus † Magistratus in delictis excuset
à pœnâ civili, vide Clar. *in* §. *fi q.* 60. *n.* 15. Covarr.
in Epitom. de sponsalib p 2. *c.* 3. § 3. *n.* 7. Dec. *in l. velle
non creditur, nu.* 7. *de reg jur.* Menoch. *de arbit. cas.*
354. [Vid. omninò Farin. *l* 1. *q.* 37. *n.* 74. Vult. *cons.*
33. *n* 192. *vol.* 3.] Si itaque infidelis † Nobochdo-
nosor ad clavum imperii sedeat, & alienos Deos
adorare jubeat, Danielis sumendus animus, &
potius leonum fovea eligenda, quàm jubenti i-
dololatricum cultum parendum, *Dan.* 6. *v.* 10. *&
seqq.* Si improbus † Saul jubeat sacerdotem &
virum Dei occidere, surdi sint ministri, 1. *Sam.* 22.
v. 17. Si Caracalla † fratricidium, sanctissimi ju-
ris auctoritate scelus hoc abominantis, defen-
dere jubeat, Papiniani Exemplo, securis potius
optanda, quàm contra ultricia conscientiæ fla-
gia, sacrosancta justitiæ officina scelere cõspur-
canda, Cario *lib.* 3. *Chron. in vit. Caracall.* Sic nu-
trices † Ægypti impia regis mandata implere 10
renuebant, *Exod.* 1. *v.* 16. [Bonus Mardochæus,
suam potius & omnium Judæorum vitam in di-
scrimen adducere, quàm ex Regis Ahasveri man-
dato, Hamano impio, divinos honores deferre
voluit, in lib. Esth. *c.* 13. *v.* 14. Simile exemplum
habemus, 1. *Macchab. cap.* 1. *v.* 65. *& seqq.* vid. Slei-
dan. *lib.* 21. Haut absimile constantiæ exem-
plum exstat de Electore Saxoniæ captivo, qui
nullius periculi metu territus, in decreta Conci-
lii Tridentini ut consentiret induci potuit, refe-
rente, Sleidan. *lib.* 19 *p. m.* 578. *& lib.* 21. *paulò pòst
initium.* Magis semper timendus, qui gehennam,
quàm qui carcerem minatur, August. *serm.* 6. *de
verb. Dom secund. Matth.* Et conscientia, obliga-
tioni civili longè præferenda, uti ex protestan-
tium Principũ responso ad Heldum refert Slei-
dan. *lib.* 11. *p. mihi.* 311.] Sicut nec parenti iniqua
volenti & jubenti parendum. Si verò Magistra-
tus † iniqua præcipiat, quæ non expressè cum 11
Dei & naturæ legibus pugnent, sed utilitatem
tantùm privatam respiciant, præstabilius erit
obedire, quàm jussa recensando cæteris rebellan-
di occasionem præbere, *c. quid culpatur*, §. *sed si
humana,* 23. *quæst.* 1. *arg. l. potioris, Cod. de offic. rector.
provinc. l.* 1. *in fin. Cod de offic. præfect. urb.* Frideric.
Pruekm. *de regalib. in* § *venatio, cap.* 4. *nu.* 32. *& nu.*
66. [Joh. Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap. fin.*
§. 7. *p.* 363.] Siquidem rebellionis † species est, 12
denegare quæ imperantur, R. A. de Anno 1542.
zu Speyer/ §. würde sich aber jemand / *in fi.* Phil.
Cominæ. *lib.* 10. *Comm. circ. fin. p. mihi.* 699. *in fin.*
ubi dicit: in utramq; partem ferè peccatur. Nam
& Principes immoderatè sæpè multa faciunt,
& populus nonnunquam illos graviter offendit,
quando morem non gerunt, in necessitate dese-
runt & rebellionem faciunt contra fidem & jus-
jurandum. Quinimò censum & tributum solve-
re denegantem, in Principis contemptum, inci-
dere ajunt in crimen læsæ Majestatis, per ea quæ
tradit Gig *de crimin. læs. Majest. q.* 36. *nu.* 2. *& seqq.*
Farin. *de crim. Majest. quæst.* 113. *n.* 55. *junct. num.* 69.
& seqq. Quod tamen procedit, modò census ille
imponatur secundum receptam cujusvis impe-
rii consuetudinem, de consilio Procerum modo
solito & consueto, vid. quæ scripsi infra hoc *lib.
Class.* 4 *cap.* 4 *nu.* 146.] Ernest. Cothm. *cons.* 11. *n.* 7.
vol. 4. *in fin. ubi ex Euseb. lib.* 4. *Hist. Eccles.* dicit, † 13
Domino regionis semper honorem tribuendum

& parendum, quatenus jubet & præcipit, quæ
Domino Religionis nõ sunt contraria, [Marsil.
Paravin. *in defens. pac. part. 2. c. 4. p.* 129. ubi dicit,
quod in omnibus Cæsari obedire debeamus,
dummodò jussa ejus non repugnent pietati, &
honestati. Et sic Lutherus quandoq; suasit, potius
exilium patiendum, quàm principi impia
mandanti resistendum, teste Sleidan. *lib. 9. comment. in pr.*
Quin etiam eo casu superioris mandato
non refragandum existimant, si adhuc dubitetur
justumnè, an injustum sit, uti respondit
*Roman. consil. 59. incipit. Ad discutiendam primam
dubitationem*, Marc. Ant. Natt. *consil.* 487. *nu.* 42.
per text. in c. quid culpatur, in fin. 23. *q.* 1. *& c. ad au-*
14 *res, de temp. ordin.*] Nam generale † est pactum
regibus obtemperare, Zas. 2. *consil.* 1. *n.* 30. Qui
itaque in hisce privata auctoritate magistratui
resistunt, legum executionem & imaginem Dei,
quantum in ipsis est, tollere conantur, Petr. Martyr
ad cap. 18. *lib.* 1. *Reg. fol.* 147. [ab illis tanquam
seditiosis cavendum, monente sacra Scriptura,
Prov. 24. *v.* 21. *&* 22. *Syracid. cap.* 7. *v.* 7. Matth. de
Afflict. *decis.* 265. *n.* 77. *& seq.* Cùm itaq; vinculum
societatis humanę in hac parendi lege consistat,
nulla est danda occasio, ut illud dissumpatur,
vel in minima sui parte, & inde totius
Reipub. salus in discrimen offeratur, ut notatur,
*in §. in potestate itaq; instit. de his, qui sunt sui vel
alien. jur.* Johan. Gœdd. *consil. Marp.* 28. *n.* 5. *vol.* 3.]
qua de re pulchrè auctor des Christlichen Rahtschlags/
welcher gestalt sich Christliche Personen von Ober- vnd Vnderthanen
halten sollen/ apud Hortled. in Reichshandlungen/lib. 1. c. 2 nu. 7. cuius verba transscribere volui: Auß
dem nun folget daß männiglich/er seye wer da wolle/ seiner
Weltlichen von GOtt verordneten Obrigkeit in allen dingen/die
nicht wider GOtt seynd / Gehorsamb vnnd Vnderthenigkeit
zu leisten schuldig ist / darwider auch alle Bäpstliche
Canones oder andere Menschliche Satzungen nicht statt haben
mögen/ vnd ob wir zu beständiger Ergründungen Weltlichen
Schwerds vnd Obrigkeit vnnd schuldiger Verpflichter
Gehorsamb aller Christlichen Vnderthanen dem Wort Gottes
nicht glauben geben wolten / so meine ich je / vns solten die
Exempel newlich vergangener erschrecklichen Geschichten der
Vnderthanen gegen ihren Obrigkeiten in vnsern Teutschen
Landen gnugsamb erinnern / solches nicht zu widersprechen/
dieweil wir in der That gesehen haben / wie grausamb GOtt
der Allmächtige die Vnderthanen / so sich vnterstanden haben
deß Jochs vnd Bürden ihrer Obrigkeit mit der That zu entledigen/
vnnd selbst Herren zu seyn/an Leib / Leben / Ehr/ Gut/
Weib vnd Kindern gestrafft hat / vnd stehet in keines Menschen
Macht/der gebrauche sich deß vermeinten grundes oder
scheines er immer wolle/ sich Weltlicher Obrigkeit Gebott/
Verbott oder Regiments/wo die ihren Gewalt über die Seelen
vnnd Gewissen nicht erstrecken / gewaltiglich zu widersetzen.
Vngeachtet / wie beschwerlich vnd vnleidlich solch Regi-
ment seyn mag / weil Christus allen Christlichen Menschen
nicht Rahtsweiß/ (wie vns etliche Verständige haben einbilden
wollen) sondern als ein schuldig Gebott aufferlegt / dem
Vbel nicht zu widerstreben/auch in der H. Schrifft durch viel
Sprüche vnd offentliche Exempel gar lauter angezeiget wird/
daß Gott den sündigen Vnderthanen beschwerliche / vnchristliche
Obrigkeiten vnd Tyrannen / vmb ihrer Sünden willen
zugeschickt / welcher Göttlichen Ordnungen / Willen vnnd
Straff je auch keinem Menschen nimmermehr gezlemet zu
widerstehen. Add. Reichs Abschiedt de Anno 1525. §. Vnnd
ist derhalben / & de Anno 1526. §. zum andern / & §. seqq.
Deo interim † committenda vindicta,] qui novit 15
ponere circulum in naribus Tyrannorum, &
frænum in labiis eorum, *Esa.* 37. *v.* 29.] qui retribuit
impio Achabo vineam Nabothi contra jus
fasq; occupanti, 1. *Reg.* 21. Exemplo Davidis, 1.
Sam. 24. *v.* 13. ubi ait, Deus erit judex inter me &
te, *& c.* 26. *v.* 9. *& v.* 23. [Principis omnia mala
acta Dei judicio, non subditorum rebellione
constringuntur, ex Ernest. Brotuf. *in Chron. Marsip. lib.* 1. *c.* 16.
notat. Frider. Bauman. *in tract. qui
inscribitur* Schlesischer Landman / *p.* 85. *&* 5. *præcedentib.*
Propter jugum & oppressionem populi
sui excidium minatur regno Babylonico Jehova.
Esa. 47. *v.* 6. *& seqq.* Et quando duplicantur lateres,
tunc venit Moses *Exod.* 2. 3. 4. *& seqq. capit.*]
Durissimum † judicium in his, qui convertunt 16
jus in fellis amaritudinem, & justitiæ fructum
in absynthium, *Amos c.* 6. *v.* 12. Potentes
potenter tormenta patientur, *Sapient.* 6. [Et validè
opprimuntur crudeles Dominatores, *Syracid.*
11. *v.* 6.] & conteret eos à facie terræ, *Amos cap.
ult. v.* 8. [*Ezech. c.* 31. *per tot.* ubi gravissimas Deus
Tyranno Pharaoni denunciat pœnas. Hinc
apud Psalmistam: Dixi ego, Dii estis & filii excelsi
omnes: vos autem sicut homines moriemini
& sicut Tyranni cadetis, *Psal.* 82. *v.* 6. *&* 7. *Syracid.* 1. *v.* 5.]
Sic Caligulam in primo tyrannidis
suæ cursu sustulit: Neronem grassari paulò diutius
sivit: diutissimè Tiberium. Non † equidem 17
semper statim & ad nutum nostrum Deus punit
tyrannos, sed lento plerumque gradu ad vindictam
procedit, tarditatemq; supplicii gravitate
pœnæ compensat Valer. Maxim. [*Baruch. c.* 2.
v. 7. 8. *& seq.* Hinc Julius Cæsar consuevisse, inquit,
Deos immortales, quò gravius homines
ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere
eorum ulcisci velint, his secundiores interdum
res & diuturniorem impunitatem concedere,
lib. 1. *de bell. Gallic.*] Imò peccata † populi & 18
inemendati mores diuturno sæpè egent flagello,
pulchrè Just. Lips. *lib.* 2. *de constant. c.* 13. Quam-
obrem

19 ob rem † in iis, quæ verbo Dei non adversantur, Magistratui obtemperandum & pro virib. gra-
20 tificandum, cum ex præcepto Petri † etiam difficiliores Domini ferendi, Petr. Martyr. *in com-*
21 *ment. ad lib. 1. Reg. c. 11. fol. 169.* Possunt † tamen subditi si nimio onere premantur, tolerabilem mitigationem devotè & humiliter petere, *Exod. 5. 1. Reg. 12. v. 4. confer* Bodin. *1. de repub. c. 5. p. 326.* [Sicut autem subditi summoperè cavere debent à seditione, rebellione & resistentia: ita etiam Prudentes Principes & Reipub. gubernatores, omni studio præcavere debent, ne nimiis exactionibus, insolitis oneribus, pressuris & crudelitate, subditos ad rebellionem & insolentiam provocent, cujus rei exemplum exstat notabile, *1. Reg. 12.* & passim tam in sacra quàm prophana historia, Gualth. *in Chronolog. Ecclesiastico polit. sub Anno Christi 9.* ubi de Batone Principe Dalmatarum interrogato à Tiberio Cæsare, cur toties rebellarint, eum respondisse: *quia ad greges vestros custodiendos, Pastores non mittis, sed lupos:* ex Dion. idem Gualth. *sub Anno Christi n. 19. 66. 67. & passim.* Quamvis enim Deus rebellionem odit & gravissimè punit, quandoq; tamen pro admiranda sua prudentia per eam Principes oppressores populi, & simul cum ipsis subditos rebel-
22 les acerrimè punit,] in imperio Romano, † quo nullum unquam legibus & justitiâ majus & sanctius, subditi si nimiâ sævitiâ, insolitis operis, angariis & perangariis, mit ungemessenen täglichen Frohnen / Principum ac Dominorũ premantur,
23 mandata † sine clausula in Camerâ vel ab Imperatore, impetrare, quib. Domini sub pœna Banni, amissionis jurisdictionis vel pœnæ pecuniariæ impetrare possunt, per ea quæ tradit, Geil. 1. O. 17. & 1. *de pp. c. 2. num. 22.* Mynſ. 5. O. 8. Hartm. Hartman. *lib. 2. tit. 54.* O. 43. & ita decretum fuit Anno 1580. 17. Aug. in causâ Weilmünster contra Nassaw / referente Sixtin. *de regalib. lib. 2. c. 13. num. 58.* Specul. *in t. t. de Feud. § quoniam, vers. & nota, quod vasalli comitem* Frider. *de processib. lib. 2. cap. 13.* Ant. Fab. C. rerum in Sabaud. *jud. lib. 3. tit. 18. de fin. 2.* Quò pertinet laudabile Curiæ Parisianæ edictum: *Le seigneur qui abuse de sa justice, en doit estre privè,* hoc est, abutens imperio privatur, Papon. *lib. 13. arrest. tit. 2. art. 5. refert.* Zachar. Vietor. *de exempt. concl. 14.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in* Sabaud. *judic. lib. 3. tit. 18. de fin. 2. ubi vid.* quæ de operis tradit eleganter, Zas. *1. sing.*
24 *respons. c. 3. per tot.* Interest † enim reipublicæ, ne quis re sua malè utatur, inquit Justinian. *instit. de his qui sunt sui vel alieni jur.* Ideoq; † publi- 25
câ imperii constitutione sancitum est, mandata sine clausula subditis contra Magistratum suum non facilè & cùm de narratis verisimiliter non constat decernenda non esse, R. A. de Anno 1594. §. So soll auch zum fünfften / adde Geil. *d. observ. 17. num. 6.* Habent etiam subditi † 26
remedium uti possidetis, quo rectè utuntur, si in possessione vel quasi à Domino molestantur, Bald. *in l. 1. C. commun. de manumiss.* Bart. & Alex. *in l. 1. §. 1. ff. de uti possid.* idq; ita aliquando in Camera Imperiali observatum meminit, Gylman. *rerum jud. lib. 2. decis. 3. n. 5.*

CAPUT V.

AN ET QUATENUS SUBDITI RESISTERE possint tyranno, eumq; à gubernaculis removere?

SUMMARIA.

1. *Quæstio, an & quatenus subditi resistere possint Tyrannis, à plurimis pertractata, breviter hic attingitur.*

2. *Distinguendum inter Tyrannos, deinde inter subditos.* 3. *Tyranni alii dicuntur titulo, alii exercitio.*

4. *Illi, qui sine ullo legitimo titulo ad rerum gubernacula perveniunt. Richardus dux Clocestrius interfectis fratris filiis, Angliæ sceptra vi arripuit. Turca summo scelere & turpitudine ad tantam imperii molem pervenit.*

5. *Hi sunt, qui legitimo quidem jure ad regimen perveniunt, sed concessâ potestate abutuntur. Et violentâ dominatione populum premunt.*

6. *Lex Valeriana permittit impunè occidere Tyrannum titulo, sub antiquis etiam præmiis propositis.*

7. *Quod & sacris non absonum est literis, exemplo Æglonis, Seba, Sallum, Holofernis, & Sissera, Gesta per talem Tyrannum ipso jure nulla sunt, nec aliquid roboris aut firmitatis habent.*

8. *Ejusmodi Tyranno, ut alieno, populus nullo homagio vel jure obligatur. Eiq; tanquam privato, à quovis Reipubl. sive resistere sisti potest.*

9. *Iurisdictionem nullam habent, nec crimen læsæ majestatis in ejusmodi invasores committitur.*

10. *Possessione illegitimè quæsitâ diu non gaudent invasores alienarum ditionum, sed misero & tragico exitu eam plerumq; amittunt, exemplo Iul. Cæsaris, Sergii Galbæ, Ottonis, Vitellii, Phocæ, &c. Non diu-*

turna possessio, in quam quis gladio inducitur. Nec diu, qua multorum malo exercetur, stare potest potentia.

11. 12. *Subditis ex post facto approbatum tyrannorum occidere, aut removere non licet. Grave est fidem fallere, & qua semel placuerunt, servanda.*

13. *Difficile est, ut bono peragantur exitu, qua malo sunt inchoata principio. Impossibile, ex vitiata radice bonum nasci fructum.*

14. *Liber populus alicujus dominio se submittere potest.*

15. *Non laudandi interfectores Iul. Casaris. Toleratum Tyrannum occidere non licet. Eoq; ipso crimen lasa Majestatis committitur. Impunè non tulerunt Tyrannorum trucidatores, sed plerunq; justo Dei judicio miserè perierunt.*

16. *Contraria Bodini sententia, posterior populi suffragatio, quasi quadam tyrannidis est confirmatio.*

17. 18. *Metus semel illatus prasumitur durare, durante eâdem causa cogendi, & cocendi potestate.*

19. 20. *Metus durare censetur vivente Tyranno, & plenâ libertate non restitutâ.*

21. *Quod metu gestum, & actum est, ratum de jure non est.*

22. *Refutatur Bodinus.* 23. *Multa ab initio prohibentur, qua ex post facto sustinentur. Consensus subsequens non permittit accusari vitium. Quod cessante vi vel metu gestum est, irritum non habendum.*

24. 25. *Matrimonium metu contractum ab initio, ipso jure nullum, subsecutâ spontaneâ cohabitatione convalescit.*

26. *Prascriptio longi temporis, legitima creationis vim habet. Non major esse debet taciti, quàm expressi vis at potestas.*

27. *Tempus non est modus inducenda obligationis.*

28. *Super re violenter occupata investitura scienter facta valet.* 29. *Per investituram subsequentem violentia pracedens purgatur.*

30. *Predicta limitantur, si subditi invasi legitimum Dominum adhuc habent; Dux vel Marchio expulsus à subditis vel aliis, non desinit esse Dux, vel Marchio.*

31. *Subditi, qui ipsi possidentur, possessionem in alium transferre non possunt. Nec tradere jurisdictionem, cum ipsi adhuc sint in jurisdictione. Neque prorogare possunt jurisdictionem, nisi de consensu Domini sui.*

32. *Rex ultrò designatus, unctus, & coronatus, pratextu alicujus savitia solio regio turbari, aliusq; surrogari non potest. Serò accusat quis mores ejus, quos eligendo, & recipiendo ipse approbavit. Non ignarus quis esse debet conditionis ejus, cum quo contrahit.*

33. *Ejusmodi regnorum & ditionum à subditis facta oblatio non temerè acceptanda, sed prudenter renuenda. Delatum imperium ab eo, cui jus non est, admittens, affectata tyrannidis crimen incurrit. Reges inviolabiles & sanctos Deus & natura voluit.*

34. *Priscus dedendi, & recipiendi mos apud Romanos qualis fuerit.*

35. *In Tyrannis exercitio, distinguendum inter merè & absolutè subditos, qui merè privati. Et inter subditos relatè, qui simul Magistratus subordinati vices gerunt, jusq; potestatis & gladii habent.*

36. *Subditi jus gladii non habentes, gladium sumentes, gladio peribunt.*

37. *Iure civili publicus armorum usus privatis omninò ademptus.*

38. *Subditis privatis aquum ac iniquum Regis imperium ferendum. Non novum, ut sontibus pareant boni.*

39. *Regum interfectores à successoribus severè puniendi. Alexander Magnus paterna cadis conscios ad tumulum patris occidi jussit. Vltio principibus munimentum est, ad prasens in posterum.*

40. 41. *Non distinguitur hic inter fidelem & infidelem Magistratum.*

42. *Ex Bodini sententia peregrini Principis auxilium implorari potest. Cavendum tamen, ne quis assistendo subditis contra suum Dominum eandem legem sibi statuat, & idem jus in regnum suum provocet.*

43. *Subditi Magistratus personam sustinentes, jusq; gladii habentes Tyrannum exercitio leges fundamentales evertere molientem à gubernaculis removere possunt.*

44. *Tyrannus Reipubl. fundamenta convellens, navem Reip. submersam, & eversam rupit. Hoc casu exulent Tarquinii, pellantur Dionysii, plectantur Nerones, more majorum.*

45. *Wenceslaus Rex iners, lascivus, crudelis à Bohemis captus, & ab Imperii Statibus imperio exutus est.*

46. *Tyrannorum Rescripta, mandata & Edicta quatenus valeant, distinguendo deciditur.*

47. *Mutua relatio Patris, & Filiorum esse debet inter summum Principem, & eos, qui partem curarum Reipubl. sustinent. Imperatores boni paterno affectu*

affectu prosequuntur imperium, ejusq; cives. Princeps bonus à bono patre nihil differt.

48. 49. *Summus Magistratus legibus conventionis aequè tenetur, atque privatus.* 50. *Firmius arctiusq; is obligatur, qui mutua fidei vindex.*

51. *In alio fidem fallere probrosum, in Principe abominabile existimatur. Verbum* follen / *necessitatem obligationis, verbum* wollen / *voluntatis promptitudinem importat.*

52. *Princeps à fide conventionis, capitulationibus & regni legibus recedens, eam à subditis sperare non poterit.*

53. *Patronus olim Clienti fraudem faciens ignominiosus erat. Domitii, & Crassi libera honestissima libertatis vox.*

54. *Id postulare non licet, cujus contrarium quis non esset petiturus.* 55. *Principis jure aut nomine dignus non censetur, qui principis officium facere negligit.* 56. *Privilegium amittit, qui concessâ abutitur potestate.*

57. 58. 59. 60. *Objectio de contractu Principis, & de principe legibus soluto refellitur.*

61. *Rationes de remotione Tyranni exercitio, remissivè.*

62. *Pater licèt legum contemptor, tamen pater est.*

63. *Ut filius patrem certas ob causas exhaeredare. Ita & inferior Magistratus, ex urgentibus causis secundum regni cujusvis leges Principem à regni haereditate removere potest.*

64. 65. *Sicuti patria, tanquam communis parens praefertur patri: Ita & salus patriae autoritati Principis praeferenda.*

66. *Pater intolerabili injuriâ liberos afficiens, officio Iudicis ad emancipationem compelli potest.* 67. *Patria potestas in pietate, non atrocitate consistit.*

68. *Princeps pari amore, quo parentes liberos, subditos diligere, ac tueri debet.*

69. *Princeps communis patriae, & omnium Pater, paternum erga subditos gerat animum.*

70. 71. *Ut matrimonium inter conjuges propter certas, divino ac humano jure determinatas causas rescindi potest; Ita & hoc vinculum inter Principes & subditos, periclitante Reipubl. salute.*

72. *Propter utilitatem Reip. sunt principia constituendi Principem, sunt eidem principia dissolvendi.*

73. *Non minus inferioribus, quàm superioribus Magistratibus pro salute subditorum excubandum.*

74. *Propter furorem supervenientem matrimonium non dissolvitur.*

75. *Furiosus Princeps autoritate publicâ removeri potest.*

76. *Propter nimiam saevitiam matrimonii separatio permittitur.*

77. *Non propter quamvis tyrannidem aut iniquitatem removendus Princeps.*

78. *Non omne maleficium dissolvit matrimonium, sed Adulterium, malitiosa desertio, ex nimiâ saevitiâ.*

79. *Non quodvis maleficium Principi adimit sceptrum, sed illud, per quod ipsa Reipubl. fundamenta evertuntur.*

80. *Ordinatio divina, pro aris & focis pugnando, ab interitu vindicatur.*

81. 82. 83. *Iuramentum semper intelligendum, rebus in eodem statu manentibus.*

84. *In omni obligatione exceptus censetur casus, qui partis culpâ contingit.*

85. *Ex causa de novo emergente etiam à jurejurando recedere licet.*

86. 87. *Iuramenta non extendenda ad fortuita, non cogitata, vel inopinata, ne fiat vinculum iniquitatis.*

88. *Semper pro Principe militat praesumptio, donec contrarium appareat. Princeps quicquid facit, justè facere praesumitur. Non temerè aliud praesupponendum, multo minus periculosa extrema amplectenda.*

89. *Proceres non tenentur observare conventionem, quam Princeps ipse non servat. Qualibet promissio annexam hanc tacitam habet conditionem: Si fides sibi servetur.*

90. *Procerum Saxoniae ad Henricum IV. Imper. per Legatos postulata, & conditionales conventiones.*

91. *Finis Imperii gloria Dei, & Salus subditorum.*

92. *Regna, principatus, & dominia non tàm ad Dominorum, quàm subditorum commoda inventa. Bonus Princeps differt à Tyranno, hic omnia ad suam, ille ad publicam refert utilitatem.*

93. *Reges & Principes non tàm praeesse, quàm prodesse debent, nec sibi subditos, sed se subditis datos esse arbitrentur.*

94. *Quaevis potius toleranda, quàm ut Rex vel Princeps legitimè constitutus, unctus, & coronatus, vi & armis à Proceribus solio dejiciatur, vel prorsus interficiatur.*

95. *Reges omni jure inviolabiles, & quodammodo Sacrosancti censendi, eorumq; sanguinem profundere nefas est.*

96. Ejus-

96. *Ejusmodi cædes, & invasiones impunitæ à Deo non relinquuntur. Exemplo percussorum Cæsaris, interfectorum Adolphi Nassov. quorum plerique misero & malo mortis genere perierunt.*

97. *Rudolphus Henrici IV. Imp. oppugnator in pugna dexterâ manu amissâ, eâq; ei lethaliter decumbenti, allatâ circũstantibus Episcopis perfidiam erga Imperatorem perturbato animo exprobravit.*

98. *Ex vetustiorum exemplorum cum recentioribus collatione animadvertitur, eandem semper in mundo agi fabulam, Deo ultore juste.*

99. *Summâ Reipub. necessitate postulante, moderari summi Principis licentiam, per Proceres id piè, juste, ac decenter suscipiendum. Deprecationibus, & obtestationibus antè quàm armis experiendum.*

100. *Princeps sanctissimum fidei numen violans, Deum habebit vindicem, & ultorem; Proceres verò illud religiosè observantes Adjutorem, & tutorem. Exemplo Gibeonitarum;*

101. *Econtrario verò ille Deum ordinationis suæ severum custodem, & protectorem; Hi autem perfidiæ & inobedientiæ vindicem habebunt.*

102. *De præsenti quæstione in specie privatum judicium interponere, periculosum.*

103. *Etiam minima circumstantia causæ & quæstionis statum variare possunt.*

104. *Deus regna constituit, reges tuetur, refractarios punit, Tyrannos de sede deponit, & alios regere facit.*

1 DIGNA est quæstio, † quæ excutiatur, anne
ullo modo & ullo respectu subditis fas sit
resistere Tyrannis: Quamvis enim hæc quæstio
à plurimis sit pertractata, occasione tamen qua-
si in sinum mihi delata, eam hic attingere & bre-
2 viter percurrere libuit. Primò distinguendum †
inter tyrannos: Deinde inter subditos. Tyranni
3 † alii dicuntur *titulo*, alii *Exercitio*. [Secundum
Bart. *in tractat. de Tyrannia, n. 31. & 32.*] Illi sunt,
4 † qui nullo vel electionis vel successionis, vel
alio legitimo titulo ad rerum gubernacula ten-
dunt, vel iniqua præcipiunt, [Bart. *in d. tract. de
Tyran. q. 6.* G *g. de crim. læs. Majest. lib. 1. rubr. qua-
liter & à quibus, &c. q. 22. nu.* 14. Farinac. *de crim.
læs. Majest. q. 112. n.* 35. Cardinal. Tusch. *verb. Ty-
rannus, concl.* 304. Alberic. Gentil. *de crim. Majest.
disput.* 4. Tales scriptura quandoq; appellat ve-
natores robustos, *Gen.* 10 *v. 9. Psalm.* 91 *Ierem.* 16.
v. 16. eò, quod bonis & tenuioribus insidientur,
sicut venatores feris. Quandoq; etiam Gigan-
tes & famosos viros, *Esa.* 26. *v.* 9. qui ex raptu &
latrociniis vivunt, quales in primo etiam seculo
ante diluvium exstitisse apparet, *Genes.* 6. *& ibid.
Pare. in Comment.*] Talis fuit Abimelech. *Iud.* 9.
Absolon 2. *Sam.* 15. [Zambri, 1. *Reg.* 16. *vers.* 9. *&
seqq.*] Sallum 2. *Reg.* 15. [Talis fuit Richardus
Dux Glocestrins, qui mortuo fratre suo Edvar-
do Angliæ Rege, ejus relictos filios duos, quo-
rum natu majori jam dum homagium præstite-
rant, interfecit & Angliæ sceptra vi arripuit.
Philipp. Cominæ. *lib. 9. Comment p. mihi,* 660. *&
seq* Ejusdem conditionis est Turca, qui non le-
gitima successione, sed summo scelere & turpi-
tudine, ad tantam imperii molem pervenit, Slei-
dan. *lib. 14. p.* 398. Hi verò dicuntur, † qui qui- 5
dem legitimo jure ad potestatis regimen perve-
nerunt, sed concessâ sibi nequiter abutũtur po-
testate,] vel brevius, qui in communi Republ.
non jure principantur, Bart. *d. tractat. de Tyrann.*
vel qui violentâ dominatione populum premũt.
secund. Parid. de Put. *de syndicat. in tract. de reg.
excess. cap. 3. incipit an liceat occidere, nu.* 3. Farinac.
de crim. læs. Majest. q. 112. n. 33. & 34. vid. Decian. *in
tractat. crim. lib. 7. c. 5. num. 22. & seqq.*] Illos † im- 6
punè lex Valeriana omnibus interficere permi-
sit, *Plutarch. in Public.* [Tiber. Decian. *in tractat.
crim. lib. 7. cap* 39. *n.* 4. *& seq.* Andr. Geil. 2. *obs.* 61.
nu. 9. remissivè. Alberic. Gentil. *de crimin. Majest.
disp. 4. pag.* 60. ubi dicit, hujusmodi tyranni nõn
magis esse potestatem, quam latronis, quem li-
cet pro certo interficere,] legesq; & scripta an-
tiquorum interfectoribus maxima præmia pro-
posuerunt. Bodin. *l. 2. de Repub. c.* 5. Mambrin.
Rosæ *in instit. Princip. Christian. c.* 1. idque sacris † 7
non absonum literis, exemplo Æglonis & Sebæ,
1. *Sam.* 20. *v.* 22. & laudatur Ajod, quod Æglo-
nem interfecerũt, *Iudic.* 3. Waremund. ab Ehren-
berg / *c. 12. de oner. subd.* [Et Judith, quod Holofer-
nem contra jus fasque populum judaicum op-
primere nitentem astu interfecerit, divino adju-
tus auxilio, *lib. Iud. c.* 13. ac Jael, quod Sisseram,
clavo per tempora adacto, obtruncatit, *Iud. c.* 4.
& propterea benedicta inter mulieres prædica-
tur, *Iud. 5. c. v.* 24.] nec reprehenditur Manahem,
quod occiderit Sallum Regis interfectorem &
violentum regni occupatorem, 2. *Reg.* 15. *v.* 14.
[Et gesta per talem Tyrannum ipso jure nulla
sunt, nec ullum robur ac firmitatem habent
per tradita Matth. de Afflict. *decis. 77. n. 2. ubi ta-
men distinguit,* Cardin. Tusch. *verb. Tyrannorum
gesta, concl. 305. n.* 16.] quia talis alienus † est, cui 8
popu-

populo nullo homagio vel jure obligatus, *c. Principatus, 1. q. 1.* Unde ei tanquam privato & aggressori vim inferenti rectè quivis Reipub. civis resistit, *l. 2. de justit. & jur. l. 4. l. 45. ad L. Aquil. arg. à contrario sensu, l. sacri. C. de divers. rescript. l. 1. C. ut ord. dign. argum. Num. c. 16.* Gregor. *lib. 26. c. 7. de Repub.* Jun. Brut. *quæst. 3. de vind. contra tyrann.* latè Vasq. *lib. 1. illust. cont. c. 8. nu. 33. & seqq.* [Obr. *disput. Feud. ult. de Bell. concl. 147. & seq.* vid. Joh. Azori. *instit. Moral. lib. 11. c. 5. vers. decimo quæritur*
9 *part. 1. Et lib. 2 cap. 2. part. 3.*] Neque etiam † invasi territorii jurisdictionem ullam acquirit, Batt. *in l. qui fundum, num. 11. & 2. ff. serv. quemadmodum amitt.* [Vult. 3. *consf. Marp. 35. n. 32.* Indeq; nec crimen læsæ Majestatis in eos committitur, Gig. *de crimin. læs. Majest. lib. 1. rubr. qualiter & à quib. q. 65. num. 1. & seqq.* Decian. *in tractat. crim. lib. 7. cap. 4. n. 3. in fin. & cap. 5. nu. 21. & 23.* Neque subditi propter ejusmodi violentam invasionem jura sua & privilegia amittunt, Andr. Geil. 2. *obs.*
10 *61. num. 7.*] [Ejusmodi autem † invasores alienarum ditionum, possessione ita illegitimè quæsita non diu gaudent, sed plerumq; prout eam nacti sunt, rursus amittunt & turpiter ac miserè pereunt. A Julio Cæsare usq; ad hunc diem, inter centum, qui regna vi occuparunt, non sunt quatuor, qui non eadem perdiderint, & cum tota familia perierint, Auct. *secretiss. instruct. concl. 3.* Phocas imperium malè partum, maleque administratum, malè amisit, & conspiratione Ducum contra ipsum factâ amputatis manibus, pedibus, pudendis & capite, trunco in foro combusto, miserrimum habuit exitum, Onuphr. Panvin. *in vita imper. Phoc.* Gualther. *in Chronol. Ecclesiastico-Politico, sub Anno Christi* 1611. Quem vitæ & fortunæ exitum Sergius Galba, Otho & Vitellius imperii violenti occupatores habuerint, cuivis ex historia obvium est, vid. Cornel. Tacit. *lib. 18. annal. Rom.* Carion. *lib. 3. Chron.* Quorum ille 7. mense Imperii, in medio urbis Romanæ foro, capite truncatus: iste mense 3. seipsum interemit: Hic mense octavo Imperii interfectus in Tiberim projectus, Gualther. *d. loc. sub Anno Christi 70. & alia exempla vid. apud eund. sub Anno* 1444. & 1445. Imperium ita cupientibus, nihil medium est inter summa & præcipitia, Cornel. Tacit. *lib. 18. annal.* Æterna quadam naturę lege, nunquam interitura decretum esse, ut Imperia Rerumpub. ab injustis possessoribus transferantur scribit, Dionys. Halycarn. Nec diuturna est possessio in quam gladio inducimur, Quintil. Curt. Neque diu, quæ multorum malo exercetur stare potest potentia, Senec.]
Quid verò, † si subditi paulatim adsenserint, an- 11
ne adhuc ex postfacto talem removere licebit?
Quamvis † difficile est, ut bono peragatur exitu, 12
quæ malo sunt inchoata principio, *c. miramur, §. principatus distinct. 61. c. principatus 1. q. 1.* [Imò impossibile ex vitiata radice bonum nasci fructum, Oldendorp. 2. *consil. Marp. 2. nu. 2.*] Verius tamen
puto † esse talem, ex postfacto approbatum, 13
tanquam invasorem occidere aut removere non licere; Nihil siquidem magis congruit fidei humanæ, quàm ea quæ semel placuerunt custodire, *l. 1. ff. de pact.* & grave est fidem fallere, *l. 1. de constit. pec.* Et ratihabitio mandato æquiparatur, *c. ratihabitio, de reg. jur. in 6.* Quò minus autem
populus † liber alicujus dominio & regimini se 14
submittere possit, dubium non est, Bald. *in l. in testamento, num. 1. Cod. ad L. Falcid.* Hotoman. *illust. q. 1.* Cothman. 4. *consil. 12. n. 28.* Sic Herodi Ascalonitæ tyranno Judæi regnum obtulerunt, Althus. *c. 38. Politic. n. 68.*
Quamobrem † laudandi non sunt interfectores Cæsaris Cassius & 15
Brutus. [Confer Forstner. *in Notis Polit.* ad Cornel. Tacit. *lib. 1. p. 24. in fin. & p. seq.*] Nam quamvis ille, invitis sociis, Rempublicam invasisset & tyrannide imperium usurpasset: attamen ex post facto, populus in ejus imperium quodammodo consenserat, Petr. Martyr. *Class. 4. c. 20. sect. 13.* [Johan. VVinckelm. *Tom. 5. Disp. Gies. 14. th. 22.* Et communiter toleratum Tyrannum non licere occidere, & eo ipso crimen læsæ Majestatis committi, post Gigant. *de crim. læs. Majest. lib. 2. rubr. qual. & à quib. crimin. læs. Majest. comm. q. 65. n. 3. & 6.* Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 5. n. 22. scribit* Farinac. *de crimin. læs. Majest. q. 112. num. 29.* Rechab. & Baana, qui Isboseth, filiū Saul, in cujus imperium, quamvis injustè, consenserant, interfecerunt, ultimo supplicio affecti sunt, 2. *Sam.* 4. Quamvis Abimelech Gideonis ex pellice filius, interfectis septuaginta fratribus injustè regnum occupaverat, postquam tamen Sichimitæ in ipsius tyrannidem consenserant, non impunè postea tulerunt Gaal & Sichimitæ, quod arma adversus ipsum sumpserant, sed justo Dei judicio miserè perierunt, inducto civitati aratro, *judic. 9. cap.*] Ab hac tamen sententiâ recedit Bodin. † *lib. 2. de repub. cap. 5.* Quia, inquit, posterior po-
puli suffragatio, quasi quædam tyrannidis est 16

17 confirmatio. Cui adstipulatur, quod metus † semel illatus præsumitur durare, Bald. *in l. 1. nu. 5. C. de his qui propter met. judic.* Wesenbec. *consil. 43.*
18 *n.* 150. præsertim † si duret eadē causa cogendi & nocēdi potestas, *c. cum locū x. de sponsal. c. accedens. x. de procurat.* Aretin. *consil.* 14. *nu.* 18. Socin. *consil.* 163. Boër. *decis.* 100. *num.* 13. [Cacheran. *decis.* 179. *n.* 12. Cravett. *consil.* 889. *num.* 4. Johan. Vincent. Honded. 1. *consil.* 23. *nu.* 40. *&* 41. Gylman. *in symphorem. suppl. part.* 1. *tit.* 2. *nu.* 87. *vers. item constat*, ubi ex Panormitano scribit. Quod non debeant ea quæ tempore guerræ, aut casu aliter fiunt, pro exigentia temporum, alterare naturam rei.]
19 Censetur † autem procul dubio causa metus durare, quamdiu vivit Tyrannus, qui per vim invasit dītionem & metu occupavit, *gl. fin. in c. 1. circ. med. & ibi Hostiens. Abb. nu.* 12. *x. de his quæ vi metus. v. c. cus.* Natt. *cons.* 451. *n.* 17. Farinac. *decis. Rot.*
20 263. *n.* 4. [Cravett. *consil.* 869. *n.* 11.] Neq; † purgatus censetur, quamdiu is cui illatus fuit metus, non fuit in plena libertate positus, *d. c. accedens, x. de procurat. d. cum locum* Nevizan. *consil.*
21 52. *nu.* 53. *circ. fin.* Quicquid autem metu † gestum & factum est, qui præsumitur durare, quamdiu vivitis, qui intulit ex supra dictis, ratum de jure non est, *l.* 1. *& tot. tit ff. & Cod. de Quod met. caus.*
22 Verùm † hic præsupponimus purgationem me-
23 tus ex post facto intervenisse: siquidem † multa ab initio prohibentur, quæ tamen ex post facto sustinentur. [*c. ad Apostolicam sedem, de Regul. & transeun. ad rel. l. patre furioso, ff. de his qui sui vel al. jur. sunt. l.* 1. *§. secundo loco, in fin. ff. de postul.* Joh. Oldendorp. *consil. Marp.* 1. *n.* 20. *vol.* 2. maximè si aliquid supervenit (ut hic consensus subsequens) quod non permittit accusari vitium, *l. per fundū, & ibi Bart. ff. de serv. præd. rustic.* Oldendorp. *cons.* 2. *n.* 7. *d. vol.* 2. Nec qui ab initio intervenit metus aut dolus, facere debet, ut, quod cessante vi vel metu gestum est, irritum haberi debeat, *l.* 1. *& x. C. de eo quod met. caus.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judic. lib.* 2. *tit.* 8. *defin.* 3. *num.* 5.] Sic matri-
24 monium † metu contractum ab initio ipso jure nullum, *d. c. cum locum. x. de sponsalib. c. significavit. v. qui dux. in matrimon.* Covarruv. *in Epitom. de sponsalib. p.* 2. *c.* 3. *§.* 5. *num.* 7. Fachin. 5. *controvers.*
25 *c.* 40. Ruin. *cons.* 120. *num.* 24 *lib.* 4. Spontaneâ † tamen cohabitatione tale matrimonium convalescere, commune est Dd. placitum per text. *in c. ad id & ibi Panormitan. num.* 1. *&* 4. *x. de sponsalib.* Geil. 2. *observ.* 93. *num.* 17. *&* 31. Prosper. Farinac. 1. *decis.* 40. *n.* 1. *in fin.* Deinde ipse Bodin. concedit præscriptione longi temporis tale imperium fieri legitimum: Si enim † ex mente Bodini, præ- 26
scriptio ista temporum legitimæ creationis vim habet, *l. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid.* quare non ipsa creatio per præsentem consensus declarationem facta idem operabitur, neq; major esse debet taciti quàm expressi vis & potestas.
Neq; † soli tempori id tribuendum. Quia tem- 27
pus nō est modus inducendæ obligationis, *l. obligationum, 44 §.* 1. *vers. placet. & ibi not. at. ff. de O & A* Sic si quis † rem violenter occuparit, & post- 28
ea super ea investituram impetrarit, investitura hæc scienter facta valet. Curt. *in tract. feud.* 2. *p.* 2. *part. princip. q.* 3. Vult. 1. *Feud. c.* 5. *nu.* 18. *in fin.* Quia per spontaneam † investituram subsequentem, 29
violentia præcedens purgatur, *arg. l.* 2. *& ibi* Bart. Bald. *C. de his quæ vi met. caus. l. pen. & ibi* Bart. & Jas. *de condict. ob turp caus.* Schrader. *de Feud. pag.* 4 *c.* 1. *n.* 35. [Et eò pertinet, quod tradunt quidam, Imperatorem posse & solere Tyrannos investire de Civitatibus per ipsos occupatis. M. Anton. Natt. *consil.* 636. *nu.* 160.] Quod tamen non procedit, † si subditi invasi legitimum Dominum 30
adhuc habent. Nam si quis alienos subditos fecerit abjurare jurisdictionem prioris Domini, etiamsi illi spontè homagium præstiterint, Dominus non privatur jure suo, nec aliqua possessio transfertur in recognitum, nisi cœperit jurisdictionem exercere, & Dominus prior scienter passus sit subditos illi tanquā Domino obtemperare, *ut not.* Innoc. Joh. Andr. *in c. conquerente. de offic. ordin. & in c. olim,* 3. *de restit. spoliat.* [Mascard. *de probat. concl.* 1117. M. Anton. Natt. *consil.* 632. *n.* 38. ubi dicit, quod dux vel Marchio expulsus à subditis, vel aliis, ex hoc solum non desinat esse Dux vel Marchio. Card. Tusch. *pp. concl verb. Tyrann. concl.* 304. *n.* 6. Cach. *decis.* 79. *n.* 35.] Cum
n. † tales subditi non possideant (sc. jus superio- 31
ritatis) sed ipsi possideantur, nullam possessionem vel quasi in aliū transferre possunt, Bart. *in l. quod meo, in pr. col. fin. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Petr. de Anch. *in repetit. c. sine possessione de reg. jur. n.* 6. Carol. Molin. 11. *consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 35. *n.* 13. [Matth. de Afflict. *decis Neapol.* 107. *n.* 2. *& passim.* Sunt enim tales qui non possunt tradere jurisdictionem, cùm Dominus adhuc ipsos possideat, Alber. Brun. *cons.* 20. *col. ult. vers. cæterum ut fuit.* Neque etiam juramento fidelitatis interposito, prorogare possunt jurisdictionem in alium Dominum.

filium, nisi de consensu Domini sui. Et recipiens non est Dominus, sed Tyrannus, Castil, *consil.* 13.*n.*10. Card. Tusch. *verb. Tyrannus. concl.* 304.*nu.* 6. ideoque quasi possessio jurisdictionis, non acquiritur per supervenientem, nisi sciente & patiente Domino, & anteriore quasi possessore, post Bart. Socin *consil.* 187. *col.* 8. *ponderat Referens, apud* Meichsn. *decis. Camer.* 9.*n.*113.*Tom.*3.]

32 [Tantò minus † autem populus ipse vel Proceres Regni. Regem ultro designatum, inunctum & coronatum, cuiq; jurejurando fidelitatis, ad obedientiam se obstrinxerunt, prætextu antegressæ alicujus sævitiæ, solio regio deturbare & alium surrogare potuerunt: Cum verò accuset quis mores ejus, quos eligendo, recipiendo, & jurejurãdo interveniente approbavit, *per text. in l. si uxor.* 13. §. *idem dicendum.* 10. *ff. ad L. Jul. de Adulter.* Jul. Clar. *in practic. crim.* §.*fin.q.*35.*nu.*7. maximè cum in re tanti momenti non ignarus quis debeat esse conditionis ejus, cum quo contrahit. Sic Israëlitæ & Dux eorum Abner, non potuerunt regnum Israël transferre in posteritatem Saul, quia Regem Davidem inunctum & ab ipso Deo constitutum habebant, cui subjectionem & obedientiam debebant, ideoq; non reprehenditur Abner, quod posteà mutato consilio regnum Davidi obtulerit. 2. *Samuel. cap* 3.]

33 [Cauti etiam † Principes, ejusmodi regnorum & ditionum à subditis factam oblationem non temerè acceptant, sed prudentius renuunt. Qui enim delatum imperium ab eo cui jus non est admittit, affectatæ tyrannidis crimen incurrit, Ærodi. *rer. ab omni antiquitat. judicat. lib.* 7. *cap.* 1. Ne hoc quod illi aliis machinantur, id in proprium redundet eorum caput: juxta illud Prophetæ: *Væ tibi qui spolias, quoniam spoliaberis ipse.* Si in Procerum arbitrio sit, reges alternare, iisq; uti velut tesseris; certè nullius hominis miserior, quàm Regum foret conditio, quos tamen inviolabiles & sanctos Deus & natura voluit.

34 Priscus † dedendi & recipiendi mos apud Romanos talis erat, ut videre est apud Livi. *lib.* 1. Rex Romanus, Legatos primò interrogabat: Missinè estis, ut vos populumq; dederetis? sumus. Estnè populus iste in potestate sua? Est. Et tandem, Deditisnè vos, populumq; urbemq;, agros, terminos, delubra Deum, utensilia divina humanaq; omnia in meam populique Romani ditionem? Damus, Et ego accipio. Et ita de Faliscis, refert Liv. *lib.* 5. de Campanis, *lib.* 7. Samnitibus, *lib.* 8. Zachar. Victor. *de Exemption. conclus.* 23.]

Nunc ad alterum membrum, videlicet Tyrannos exercitio † progrediendo, distinguẽdum 35
est inter subditos & privatos simul, seu merè subditos, & inter subditos, qui simul Magistratus subordinati vices sustinent, jusque potestatis & gladii etiam à Deo habent. Illi, † quia jus gla- 36
dii non habent, si gladium sumpserint, gladio peribunt, *Matth.* 26.*v* 52. [vid. Obrecht. *disputat. Feud. ult. quæ est de Bell. jur. conc.* 141.] Et de jure civili † publicus armorum usus privatis omninò 37
ademptus, *l. un. C. ut armorum us.* Nov. 17. *cap. fin. cap.* 1. §. *quis rusticus, de pac. tenend. in usib.* Feud. Cott. *in memoralib verb. armorum,* Carol. Molin. *in consuetud. Paris.* §. 1. *gl.* 6. *n* 13. Tyraquell. *de Nobilit c.* 20.*n.*467. Pruckman. *in* §. *venatio, c.*4.*n.*20. Regner. Sixtin *lib.* 2. *de regalib. c.*1.*n.*15. His itaque æquum & iniquum † Regis imperium ferẽdum, 38
nec novum ut sontibus pareant boni, inquit Senec. *in Hercul. furent.* Unde privatus † nec iniquum Magistratum occidens impunitus est, 1. 39
Sam. 26.*v.*9. regumq; interfectores à successoribus severè puniendi, 2. *Sam.* 1.*v.*16. 2. *Reg.* 12.*v.*20. *junct. c.*14.*v.*5. 2. *Chronic.* 25.*v.*3. [Alexander Magnus, paternæ cædis conscios, ad tumulum patris occidi jussit. Justin. *lib.* 11. *Histor. in princ.* Interfecto Galba Imperatore, Vitellius successor ab interfectoribus præmium postulantibus, eos omnes conquiri & interfici jussit, non honore Galbæ, sed tradito Principib. more, munimentum ad præsens, in posterum, ultionem Cornel. Tacit. *lib.* 17. *annal.* Et in eod. lib. in præcedentibus pro regula ponit: Hujus sceleris ultorem esse, quisquis successit.] Neque † hic distinguo 40
inter fidelem & infidelem, ut facit Matt. *de jurisdict. pag.* 1. *cap.* 14. Nam si infidelem † & iniquum 41
Magistratum fas esset ullâ ratione à subditis occidere, iniquè fecisset Christus, quòd non mox Pilatum & infidelem & iniquè contra se decernentem occidi jussisset, Joh. Brent. *in explic. c.* 18. *Iohan.* Ex sententia tamen † Bodini possent pe- 42
regrini Principis opem & auxilium implorare, *lib.* 2. *de Repub. cap* 4. *Confer* Geil. 2. O 61.*n.*9. *& ibi alleg.* [Qua in re tamẽ magna cautione opus est, ne quis sic assistendo subditis, contra suũ Dominũ eandem legem sibi statuat, & idem jus in regnum suum provocet, confer Albaric. Gentil. *de jur. Bell. lib.* 1. *c.* 16. Newmayr *de Neutralitat. c. ult. circ. fin.*] Subditi † verò, qui non sunt merè 43
privati, sed magistratus personam sustinent & supe-

superiori subordinati, ac in partem sollicitudi-
nis & curæ Reipublicæ assumpti tanquam Epho-
ri, Tyrannum exercitio, si fundamentales, quas
vocant Reipub. leges pessundare, & ipsa substan-
tialia consociationis jura evertere moliatur, à
gubernaculis removere possũt. [Cõfer Obrecht.
*disput. Feudal. ult. quæ est de Bell. & ejus princip. con-
clus.* 138. *& seqq. & conclus.* 155. *& seqq.* Joh. Azori.
Instit. Moral. lib. 11. *cap.* 5. *versic. nonò quæritur part.*
44 2. ubi refert exempla multa.] Talis enim † dum
ipsa Reipublicæ fundamenta convellit, navem
Reipubl. in qua ipse cum omnib. regni membris
navigat, perforat, eamq; submersam & eversam
cupit. [vid. Erasm. Roterodam. *in adag. Chiliad.*
2. *cent.* 1. *adag.* 10. *in verb. in eadem es navi.*] Tho-
losan. *lib.* 9. *cap. ult.* Althus. *cap.* 38. *Politic. num.* 4.
Hoc casu reviviscat Brutus, & exulet Tarqui-
nius, pellãtur urbe Dyonisii, Nerones more ma-
jorum plectantur, Zachar. Victor. *de Exception.
conclus.* 14. Sic populus restitit Sauli Regi stolido
& sævo Jonatan filium trucidare volenti, 1. *Sam.*
14. *v.* 45. Ahikam defendit Jeremiam Prophetam
contra Regem Jojakim interficere eum volen-
tem, *Jerem.* 26. *v.* 24. Athaliam Tyrannum sustu-
lerunt Principes & centuriones, 2. *Reg.* 11. Reha-
beam regno ejectus, dum contra morem & pa-
triæ legem dominari cupit, 2. *Chron.* 10. [Nea-
politani regni Proceres ac civitates, à Ferdinan-
do Rege suo, propter summã ejus ac liberorum
ipsius crudelitatem defecerunt, & in Ecclesiæ
Romanæ fidem & clientelam se dederunt, Phi-
lip. Cominæ *lib.* 1. *de Bell. Neapolit.*] Sic Wences-
45 laus, † cujus nobilitata satis inertia, lascivia &
crudelitas, multas imperii ditiones pessundedit,
à Bohemis captus, & ab imperii statibus impe-
rio exutus fuit, Dresser. *in Millenar.* 6. *in vita
Wenceslai.* [Münster. *in Cosmograph. lib.* 3. *de Ger-
man. c.* 24. ubi etiam refert decretum seu diplo-
ma degradationis ab Electore Moguntino pro-
mulgatum. Nicol. Everhard. Jun. *consil.* 41. *n.* 44.
vol. 1. Cardin. Tusch. *pp. conclus. verb. Imperator à
quibus eligatur, conclus.* 39. *nu.* 6. ubi tradit hoc jus
habere Electores Alemanniæ. Johan. Azorii. *In-
stitut. Moral. lib.* 10. *c.* 8. *vers. Quæres an imperata,
part.* 2. ubi etiam refert exempl. Henrici IV. & a-
liorum à Pontifice Romano quamvis injustè,
imperio exutorum Imperatorum.] Omniaque
46 † ejus rescripta & privilegia antiquata sunt,
Mynsing. *respons.* 19. *num.* 5. *decad.* [vid. tamen di-
stinction. hac de re apud Azori *Instit. moral. lib.*
11. *c.* 5. *vers. undecimò quæritur. part.* 2. ubi distin-
guendo dicit, quòd Tyrannorum exercitio, sen-
tentiæ, mandata & edicta valeant; quia jus &
titulum administrationis habent: Tyrannorum
jure & titulo, quia per vim regnum invaserunt,
non item.]

Cum enim † Princeps vel summus Magistra- 47
tus, ab iis, qui in partem curarum Reipubl. as-
sumpti sunt, honorari vult tanquam Princeps.
[& communis omnium pater, ut not. *in Authent.
neq; virum, quod eorum dote, in fin.* Johan. Lorin.
in commentar. in lib. Numer. cap. 11. *vers.* 12. *fol.* 385.]
ita & ipse eos debet habere loco filiorum, & ut
tales eos tractare, *l. si quis filium, ubi Jason. Cod. de
inoffic. testam.* Menoch. *cons.* 403. *n.* 14. [Modestin.
Pistor. *consil.* 9. *n.* 11. *vol.* 1. *per c. cum Apostolus.* §. *su-
stinemus de censib.*] Hinc Imperatores boni pa-
terno affectu dicunt se prosequi imperium & e-
jus cives, R. A. de Anno 1548. in pr. ibi, auß sonn-
derlicher/ Vätterlicher Lieb/ Trew vnd Zuneygungen/ R. A.
de Anno 1555. §. demnach de Anno 1546. §. nicht destowe-
niger/ de Anno 1548. §. vnd dieweil/ & de Anno 42. in pr.
(Et R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1567. §. So hetten wirs
als der sorgfältig wachender Käyser vnd trewer Vatter/ etc.)
& passim in constitutionibus. [Et Xenophon.
Principem bonum à bono patre nihil differre,
dixit, referente Menoch. *consil.* 1. *n.* 157.] Idque
minus † habet dubii, si certis legibus & condi- 48
tionibus ei gubernacula rerum committantur.
Nam Princeps † & summus Magistratus legibus 49
conventionis æquè tenetur atque privatus, Bo-
din. 1. *de republ. c.* 8. Zas. *ad l.* 2. §. *eodem tempore,* 10.
de orig. jur. Sixt. *lib.* 1. *de regalib. cap.* 5. *n.* 33. imò fir-
mius † arctiusq; eum obligari convenit, qui mu- 50
tuæ fidei vindex, *l. digna vox, C. de LL.* Vasq. 1. *il-
lustr. controvers. cap.* 3. *& cap.* 26. *n.* 16. *& seq.* ita † ut 51
in alio fidem fallere probrosum, in Principe ve-
rò abominabile existimetur, refert ex Bald. De-
cian. *& aliis,* Andr. Knich. *de vestitur. paction. pag.*
2. *c.* 5. *n.* 221. Huc pertinent locutiones in recessi-
bus imperii, wir sollen/ (quod verbum importat
necessitatẽ obligationis) vnd wollen/ (quod im-
portat voluntatis promptitudinem) vide R. A.
de Anno 1545. in §. vnd daß auch/ in verb. wir sollen vnnd
wollen/ & de Anno 1544. §. wir vnd vnser lieber Bruder/ &
passim. Et notabiliter, R. A. de Anno 1548. §. doch mei-
nen vnd wollen wir/ circa fin. ibi, sondern wir sollen vnnd
wollen sie bey solchen jhren hergebrachten Freyheiten/ Gerech-
tigkeiten vnnd Herkommen hinfüro gnädiglich handhaben/
vnd sie darinnen nicht verhindern/ noch andern zu thun gestat-
ten. Quamobrem † si Princeps à fide conventio- 52
nis, capitulationibus & regni legibus recedit,

eam

eam à subditis sperare non poterit, *l. si quis major & ibi Dd. C. de transact.* Bald. *in c. un. §. porrò, qua fuit prim. caus. Feud. amitt.* à quo jure nemo ullo favore, privilegio, vel dignitate eximitur, Peck. *in c. frustrà, n. 2. & 3. de reg. jur. in 6.* Zanger. *de except. pag. 3. c. 20. nu. 1.* Mascard. *de probation. conclus.*
53 1387. *nu.* 20. Legib. 12. Tabul. † Patronus olim clienti fraudem faciens, sacer & ignominiosus erat, Halicarnass. *lib. 2.* Andr. Geil. 1. *de pp. c. 2. nu.* 21. Unde illud Domitii: *Cur ego te haberem, ut Principem, cum tu me non habeas ut Senatorem, c. sta subjectus, §. scitum, distinct.* 95. & illud L. Crassi ad consi. Romanum dicentis: *Ego te consulem putem, cum tu me non putes senatorem?* Quam vocem honestissimæ libertatis esse *Quintilianus scribit Oratorior. lib.* 11. Ernest. Cothman. *respon.*
54 *Academic. 1. num.* 67. Id enim † postulare non licet, cujus contrarium quis non esset petiturus, *l. si ea lege, Cod. de usur. l. penult. C. de solut.* Zas. *ad rubr. ff. de acquir. vel amitt poss.* Dauth. *ad c. quamvis, sub num.* 10. *vers. tum quod semel, de pact. in 6.*
55 Neque principis † jure aut nomine dignus censebitur, qui Principis officium facere negligit, *c.*
56 *scelus 2. quæst.* 1. Geil. 2. *obs. 56. n.* 11. Privilegium † enim amittit, qui concessa sibi abutitur potesta-
57 te, *c. privilegium, 11. q. 3.* Nec adversatur, † quod tradunt, contractus Principum habere vim legis. *l. 15. de publican. l. penult. C. de donation. int. vir. & ux.* Geil. 2. *obs. 127. n.* 8. Sichard. *ad Auth. ex testamento, n. 17. C. de collation.* Gregor. Lopez. 1. *de animadvers.* 55. Princeps autem legibus solutus, *l. Princeps. ff. de LL. cum similib.* R. Principis con-
58 tractus † pro lege habetur, quoad perfectionem & solennitates, cùm Principis præsentia suppleat omnes solennitates, non verò quoad violationem e onfer, Cujac. 26. *obs.* 35. 2. R. Princeps
59 solutus † dicitur legibus merè civilibus & positivis. Lex autem conventionis & pacti est jurisgentium, *l. 1. cum similib. de pact. l. 5. de justit. & jur.*
60 imò princeps † semper censetur contrahere de jure gentium, Bald. *in l. digna vox in fine, C. de legib.* Mart. *de jurisd. p. 1. c. 34. n.* 1. Princeps autem de jure gentium, non ut princeps, sed ut homo consideratur. Hujus sententiæ quòd Tyrannus exer-
61 citio removeri † possit à regni Proceribus, rationes adfert 12. Althus. *Politic. c. 38. à n. 30. usq; ad 44. ubi pulchrè.* Ab ea tamen recedit Alberic. Gentil. *in disputat. regalib.* Barclai. *de regn. & regali potest, lib. 3. c. 6. quorum argumenta doctissimè refutat* Alth. *d. c. 38. à n. 77. usq; ad n.* 100. Hisce novissimè accedit, *Arnis. de jure Majestat. lib. 2. c. 6. & in tractat. de Auctor. Princip. novis rationibus:*
1. inquit, sicut liberi parentem † repudiare non 62
possunt etiam improbum; Quia licet legum contemptor est, tamen pater est, Nov. 12. *cap.* 2. ita nec subditi Principem, qui illis loco parentum esse debet. R. sicut filius † certas ob causas 63
patrem ab hæreditate removere & exhæredem scribere potest, Nov. 115. *c.* 4. Ita & inferior Magistratus, qui in curam solicitudinis assumptus, [& cui id, divino vel humano jure datum est, secundum regni cujusvis leges] ex urgentibus causis Principem à regni hæreditate removere poterit. Nam sicut † patria tanquam communis 64
omnium parens præfertur patri, adeò ut filio, leges civiles, patrem proditorem patriæ permittant impunè interficere, *l. minimè, ff. de religios. & sumpt. fun.* ita etiam salus † patriæ auctoritati 65
Principi erit præferenda. Imò patria † potestas 66
solvitur, si liberos intolerabili injuria afficiat pater, ita ut officio judicis ad emancipationem compelli possit, *l. fin. ff. si à parentib. quis fuer. manumiss.* Geil. 1. *obs. 16. nu.* 5. quia patria † potestas 67
non in atrocitate, sed in pietate consistit, *l. Divus, ad L. Pompej. de parric.* Unde propter magnitudinem criminis, beneficium & privilegium amittit, Sichard. *ad l. 5. n. 10. C. de dol.* Quare sicut † liberi à parentibus diliguntur & defenduntur: 68
Eodem modo Princeps subditos diligere eosq; tueri debet, Speculat. *tit. de Feud. sub tit. de hom. n. 8.* Castrens. *& Dd. in l. si quis filium, C. de inoffic. testam.* Est enim Princeps † quasi communis pa- 69
triæ & omnium pater. ein Lands Vatter/ qui paternū erga subditos animum gerere, & suos tanquam filios diligere debet, Roland. à Vall. *cons. 18. n. 18. & cons. 91. n. 39. lib. 2.* Modest. Pistor. *cons. n. 10. lib. 2.* Cephal. *cons. 28. n. 47.* [Gylman. *in symphor. supplicat. Tom. 1. fol. 116.*] 2. Quod sicut matrimonium contractum † contrario dissensu 70
dissolvi non potest, etiamsi infeliciter omnia cedant: ita nec matrimonium Principis cum subditis, mutato voto rescindi poterit. R. Sicut matrimonium † inter conjuges, propter causas 71
[non tamen quasvis, sed paucas & determinatas] divino & humano jure expressas, rescindi potest, *Matth. 19. 1. Corinth. 7. v. 14. & 39. tot. tit. Cod. de repud.* ita & hoc matrimonium inter Principes & subditos, periclitante Reipubl. salute rescindi poterit. Nam ideò Magistratus † inferiores ad- 72
duntur superioribus, tum ut sint socii guberna-



tionis, cum etiam ut horum moderentur immē-
sam licentiam: & sicut propter utilitatem Rei-
publ. sunt Principia constituendi Principem, ita
etiā propter eandem ne pessum eat tota Respub.
principia sint dissolvendi, *c. omnis res, de reg. jur.*
Andr. Knich. *de vestitur. paction. p. 2. c. 5. num. 225.*
73 Cum enim non minus † ad eorum, quam ad su-
periorum pertineat officium, pro salute subdi-
torum excubare contra vim injustam tyranno-
rum. Imò in hoc ipso argumento magnum est
74 dissimile; quia propter furorem † supervenien-
tem matrimonium non dissolvitur, *l. à. patre fu-
rioso, ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* At furiosus
75 Princeps † auctoritate publica removeri potest,
donec resipiscat, sicut Nabuchodonosor in fu-
riosam bestiam conversus hominum cōmercio
fuit abjectus, *Dan. 4. v. 33.* imò propter nimiam
76 sævitiem † mariti, Canones matrimonii separa-
tionem permittunt, *c. literas in fin. & ibi* Panor-
mitan. *x. de rest. tut. spoliat.* Didac. Covarruv. *in
Epitom. de sponsal p. 2. c. 7. §. 5.* Decian. *cons. 26. vol.
4.* Prosper. Farinac. *decis. crimin. 156. ubi ita in Ro-
ta Roman. judicari testatur.* Hic tamen probè no-
77 tandum, non propter quamvis tyrannidem † aut
iniquitatem removeri posse Principem, scelera-
ta namque vita Principis regiam dignitatem illi
non abrogat, *1. Sam. 15. 31.* Sicut nec omne male-
ficium à conjuge altero cōmissum dissolvit ma-
78 trimonium, † sed tantùm adulterium, *Matth.
19.* Malitiosa desertio, *1. Corinth. 7. v. 15. & 39.*
Beust. *pag. 2 q. 26. & seqq.* & secundum canones
nimia sævitia, *d. c. ex literis, x. de restit. spoliat.* Quia
hæc directò matrimonii substantiæ adversan-
tur, *1. Cor. 6.* [Hinc licèt crimen læsæ Majestatis
multò gravius sit adulterio, matrimonium ta-
men perinde non dissolvit, per ea quæ tradit
Forster. *2. consil. Marp. 6. per tot.*] Sic nec quodvis
79 † maleficium Principi adimit sceptrum, sed id
tantùm, per quod ipsa Reipubl. fundamenta e-
vertuntur, ipsum imperium cum imperante pes-
sum it. [Richard. Dieter. *de summ. Imper potest.
conclus. 212.* Rumelin. *ad Aur. Bull. discurs 2 th. 9.*
Frider. Bauman. *in tractat. qui inscribitur* Schle-
sischer Landmann/ *p. 9. 10 & seq.*] Et hoc casu re-
80 gni Proceres † non resistunt ordinationi Dei, sed
eam tuentur, & [pro aris & Focis pugnando] ab
interitu vindicant. Hisce addi potest 3. dubitan-
81 di ratio, † quod videlicet subditi, etiamsi sint
Proceres jurejurando obstricti sint superiori ad
perpetuam observantiam, Ergò removendo
Principem fidelitatis promissæ vinculum dis-
rumpunt; & jurisjurandi religionem violant. R.
Juramentum semper intelligitur † rebus ma- 82
nentibus in eodem statu, *arg. text. 1. Sam. 2. v. 30.*
ubi ipse Jehova promissionem juratum ex super-
veniente malitia revocat, [*Iosu. 5. v. 6. Iudic. 2. v.
21.*] *c. incōmutabilis, c. non semper. 22. q. 4. fac. text.
in l. fin. ff. qui satisd. cog.* Nicol. Everhard. Jun. *cons.
11. n. 6. vol. 2.* Herman. Vult. *consil. Marp. 25. n. 148.
vol. 2.* [vid. Geil. *1. obs. 100. n. 5. fac. l. fin ff. ad muni-
cip. & per illum text.* Johan. Sichard. *ad Auth. sa-
cramenta puberum, C. si adv. vendit.*] cum verisi-
militer † si de tali casu interrogati fuissent, dis- 83
ponentes utique non jurassent. Vincent. Hon-
ded. *1. cons. 97. n. 24. & seqq.* Dec. *consil. 335. num. 3.*
Panormit. *in c. veniens, de jurejur.* idq; præsertim
si fiat mutatio culpa partis, quia in omni † obli- 84
gatione censetur exceptus casus, qui partis cul-
pâ contingit, Bero. *cons. 148. n. 9. volum. 1.* Surd.
decis. 3. n. 26. Quamobrem † ex causa de novo 85
superveniente etiam à jurejurando citra crimen
perjurii recedere licet, *c. quemadmodum, x. de ju-
rejur.* Aleiat. *in c. cum contingat, 38. eod. tit.* Blarer.
*in l. diffamari, c. 8. n. 47. vers. & quæ jam dicta, C. de
ingen. manum.* Farinac. *de delict. tit. 3. q. 17. num. 17.*
Carol. Molin. *ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 4. n 6.*
Geil. *1. obs. 100. n. 5. 2. obs. 23. nu. 19. & obs. 41. num. 3.*
Fernand. Vasq. *de success. creat. lib. 2. § 18. num. 80.*
[Johan. Gœdd. *consil. Marp. 28. n. 142. vol. 1.* Philip.
Matth. *consil. Marp. 31. nu. 35. vol. eod.* Herm. Vult.
consil. 2. n. 148. vol. 2. vid. Anton. Fab. *in Cod. rer. in
Sabaud. judic. lib. 4 tit. 30. defin. 1. post. num. 14.*] Et
propter † status alterationem non obstant jura- 86
menta etiam in eam rem facta, Zas. *in l. stipulatio
hoc modo, n. 35. ff. de V. O.* Neque juramentum ex-
tendi potest ad fortuita non cogitata vel inopi-
nata, Jason. *in l. si convenerit, n. 16. ff. de jurisd.* Ty-
raquell *in præfat. l. si unquā, n. 170. C. de revocand.
donat.* [Geil. *2. obs. 98. nu. 14.* Sichard. *ad Auth. sa-
cramenta puberum, n. 22. C. si advers. vend.*] ne fiat
vinculum iniquitatis. Jam verò ad casum inso-
litum † & inopinatum refertur, si Princeps sit 87
conventionum nescius, & fidei datæ temerator,
Surd. *consil 61. n. 72.* Menoch. *consil. 27. n. 22. lib. 1.*
Andr. Knich. *de vestitur. paction. p. 2. c. 5. num. 222.*
Semper tamen fortissima pro † eo militat præ- 88
sumptio, donec contrarium appareat, R. A. de
Anno 1542. §. und wiewol. Et in dubio quicquid
facit, juste & idonea de causa facere præsumitur,
etiam eo casu, quo disponere sine causa non po-
test,

test. Cyn. *in l. fin. circ. fin. C. si contra jus vel utilit. publ. & in l. rescripta, C. de prec. imper. offerend.* addens ibid. hanc esse violentam præsumptionem, quæ non facilè admittat probationem in contrarium, quod dictum Cyn. ibid. seq. Bald. & Anton. de Butr. Marc. Ant. Nait. *consil.* 487. *num.* 41. ideoq; non temerè, nec ex quavis causa, aliud præsupponendum, tantò minus periculosa ad-
89 modum extrema amplectenda.] Non tenentur † itaq; Proceres observare conventionem, quando Princeps eam non servat, *l. cum proponas, 21. ubi Dd. C. de pact. l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. c. frustra, de reg. jur. 6.* Roland. à Vall. *consil.* 99. *num.* 6. 7. *& seq. vol.* 4. Hinc eleganter Neratius JC. nihil penes eum residere oportere, ex re, in qua fidem fefellisset, *l. 5. in fin. ff. de L. Commissor.* Habet enim quælibet promissio hanc annexam tacitam conditionem: SI FIDES SIBI SERVETUR, *c. pervenit, x. de jurejur. l. cum proponas, Cod. de pact.* Bart. *in l. quæro, § inter locatorem ff. locat* Herman. Vult. *consil. Marp.* 18. *n.* 36. *vol.* 1. Joh. Oldendorp. *class.* 4 *act.* 26. *circ. fin.* § *& profectò.* Newmayr. *de*
90 *Neutral. cap. ult.*] Quò pertinent † ea quæ ex Lambert. Schaffnaburgensi tradit, Hortledd. *apud Arum discurs.* 26. *conclus.* 10. apud quem Archiepiscopi, Episcopi, & plerique omnes præsules, Duces & Comites Saxoniæ per legatos ad Henricum IV. Imperatorem *sacramento se eidem dixisse inquiunt: Sed si ad ædificationem, non ad destructionem Ecclesiæ Dei, Rex esse vellet, si justè, si legitimè, si more majorum rebus moderaretur; Si suum cuiq; ordinem; Suam dignitatem; Suas leges tutas inviolatasq; manere pateretur. sin ista prior ipse temerasset, se jam sacramenti hujus religione non teneri, sed quasi cum barbaro hoste, Christiani nominis oppressore, justū deinceps bellum gesturos, & quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesia Dei, pro fide Christiana, pro libertate etiam sua dimicaturos.* [adde Munst. *in Cosmogr. lib. 5. de German. cap.* 415. Confer quæ scribit Sleidan. *lib.* 10. *vers. quas Iulio mense Cæsar dedit literas. p. m.* 292.]
91 Finis namque † imperii gloria Dei est, & salus subditorum R. A. de Anno 1495. sub tit. Reformation das heimlich Gericht in Westphalen betreffende / §. Ehrwürdige / R. A. de Anno 1595. in fin. prine ibi, daß wir solch Kayserlich Ampt vnnd Regierungen GOtt zu Lob vnd Ehr / auch gemeiner Christenheit / bevorab dem heiligen Reich Teutscher Nation / dem gemeinen Vatterland zu Auffnehmen / Nutz vnd Wolfahrt tragen / führen vnnd verrichten
92 mögen. Et regna, † Principatus & dominia, non tam ad Dominorum, quàm ad subditorū commoda inventa, *c. ecce, & c. seq. 1. quæst. 1.* [Micha. ab Aquir. *Apolog. suæ part. 2. n.* 224 Herm. Vult. *consil.* 35. *n.* 141. *vol.* 3. Vasq. 1. *controv. c.* 30. *nu.* 2. *& 2. cap.* 29. *num.* Qui dicit in hoc Principem bonum differre à Tyranno, quod hic omnia ad suam: ille verò omnia ad publicam utilitatem referre conetur.] idq; ita ponderavit referens in voto Camerali, quod extat apud Rosaerob, *pract. obs.* 37. *n.* 11. Regner. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 49. *in*
fin. Itaque reges † & Principes non tam præesse, 93
quàm prodesse debent, nec tam sibi subditos, quàm se subditis datos esse arbitrentur, Lips. *in*
differt. apud Albert [Verum enimverò, † inciden- 94
te tali casu, & urgētibus gravissimis Regni fatis, magna prudentiâ & moderatione opus est, & quævis potius toleranda, quàm ut eò devenia-tur, ut Rex vel Princeps legitimè constitutus, unctus & coronatus, vi & armis à proceribus solio dejiciatur, vel prorsus, quod grave dictu, interficiatur, Confer quæ novissimè scripsit Goldast. *de jurib. regni Bohem lib.* 1. *c.* 5. *post n.* 6. Divi-
no enim, † Gentium & suo quasi jure Reges in- 95
violabiles & quodammodo sacrosancti censendi sunt, eorumq; sanguis adeò sanctus æstimandus, ut profundere nefas sit, Richard. Dieter. *de sum. Imp. potest. conclus.* 214. Frider. Bauman. *in*
tract. Schlesischer Landman / p. 10. Neq; enim † 96
ejusmodi cædes & invasiones etiamsi aliquam quandoq; justitiæ speciem præ se tulerint, impunitas Deus reliquit. Percussorum Cæsaris, neq; triennio quisquam amplius supervixit, neque suâ morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit: pars naufragio, pars prælio, nonnulli semet eodem pugione, quæ Cæsarem violaverant, interemerunt, Sueton. *in Iul. Cæs. c. ult.* Oppugnatores & interfectores Adolphi Nassovici Imperatoris, plerosque omnes mortem teterram obiisse, ipsumque Albertum Austriacum, qui illum sua manu confoderat, vicissim à fratris filio interfectum esse, ex historiis constat, & post Naucler. & Trithem. testatur Cario *in Chron. in vit. Albert. Imperat.* Dresser. *in millen.* 6. Gualther. *in Chronol. Ecclesiastico-Polit. sub Anno* 1298. ubi in specie præcipuorum Auxiliatorum Alberti, quòd malo mortis genere perierint, exi-
tum recenset. Rudolphus Suevorum *Dux* † Hen- 97
rici IV. Imperatoris oppugnator, in pugna apud Merseburgum, dexteram manum amisit, eâq; lethaliter in lecto decumbenti, allatâ, circumstantibus Episcopis, animo perturbato, eos

ita allocutus fuisse fertur: En Domini mei Episcopi hęc manus est, qua Domino meo Henrico Cæsari fidem confirmavi. Ipsi vos nunc expendite, quàm piè consulueritis mihi ut ab eo deficerem Cuspinian. *in Henric. IV. Imperat.* Cario *lib.3. Chron. in vit. ejusdem Henric. IV.* Gualther. *in Chronol. Ecclesiastic. polit. sub Anno* 1080. Quis enim extendet manum suam ad unctum Domini & impunis erit, inquit, vir secundum cor Dei, de Saule persecutore suo, 1. *Samuel. cap.* 26. *v.* 9. Ex-
98 empla † luctuosorum eventuum in similibus terminis plura recenset Christoph. Forstner. *in doctissimis suis Not. ad Cornel. Tacit. lib.* 1. *in notat. ad verb. cum occisus Cæsar, aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus videretur, pag. m.* 24. & 25. Tacemus exempla recentiora, memorabilia satis, & non contemnenda. Sufficit ex vetustiorum collatione cum recentioribus, animadvertere, eandem semper agi in mundo fabulam, Deo ultore justo.

99 Si itaque † summa Reipubl. necessitas postulet, moderari summi Principis licentiam, per Proceres, id non ex ambitione & affectata dominandi, aut justum imperium excutiendi libidine, sub publicæ utilitatis vel alio falso prætextu, seditiosè & temerè, sed piè, justè, reverenter & decenter suspiciendum, & apparente emendationis & conservationis Reipublicæ certa & secura spe, rursus obsequendum, & obtestationibus, deprecationibus antè, quā armis experiendum, ex præcepto divino, quod vult etiam difficiliores Dominos tolerare, & quòd optimi Principes voto quidem expetendi, qualescunq; autem patienter ferendi, ex Cornel. Tacit. supra
100 suo loco monuimus. Et si contingat, † quod semper in quovis Regno Deus clementer avertat, ut Princeps sanctissimum Fidei Numen violet, Proceribus tamen religiosè observantibus: Ille Deum habebit vindicem & ultorem: Hi verò adjutorem & Tutorem, juxta illud Jehovæ apud Prophetam de Rege Zedekia: Vivo ego, quoniam irritum fecit juramentum, in medio Babylonis morietur, & fœdus, quod prævaricatus est, ponam in caput ejus *Ezech. cap.* 17. *v.* 16. *junct. vers* 19. Notabile est illud Gibeonitarum exemplum, *Jos.* 9. *cap.* Qui licet astu & fraude, fidem & securitatem à populo Dei impetrarant, & à vero Dei cultu alieni fuerant, nihilominus quod contra fidem aliquot retrò seculis datam, Saul eos oppresserat, graviter fuit punitus, septem ejus in justam vindictam suspensis posteris, insuper populo Israël tribus annis fame presso, 2. *Sam. c.* 21. Si verò Proceres & subditi, † non 101
urgente summâ & extremâ necessitate periclitantis & collabantis Reipubl. pravo quodam affectu, à fide & obedientia recedant, & divinæ ordinationi temerè resistant, ille Deum, ordinationis suæ severum custodem, habebit protectorem: Hi verò, perfidiæ & in obedientiæ vindicem. Et hæc ita † de præsenti quæstione 102
in thesi & in genere, per discursum tantùm, ex variis sacræ & profanæ historiæ exemplis, nec non JCtorum & Politicorum traditis, pro & contra adferre voluimus. In specie vero aliquid de ea pronunciare & judicium privatum interponere velle, à prudentissimis periculosum censetur, per notata à Forstner. *in not. Polit. ad Cornel. Tacit. lib.* 1. *p. m.* 25. Tum † propter varias rerum 103
humanarum figuras & circumstantias, quarum vel minima causæ & quæstionis statum variare possit. Tum quòd Deus † pro summa & imper- 104
scrutabili sua prudentia regna constituat, Reges tueatur, temerè & sine urgente necessitate aut ex ambitione vel æmulatione refractarios severè puniat: Et Tyrannos rursus de sede deponat, & alios regere faciat, prout vult. Et si in ulla re, maximè hic verum est illud:

Ludit in humanis divina potentia rebus.]



CLASSIS II.

CAPUT I.

DE QUARTA MONARCHIA QUÆ *fuit & est Romanorum.*

SUMMARIA.

1. *Continuatio.*

2. *Conterere tempus in multiloquio, prudentissimos stomachari solet.*

3. *Imperium Romano Germanicum est quarta illa Monarchia, cujus perennem, & cum ævo duraturam felicitatem ac perpetuitatem tùm sacra, tùm gentilium prædicarunt oracula.*

4. *Virtus & fortuna pariter æternitatem Imperio Romano promiserunt.*

5. *Rom. Imperium primum & solum ortu & occasu fines regiminis sui terminasse scribitur.*

6. *Omnibus regnis Orbis Christiani dignitate, & majestate sublimius,* 7. *A quo omnia imperia ori-*

ginem,

ginem traxerunt. 8. *In cujus tranquillitate totius Christiani orbis salus conquiescit.*

9. *Imperium Roman. est summus universi orbis Christiani Magistratus,* 10. *Alii reges & principes quasi appendices, Imperii Rom. censentur.*

11. *Rationes, quibus evincitur, Imperium Rom. esse quartum illud summum Imperium, in Danielis vaticinio memoratum. Sub Imperio Rom. imperante Augusto, natus est Christus.*

12.13. *Imperium Rom. est bestia illa, decem habens cornua, in Daniele præfigurata.*

14. *Romanum Imperium denotatur sub quarta illa bestia apud Danielem, permanente usq; ad novissimum diem, non adventus Christi in carnem, sed ad judicium universale.*

15. *Etiam in Monarchia quarta potentia valdè attrita, & collapsa Imperatorium nomen, & Cæsarea sublimitas permansura est usq; ad finem mundi.*

Imperium hoc everti non poterit, nisi cum ipse orbe terrarum.

16. *Non attendenda meticulosa omina quorundam hominum, Imperium Rom. usque ad extremum judicii diem stabile non esse, opinantium, & fatalem Germaniæ eversionem impendere sinistrè augurantium.*

17. *Ratio dubitandi, de Imperio à pluribus simul & semel aliquoties administrato, Et in Orientale, atq; Occidentale diviso.*

18. *Ratio decidendi, Etiam sub communi Imperii nomine publicarum rerum administratio mansit.*

19. *Leges, constitutiones, Rescripta communi nomine & indivisim publicata Reiq; publ. curam æquo jure susceptam fuisse, testantur varia inscriptiones descriptorum & Constitution. à diversis Impp. simul promulgatarum per tot. C.*

20. *Socialis magis fuit tale regnum, quàm partitum.*

21. *A Theodosii obitu Imperii societas, & conjunctio inter Impp. dirimi cœpit, tandemq; Occidentalis Imperii convulsio subsecuta.*

22. *Divisio Imperii in Orientale, & Occidentale quando cœperit, post obitum videlicet Costantini M. & quamdiu duraverit, nimirum per* 500. *ferè annos, usq; ad Carolum M. Imperium Occidentis ad Germanos à Carolo M. translatum Anno* 800.

23. *Titulus Augusti à Regibus Orientis, una cum majestate ac praeminentia transiit in Carolum M.*

24. *Orientale Imperium captâ Constantinopoli Anno* 1453. *à Mahomete planè occupatum & direptum fuit.*

25. *Post Romanam Monarchiam ad finem usq; mundi nulla alia est futura.*

PRæmissis hisce generalibus ad regiminis secularis auctoritatem & constitutionem pertinentibus, accedendo proximius ex instituto nostro ad imperii Romano-Germanici Regimē,
ante † omnia definienda imperii Romani forma 1
& status. Itaque sine verborum circuitu † non 2
conterendo tempus in multiloquio, quod prudentissimos stomachari solet, Aretin. *consil.* 11. *in pr.* Hieron. Giachar. *cons. de syndicat. n.* 1. sentio &
omninò mihi persuasum habeo, † Imperium 3
Romano-Germanicum, esse quartam illam Monarchiam, cui perennem & cum ævo duraturam felicitatem divina ominantur oracula. *Dan.* 2. & 7. *fac. c. futuram,* 12. *q.* 1. Cluten. *in syllog. rerum quotid. conclus.* 1. *lit. c.* Besold. *de jurisd. imper. Rom. c.* 3. Osiand. *in not. ad cap.* 2. *Daniel.* [D. Geth. *loc. de Magistrat. Polit. c.* 3. *s.* 3. *nu.* 149. D. Conr. Theodoric. *in concione gratulatoria pro moderno nostro Imp. gloriosiss. Ferdin. II. p.* it. Philip. Melancht. *in Chron. Carion. lib.* 2. *tit. de quart. & ult. Monarch.* Warem. ab Ehrenberg / *in Fœderib. cap.* 2. *n.* 148. Quò pertinent oracula illa vatum gentilium & sententiæ Sybillinæ de perpetuitate Romani Imperii.] Indeque & ipsis Romanis olim persuasum fuisse ex illo Junonis apud Virgilium *lib.* 1. *Æneid.* apparet,

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium sine fine dedi:

[Et juxta illud Claudiani Paneg. 4. in Stillicon.

— nec terminus unquam.
Romanæ ditionis erit.]

Cui virtus † & fortuna pariter æternitatem pro- 4
miserunt, Dan. Heinsius *in orat.* 10. *pag. mihi* 255.
quod primum † & solum post hominum memo- 5
riam, ortu & occasu fines regiminis sui terminasse scribit, Halicarnass. *lib.* 1. *in pr.* Besold. *de jurisd. imper. Rom. cap.* 2. [vid. Chassan. *de glor. mund. p.* 5. *consid.* 27. ubi plura hac de re congessit.]
adeoq; omnib. † regnis, quæcunque latissi- 6
ma orbis Christiani orbita continentur, Dignitate & Majestate sublimius, [per ea, quæ tradunt interpp. *ad l. Benè à Zenone. Cod. de quadr. præscr.* Joh. Meichsn. *decis. Cam.* 6. *num.* 19. *tom.* 3. Chas-
san. *allegat. med. c.* 20.] A quo † omnia imperia 7
originem traxerunt, Mart. *de jurisd. p.* 1. *c.* 32. *n.* 7. *remissivè.*
Et in cujus † tranquillitate totius 8
Christiani orbis salus conquiescit. [*text. in constitut.*

ſtitut. Henr. ad reprimendum in extravagant. tit. quom. in laſ. Majeſt. crim. proced. ibid. gloſſ. Decian. *in tractat. crim. c. 37. n. 2.*] Geil. 1. *de pp. c. 1. num.* 2.

9 adeoq; hoc imperium † ſummus univerſi orbis Chriſtiani Magiſtratus, Thom. Michaël. *de juriſd. concluſ. 2. lit. b. in notat.* Richard. Dieter. *de ſumm. ſumm. imper. poteſtat. concluſ. 79.* Unde &

10 alii Reges † & Principes quaſi appendices imperii Romani cenſentur, Michaël Ulcurr. *de regim. mund. q. 2. n. 11. in fin.* Quod verò imperium no-

11 ſtrum ſit quartum illud ſummum imperium, † de quo Danielis loquitur vaticinium, ſequentibus, ut opinor, fundamentis ſatis ſtabilitur: Sub quo imperio natus eſt Chriſtus, illud eſt ultima ſeu quarta Monarchia. Sub imperio Romano, & quidem Imperatoris Auguſti, qui dominatus eſt univerſæ terræ, natus eſt Chriſtus, *Luc. 2. v. 1.* Propoſitio probatur, *quia Dan. 2. v. 34.* per lapidem intelligitur Chriſtus, qui eſt de monte, hoc eſt, virgine Mariâ ex familia Judæorum abſciſſus, hoc eſt natus, ſine manibus, hoc eſt, ſine opera virili, Maldonat. *in Daniel. cap. 2. pag. 621. edit. Mogunt. Anno 1611. Cui addendus v. 44.* 2. Beſtia

12 habens † cornua decem, eſt Quarta Monarchia, *Dan. 7. v. 7.* [D. Johan. Gerhard. *Locor. Theolog. c.*

13 *5. ſect. 3. nu.* 138.] At Romanum imperium † eſt beſtia habens illa cornua decem, *Apocal. 13. v. 1.*

14 *& cap. 17. v. 12.* 3. Beſtia Quarta † permanebit uſque ad noviſſimum diem, *Dan. 7. v. 9. 10. 13. 14. 21. 26. & ſeq.* [Confer Petr. de Andl. *lib. 2. cap ult.*] Romana Monarchia eſt illa quarta beſtia apud Prophetam. Et hoc non de adventu Chriſti in carnem intelligi poteſt, ſed ad judicium univerſale, 1. quia de illo adventu loquitur, qui complectitur ſeſſionem Chriſti in throno majeſtatis, *Dan. 7. v. 9.* Quod non poteſt verificari de primo adventu, verùm de ſecundo, qui erit Majeſtaticus. 2. Quia de illo adventu loquitur, qui erit ad judicium, *d. c. 7. Dan. v. 10. & 26.* At adventus Chriſti in carnem non fuit factus ad judiciū, *Joh. 3. v. 17. & c. 12. v. 47.* 3. Loquitur de illo adventu, qui fit in nubibus cœli, *Dan. 2. v. 13.* Primus autem adventus non factus eſt in nubibus cœli, ſed ultimus demum talis erit, *Matth. 24. v. 30. Apocal. 1. v. 7.*

15 [Docet quidem ſacra Scriptura † hujus Monarchiæ potentiam valdè attritam iri, & collapſuram: Imperatorium tamen nomen & Cæſaream ſublimitatem permanſuram uſque ad finem mundi. Quod eò pertinet, ut certò ſciamus, hoc imperium everti non poſſe, niſi cum ipſo orbe terrarum, vid. Phil *in Chron. Carion. alleg. ſupr. loc.* D. Theodoric. *in d. concio. congrat.* Witteberg. Theologi in Erklärung ihres Bedenckens vom 25. Tag Januarii An. 1620. §. In Betrachtunge daß ſolches Gottes Ordnunge. Quamobrem † 16

non attendenda illorum hominum meticuloſa omina, ſeu opinationes, qui perſuaſum ſibi habere non poſſunt, Deum velle, ut imperium Romanum ſtabile ſit, uſque ad extremum judicii diem: Ideoque interitum & vaſtationem pravis conſiliis accelerant, & everſionem fati quadam neceſſitate Germaniæ impendere ſiniſtrè augurantur, & clamitant, confer VVatemund. *d. c. 2. n. 148.* vid. quæ ex D. Lutheri ſententia ſcribit Johan. Sleidan. *lib. 14. Comment. p. m.* 405. Hi certè diffidunt verbo Dei, & vaticiniis Prophetæ, nec ſibi perſuadere poſſunt, non eſſe difficile Domino Deo noſtro auxiliari vel in multis, vel in paucis, *1. Sam. 14. v. 6. 2. Chron 14. v. 11.*

Pro ratione tamen dubitandi † inter alia urgeri poſſet, Monarchiam videlicet, eſſe unius 17 Imperium per tradita *ſupr. claſſ. 1. cap. 1. num. 12.* Imperatores autē plures ſimul & ſemel aliquoties imperium adminiſtraſſe, ex hiſtoriis ſatis ſuperq; patet, Molin. *de jur. primogen. Hiſp. p. 350. col. 2. num. 24.* Marcus Antoninus cum fratre Lucio Vero, æquo jure ſimul imperio præfuerunt. Gualther. *in Chronolog. Eccleſiaſtico-polit. ſub Anno 161. in vita* Anton. Qui primus imperii ſocium admiſit & poſt eum alii multi. Deinceps diviſo inter Conſtantini M. filios imperio, duo quaſi populi Romani imperia eſſe cœperunt, alterum Romæ in Occidente, alterum Conſtantinopoli in Oriente. Pro ratione verò decidendi † no- 18

tandum: Quamvis imperium in Orientale & Occidentale aliquandiu fuerit diviſum, manſiſſe tamen ſub communi imperii nomine, publicarum rerum adminiſtrationem, notat Petr. Suav. Polan. *in hiſt. Concil. Trid. lib. 1. f. 3. colum. 1.* ita ut unum potius imperium, quàm duo eſſe viderentur: quum vel inter duos fratres, vel patrueles, vel patrem & filium unus quaſi Principatus fuerit. Quamobrem leges, † conſtitutio- 19

nes & reſcripta, ab hiſce communi nomine & indiviſim publicata, & Reipub. cura æquo jure ſuſcepta fuit, ut appatet ex inſcriptione Reſcriptorum & conſtitutionum ab Antonino & Vero, aliàs Severo: Diocletiano & Maximiano: Valentiniano, Gallieno & Valeriano, ſimul promulga-

mulgatarum, vid. *inscript. l. 2. & seqq. C. de edend.*
l. 3. C. de in jus voc. l. 15. Cod. de pact. item Hono-
rii & Theodosii *l. 4. Cod. de advocat. div. judic.*
Theodosii & Valentiniani *l. seq. C. eod.* Leonis &
Zenonis *l. 16. C. eod. tit. cum similib. passim per tot.*
20 *Cod.* Ideoque magis † hoc regnum sociale fuit,
quam partitum Joseph. Scal. *in Epist.* 388. Andr.
Knich. *de autocrat. Roman. Impp. c. 1. n. 167.* Post-
21 quam à Theodosii obitu † illa imperii societas
& conjunctio inter Impp. dirimi cœpisset, tan-
dem Occidentalis imperii convulsio, Barbaris,
Gothis & Sarracenis id occupantibus subsecuta
Onuphr. Panvin. *in præfat. ad lib. 1. Roman. Prin-*
22 *cip.* Cœpit autem † hæc divisio in Orientale &
Occidentale imperium post obitum Constanti-
ni Magni Imperatoris, ut dictum est, & duravit
ferè per quingentos annos, usque ad Carolum
Magnum primum Germanorum Imperatorem,
qui imperium Occidentis ad Germanos transtu-
23 lit, anno Christi 800. Et ex eo tempore † hono-
rificum AUGUSTI nomen, à Regibus Orien-
tis, non amplius fuit usurpatum, sed una cum
Majestate, splendore & præeminentia iste titu-
lus transiit, in Carolum Magnum Occidentis
imperii Principem & Imperatorem, nec amplius
socialis majestas aut imperium commune man-
sit, Confer Gualther. *in Chronol. Ecclesiastic. Poli-*
tic. sub Anno Christi 476. Orientale autem impe-
24 rium † captâ Constantinopoli & occiso Con-
stantino Palæologo Anno 1453. à Mahomete
Amurathis filio planè occupatum & direptum
fuit VVolffgang. Dreschler. & Georg. Fabric. *in*
Chron. Turc. Cari. in Chron. sub Anno Christi 1453.
& plenius Gualther. *sub eod. ann.* Helvic. *in*
Theatr. Histor. Philip. Cominæus *lib.* 10. *com-*
mentar. Et quod † post Romanam Monarchiam
ad finem usque mundi nulla alia sit futura, scri-
bit etiam Petr. de Andl. *de Roman. Imp. lib. 1. c. 4.*
circ. fin.]

CAPUT II.

DE SACRI IMPERII ROM. STATU ubi rejectis Bodini & aliorum argumentis immotis fundamentis defenditur, statum imperii nostri Romano-Germanici esse Monarchicum?

SUMMARIA.

1. 2. 3. Continuatio. Imperium Romano Germ. est unum ex 4. illis summis Imp. Ideoq; ad hos, prout olim est Monarchicum.

4. Bodinus Imperii Roman. majestatem ambitiosè perstringens, 5. ex eo, quod majestas Imp. Rom. German. penes ordines Imperii sit, statum Imperii non Monarchicum, sed Aristocraticum esse, ostendere conatur.

6. Bodini rationes dubitandi.

7. 8. Prima, 9. quæ paulatim irrepere solent, difficilè percipiuntur.

9. 11. Secunda, 10. Leges dare, & non accipere majestatis est.

12. Tertia, 13. Leges universales ex plenitudine potestatis condere, supremæ majestatis est symbolum.

14. Quarta, 15. Ius pacis, ac belli indicendi infallibile est signum absolutæ ac supremæ potestatis. 16. Imperator ex Capitulationis formula de rebus Imperii, inconsultis statibus Imperii, jus belli suscipiendi non habet.

17. 18. 19. Quinta, Potestas exigendi vectigalia, erigendi telonia, &c. est de majorib regalibus, quam Imperator sine procerum consensu non habet.

20. 21. Sexta. Creatio summi Magistratus, Majestatis est proprium. Reservata Populi Roman. Ius creandorum magistratuum. Pacis & belli Legis ferenda. 22. Imperator cum proceribus constituendi judicium Camerale potestatem habet.

23. Septima. Iudices Camerales cognoscunt de capite, fama, ac fortunis Imperatoris.

24. 25. Octava. Principes, Duces, Comites creare, summa est potestatis.

26. 28. Nona. Majestas est summa in cives, & legibus soluta potestas. 27. Proceres constituendi, & destituendi Imperatorem potestatem habent. Par in parem, inferior in superiorem nullum habet jus & imperium.

29. 30. Decima. Potestas precaria, licet summa, majestas non est. Administratores Imperii summam non habent Majestatem. 31. 32. Imperator summæ potestatis jus precariò obtinet; cùm status Imper. revocandi jus habeant. 33. Ferdinandus I. Imper. fatetur, sibi administrationem Imperii, ejus onus delatum esse.

34. Undecima. Maximilianus I. Imp imperii majestatem in ipsis Ordinibus inesse, confessus est. 35. 36. Propria confessio probatio est firmissima. omnium superlativa, & probata.

37. Duodecima, Electoris Moguntini Consultatio de Aristocratia retinenda. 38. Elector Moguntinus Imper. Romani est columna, 39. Archicancellarius Germaniæ, 40. Collegii Electoralis Decanus.

41. *Turpe est Electori, jus & statum Imperii, in quo versatur, & cujus ipse columna, ignorare.*

42. *Decima tertia. Imperii Principes Imperii, non Imperatoris, fiduciarios se profitentur.*

43. *Decima quarta. Suprema provocatio summa majestatis est particula.* 44. *Olim ab omnibus magistratibus licuit appellare populum.* 45. *In Imperio Romano ad Cameram, non ad Imperatorem provocatur.*

46.48. *Decima quinta Tributarius alterius jura majestatis non habet.* 47. *Tributi praestatio est subjectionis probatio.*

49. *Decima sexta. Majestatem non habet, qui ipse conveniri & damnari potest.* 50. *Ordini naturae repugnat superiorem inferiori parere.* 51. *Imperator coram Electore Palatino conveniri potest.*

52. *Rationes decidendi. Prima. In imperio Monarchico jura Majestatis penes unum resident.* 53. *Penes Imperatorem sunt jura Majestatis in Imperio.* 54. *Imperator summam & legibus solutam habet potestatem.* 55. *Imperium ac potestas à populo lege regiâ latâ in Principem collata, nec revocata, nec revocari potuit.*

56. *Mutato modo administrationis accidentali, non ipse status & fundamentum substantiale mutatur, Imperator adhuc hodie summus appellatur Princeps.*

57.58. *De praeterito in praesens praesumitur.*

59. *Legum praesumptio liquidissima est probatio, & instar documenti,* 60. *Cui meritò standum, donec contrarium evidentissimè probetur.*

61. *Imperium illud Imperatori ereptum, sine crimine laesa majestatis affirmari non potest.*

62. *Secunda. Ab omnibus Regibus & populis Monarcha salutatus, & habitus reverâ talis est.* 63. *Res praesumitur sic, se habere, ut omnes opinantur. Multum refert, qualis cujusve conditionis quisque communi hominum opinione habeatur.*

64. *Tertia. Summus is dicitur, qui nullius imperio tenetur.* 65. *Imperator neminem nisi Deum & Ensem superiorem cognoscit. Quod ipsum insigne est supremae potestatis.* 66. *Imperator summus Imperii moderator, & caput.*

67. *Rem perstringere in claris terminis stultum est.*

68. *Imperatori Rom. omnes status post Deum tenentur rationem reddere.*

69.70.71.72.75. *Quarta. Imperator omnibus & singulis ex plenitudine potestatis imperat, & in omnes ac singulos animadvertit.*

73. *Omnes Imperatori tanquam superiori ad fidelitatem & obedientiam sunt obstricti.*

74. *Status dignitates ab Imperatore, & Imperio habent.*

76.77. *Imperator omnibus & singulis mandat sub poena certa quātitatis, amissionis privilegiorum, & dignitatum, Item Banni, & amissionis vitae.*

78. *Mandatis Imperatoris omnes & singuli cives Imperii parere tenentur.*

79. *Qui poenam alteri imponit, is dicitur superior, & Princeps. Principes & Civitates Germaniae uni Caesari parent.*

80. *Imperator summus est Monarcha, jura majestatis ex plenitudine potestatis usurpans.*

81. *In plurium imperio, neuter imperio alterius tenetur.*

82. *Quinta. Imperator omnium statuum, & Procerum Dominus est clementissimus.*

83. *Sexta.* 84. *Omnes Imperii status Imperatori, tanquam Domino, & summo magistratui obedientiam & subjectionem debent.* 85. *Et omnes se ipsi subjectissimos in subscriptionibus fatentur.*

86. *Septima. Homagii praestatio respectivè est fundamentum superioritatis, & subjectionis.* 87. *Homagium unde dicatur?* 88. *Homagium praestare, est subjectionis, & obedientiae juramentum inire.*

89. *Principes & status Imperii praestant homagium fidelitatis & subjectionis. Vocabulum* Gehorsamb *subjectionem denotat.*

90.91. *Octava. Principes & status Imperii praestant Imperatori fidelitatem sine cujusquam exceptione.*

92. *Distinguendum inter dominatum & Monarcham.* 93. *Dominatus parum à tyrannide distat.*

94. *Ejusmodi absoluta dominia in Europa nulla reperiuntur. Apud Russos, Turcas, Tartaros magis usu frequentantur.*

95.96. *Distinguendum inter ipsum Reipubl. statum, & inter imperandi seu administrandi formam.*

97. *Responsiones ad contrarias Bodini rationes. Ad 1.*

98. *A positione unius facti, non sequitur positio alterius.*

99. *Non probat adesse, quod ut plurimum contingit abesse.*

100. *De merè contingentibus, non est determinata & certa veritas.*

101. *Quae facti sunt, non praesumuntur, nisi probentur.*

102. *Ipsa*

102. *Ipsa facti evidentia est probatio optima.*

103. *In certis non est opus conjecturis. Veritati detecta, & conspecta cedit præsumptio.*

104. *Imperator electus majestatem jure proprio obtinet, & usurpat, eamq; semper inconcussam, & illibatam conservat.*

105. *Bodinus sibi ipsi contrarius. Capitali fraude tenetur, qui sciens prudens à summo principe provocat.*

106. *Ad 2. Proceres Imperii ad comitia convocantur, & conveniunt, non ad ferendas Imperatori leges, sed ad consultandum, & deliberandum.*

107. *Legibus communi Imperatoris, & statuum suffragio latis, statumq; publicum concernentibus; Imperator postea tanquam ex contractu obligatur.*

100. *Aliud est legibus obligari ex conventione, aliud ex imperio.*

109. *Ad 3. Communi & publico consilio Respubl. administrando exemplo Romuli, Augusti, Iul. Cæsaris.*

110. *Procerum consensus non absorbet majestatis, & summa potestatis plenitudinem.* 111. *In constituenda lege imperiali Proceres suffragium cum contestatione subjectissima observantia interponunt.*

112. *Imperator in legum constitutione potissimas partes obtinet.*

113. *Imperator cum consensu & consilio Electorum jus convocandi & habendi comitia habet.* 114. *Status ab Imperatore convocati comparent subjectissimè.* 115. *Discedentes ante finem veniam ab Imperatore petunt.* 116. *Aut indignationem Imperatoris incurrunt.*

117.118. *Solus Imperator deliberationis capitula proponit.*

119. *In statu Aristocratico, ut consultandi, ita & proponendi potestas penes ordines est.*

120. *Leges Imperii solius Imperat. autoritate promulgantur & sanciuntur.*

121. *Status Imperii non nisi Imperatoris autoritate, & nomine Leges universales constituere possunt.*

122. *Nostra facimus, quibus autoritatem, & robur impertimur.*

123. *Solus Imper. legibus de consensu statuum conceptis sanctionis robur, & autoritatem addit.*

124. *Aliquid confirmans confirmatum suum dicit.*

125. *Violatores constitution. Imperial. à Fiscali Imperatoris conveniuntur.*

126. *In Polonia potestas legum condendarum est simul penes Regem, Senatum & Nobiles, in Comitiis.*

100. *Pragmatica sanctionis nomen id demum sortitur, quod Princeps Procerum consilio statuit.*

128. *Ad 4. Ius pacis & belli indicendi ac decernendi, majestatis & supremæ potestatis symbolum est.*

119. *Bellum in Imperio contra pacem publicam sine licentia Cæsaris movens, in crimen læsæ majestatis incidit.*

130. *Prudentiæ argumentum est, non imbecillitatis, inconsultis Proceribus nihil decernere.*

131. *Bella uti communi periculo, & sumpta, ita & communi consensu suscipienda.*

132. *Quod ad omnes pertinet, ab omnibus approbandum.*

133. *Invitis canibus difficile est venatum ire.*

134. *Consensus statuum in bello decernendo majestatem Imperatoris non tollit. Majestas Imperat. æquitatis & moderatæ rationis condimento temperanda.*

135. *Status Imperatori belli caussam proponendi consentiunt, non ut superiores, vel æquales.* 136. *Sed ut membra, ejusd. capitis, cum quadam subjectionis contestatione.*

137. *Consensus Procerum neq; Imperatori adimit, neq; ipsis tribuit majestatem.* 138.128. *Majestas & absoluta potestas omnis subjectionis nescia.*

139. *Idem in Gallia aliisq; regnis obtinet.* 140. *Franciscus I. Galliæ Rex bellum contra Carolum V. non suo tantum arbitrio, sed Parlamenti decreto suscepit.* 141. *Angliæ Reges nihil tale suscipiunt, nisi convocatis ordinibus, & assentiente populo.* 142. *Poloniæ Rex inconsulto Senatu nec bellum cuiquam facit, nec fœdus publicè init.*

143. *Ad 5. Non status Imperii, sed Imperator indicit vectigalia, tum consensu tamen Procerum. Nemo omnium principum jus habet, vel teruncium exigendi à suis, præter constitutum annuum censum, nisi populus assentiatur.*

144. *Potestas indicendi vectigalia de reservatis principis esse dicitur.*

145. *Sine concessione Imperat. status in suis ditionibus nova vectigalia imponere non possunt.*

146.147. *Omnis sinistræ suspicionis cogitatio animis subditorum evellenda.*

148. *Ad 6. Imperator Rom. adhuc hodiè summos Magistratus creat.* 149. *Solus creat Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, solus de majorib. feudis, & regalibus investiendi & devestiendi jus habet.* 150. *Carolus V. Imp. filium suum Philippum de Ducatu Mediolanensi investivit.* 151. *Rudolphus II.*

Sigismundum Bathoreum Romani Imperii Principem creavit.

152. *Camera judicium quoad contentiosam præcipuè jurisdictionem, & justitiæ expeditionem, Imperatorem, & universum Imperium repræsentat.* 153. *Et ad administrationem justitiæ contentiosæ, litiúmque decisionem maximè institutum.*

154. 155. 157. *Imperator Cameræ judicium, ejusq́; judicem constituit, eundemq́; suum appellat judicem.* 156. *Et solus Præsides Cameræ instituit.* 158. *Iudicium Cameræ Imperatoris judicium dicitur, & summi principis confessorium.*

159. 160. *Camera vice Imperatoris judicat, hujusq́; nomine, autoritate, & sigillo omnia mandata, & processus expediuntur.*

161. 162. *Ad* 7. 163. *Imperator in Camera convenitur, non tanquam Imperator, sed tanquam Archidux Austriæ, vel alius Imperii Princeps.*

164. *Eadem persona diversis qualitatibus prædita diversè jure censetur.* 165. 166. *Imperator ratione ditionum & ducatuum, quos sub vel ab Imperio habet Adsessores Cameræ dat, & onera imperii fert, non ut Imperator, sed ut dux, & Princeps Imperii.*

167. *Ab Imperatore non datur appellatio.* 168. *Limitatur, si non ut Imperator, sed ut Dux, vel Comes, sententiam tulerit.*

169. *Ob id, quod Imperator in Camera conveniri potest, Majestas ejus non læditur, Rex Galliæ in Parlamento convenitur.*

170. *Ad* 8. *Imperator fons perennis Nobilitatis à quo omnium Ducū, Comitum, &c. dignitas radicaliter & originaliter profluit.*

171. *Imperator per investituram Regalia, jurisdictionalia, aliaq́; Magistratus jura Ducibus & Principibus confert.*

172. *Ferdinandus II. Imper. modernus plurimos creavit Principes, Duces, & Marchiones.*

173. *Diversimodè Imperator creatur à Ducibus, & ipse creat Duces. Creatur à solis Electoribus tanquam summum caput, & imperii Dominus, &c.* 174. *Ipse verò creat Duces & Comites, tanquam subjectissima illius capitis membra.* 175. *Princeps, Dux, Comes existit, quem Imperator talem fecit.*

176. *Electores ex officii necessitate, & jurisjurandi religione, sede vacante ad eligendum novum Imperat. obstringuntur.*

177. 178. *Ad* 9. 179. 180. *Non regia, sed bestialis esset potestas, sine modo, sine lege, & ratione pro lubitu summa imis miscere; non ad Monarchiam, sed dominatum, & tyrannidem pertinens.* 181. *Principes si quidvis possent, multò essent imperfectiores. Reges suis ipsi legibus obtemperantes maiorem laudem merentur, & ad perfectionem propius accedunt.*

182. *Nullum regnum in Christiano orbe absque temperamento, & freno.*

183. *Ad* 10. *Electores Imperatorem legitimè constitutum regulariter deponere non possunt.* 184. *Electores functo electionis officio Imperatori majestatem imperii detulerunt, fasces submiserunt, seq́; juramentō ad obedientiam obstrinxerunt.*

185. *Electus & constitutus Imperator jus imperii proprio & perpetuo jure usurpat.*

186. *Rex non postulatur ut Medicus, cujus imperium durat ad placitum ægroti.*

187. *Valeriani Imp. ad Prætorianos responsum.*

188. *Facile est Ducem ponere, sed difficile positum deponere.*

189. *Limitatio prædictorum.*

190. *Imperator non alieno, sed suo nomine, jure majestatis, & plenitudine potestatis imperat, veluti summus Christiani orbis Magistratus, & Dominus.*

191. *Ad* 11. *Verba non captanda, sed quâ mente quid dicatur, animadvertendum.* 192. 194. *Verba intelligenda eo respectu, ad eumq́; finem, ad quem proferuntur.*

193. *Electo Imperatori ipso electionis jure sine Pontificis facto, & autoritate majestatis jura in Imperatorem transferuntur.*

195. *Confessio limitata limitatum producit effectum.*

196. *Ad* 12. *Etiam in statu Monarchico modus administrationis & regiminis rationibus Aristocraticis rectè temperatur.*

197. *Verba, quamvis generalia juxta naturam, & qualitatem rei, de qua proferuntur, accommodanda.* 198. *Ne absurdus intellectus, vel inconveniens inde sequatur.* 199. *Generalis locutio non operatur, nisi in quantum potest.*

200. *Ad* 13. 201. *Imperatori & imperio juramētum fidelitatis præstant omnes imperii Principes.* 202. *Formula juramenti fidelitatis Principum, in aula Cæsarea usitata.* 203. *Eandem juramenti formulam Wilhelmi & Georgii Hassiæ Landgraviorum Legati Anno 1628. Pragæ recitarunt.*

204. *Ad* 14. *Extrema provocatio non pertinet ad jura Majestatis. Hodiè multi magistratus sine provocatione judicare consueverunt.* 205. *Exemplo quarundam Curiarum Gallorum, Hispanorum, Rotæ Romanorum, &c.*

106. Sup-

106. *Supplicatio ad Majestatem pertinet, provocatio non item.*

107. *Subditis aditus ad Principem non est prohibendus.*

108. *A Camera imperialis sententia nec appellare, nec supplicare licet, datur tamen revisionis remedium.*

109. *Camera utitur vicariâ Imperatoris jurisdictione.* 110. *Appellatio à vicario, ad eum, cujus est vicarius, non conceditur, cùm utriusq; idem tribunal.* 111. *Imperator concurrentem cum Camera habet jurisdictionem.*

112. *Ad 15. Exeo, quod annua pensio Turca propter tranquillitatem & pacem publicam solvitur, Majestas Imperatoris non patitur naufragium.* 113. *Bonus paterfamil ad damnum inevitabile avertendum nullis parcit sumptibus.* 114. *Ipse Turcarum Imperator Regi Æthiopum & aliis tributum quotãnis solvere cogitur.* 115. *Tributum subjectionis jure à subditis, pensio conventionis & societatis jure à fœderatis, vel finitimis solvitur.* 116. *Ludovicus XI. Galliæ Rex Eduardo Angliæ Regi pensionem 50000. aureorum quotannis solvit.*

117. *Ad 16. Etiam major vel æqualis subjicere se potest alterius jurisdictioni. Dominus feudi coràm paribus Curiæ convenitur.*

118. *Imperator de jure communi neminem judicem agnoscit nisi Deum, sibiq; ipsi in propria causa jus dicere potest.*

119. *Imperator jure auræ Bullæ Caroli IV. Imp. coràm Electore Palatino conveniri potest.* 120. *Hoc tamen judicium propter Maiestatis observantiam non alibi quàm in imperiali curia exercetur.*

121. *Et Galliæ Rex in Curia Parisiana conveniri & damnari potest. Parlamentorum Galliæ ea est potestas, ut ipsorum decretis Rex quoq; pareat.*

122. *In Neapolitano aliisq; regnis certi deputati Magistratus cognoscunt de causis Hispaniarum Regis sive actor, sive reus sit.*

123. *Media sententia imperii Germ. statum ex Monarchia, & Aristocratia mixtum esse statuens.* 124. 125. *Rationes dubitandi.*

126 *Rationes decidendi. Monarchia est unius prædominans imperium.* 127. *Solus Imperator non solùm potissima, sed etiàm omnia suprema, & absoluta potestatis jura habet.*

128. *Proceres non tantùm ut singuli, sed ut universi Imperatori subjectione obstringuntur.*

129. *Qui capitis vicem gerit, superior est reliquis membris.*

130. *Aristocratia paucorum est ex æquo potentia & gubernatio.*

131. *Respondetur ad prædictas rationes, de mixto imperii Germ. statu. Majestatis jura indivisibilia.*

132. *Majestas æqualis potestatis nescia, Majestatis proprium est, omnibus esse superiorem, omnibus imperare.*

133. 134. 135. *Majestatis jura non sunt abdicabilia à summo Principe, sive eius destructione. Nec ad subditos transmissibilia.* 136. 137. *Nec præscriptibilia,* 138. *Quia non in commercio, sunt enim quasi sacra sacrorum.*

139. *De jure civili titulo ac insigniis regiis utens capitis pœnam meretur.*

140. *Imperator non singulis solùm, sed etiam universis imperat.* 141. *Æqualibus imperare ex lege nemo potest.*

142. *Licet modus & forma administrationis in imperio Aristocratiam quandam referat, status ipse tamen Monarchicus est.*

143. *In Belgio status ipse est Democraticus, administratio autem Aristocraticè temperata.*

144. *Vice versa administratio potest esse Monarchica, licèt status ipse sit popularis, ut fuit tempore Dictatorum, apud Romanos.*

145. *Venetorum Respubl. creato Duce non desiit esse Aristocratica.*

146. *Respubl. Romana in statu populari è tribus generibus juncta fuit, Consulibus regiam, Senatoribus optimatum, plebe popularem autoritatem & potestatem obtinentibus.*

147. *Conclusio præsentis capitis, & quæstionis.*

IN præcedenti capite breviter probatum, Im-
perium Romano-Germanicum † esse unum 1
ex quatuor illis summis imperiis: Unde prono
quasi alveo fluit, statum ejus esse adhuc hodie,
prout olim fuit, Monarchicum & Regium: Si-
quidem † si est unum ex quatuor illis summis 2
imperiis, erit etiam Monarchicum: Quia o-
mnium ferè consensu quatuor † illa summa 3
imperia dicuntur & sunt quatuor Monarchiæ,
ipseq; Prophetici vaticinii contextus, & status
ac formæ descriptio satis id ostendunt; Verùm
non desunt, qui hoc ipsum rationibus plausibi-
libus, & in superficie multum apparentibus, im-
pugnare conantur. Inter hos primum locum re-
net Bodinus, † qui nescio quâ odii virulentia 4
inescatus, non decenti modestia, sed dicacis lin-
guę lasciviâ & petulanti calami etena, imperii &
Impe-

Imperatorum Romanorum Majestatem ambitiosè perstringere & lacerare non erubuit, quibus rationibus partim falsis, partim infirmis & alios si non in eandem calumniam, certè tamen sententiam pertraxit. Et quidem Bodinus pro
5 suæ opinionis confirmatione hoc unicè agit † ut Majestatem imperii Romano Germanici nō penes Imperatorem, sed Principes ac status imperii residere ostendat, ex quo consequitur, statum imperii non esse Monarchicum, in quo majestas penes unum & summum, sed Aristocraticum, in quo Majestas penes primores. Rationes
6 † autem suæ opinationis sequentes adfert, *lib. 2. de Repub. cap. 6. pag. mihi* 348. ubi primò ita scribit: *Et quoniam pleriq; imperium Germanorum Monarchiam esse, & sentiunt & affirmant, eripiendus est*
7 *hic error: Siquidem † satis persuasum est, à Carolo Magno Rege usq; ad Henricum Aucupem summam Reipub. successorio jure ad proximum quemq; Caroli nepotem fuisse delatam: Caroli verò stirpe sublata Monarchiam suffragio Principum ab Henrico Au-*
8 *cupe deferri cœpisse: Sed quoniam † ferè semper accidit, ut ii, ad quos suffragiorum jus in Repub. pertineat, jura Majestatis imminuant, ita quoq; creatores Principis germanorum jura Majestatis in sese paulatim transtulerunt, quod, quando contigerit, inquit*
9 *Bodinus, scripsisse video neminem:* Quoniam † quę paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur, nec nisi conversione secuta sentiuntur. 2. inquit, *Principes & Proceres imperii, tum Imperatori, tum singulis Principibus in Comitiis congregati*
10 *leges ferunt.* Leges autem † dare & non accipere est Majestatis, *l. Princeps, ff. de legib. §. sed & quod Principi, inst. de I. N. G. & C. & ibi Mynsf. & alii Si-*
11 *quidem † neminem esse arbitror*, inquit Monarchomachus noster, Bod. *d. loco, qui cum animadvertit, trecentos circiter Principes Germanorum ac legatos civitatum ad conventus coire, qui jura Majestatis habeant, Aristocratiam esse dubitet, leges enim tum Imperatori, tum Principibus ferunt.* Hinc & 3.
12 ultrò fluit, † quòd multò minus ipse Imperator solus leges universales condere possit, juxta solemnem & multis imperii Recessibus receptam formulam: Als haben wir vns mit den Ständen/ vnd sie widerumb mit vns nachfolgender massen verglichen/ cui congruit formula capitulationis.
13 At leges † universales ex plenitudine potestatis condere supremę Majestatis est symbolum, Bod. *1. de repub. c. 10. p.* 240. Tob. Paurm. *1. de jurisd. c. 4. n. 6. & 7.* Andr. Knich. *de non provoc. Sax. Privil. c. 5. n. 82.* Arnis. *de jur. Majest. lib. 1. cap. 3.* Anton. Coler. *de jur. Imper. Roman. sect. 18. 4.* Penes quos † est 14
jus pacis & belli decernendi, illi jura Majestatis habent. At Proceres imperii habent potestatem pacis & belli. Ergò. Propositio probatur, Quia constans est Politicorum & JCtorum sententia,
† infallibile signum esse absolutæ ac summæ 15
potestatis, belli indicendi jus, *l. 3. vers. eadem lege, ff. ad L. Iul. Majest l. un. C, ut arm. us. & c. l. hostis,* ubi Bart. *ff. de captiv. & post. im. revers. cap. quid culpatur, 23 q. 1.* Boër. *decis.* 178. *nu. 7. & seq.* Sixt. *de regal lib. c. 1. num.* 10. Rosenth. *de feud. c. 5. concl.* Geil. *1. de pp. c. 4. nu. 6.* Alberic. Gentil. *lib. 1. de jur. bell. c. 3.* Hieron. de Cævall. *in spec. commun. opin. q. 906. n. 121.* Watemund. ab Ehrenberg/ *1. de fœderib. c. 2. n. 56.* Assumpt. probatur; Quia de rebus
imperii † inconsultis Proceribus intra vel extra 16
fines imperii Imperator bellum suscipere non potest, juxta capitulationis formulam apud Sleidan. *lib. 1.* Heig *lib. 1. illustr. q. 18. nu. 6.* Syring. *de pace relig. conclus.* 14. 5. Potestas † exigendi 17
vectigalia, erigendi telonia, impetandi tributa est de majoribus regalibus, *c. un. quæ sint regalia 2. Feud. 56. l. 10. in pr ff. de vectigalib.* Schrader. *de Feud p. 3. c. 4 n. 40.* Tyraq. *de primogenit. q. 69. nu. 7.* & quidem potioribus, Bald. *ad l. imperium in 1. lector ff. de jurisdict.* Bocer. *de collect. c. 1. nu.* 10. ubi ex Meichsnero & Gylmanno probat ita in Camer. judicari, Wesenb. *consil. 27. sub n.* 14. Impe-
rator † verò sine procerum consensu hanc pote- 18
statem non habet, R. A. de Anno 1576. §. weiters sind wir auch/ *capitulatio imper. apud* Sleidan. *lib. 1.* Anton. Col *. jur. Imper. German. concl. 31. artic.* 18. Et quod t. .tius videtur stringere, dicit Bodi-
nus: Quod si tributa † ex ordinum decreto im- 19
perantur, pecuniæ non in Fiscum Imperatoris coguntur, sed in urbes delectas ab ordinibus inferuntur, ita ut Imperatori nummū publico loco movere fas non sit, *d. lib. 2. c. 6. p.* 351. cui adstipulatur ipsa imperii cōstitutio, R. A. zu Speyer/ de Anno 1542. §. Es soll auch in einem jeden. 6.
Creatio summi † Magistratus, qui aliorū impe- 20
rio non tenetur, Majestatis proprium, *l. 1. 1. ad L. Iul. ambit.* Hinc populus Romanus hæc tria sibi reservavit, nec magistratib. permisit, 1. jus creandorum Magistratuum. 2. Pacis & belli. 3. Legis ferendæ, Halycarn. *lib.* 6. Matth. Wesenb. *ad §. lex est instit. de I. N. G. & C.* Exactis enim urbe re-
gibus, † prima lex omnium, quæ ad populum 21
latæ sunt à P. Valerio Consule, Magistratuum

crea-

creationem populo tribuit, Bod. 1. *de rep. c.* 10. *p.*
248. *vers. tertium caput Majestatis.* At judices im-
22 perialis † Cameræ, Qui summum in imperio
Magistratum gerunt non solus Imperator, sed
una cum Proceribus imperii dandi potestatem
habet, *ord. Cam. de Anno* 1495. *& de Anno* 1500. *in*
pr. & 1507. *rubr.* die sechs Churfürsten sollen sechs
Personen geben / *& novissima ordin. de An.* 1555. *p.*
1. *tit.* 1. §. Nemlich wollen *& tit.* 2. Ergò penes Im-
peratorem resident jura Majestatis. 7. Imò ulte-
23 rius † progreditur Bod. inquiens. Judices Came-
ræ à Proceribus datos cognoscere de capite, fa-
mâ ac fortunis omnibus Imperatoris, quod uti-
que Majestati contrarium. 8. Qui summam Rei-
24 pub. potestatẽ habent † Principes, Duces & Co-
25 mites creare possunt; At Imperator † à Ducibus
& Principibus creari solet. Quo igitur modo
Rex idem & subditus esset? Cliens & Patronus?
Vasallus imperii idemq; Monarcha, *d. lib.* 2. *p.* 350.
26 *in fin. & pag. seq.* 9. Majestas † est summa in ci-
ves & legibus soluta potestas, Bod. *lib.* 1. *de repub.*
27 *c.* 8. *in princ.* Imperatoris † Romani potestas non
est summa; Quia Proceres & Principes imperii
superiores: tum quia Imperatori in Comitiis
leges ferunt, ut supra in secundo argumento:
tum quia constituendi & destituendi Imperato-
rem potestatem habent, ut inprimis Adolphi &
Wenceslai exempla ostendunt, *d. lib.* 2. *c.* 6. *p.* 349.
Paurmeist. *lib.* 2. *de jurisd. cap.* 3. *nu.* 31. Itaque Pro-
ceres sunt superiores: Quia inferior in superio-
rem, imò ne par quidem in parem ullum habet
28 jus & imperium. Neque legibus soluta † Impe-
ratoris potestas, siquidem in eas jurare, & san-
ctè servare tenetur, Sleidan. *lib.* 1. Anton. Coler.
de jur. Imper. Germ concl. 33. *& seq.* 10. Potestas
29 precaria † licet summa, Majestas tamen non
est, Bodin. *lib.* 1. *cap.* 8. *p.* 124. *& seq* Hinc nec con-
sulare imperium apud Romanos, nec Dictato-
ris, quod sex mensium tempore circumscribeba-
30 tur, ullius Majestatis capax fuit: Si nec † illi,
qui in defectum summi Principis administratio-
nem, ob ætatis vel aliud legitimum impedimen-
tum, quos ob id, quòd Principum vices sustinẽt,
Proreges, Proprincipes in Galliâ regentes regni
appellantur, Hanc sibi potestatem tribuere, quia
curatores & administratores imperii sunt, Ri-
chard. Dieter. *de summ summ. imper. potest. concl.*
31 10. Imperator † summæ potestatis jura preca-
riò habet, Bodin. *d. lib.* 2. *c.* 6. *p.* 352. Ratio est, quia
32 status † imperii eam revocare & Imperatorem
deturbare possunt, per supra tradita. Itaq; Impe-
rator administrationem † nudam tantùm habe-
re videtur ad nutum Principum, idq; non obscu- 33
rè fatetur ipse Ferdinand. Imperator in comitiis
Augustanis, sibi administrationem imperii ejus-
que onus delatum R. A. de Anno 1559. in pr. ibi,
vnd vns mit der Bürde der Administration vnd
Verwaltung deß H. Reichs beladen lassen. Aliud
itaq; imperium, aliud administratio. 11. Huc ac-
cedit Maximiliani I. confessio † propria, qui cũ 34
ad imperii ordines orationem haberet; Coronã
Imperialem à Romano Pontifice accipere mini-
mè necessariũ sibi videri dixit, cùm imperii ma-
jestatem in ipsis ordinibus inesse intelligerent,
Bodin. *d. c.* 6 *p.* 351. Propria autem oris confessio
† probatio est firmissima, *l. un. C. de confess tot tit.* 35
ff. eod. imò omnium † probationum superlativa, 36
l. generaliter, C. de non num. pec. Rol. à Vall *cons.* 2.
n. 114. *& cons.* 21. *n.* 3. *& seq. vol.* 1. Geil. 2 *obs.* 06. *n.*
2. Menoch. *remed.* 1. *recuper poss. num.* 127. quæ pro
probatione probatâ habetur, 2. *Sam.* 1. *v.* 16 *l.* 1. *ff.*
& l. un. C. de confess. Accurs. ad l. 1. *C. de edend.* quâ
nulla melior in mundo, Johan. de Amic. *consil.* 8.
num. 65. Ernest. Cothman. 2. *consil.* 56. *nu.* 27. rem
faciens notoriam, Menoch. *d. loc. nu.* 218. *& nu.*
222. VVesenb. *cons.* 2. *num* 61. *& seq. & cons.* 30. *n.* 5.
12. Cui addi potest Moguntini Electoris apud
Sleidanum consultatio, † *lib.* 1. qui inter alias 37
rationes, quibus collegis suis persuadere niteba-
tur, ne decus imperii Francisco Galliarum Regi
offerrent, & hac usus est: *animi fortitudinem ei*
tribuunt, sed ad Monarchiam illa spectat: nobis au-
tem inprimis est Aristocratia retinenda, quod te-
stimonium à teste omni exceptione majore pro-
latum, ab Electore videlicet & imperii Romani
columna † *præfat. Aur. Bull.* Archicancellario † 38
Germanici imperii, *Aur. Bull. tit.* 2. & collegii † 39
Electoralis Decano, *arg. text. tit.* 4. *Aur. Bull. Re-* 40
staur. Castald. de imper. q. 8. *n.* 6. Paurmeist. *de juris-*
dict. lib. 2. *c.* 2. *num.* 45. juncta ipsius Imperatoris
confessione argumentum est sufficiens. Si enim
† turpe censebatur patricio & Nobili jus Ro- 41
manũ, in quo versabatur, ignorare, *l.* 2. §. 43. *ff. de*
orig. jur. quantò turpius esset, Electorem statum
imperii, cujus ipse columna & membrum capiti
proximius, *Aur. B tit.* 2. *c.* vnd dieweil / ignorare,
cujus præsumptio in tantæ dignitatis apicẽ non
cadit. 13. Si penes Imperatorem † esset Maje- 42
stas, imperii Principes & Proceres essent fiducia-
rii Imperatoris. At Principes & proceres post in-

auguratum Imperatorem, impetii non Imperatotis fiducia rios se profitentur, Bodin. *d.lib.2.c.*
43 *6.p.350. verf. jam verò.* 14. Cui Majestas, † ei &
suprema competit provocatio, quia & hæc summa Majestatis particula, Bodin. *lib. 1. de republ. c.10.p.251. verf. sequitur quartum caput Majestatis.*
44 Hinc ejectis ex urbe Regibus † Valeria rogatione consulari non modò excepta fuit extrema provocatio, sed etiam ab omnibus Magistratibus licuit appellare populum. Liv. *lib.24.* Jam ve-
45 rò in imperio † Romano non ad Imperatorem, sed Cameram provocatur, *Ordin. Camer. pag.2. tit.28.* Bod. *d. c. 6. p. 350.* 15. Qui est tributarius
46 † alterius, ille Majestatis jura non habet: Quia
47 tributi præstatio † est subjectionis probatio, *c. omnis potestas, x. de censib.* At Turcarum Reges
48 Imperatorem † Germanorum Tributarium vocant: propterea quod pacem ea lege dixerunt, ut annuum tributum pro fruenda Hungariæ parte fisco Turcico inferatur, Bodin. *de repub. lib.2.c.9. p.224.* 16. Dicit Bodinus *d. lib. 2. c. 6.* Qui con-
49 veniri & damnari potest, † ille non habet absolutam & legibus solutam potestatem, & consequenter nec Majestatem. Ordini enim naturæ
50 repugnat † superiorem inferiori patere. At Im-
51 perator coram Electore Palatino † conveniri & damnari potest, *Aur. Bull. Carol. IV. tit.5.* Gerlac. Buxtorff *in diss. Aur. Bull. ibid.*

Hisce verò non obstantibus, contrariam sententiam veriorem, sanctiorem, & humaniorem omninò esse puto, idque sequentibus potissimùm fundamentis. 1. Imperium Monarchicum
52 est, † quando jura Majestatis & summæ potestatis penes unum resident, Bodin. *lib.2. de repub.*
53 *c.1. pag. 273.* At jura Majestatis † resident penes Imperatorem unum & solum in imperio. Assum-
54 ptio probatur; Quia Majestas † est summa & legibus soluta potestas in cives ac subditos, Bod. *1. de repub. c. 8. in pr.* Talem autem potestatem ha-
55 bet Imperator. Nam populus lata † L. Regia omne imperium & potestatem ei & in eum contulit, *§. sed & quod, & ibi Dd. instit. de I. N.G. & C.* Paurmeist. *lib.1. de jurisd. c. 19. num. 7.* Quod nunquam revocatum [neq; etiam revocari potuit, uti ex Aretin. & aliis communem dicit, Jul. Clar. *lib.5. sent. 8. fin. q. 35. n. 7.*] Quamvis enim modus
56 † administrationis accidentalis mutatus sit, non tamen inde sequitur ipsum statum & fundamentum substantiale administrationis mutatum esse. Ergò adhuc summum imperium & potestatem habet. [Et adhuc hodiè summus appellatur Princeps etiam respectu aliorũ Principum Majestati suæ subjectorum, Herm. Vult. *ad l.1. sub n. 82. C. de jurisd.* Bernh. Græve. *1. concl. pract. 96. consid. 1. sub. n. 2.*] De præteritis † etiam in præsens 57
præsumitur, hoc est, talem quenquam hodie videri, qualis fuit tempore præterito, *l. sive possidetis, C. de prob.* Sichard. *ad l. 4. n. 2. C de restit. minor.* Bald. *in l. in persona in 2. notab. C. de probat.* Everh. *in loc. legalib. loc. à tempore ad tempus, n.4.* Et in specie si quis rem habuit † præterito tempore, præ- 58
sumitur, quod eam non amiserit, *l. si quis ex argentariis, §. ult. ff. de edend. l. testamentum, in fin. C. de testam.* Felin. *in c. ult. de probat.* Alciat. *regul. 2. præsumpt. 25. n. 1.* Menoch. *de præsumpt. 1. præsumpt. 24. n. 12.* [Meichsn. *decis. Cam. 1. nu. 6. in fin. Tom. 3.* Gœdd. 1. *consil. Marp. 28. num. 206.*] quæ legum † 59
præsumptio liquidissima est probatio, *l. licet Imperator, 74. de legat. gl. singul. in l. si tutor petitus, C. de peric. tut. in verb. ostenderis*, Geil. 2. *obs. 97. sub n.6.* [Matth. de Afflict. *decis. 13. n. 24.*] & instar documenti, *l. 1. C. de apoch. 1.* Hippol. *in l 1. §. si quis, num. 16. ff de quæst.* Wesenb *in parat sub n. 15. ff. de probat. & præsumpt.* cui † meritò standum, do- 60
nec contrarium evidentissimè probetur, *l. fin. in pr. ff. quod met. caus.* Sichard. *ad l. 1. n. 6. C. qui test. fac. poss.* Neminem autem esse arbitror, qui id affirmare ausit † imperium illud Imperatori ere- 61
ptum, quod nec fieri sine Majestatis læsæ crimine potuit. 2. Hanc rationem adjuvat communis omnium opinio. † Qui enim adhuc hodiè 62
ab omnibus Regibus & populis tam fidelibus, quàm infidelib. Monarcha salutatur, veneratur & habetur, is etiam talis verè erit, quia res præsumitur † sic se habere, ut omnes opinantur, *l. 1.* 63
de flum. l. Labeo, ff. de suppellect. legat. [Multum enim refert, qualis cujusvé conditionis, quisque communi hominũ opinione habeatur Meichsner. *decis. Camer. 6. nu. 1. vers. at ad primum & nu. 2. Tom. 3.*] At verum prius, ut exemplo Turcæ & aliorum latè probat, Dom. Arum. *de jur. publ. discurs. 1. p. 8.* Ergò & posterius. 3. Summus ille dicitur, † qui nullius imperio tenetur, & cæte- 64
ros cives tum universos, tum singulos coërcere potest, definitore, Bodin. *lib.1. de repub. c.2.* Primum membrum definitionis Bodinianæ optimè convenit Imperatori; Quia is nullius tenetur imperio † & neminem nisi Deum & Ensem 65
superiorem cognoscit, ut communi septem virorum decreto Anno Christi 1338. publicato adversus

versus Pontificem, pronunciatum fuit, Avent. *lib. 8. text. in l. 1. Cod. de vet. jur. enucl.* Nov. 28. c. 4. *in fin. ibi.* Hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui nobis imperii coronā imposuit, R. A. de Anno 1548. *in pr.* Thom. Mich. *de jurisd. concl. 2. lit. c.* [Quod ipsum insigne est supremæ potestatis innuentis, neminem mortalium ab eo observari, atque omni optimo jure velle imperare Ærodi. *rer. ab omni antiquit judicat. lib. 7. c. 9.* Baro *de benefic. Feudal. lib. 2. per text. in c. quod jure dist.* Menoch. *consil. 2. n. 104.*] Unde & caput dz Ober-

66 haupt/ appellatur. Sicut autem caput † summa corporis humani pars, quā nulla superior, ita & Imperator summus imperii moderator. [Tiber. Deciαn. *resp. 19. n. 128. vol. 3.*] Cujus rei tam liquida & obvia est veritas, ut nulla probatione indi-

67 geat: Rem namque perstringere † in claris terminis tam stultum est, quàm sub sole clarissimo mortale lumen inferre, Quintil. *lib. 5. orat. instit.* Rol. à Vall, *consl. 70. in pr. vol. 2.* Hier. Giachar. *de Syndic. consl. num. 3.* Cui si lubet, hanc adde ratio-

68 nem: Cui omnes post Deum † tenentur reddere rationem, is etiam post Deum est omnium superior. Imperatori Romano omnes status post Deum tenentur reddere rationem, R. A. zu Speyer/ de Anno 1529 § vnnd nach dem/ ibi, wie ein jeder solches gegen GOtt vnnd seine Maiestät gedencket zu verantworten.

69 Secundum membrum † definitionis Bodinianæ optimè Imperatori nostro convenit: quia

70 Imperator † non solàm omnibus & singulis imperat, sed etiam omnes & singulos coërcet, in omnes & singulos animadvertit. Unde ita pro 4. colligo; qui omnibus & singulis imperii civib.

71 † non tantùm simpliciter, sed ex plenitudine potestatis imperat, ille est summus Monarcha,

72 Bod. *d. lib. 2. c. 2.* Imperator † omnibus & singulis ex plenitudine potestatis imperat, R. A. de Anno 1521. Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs/ de An. 1521. in pr. ibi, Entbieten allen vnd jeglichen (omnibus & singulis, quæ verba nullam patiuntur restrictionem & sunt instar specialis enumerationis omnium personarum, Oldrad. *consl. 300. n. 8.* Grat. *consl. 137. n. 14. vol. 1.* Nam Dictio Omnis alle/ est collectiva universalis, *ut not. gloss. in l. si plurib. ff. de legat. 2.* Bart. *in l. Moschis de jur. Fisc.* Dictio verò singulis jede/ est distributiva & habet vim specialis enumerationis, secundum Barr. *in l. stichum, § stipulatio, in pr de V. O.* Don. Garſ. Mastrill. *ad indult. general. Phil. 3. Reg. Hisp. c. 3. nu. 1.*) vnsern vnd deß H. Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Prälaten/ Graffen/ etc. vnsern vnd deß Reichs Vnderthanen/ in ead. constit. sub tit. Handhabung deß Friedens/ § darauff befehlen/ ubi ita Carol. V. Imper. alloquitur imperii status. darauff befehlen wir allen vnnd jeden Obgeschriebenen/ euch auch hiemit auß Röm. Kays. Macht/ bey den Eyden vnd Pflichten die ihr vns von des Reichs wegen Insonderheit gethan/ vnd bey der Gehorsamb (nota quod omnes Imperatori † ad fidelitatem & obedientiam tanquam superiori obstricti) die 73
ihr vns als Römischen Keyser schuldig seyd/ auch bey verlust aller Gnaden/ (nota quod imperet sub pœna) Privilegien vnd Rechten/ so ihr von vns (nota quod status † dignitates ab imperatore & imperio habent) vnnd dem 74
H. Reich oder sonsten habt/ ernstiglich vnnd festiglich gebietend/ daß ihr diesen obgeschriebenen Fried vnnd vnser Gebott/ mit allen Articuln vnnd Innhalt stet vnnd fest haltet/ auch durch ewer Fürstenthumb/ Graffschafft/ Herrschafft/ rc. Adde Reichs Abschied zu Speyer/ de Anno 1529. sub tit. constitut. oder Mandat wider die Widertäuffer/ §. deßgleichen/ ibi, vnnd wollen daß ihr alle vnd ewer jeder Insonderheit/ R. A. de Anno 1530. §. vnnd dieweil/ ibi, demnach gebieten wir von Röm. Kays. Macht vnd Vollkommenheit/ (nota ex † plenitudine potestatis) allen vnnd jeglichen (omnibus & singulis) Churfürsten/ Fürsten/ Prälaten/ Graffen/ Herren/ etc. wes Würdens/ Standes oder Wesens die seyn/ & circ. fin als lieb einem jeden sey/ vnser vnnd deß Reichs Vngenad. Adde R. A. de Anno 1542. hierumb/ ibi, auß Röm. Kays. vnd Königl. Macht vnd Vollkommenheit/ (R. A. de Anno 1567 § darauff befehlen wir/ fol. 592.) idemq; apparet ex multis mandatis Ruldolph. II. Imperat. & gloriosissimi nostri Imperatoris in causa Cölln contra Brandenburg vnd Newburg/ mandati de demolienda structura Mulhemiana Anno 1612. hac formula, vnd gebieten demnach E. E. L. L. von Röm. Kays. Macht vnnd Vollkommenheit/ item sub pœna certæ quantitatis † 75
omnibus & singulis mandat, Reform. guter Policey zu Augspurg/ de An. 1530. sub tit. von thewer zehren bey den Wirthen/ §. vnd damit/ fin. ibi, so gebieten wir allen Churfürsten/ Fürsten/ Prälaten/ rc. alles bey Pön zweyer Marck löthiges Golts/ item sub pœna amissionis † privilegiorum & dignitatum d. recess. An. 1521. & alleg. tex. ex §. 76
darauff/ item Banni R. A. de Anno 1542. zu Speyer/ §. würde sich aber jemand/ amissionis vitæ R. A. zu Speyer/ de Anno 1548 § damit aber nicht. (Adde R. A. de Anno 1570. § da aber in diesem/ fol. 620. & §. vnd zu fernner/ ibid. f. 621.) Ejusq; mandatis † legitimæ promulgatis omnes & singuli, summæ, infimæ & mediæ sortis cives parere debent, d. constit. de An. 1548. § damit aber nicht/ ibi, welchem Mandat auch ein jedes hohes vnd nidrigen Stands/ dem H. Reich Teutscher Nation vnterworffen/ stracks geleben vnd würcklich nachkommen/ etc. Negligentes punit † R. A. de Anno 1542. zu Nürmberg/ §. damit nun im heiligen Reich. [Qui autem pœnam alteri imponit, is dicitur superior & Princeps, ut traditur per omnes *in l. imperium, ff. de jurisd. l. 1. C. de mod. mulct.* Tiber. Decian. *resp. 19. n. 100. vol. 3.* Indeque quod in Germania Principes omnes atque civitates uni Cæsari pareant, protestantes Principes in responsione, Vergerio Legato Pontificio datâ, ingenuè asseruerunt apud Sleidan.

77 78 79

lib.9.p.m. 255.] Ex his itaque apparet Imperato-
80 rem † summum esse Monarcham, jura Majestatis ex plenitudine potestatis, quæ plenitudo potestatis nihil aliud est, quàm Majestas, usurpare, ac in omnes & singulos imperii cives imperium Majestaticum exercere, quod utiq; con-
81 ditio status † Aristocratici non patitur; quia imperium plurium ejusmodi est, ut neuter imperio alterius teneatur, *Bodin.2.de repub.c.2.* 5. Si Im-
82 perator † omnium statuum & Procerum imperii est Dominus clementissimus, utique etiam omnium superior & summus Magistratus, quia qui potestatem superioritatis habent, hoc titulo donantur, *Luc.22.v.25.* At Imperator est omniũ statuũ Dominus clementissimus R. A. zu Augspurg/de An. 1525. in pr. ibi, unser allergnädigster Herr/ quod passim ex aliis recessibus & quoti-
83 diana praxi apparet. 6. Cui omnes & singuli † obedientiam & subjectionem tanquam Domino & summo Magistratui debent, is utiq; omnium ex natura relativorum est superior, & jura Majestatis, quæ cum superioritate summa & absoluta convertuntur, habet. Atqui omnes imperii
84 status † Imperatori tanquam Domino & summo Magistratui obedientiam ac subjectionem debent *de const. de Anno* 1521. *sub tit.* Handhabung deß Friedens/§ darauff befehlen/ibi, vnnd bey Gehorsamb/ & in ead. constitut. sub tit. welche vmb Friedbruchs willen/ §. vnd darauff/ibi, vnd bey der Gehorsamb. Et suæ Maje-
85 statis † sine hæsitatione subjectissimos se omnes in subscriptionibus literarum & supplicationũ ultrò fatentur, Sixtin, *lib. 1. de regalibus*, *c.4.nu.8.* Syring. *de pace religion. conclus.* 14. Hinc etiam Philippus Magnanimus Hassiæ Princeps in respons. advers. Ducem Brunsvicensem, cum adversus Cæsarem inobedientiæ crimen falso ei imputaretur dixit: Wir thun vns gegen Käyserlicher Majestät/alles vnderthänigen gebührlichen Gehorsambs in allen zeitlichen Dingen vnderthäniglich erbieten/ Hortleder. in Reichshandlung/lib.4. cap. 7. n. 34. vers. was soll
86 auch/fol.137.7. Homagii præstatio † ex parte recipientis est fundamentum superioritatis, ex parte verò præstantis est fundamentum subjectionis, Cravet. *consil.*517.*num.*3. Rol. à Vall. *cons.* 2.*num.* 3.*vol.*3. [Decian. *d.resp.n.*199. *vol.*3.] Maul. *de homag. tit.*1.*nu.*4. Engelbrecht. *de jurisd. imper.*
87 *conclus.*138. Dicitur enim homagium † barbaro vocabulo, quasi hominis ligium, hoc est, obligatio servitiorum, qua subditus Domino suo ex pacto, statuto, præscriptione, successione, vel Electione adstringitur, Andr. Geil. *de Arrest. imper.c.7.num.*10. *vid. quæ tradit* Maul. *d. tit.*1.*nu.*1. & *passim*. Est igitur homagium præstare † nihil a- 88
liud quàm subjectionis & obedientiæ juramentum subire, *uti ex speculat. Iacob. de S. Gregor. refert.* Geil. *d. loco.* At Principes † & status imperii 89
præstant homagium non tantùm fidelitatis, sed etiam subjectionis, uti apparet ex formula juramenti, dem Römischen Käyser vnnd dem Reich trew/ hold/ *NB.* gehorsamb zu seyn/ *quam refert* VVatemund. ab Ehrenberg/ *lib. 2. de fœderibus, sub numer.* 161. [Et iisdem verbis conceptis proximè præteritis annis aliquoties in aula Cæsarea per ipsosmet Principes vel eorum Legatos Homagium fidelitatis præstari, adverti, *vid. inf. n.*200. Quod vocabulum Gehorsamb seyn/ subjectionem denotat Andr. Geil. *de arrest. c.7. num.*11. Gœdd. *in resp. de Baron. Vallend. num.*479. Quo facit text. notab. in R. A. zu Wormbs/de Anno 1521. sub rubr. Ordnunge deß Landfriedens/ §. Vnd darauff befehlen wir allen vnnd jeden obgeschriebenen/ ibi: bey den Eyden vnd Pflichten/ die jhr vns von deß Reichs wegen insonderheit gethan/ vnd bey der Gehorsamb/die jhr vns als Röm. Kays. schuldig seyen/ etc.)
8. Ad majestatem pertinet, † fidelitatem & ob- 90
sequium sine cujusquam exceptione recipere, Bodin. 1. *de repub. cap.* 10. *pag.* 262. *vers. quod attinet.*
At Principes † & status imperii Imperatori præ- 91
stant fidelitatem sine ullius exceptione, ut notũ est ex formulâ juramenti: Hinc Vasallos ligios eos dicit Knich. *de vestitur. paction. pag.* 2. *c.*5. *n.*29. & *seqq.* Hactenus itaque evidentissimè probatum, Imperatoris potestatem summam esse. Quod verò legibus etiam soluta sit, inferius in resolutione contrariorum luculenter demonstrabitur. Antequam autem ad resolutionem contrariorum progrediar, duo pro majori evidentia præmittam. 1. Distinguendum † est in- 92
ter Dominatum & Monarchiam, *prout ipse* Bod. *distinguit, lib.* 2. *de repub. c.* 2. *vers. est igitur.* Monarchia regalis est, in qua subditi libertate ac Dominio rerum suarum fruentes, sui Principis legibus obsequuntur; Perinde ut Princeps ipse divinis ac Naturæ legibus obtemperandum pu-
tat: Dominatus † verò dicitur, cum Princeps 93
unus, libertatis ac fortunarum omnium Dominus, jure belli aut fœdere factus, subditus quasi paterfamilias servos moderatur, Bodin. *d. loc.* qui Dominatus parum à Tyrannide distat. [Ejusmodi autem absoluta dominia & imperia
† in Europa nulla reperiri scribit Tob. Paur- 94
meist. *lib.* 1. *de jurisdict. cap.* 16. *sub num.* 10. & *lib.* 2. *c.*1. *n.*28. Apud Russos, Turcas, Tartaros, aliosq; popu-

populos, qui quòd nullius sint animi, & ad ser-
vitutem ferendam nati magis ejusmodi Domi-
natus absoluti usu frequentantur, vid. Boter.
in descript. orbis lib. 2 part. 1. rubr. de regimine Musco-
95 *vitarum.*] 2. Distinguendum † inter ipsum Rei-
publ. statum, & imperandi seu administrandi
formam ac rationem accidentalem, quæ inter
se distant plurimum, *ipso Bodino rursus fatente*,
d. c. 2. vers. porrò Monarchia, p. 295. Cothman. *in C.*
lib. 1. tit. 1. q. 1. num. 10. Auctor. *de jur. Principat. con-*
96 *clus. 9. lit. a in notat.* Potest itaq; status † ipse rega-
lis & Monarchicus esse, licet gubernandi forma
Aristocraticis rationibus sit temperata, Bodin.
d. loc. Nunc videndum, cujus ponderis Bodini &
aliorum fundamenta.

Ad 1. R. propositionem illam: ut hi, qui suf-
97 fragiorum jura habent, † Majestatem in se trans-
ferre soleant, non esse universaliter & perpetuò
veram, nec enim semper idipsum accidit, nec à
98 positione † unius facti sequitur positio alterius,
l. neq; natales, C. de probation. Cyn. *in l. 1. nu. 4. eod.*
Geil. 2. O. 13. *num.* 4. Neque ulla consequentia
est: aliquando accidit, ut ii, qui suffragiorum ju-
ra habent, Majestatem imminuant. Ergò idem
99 in imperio accidit. Non enim probat † adesse,
quod ut plurimum contingit abesse, *l. non hoc, C.*
und. legitim. Bart. *in l. 1. n. 9. C. de usur. l. neque nata-*
les, C. de probation. Vult. *cons. Marpurg* 29. *num,* 98.
vol. 2. 2. Argumentum illud desumptum est à
100 merè contingentibus, † de quibus non est de-
terminata & certa veritas. 3. Quia illatio ista
101 est facti, probanda est. Nam quæ facti sunt, †
non præsumuntur, nisi probentur. At ipse Bo-
dinus fatetur, quòd quando Principes jura suf-
fragiorum in se trāstulerint, scripsisse neminem:
Ergò primus scriptor fuit ipse Bodinus. 4. Ner-
102 vus hujus argumenti † in meris consistit conje-
cturis, quas ipsa facti refellit evidentia, quæ est
probatio optima, *arg. c. evidentia, x. de accusat.*
103 Nam in certis non opus est conjecturis, † &
veritati derectæ ac omnium oculis conspectæ
quævis cedit præsumptio, Tyraquel. *in l. si un-*
quam, verb. libertis, circ. medium, C. de revoc. donat.
Cephal. *consil.* 138. *Geil. 2 observ. 97. sub num.* 28.
104 [Quamvis Imperium Romanum † electione
tantummodo contingat, nihilo seciùs Imperat.
electus Majestatem jure proprio obtinet & u-
surpat, & eam semper inconcussam illibatamq;
conservat. Andr. Knich. *de autocr. Rom. Impp. cap.*
105 1. n. 618.] 5. R. est contraria ipsius Bodini † con-

fessio, *lib. 1. de Repub. c. 10 p. 456. vers. idem judican-*
dum, ubi ita scribit. Ex quo intelligitur, nec Ger-
maniæ Principes, nec civitates jura Majestatis
habere, cùm capitali fraude teneatur, qui sciens
prudens à summo Principe provocarit. Ad 2. R.
Negando. Falsa enim hæc est Bodini illatio: Si-
quidem Proceres imperii † non ideò ad comi- 106
tia convocantur & conveniunt, ut Imperatori
leges ferant, sed ut proponente & Præsidente
Imperatore, tanquam summo capite & Domi-
no, de rebus ad tranquillitatem & salutem im-
perii pertinentibus unâ cum Imperatore consul-
tare, deliberare & concludere possint, R. A. zu
Regenspurg / de Anno 1546. §. So wollen auch wir mit
gnad vnd hülff deß Allmächtigen / solchem jetzt erstreckten
Reichstage in eygener Person selbst gnedigklich beywohnen vñ
vor seyn / vnd mit Rath vnd Zuthun der erscheinenden Stän-
den deß Reichs / alles das so zu Abwendung deß heiligen
Reichs gemeiner Beschwerden / vnnd zu Pflantzung vnd Er-
haltung Fried / Ruhe vnnd Rechts / dienstlich vnd gut ist / han-
deln / schliessen vnd verrichten / R. A. zu Augspurg / de Anno
1551. §. Nach dem wir / 2. *circa fin.* Cothm. 1. *cons.* 16.
num. 21. Si verò communi Imperatoris † & sta- 107
tuum suffragio leges in comitiis constituantur,
iis quidem Imperator, si publicum statum con-
cernant, postea tanquam ex contractu ipse obli-
gatur. Aliud itaque † est legibus obligari ex 108
conventione, aliud ex imperio, vid. Paurmeister.
de jurisd lib. 2. cap. 2. nu. 31. Ad 3. R. Ad essentiam
† Majestatis non pertinet, leges concernentes 109
universum statum Reipublicæ pro lubitu ferre.
[Romulus Rex, urbis Romanæ conditor, non
omnia manu Regiâ expedire voluit, sed Sena-
tum constituit, ut essent, quorum consilio Rem-
publ. administraret, Halycarnass. *lib. 2. hist. Rom.*
Augustus in ferendis legibus, multa publicè de-
liberanda proposuit, Dion. *lib.* 53. Et Julius Cæ-
sar communicatâ re cum primoribus senatus,
aut toto aliquando ordine decrevit idem *lib.* 43.
Andr. Knich. *de autocrat. Rom. Impp. c. 1. n. 636. &*
seq.] Nam licet Leges cum consilio & suffragio
Procerum ferantur, Majestatem non absorbent,
præcipuè si summus Princeps ex mutuâ statuum
conventione ad id obligetur. Procerum namq;
consensus † non absorbet Majestatis & sum- 110
mæ potestatis plenitudinem, R. A. zu Regenspurg /
de Anno 1530. §. vnd meinen / ibi, auß vnserer Keyserlichen
Macht / Vollkommenheit / vnnd mit gehabtem vnserer gehor-
samen Churfürsten / Fürsten vñ Ständen deß Reichs gemei-
nem zeitigem Raht / ubi plenitudo potestatis & pro-
cerum consensus tanquam compatibilia ponū-
tur; Imò proceres † consensum suum & suf- 111

 fragium

fragium in l. imperialis constitutione cum contestatione subjectissimæ observantiæ interponunt, R. A. zu Wormbs / de Anno 1521. §. Unnd dieweil wir / ibi, uns zu unterthenigem gefallen / dem Reich zu gutem / &c. & de Anno 1524 §. unnd erstlich / ibi, uns zu freundtlichem unterthenigem gefallen / R. A. de Anno 1564. §. haben sie / ibi, uns zu aller unterthenigstem Gehorsamb / R. A. de Anno 1564. §. Darauff auch von wegen / ibi, haben uns Churfürsten und Fürsten in unterthänigster Gehorsamb gebeten / R. A. de Anno 1566. §. wiewol dann ferner / ibi, uns zu aller unterthenigstem Gehorsamb eingelassen. Potissimas
112 † etiam partes Imperator in legum constitutionem obtinet. 1. Quia Imperator habendorum
113 † Comitiorum ac Principes convocandi jus habet, cum consensu tamen & consilio electorum, R. A. zu Regenspurg / §. Als haben wir mit Rath unnd Bewilligung obgemelter unserer und deß heiligen Reichs Churfürsten nicht umbgeben mögen / eine gemeine Reichs-Versamblung außzuschreiben / Add R. A. de Anno 1544 §. Wir haben uns vers. Wir laden uñ heischen auch alle und jede Churfürsten / Fürsten und Stände / von unsers Keyserlichen Ampts uñ Obrigkeit wegen / wissentlich in Krafft dieses Abschieds / etc.
114 Status autem ab Imperatore vocati † comparent subjectissime R. A. zu Speyer / de Anno 1542 §. auff welchen / ibi, gehorsamlich ankommen und erschienen / & de Anno 1551. §. auff welchem / in fin. & passim Add. R. A. zu Wormbs / de Anno 1495. sub tit. Handhabung deß Landfriedens / §. Es sollen und wollen. Discedentes etiam
115 † ante finem veniam ab Imperatore impetrant, R. A. de Anno 1546. §. dieweil aber wir / nisi indignatio-
116 nem † Imperatoriæ Majestatis incurrere velint, *d. text.* Hortledd. in Reichshandlung / *lib. 4. c. 7. sub n. 100. vers. cæteroquin fol.* 173. 2. Solus Impera-
117 tor † deliberationis capitula proponit, R. A. de Anno 1564. §. haben / sie / ibi, unser proposition / R. A. de Anno 1566. §. als wir nun hierauff / ibi, unser Keyserlichen proposition, Christoph. Lehm / *in Chron. Spirens. lib. 2. c. 37. p.* 144. Paurmeister, *de jurisd. d. lib. 1. c. 2. sub num. 31. vers pro Principibus.* Ex quo ipso præ-
118 dominantis † in imperio Monarchiæ argumentum immotum sumitur, Berteram. *apud Arum. discurs. 9. concl.* 65. Nam ubi Aristocraticus status
119 † viget, non modò consultandi, sed & proponendi potestas penes ordines est. 3. Quia leges
120 conceptæ † & communi suffragio munitæ, non statum, sed solius Imperatoris auctoritate promulgantur & sanciuntur, quæ promulgatio & sanctio præcipuum robur & auctoritatem legibus conciliat, R. A. zu Nürmberg / de Anno 1541. §. unnd damit / ibi. so haben wir uns sampt den obgemelten Keyserlichen Commissarien mit der Churfürsten verordneten Rähten Fürsten unnd Ständen verglichen / setzen / ordnen auch auß Römischer Keyserlicher unnd Königlicher Macht unnd Vollkommenheit / (non additur auch auß der Ständen Macht /) Add. R. A. de Anno 1529. §. Hoch- unnd Ehrwürdige circ. fin. (Add. R. A. de Anno 1576. §. derhalben auff beschehen vergleichen mit den Anwesenden Ständen / Rähten und Bottschafften / setzen und ordnen wir / etc.) imò
statibus † commissa ab Imperatore universalis 121
legis constitutione, non nisi Imperatoris auctoritate & nomine constituere possunt, R. A. zu Wormbs / de Anno 1521 §. Unnd als bißher / circ. fin. ibi, und als dann dieselbige Constitution an unser statt und Nahmen auffrichten / etc. Add. Reichs A. zu Augspurg / de Anno 1530 §. Dieweil nach circa fin. welche Ordnung sie als dann uns zu schicken sollen / wollen wir dieselbige allenthalben im Reich thun / verkündigen und zu halten gebieten und verschaffen / in quo ipso Majestas Imperatoris evidenter
elucet. [Nostra enim facimus † meritò, qui- 122
bus nos auctoritatem & robur impertimur, *l. 1. §. omnia, C. de vet. jur. enucl. gl. in § plebiscitum, § consule, inst. de jur. N. G. & C.* Cardin. Tusch. *pp. concl. 67. verb. Nostra omnia facimus, quibus authoritatem, &c.* Matth. de Afflict. *decis.* 135. *nu.* 5. Prosper. Farinac. *consil.* 86. *nu.* 6. Cacheran. *decis.* 141. *num.* 3.
Quamvis itaque leges † de consensu statuum 123
concipiantur, solus tamen Imp. iis sanctionis robur & auctoritatem addit, id quod satis superq; tenor constitutionum imperialium seu novissimorum imperii recessuum demonstrat, vid. inter alia R. A. zu Franckfurt de Anno 1571 §. Auff solche unser gnedigst proponiren & §. seq. verb. Dieweil wir dann uns angeregt ihr wol erwogen gedencken / allergnedigst gefallen lassen / haben wir dasselbige / als einen gemeinen Reichsbeschluß / NB. auß Keyserlicher Authorität / approbirt / unnd durch diesen / als unsern unnd aller Ständen Abschied / jedermänniglich verkünden und publiciren lassen. Qui itaque
aliquid confirmat † authoritatem habet circa 124
confirmatum, ut confirmatum suum dicat, *arg. l. 5. & l. 6. ff. de jurisd. l. tutor, 20. in fin. ff. de test. tut. l. pen. de cur. fur.* quod exemplis ostendit, Hippolyt. *sing.* 567. Felin. *in c. cum accessissent, n. 4. de constitut. & ibid.* Panorm. *num.* 2. Gylman. *in symphorem. p. 1. tit. 2. volum. 1. de reconv. num. 94. & 95.* Goedd. *ad l. lege obvenire, 30. ff. de verb. signif. numer. 4.*]
Cui etiam accedit, † quod violatores consti- 125
tutionum imperialium à Fiscali Imperatoris conveniantur, ut passim ex allegatis & aliis imperii apparet constitutionibus. In Polonia † le- 126
gum condendarum potestas est simul penes Regem, Senatum, & nuncios nobilitatis in comitiis, Cromer. *lib. 1. histor. Polon.* [Pragmaticæ ita-
que sanctionis nomen † demùm sortitur, quod 127
Princeps, Procerum consilio sentit & statuit pro rebus communibus & universitatis, *l. 2. C. de nov. Cod. comp. l. fin. Cod. de divers. rescript. Auth. qua in provincia, C. ubi de crimin. ap. oport. l. non aliter, C. de palat. sacrar. legit. & notabiliter text. in l. humanum, C. de legib.* Azeved. *in LL. Hispanorum, Tom. 4. lib. 6.*

lib.6.l.1.n.3.fol.4.& 45.] Ad 4. R. Penes proceres
128 non esse † potestatem pacis & belli indicendi ac decernendi; Quia hæc potestas Majestatis & supremæ potestatis symbolum est, cui belli pacisque arbitrium est relictum, *l.3.ff. ad l. Jul. Majest.c.quid culpatur, §. ordo autem, 23.quæst.1.l. un. C.ut armor usf.l.3.Cod. de agentib.in reb.* Vulr.1.F.5.
129 *num.6.* ideoque in crimen † læsæ Majestatis incidit, qui bellum in imperio, contra pacis publicæ ordinationem, sine licentiâ Cæsaris movet, *d.l.3.ad L. Jul. Majest.* Andr. Geil. 1. *de PP.c.4. num.9.* Obrecht. *disp.de bell.th.173.* Neque assumptionis adducta probatio hoc ipsum ostendit, Non enim sequitur, Imperator non potest inconsultis Procetibus de rebus imperii bellum suscipere. Ergò penes proceres est hæc potestas: Si enim non potest inconsultis, Ergo consultis po-
130 test. Neque idipsum † imbecillitatis, sed pru-
131 dentiæ argumentum, Cum enim bella † communi periculo, communi sumptu suscipiantur, non nisi communi consensu idipsum fieri oportet, quò alacriores ad communem hostem, tanquam incendium commune extinguẽdum concurrant. [Vid. Philipp. Cominæum *lib. 10.commentar.p.mihi 694.* ubi hoc de Galliæ Rege infert ubi p.seq. addit. Quando Reges de cõmuni procerum consensu rem gerunt, & sunt potentiores
132 & ab hoste magis metuuntur.] Quod namq; † ad omnes pertinet, id ab omnibus approbari æ-
133 quum est, imò si Imperator † neglecto Procerum consensu belli facem accenderet, postea invitis canib. difficile esset ipsi venatũ ire. Quam-
134 obrem statuum † consensus in bello decernendo Majestatem Imperatoris non tollit, sed æquitatis & moderatæ rationis condimento tem-
135 perat. Itaque urgentibus imperii fatis. † Imperator cum Electorum consensu indicit Comitia, & belli causam Procetibus proponit, quæ, si æqua videtur, status Imperatori consentiunt, non tãquam superiores vel æquales Imperatori Do-
136 mini, † sed tanquam pia membra ejusdem capitis cum quadam subjectionis contestatione R. A. de Anno 1541.§ darneben/ circ. fin. ibi, zu einer eylenden Hülff vnterthäniglich bewilliget/ & § vnd wiewol/ ibi, so haben sie doch vns vnnd vnsern lieben Bruder dem Römischen König zu vnterthenigstem gefallen/ vnd den beschwerten Landen zu Trost/ eine eylende Hülff bewilliget/ Ead. Constit. Add R. A. zu Speyer/ de Anno 1542 § vnnd wiewol diese/ ibi, aller vnterthenigen/ getrewen/ Christlichen gehorsamb/ Gebühr zu erzeygen/ rc. & § seq. ibi, vnd gehorsamblich (quod est verbum subjectionis) in die Hülff eingelassen/ R. A. de Anno 1566. §. Wir wollen vnnd gebieten auch/ ibi, auch jemand vns zu allem vnterthenigsten Gehorsamb/ in eine merckliche/ ansehnliche/ hohe Reichshülff eingelassen. Iste itaque Procerum consensus † cum debitæ subje- 137
ctionis contestatione, neq; Imperatori adimit, neque ipsis tribuit Majestatem: Majestas † si- 138
quidem subjectionis omnis nescia. Idem etiam in Gallia † & aliis regnis, quæ tamen Bodino 139
sine hæsitatione Monarchica sunt & dicuntur. [Philipp. Comin. *comment. lib.3.p. m.416.in fin.& p.seq.*] Sic Franciscus. † I. Galliæ Rex bellum il- 140
laturus Carol. I. Imperat. in Parlamento & per advocatum suum expositis, quas ab illo sibi factas dicebat, injuriis, demonstrabat, bellum sibi necessariò gerendum. Itaque Rex non ex suo solùm arbitrio, sed Parlamẽti decreto bellum suscipit, *ut ex Sleidan. & Comin. refert Arum. de jur. publ.discurs.1.pag.5.* [Idem de Angliæ Rege † te- 141
statur Cominæ. *lib. 5. Comment. p. 476.* ubi scribit, Reges Angliç, nihil tale, nisi convocatis primis ordinibus, & assentiente populo suscipere interveniente enim populi assensu, crescit robur & potentia Regum & major est ipsorum authoritas & feliciores successus.] Sic Poloniæ Rex † 142
Senatu inconsulto neque bellum cuiquam facit, neq; fœdus publicè cum quoquam init, inquit Cromer. *lib.2.histor. Polon.pag.mihi 96.* Ad 5. argumentum eadem quadrat responsio. Non enim status † imperii, sed Imperator indicit 143
vectigalia, *l. vectigalia, 10.ff. de publican & l.1.C. de vectigalib.non instit.* Mynsing.*5.observ.29.* Vulr. 1.F.5. *num. 7. verb. vectigalia*, tamen hodie non nisi cum consensu Procerum: Nam neque Gallos, neque Hispanos, nisi ordinum consensu, illa indicit, Bodin, *1.de repub.cap 8 Comin.lib.10.Comment.de reb. gest. Ludovic.11.* [*p. m. 688. & p. 695.* nbi dicitur, neminem esse omnium Principum, qui jus habeat vel teruncium unum exigendi à suis, præter constitutum annuum censum, nisi populus assentiatur, vid. Besold. *de Ærar. publ. cap.4. num.5.*] Unde & de reservatis † Principis 144
hæc potestas esse dicitur, R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1576.§ dardurch dann/ ibi, weil auch das alles zu vnser Keyserlichen besonderen Freyheit vñ Reservaten/ rc. & §.praeced. end. Et ipsi status † in suis ditionibus nova ve- 145
ctigalia sine Imperatoris consensu & concessione imponere non possunt. Neque ulterius vehementer stringit Bodini ratio hæc † quod tribu- 146
ta & pecuniæ collectæ, non in fiscum Imperatoris, sed in urbes ab ordinibus delectas coguntur, quia ratio hujus satis idonea redditur in allegat. constit. zu Speyer/ de Anno 1542.§.

Damit

damit nun der Christliche Anschlag / videlicet ad evitandam suspicionem, ibi, vnnd deß auffrichtigen einnehmens/ verwahrens vnd außgebens / destoweniger Argwohn erwach-
147 se/&c. Quia in re tantum abest, † ut quicquam Majestati ejus detrahatur, ut eo modo securiorem eam reddat, & omnem sinistræ suspicionis cogitationem animis subditorum evellat. Ad 6. re-
148 spondetur, Imperatorem † Romanū adhuc hodie summos Magistratus creare. Solus enim Im-
149 perator † Reges creat, & in imperio Romano Duces, Marchiones, Comites & Barones, qui sanè summi post Principē Magistratus sunt in imperio, solusq́, hos de majorib. & regalē dignitatem annexam habentibus Feudis investiendi, & justa de causa devestiēdi jus habet, *Aur. Bull. Carol IV. tit* 5. R. A. zu Wormbs/ *de An.* 1521 *sub tit.* Röm. Kays. May. Regiment / §. vnnd behalten vns bevor / Perr. Denais. *in jur. Camer. tit.* 141. §. 1.
150 Heig. *illust. p* 1. *q.* 9. *n.* 40. Sic hoc nostro seculo † Carol. V. Imper. filium suum Philippum de Ducatu Mediolanensi investiendo eum illius loci supremum, post se Magistratum effecit. Sic Ru-
151 dolphus II. † invictissimus Imperator An. 1595. Sigismundum Bathoreum Principem Romani imperii ex plenitudine Majestatis & summæ potestatis jure creavit, Schonborner. *lib.* 5. *Polit. c.* 5.
152 Quod verò Cameræ judicium † attinet, non propriè illud Magistratibus Romanis, quorum creatio olim populo reservabatur, assimilatur. Unde nec Cameræ Magistratus, sed Cameræ judicium dicitur, & quoad contentiosam præcipuè jurisdictionem & justitiæ expeditionem, Imperatorem & universum imperium repræ-
153 sentat. Est enim Camera † ideò maximè instituta, ut administrationi justitiæ contentiosæ, litiumq́; decisioni præesset & vacaret, Gylman. *in symphorem tom.* 1 *pag.* 1. *tit.* 3. *volum.* 9. *num.* 10. *in causa* Augspurg *& Augustan. Conf. consort cont. ejusd. civitat. Senat.* Regner. Sixtin. *de regalib. lib.*
154 1. *c.* 4. *sub n.* 8. Deinde in ipsa Cameræ † institutione potissimas partes Imperator obtinet. Ille
155 siquidem solus † hujus judicii caput, videlicet ipsum judicem constituit, *Ordin. Cam. pag.* 1. *tit.* 1. §. Nemlich wollen die. [Eumque suum appellat judicem, R. A. zu Speyer / de Anno 1570 §. Vnd dieweil nicht nöhtig: in verbis, vnserm Cammerrichter /) qui vel Princeps, vel Comes, vel Baro esse debet, *d. tit.* 1.
156 *in princ.* Solus item † Præsides, qui vel Comites vel Barones sint, constituit, d. §. Nemlich wollen die / quorum unus absente vel impedito judice vices ejus supplet, *Ordin. Camer. p.* 1. *tit.* 3. §. Deß-gleichen. Unde in supplicationibus † aliisque 157
scripturis & productis solus judex præmisso honoris titulo appellatur, Römischer Käyserlichen Majestät Cammer-Richtern. Et ipsum judicium † Cæ- 158
sareæ Majestatis judicium passim dicitur, Ihrer Majestät Cammergericht / R. A. de Anno 1554. Vnnd wiewol/ & de Anno 1570. §. Dieweil dann / ibi, an vnserm Cammergericht/ Item das Kayserliche Cammergericht/ rubr. Ordin Cam. & tit. Item/ der Römischen Königlichen Majestät Cammergericht/ Ordin. Cam. de Anno 1495. & de Anno 1500. item summi Principis consistorium, Geil. 1. O 42. *num.* 3. *&* O. 84. *nu.* 5. O. 97. *nu.* 9.
Quamobrem † vice ipsius Imperatoris judicat, 159
cujus nomine, auctoritate & sigillo, omnia mandata pœnalia & alii processus expediuntur, *Ordin. Cam. p* 3. *tit.* 12. §. Vnd so solche Citation vnd andere Gerichtsbrieff durch das Cammergericht erkennt / sollen dieselbige in der Kayserlichen Majestät Namen vnnd Titul/ auch vnter dem Kayserlichen Insiegel außgehen / Perr. Denais. *in jur. Cameral tit.* 2. 25. §. 4. Geil. 1. O. 14. *nu.* 1. Sixtin. *de regalib d. c* 4. *nu.* 8. [Gylman. *in symphor. part.* 1. *tit.* 7. *vot.* 1. *n.* 95.] Et plerunque in hac for-
ma † hodie Mandata Cameræ emanant: Wir 160
Matthias von Gottes Gnaden / erwehlter Römischer Käyser / etc. Entbieten dem Hochgebornen N. N vnserm lieben Oheimb vnd Fursten/ vnser Gnad vnd alles Guts / Hochgeborner lieber Oheimb vnd Fürst / vnserm Käyserlichen Cammergericht haben die Edle / vnsere vnnd deß H. Reichs liebe Getrewe Supplicirent zu erkennen geben/ etc. subscriptioq́; in hac formula fit: Ad mandatum Domini Electi Imperatoris proprium.

Ad 7. Bodini argumentum respondetur, illud non refutatione, † sed repudiatione & rejectio- 161
ne dignum esse. Quis enim unquam nisi jurium imperialium omninò ignarus, affirmare ausit, Cameram de capite, fama ac fortunis omnibus Imperatoris judicare posse. Verùm videtur Bo-
dini sententia † adhuc confirmari exinde, quod 162
extent præjudicia Cameræ, ex quibus apparet, Imperatorem aliquando in Camera citatum: Sed facilis ad hoc responsio; Quia citari & conveniri Imperator † posset in Camerâ non
tanquam Imperator, sed tanquam Archidux 163
Austriæ, vel alius Imperii Princeps, tunc enim sibi ipsi mandasse Imperatorem hisce verbis: Wir Carl/ &c. Römischer Käyser/ entbieten dir Carl/ Ertzhertzogen zu Oesterreich / *refert* Geilae. Buxtorff. *in dissert. Aur. Bull. c.* 5. *conclus.* 64. *circ. fin.* [vid. alia præjudicia adducta ex Barth. *Class.* 4. *cap.* 5.] Quod
non absurdum, cùm eadem persona † diversis 164
qualitatibus prædita, pro diversa habeatur, diversoque jure censeatur, Reichs Abschied / de Anno 1548. §. Nach dem auch / §. Der Graffen von Tübingen/

c. cum

c. cum capella, x. de privileg., c. ex literis, de prob. l. fin. ff. de instit. l. apud filiumfamil. ff. de manumiss. vind. Tyraq. *de Nobil. c. 28. n. 15.* Bart. *in tract. de Guelph. & Gebellin. nu.* 8. *& nu.* 16. Andr. Knich. *de vestit. paction. p. 2. c. 5. num.* 137. Sixtio. *de regalib. l. 2. c. 4. num.* 122. Andr. Geil. 1. O. 30. *nu.* 8. O. 44. *n.* 8. O. 45 *nu.* 8. *& in tract. de Arrest. imper. c.* 6. Sigismund. Scacc. *de Appellation q. 8. sub num.* 60. [Nicol. Everhard. Jun. *consil. 1. num.* 30. *vol.* 1. Cardin. Tusch. *practic. concl.* 317. *per tot. verb. l. persona, lit. P. ubi id multis*
165 *adductis firmat.*] Sic Imperator † ratione ditionum & Ducatuum, quos sub vel ab imperio habet Assessores Cameræ dat, non tanquam Imperator, sed tanquam Archidux Austriæ vel alterius cujusq; Principatus, *Ordinat. Cam. p. 1. tit.* 1. §. Nemblich wollen die / ibi, von wegen jhrer Lebd vnnd Kayserlichen Majestät Erblande / so sie vnter oder von dem
166 Reich haben. Pariter in Comitiis Imperatori † ratione Ducatuum & ditionum onera communi Imperatoris ipsius & Procerum consensu injunguntur, non tanquam Imperatori, sed tanquam Principi & statui Imperii ratione ditionũ, quas ab imperio recognoscit, vid. R. A. zu Nürnberg / de Anno 1542. §. ferner / ibi, daß wir vns mit den ansehnlichen trefflichen Kriegsstücken / so vns auff obgemelten Speyrischen Reichstag / von wegen vnser Königreich vnd Landen in obbestimpte beharrliche Türckenhülff zu leisten aufferlegt
167 worden / Sic licet ab Imperatore † non detur appellatio, cum is ipse sit qui provocetur, *l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non lic.* Si tamen Imperator,
168 non tanquam Imperator, † sed tanquam Dux & Comes sententiam tulisset, daretur appellatio ad ordinarium appellationis judicem, Bart. *in l. 1. §. si quis, in fin. n. 15. de Appell.* Guid. Pap. *tract. de Appellation q. 36. n. 33.* Boër. *Sing. 9. tit. de appellation fol.* 203. *Et ita in genere de Regibus tradit* Sigismund. Scacc. *de appellation. q. 16. limitat.* 5.
169 *num.* 1. Denique posito, quòd Imperator † posset conveniri in Camera non tamen propterea ejus Majestas læderetur, Nam & Rex Galliæ in Parlamento conveniri potest, ipso Bodino teste, & tamen summus Monarcha, qua de re infra pluribus. Ad 8. *n.* calumniosam illud argumentum continere illationem, & ex ipsâ rei evidentiâ & notoriâ observantiâ refelli. Quis enim unquam tam ignarus rerum, qui non novit, Impe-
170 ratorem † Duces & Comites creare posse, & ex eo tanquam fonte perenni Nobilitatis horum dignitatem originaliter & radicaliter profluere, ut suo loco pluribus dicetur. [Et licet Impera-
171 tores hodiè † Duces & Principes non nudo administrationis titulo provinciis & Ducatibus præficiant, sed feudi, adeoq; proprio jure & hereditario, hoc ipso tamen quod iis per investiturã, Regalia, Jurisdictionalia & alia Magistratus jura conferunt, Magistratus creare censentur, quamvis diversimodè, uti ex investituris Ducum & Principum imperii constat. conf. Andr. Knich. *de autocrat. Rom. Impp. cap. 1. num.* 625. Quinimò quamplurimos † modernus Imperator glorio- 172
sissimus Ferdinand. II. creavit Principes, Duces & Marchiones. In conventu Ratisbonensi Anno 1622. & 23. Johannem Fridericum Comitem Zollerensem, & Johannem Ulricum Baronem de Eggenberg, imperii Principes declaravit. Idem Fridlandiæ Ducem, Principem de Lichtenstein & alios.] Nec quicquam obest, quod ipse Imperator à Ducibus creetur. Creatur, fateor, sed diversimodè. Imperator † non quidem 173
ab omnibus imperii Ducibus, sed solis Electoribus creatur, tanquam summum caput *Aur. Bull. Car. IV. tit. 2. §.* Ich Ertzbischoff / tanquam summus imperii curator, Dominus & Magistratus, vid. R. A. zu Augspurg / de An. 1559. *in pr.* Duces
† verò & Comites ab Imperatore tanquam pia 174
& subjectissima illius capitis membra creantur (uti etiam passim ita appellantur, ut suo loco videbimus) ad sustentandam & declarandam Imperatoris & imperii Romani Majestatem & dignitatem, ideoq; non Domini, sed subditi & Vasalli Imperatoris sunt; Sicuti enim liberâ † 175
& florente Republ. populus Roman. Regem esse jubebat, sic posteriore ævo Princeps, Dux, Comes extitit, quem Imperator talem fecit, Zachar. Victor. *de exemptio. conclus.* 3. Schonborner. 5. *Polit. c.* 15. Deinde Electores Imperatorem † 176
non constituunt ex gratia & puræ voluntatis liberalitate, sed ex officii necessitate & jurisjurandi religione, quâ vacante sede imperii ad eligendum novum Imperatorem obstringuntur, confert *Aur. Bull. tit. 1. §.* Wann es auch darzu kommen / daß man eines Römischen Kaysers oder Königs Todt / in Bisthumb zu Meintz gewahr wird / alsdann inner eines Monats von dem Tag / da man desselben wissen empfangen hat / ohn vnterlaß zu zehlen / heissen vnd erkennen wir solchen Abgang vnd Verkündung / als obstehet / jeden Churfürsten / durch den Ertzbischoff zu Meinn in offenen Brieffen zu entdecken / vnnd wo der Ertzbischoff vielleicht damit saumig oder hinderlässig were / alsdann sollen die Churfürsten auß eygner Bewegnuß / vnberufft in Krafft vnd bey jhren Trewen / die sie dem heiligen Reich schuldig sind / darnach inner dreyen Monaten / als hiebevor in dieser Constitution begriffen ist / in der offtgenanten Stadt Franckfurt zusammen kommen / ein König zum

damit nun der Christliche Anschlag / videlicet ad evitandam suspicionem, ibi, vnnd deß auffrichtigen einnehmens/ verwahrens vnd außgebens / destoweniger Argwohn erwach-
147 sen/ec. Quia in re tantum abest,† ut quicquam Ma-
jestati ejus detrahatur, ut eo modo securiorem
eam reddat, & omnem sinistræ suspicionis cogi-
tationem animis subditorum evellat. Ad 6. re-
148 spondetur, Imperatorem † Romanũ adhuc ho-
die summos Magistratus creare. Solus enim Im-
149 perator † Reges creat, & in imperio Romano
Duces, Marchiones, Comites & Barones, qui sa-
nè summi post Principẽ Magistratus sunt in im-
perio, solusq́, hos de majorib. & regalẽ dignita-
tem annexam habentibus Feudis investiendi, &
justa de causa devestiẽdi jus habet, *Aur. Bull. Ca-
rol. IV. tit* 5. R. A. zu Wormbs/*de An.* 1521 *sub tit.*
Röm. Kays. May. Regiment / §. vnnd behalten
vns bevor / Petr. Denais. *in jur. Camer. tit.* 141. §. 1.
150 Heig. *illust. p* 1. *q.* 9. *n.* 40. Sic hoc nostro seculo †
Carol. V. Imper. filium suum Philippum de Du-
catu Mediolanensi investiendo eum illius loci
supremum, post se Magistratum effecit. Sic Ru-
151 dolphus II. † invictissimus Imperator An. 1595.
Sigismundum Bathoreum Principem Romani
imperii ex plenitudine Majestatis & summæ po-
testatis jure creavit, Schonbornet. *lib.* 5. *Polit. c.* 5.
152 Quod verò Cameræ judicium † attinet, non
propriè illud Magistratibus Romanis, quorum
creatio olim populo reservabatur, assimilatur.
Unde nec Cameræ Magistratus, sed Cameræ ju-
dicium dicitur, & quoad contentiosam præci-
puè jurisdictionem & justitiæ expeditionem,
Imperatorem & universum imperium repræ-
153 sentat. Est enim Camera † ideò maximè insti-
tuta, ut administrationi justitiæ contentiosæ,
litiumq́; decisioni præesset & vacaret, Gylman.
in symphorem tom. 1 *pag.* 1. *tit.* 3. *volum.* 9. *num.* 10.
in causa Augspurg *&* *Augustan. Conf. consort cont.*
ejusd. civitat. Senat. Regner. Sixtin. *de regalib. lib.*
154 1. *c.* 4. *sub n.* 8. Deinde in ipsa Cameræ † institu-
tione potissimas partes Imperator obtinet. Ille
155 siquidem solus † hujus judicii caput, videlicet
ipsum judicem constituit, *Ordin. Cam. pag.* 1. *tit.* 1.
§. Nemlich wollen die. [Eumq́ue suum appellat
judicem, R. A. zu Speyer / de Anno 1570. §. Vnd dieweil
nicht nöhtig: in verbis, vnserm Cammerrichter /) qui vel
Princeps, vel Comes, vel Baro esse debet, *d. tit.* 1.
156 *in princ.* Solus item † Præsides, qui vel Comites
vel Barones sint, constituit, d. §. Nemlich wollen
die / quorum unus absente vel impedito judice
vices ejus supplet, *Ordin. Camer. p.* 1. *tit.* 3. §. Deß-
gleichen. Unde in supplicationibus † aliisque 157
scripturis & productis solus judex præmisso ho-
noris titulo appellatur, Römischer Käyserlichen Ma-
jestät Cammer-Richtern. Et ipsum judicium † Cæ- 158
sareæ Majestatis, judicium passim dicitur, Jhrer
Majestät Cammergericht / R. A. de Anno 1554. Vnnd
wiewol/ & de Anno 1570. §. Dieweil dann / ibi, an vnserm
Cammergericht/ Item das Kayserliche Cammergericht/ rubr.
Ordin Cam. & tit. Item/ der Römischen Königlichen Ma-
jestät Cammergericht/ Ordin. Cam. de Anno 1495. &
de Anno 1500. item summi Principis consisto-
rium, Geil. 1. O 42. *num.* 3. *&* O. 84. *nu.* 5. O. 97. *nu.* 9.
Quamobrem † vice ipsius Imperatoris judicat, 159
cujus nomine, auctoritate & sigillo, omnia man-
data pœnalia & alii processus expediuntur, *Or-
din. Cam. p* 3. *tit.* 12. §. Vnd so solche Citation vnd andere
Gerichtsbrieff durch das Cammergericht erkennt / sollen die-
selbige in der Kayserlichen Majestät Namen vnnd Titul/
auch vnter dem Kayserlichen Insiegel außgehen / Petr. De-
nais. *in jur. Cameral tit.* 2. 25. §. 4. Geil. 1. O. 14. *nu.* 1.
Sixtin. *de regalib d. c.* 4. *nu.* 8. [Gylman. *in symphor.
part.* 1. *tit.* 7. *vot.* 1. *n.* 95.] Et plerunque in hac for-
ma † hodie Mandata Cameræ emanant: Wir 160
Matthias von Gottes Gnaden / erwehlter Römischer Käy-
ser / etc. Entbieten dem Hochgebornen N. N vnserm lieben
Oheimb vnd Fursten/ vnser Gnad vnd alles Guts / Hochge-
borner lieber Oheimb vnd Fürst / vnserm Käyserlichen Cam-
mergericht haben die Edle / vnsere vnnd deß H. Reichs liebe
Getrewe Supplicirent zu erkennen geben/ etc. subscriptioq́;
in hac formula fit: Ad mandatum Domini Ele-
cti Imperatoris proprium.

Ad 7. Bodini argumentum respondetur, illud
non refutatione, † sed repudiatione & rejectio- 161
ne dignum esse. Quis enim unquam nisi jurium
imperialium omninò ignarus, affirmare ausit,
Cameram de capite, fama ac fortunis omnibus
Imperatoris judicare posse. Verùm videtur Bo-
dini sententia † adhuc confirmari exinde, quod 162
extent præjudicia Cameræ, ex quibus apparet,
Imperatorem aliquando in Camera citatum:
Sed facilis ad hoc responsio; Quia citari &
conveniri Imperator † posset in Camerâ non
tanquam Imperator, sed tanquam Archidux 163
Austriæ, vel alius Imperii Princeps, tunc enim
sibi ipsi mandasse Imperatorem hisce verbis:
Wir Carl/ ic. Römischer Käyser/ entbieten dir Carl/ Ertzher-
tzogen zu Oesterreich / *refert* Gerlac. Buxtorff. *in dis-
sert. Aur. Bull. c.* 5. *conclus.* 64. *circ. fin.* [vid. alia præ-
judicia adducta ex Barth. *Class.* 4. *cap.* 5.] Quod
non absurdum, cùm eadem persona † diversis 164
qualitatibus prædita, pro diversa habeatur, di-
versoque jure censeatur, Reichs Abschied / de Anno
1548. §. Nach dem auch / §. Der Graffen von Tübingen/

c. cum

c. cum capella, x. de privileg., c. ex literis, de prob. l. fin. ff. de instit. l. apud filiumfamil. ff. de manumiss. vind. Tyraq. *de Nobil. c. 28. n. 15.* Bart. *in tract. de Guelph. & Gebellin. nu. 8. & nu. 16.* Andr. Knich. *de vestit. paction. p. 2. c. 5. num. 137.* Sixtin. *de regalib. c. 4. num. 122.* Andr. Geil. 1. O. 30. *nu.* 8. O. 44. *n.* 8. O. 45 *nu.* 8. *& in tract. de Arrest. imper. c. 6.* Sigismund. Scacc. *de Appellation q. 8. sub num. 60.* [Nicol. Everhard. Jun. *consil. 1. num. 30. vol. 1.* Cardin. Tusch. *practic. concl. 317. per tot. verb. l. persona, lit. P. ubi id multis*
165 *adductis firmat.*] Sic Imperator † ratione ditionum & Ducatuum, quos sub vel ab imperio habet Assessores Cameræ dat, non tanquam Imperator, sed tanquam Archidux Austriæ vel alterius cujusq; Principatus, *Ordinat. Cam p. 1. tit. 1. §.* Rembluch wollen die / ibi, von wegen jhrer Lebd vnnd Kayserlichen Majestät Erblande / so sie vnter oder von dem
166 Reich haben. Pariter in Comitiis Imperatori † ratione Ducatuum & ditionum onera communi Imperatoris ipsius & Procerum consensu injunguntur, non tanquam Imperatori, sed tanquam Principi & statui Imperii ratione ditionũ, quas ab imperio recognoscit, vid. R. A. zu Nürmberg / de Anno 1542. § ferner / ibi, daß wir vns mit den ansehnlichen trefflichen Kriegsstücken / so vns auff obgemelten Speyrischen Reichstag / von wegen vnser Königreich vnd Landen in obbestimpte beharrliche Türckenhülff zu leisten aufferlegt
167 worden / Sic licet ab Imperatore † non detur appellatio, cum is ipse sit qui provocetur, *l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non lic.* Si tamen Imperator,
168 non tanquam Imperator, † sed tanquam Dux & Comes sententiam tulisset, daretur appellatio ad ordinarium appellationis judicem, Bart. *in l. 1. §. si quis, in fin. n. 15. de Appell.* Guid. Pap. *tract. de Appellation q. 36. n. 33.* Boër. *Sing. 9. tit de appellation fol. 203. Et ita in genere de Regibus tradit* Sigismund. Scacc. *de appellation. q. 16. limitat. 5.*
169 *num. 1.* Denique posito, quòd Imperator † posset conveniri in Camera non tamen propterea ejus Majestas læderetur, Nam & Rex Galliæ in Parlamento conveniri potest, ipso Bodino teste, & tamen summus Monarcha, qua de re infra pluribus. Ad 8. &c. calumniosam illud argumentum continere illationem, & ex ipsâ rei evidentiâ & notoriâ observantiâ refelli. Quis enim unquam tam ignarus rerum, qui non novit, Impe-
170 ratorem † Duces & Comites creare posse, & ex eo tanquam fonte perenni Nobilitatis horum dignitatem originaliter & radicaliter profluere, ut suo loco pluribus dicetur. [Et licet Impera-
171 ratores hodiè † Duces & Principes non nudo administrationis titulo provinciis & Ducatibus præficiant, sed feudi, adeoq; proprio jure & hereditario, hoc ipso tamen quod iis per investiturã, Regalia, jurisdictionalia & alia Magistratus jura conferunt, Magistratus creare censentur, quamvis diversimodè, uti ex investituris Ducum & Principum imperii constat. conf. Andr. Knich. *de autocrat. Rom. Impp. cap. 1. num. 625.* Quinimò
quamplurimos † modernus Imperator glorio- 172
sissimus Ferdinand. II. creavit Principes, Duces & Marchiones. In conventu Ratisbonensi Anno 1622. & 23. Johannem Fridericum Comitem Zollerensem, & Johannem Ulricum Baronem de Eggenberg, imperii Principes declaravit. Idem Fridlandiæ Ducem, Principem de Lichtenstein & alios.] Nec quicquam obest, quod ipse Imperator à Ducibus creetur. Creatur, fa-
teor, sed diversimodè. Imperator † non quidem 173
ab omnibus imperii Ducibus, sed solis Electoribus creatur, tanquam summum caput *Aur. Bull. Car. IV. tit. 2. §* Ich Ertzbischoff / tanquam summus imperii curator, Dominus & Magistratus, vid. R. A. zu Augspurg / de An. 1559. *in pr.* Duces
† verò & Comites ab Imperatore tanquam pia 174
& subjectissima illius capitis membra creantur (uti etiam passim ita appellantur, ut suo loco videbimus) ad sustentandam & declarandam Imperatoris & imperii Romani Majestatem & dignitatem, ideoq; non Domini, sed subditi &
Vasalli Imperatoris sunt; Sicuti enim liberâ † 175
& florente Republ. populus Roman. Regem esse jubebat, sic posteriore ævo Princeps, Dux, Comes extitit, quem Imperator talem fecit, Zachar. Victor. *de exemptio. conclus. 3.* Schonborner.
5. *Polit. c. 15.* Deinde Electores Imperatorem † 176
non constituunt ex gratia & puræ voluntatis liberalitate, sed ex officii necessitate & jurisjurandi religione, quâ vacante sede imperii ad eligendum novum Imperatorem obstringuntur, confer *Aur. Bull. tit. 1. §.* Wann es auch darzu kommen / daß man eines Römischen Kaysers oder Königs Todt / in Bisthumb zu Meintz gewahr wird / alsdann jnner eines Monats von dem Tag / da man desselben wissen empfangen hat / ohn vnterlaß zu zehlen / heissen vnd erkennen wir solchen Abgang vnd Verkündung / als obstehet / jeden Churfürsten / durch den Ertzbischoff zu Meintz in offenen Brieffen zu entdecken / vnnd wo der Ertzbischoff vielleicht damit saumig oder hinderlässig were / alsdann sollen die Churfürsten auß eygner Bewegnuß / vnberufft in Krafft vnd bey jhren Trewen / die sie dem heiligen Reich schuldig sind / darnach jnner dreyen Monaten / als hiebevor in dieser Constitution begriffen ist / in der offtgenanten Stadt Franckfurt zusammen kommen / ein König zum

künfftigen Kayser zu wehlen/ꝛc. item sub pœna privationis suffragii pro illa vice, *vid. ibid.* § *seq. adde tit.*3.§.Ich Ertzbischoff. Ad 9. ℞. Quòd Im-
177 perator † Roman. summam habeat potestatem, suprà satis probatum fuit, illâq; falsa Bodini hypothesis, quòd Proceres imperii Imperatori in Comitiis leges ferunt, satis refutata est.

Alteram hypothesin quod attinet, de legibus soluta potestate, quam pariter sine fronte Imperatori nostro denegat Bodinus. Imperatorem siquidem nostrum legibus solutam potestatem habere, & adhuc hodie usurpare, suo loco evidenter docebitur, *infra Class.*3. *c.*12. *per tot.* Neque
178 adversatur, † quòd in quasdam videlicet fundamentales imperii leges jurare, easq; sanctè observare Imperator tenetur,
179 Nam hisce † legibus Principem solvere, quibus imperii dignitas, Reipub. status & salus continetur, quid aliud esset, quàm ipsum Imperatorem & imperium pessundare. Anomalia isthæc
180 esset Majestas † & non Regia, sed bestialis potestas sine modo, lege & ratione pro lubitu summa imis miscere, neq; ad Monarchiam, sed Dominarum & tyrannidem pertinens, ut supra ex Bodino in evidentiali primo præmissum suprà num. 93. ubi etiam ex ipsius Bodini definitione ostenditur, Monarchiam esse, ubi unus rerum summâ potitur & certis legibus imperat: [idq; ad ipsorum Principum perfectionem per-
181 tinet: † qui si quidvis possent, multò imperfectiores essent: Ac sicut Deus omnipotens, non idcireò, quia peccare non potest, judicatur esse minor, sed illustrior fit ejus hoc ipso & admirabilior perfectio: Sic etiam Reges, quum suis ipsi legibus obtemperant, multò majorem laudem merentur, & ad perfectionem propius accedunt. Claud. Seselli. *de Repub. Gall. lib.*1.] Neq; ullum
182 regnum † in Christiano orbe absque temperamento & fræno, quod interdum pro ratione temporis & subditorum vel temittitur vel intenditur, *Actor. de jure Principat. concl.* 9. De hisce fundamentalib. legibus, infrà suo loco agemus latiùs, *vid. Class.*2. *c.*12. Neq; ex tertia hypothesi id, quod Bodin. refert, consequitur, de qua in sequenti responsione.

Ad 10. ℞. Negando, Imperatorem Majestatis jura habere precariò & ad nutum Procerum, uti & hoc, quòd Proceres imperii pro lubitu Imperatorem deponere possint. Quòd enim Electores † Imperatorem deponere possint, illud non regulari, sed irregulari jure evenit. Nam Electores & Proceres Imperatorem legitimè in regimine constitutum deponere non posse, verius est, quàm ut ullâ probatione indigeat. Post Electionem † enim functi sunt officio suo Electores, 184
ac Imperatori Majestatem imperii detulerunt, fasces submiserunt, fidelitatis & subjectionis juramento ad obedientiam & observantiam se obstrinxerunt, itaque pro lubitu eundem deturbare non possunt. [Electus itaque & constitutus Imp. † usurpat axiomata & jus imperii proprio 185
& autocratico jure & quidem perpetuo, nullâ intercedente alteratione, quâ aliquo interstitio Majestas penes Electores sit. Confer Andr. Knich. *de autor Rem. Impp. c.*1. *n.*726. *& seq.*] Non enim Rex † postulator ut Medicus, cujus imperium durat, quamdiu placet ægroto, Zachar. 186
Viet. *de exempt. concl.* 14. Quamobrem rectè Valerianus Imperator † ad Prætorianos dixit, *Ut* 187
me ad imperium elegeritis in vestra erat potestate. Sed postquam electus sum, quod petitis in meo arbitrio est, non alieno pareatis, ego qua faciendo restant, ruminabo, Niceph. *hist. c.*1. [Facilè est Ducem ponere, † sed difficile est positum deponere, inquit 188
Cosm. Pragens. & ex eo Frider. Bauman. *in tract. qui inscribitur* Schlesischer Landman/*p.*22.] Si verò Imperator talis existat, † qui fundamentales imperii leges violet, datam fidem negligat, 189
ac ipsum societatis civilis & Reipubl. vinculum distumpere conetur, quadrata rotundis, & candida nigris misceat, non tanquam Imperator, sed fidei & juris temerator removetur, per ea, quæ supra latiùs deducta sunt, *Class.*1. *cap.* 5. *circ. fin.* Neque ulterius urget, quod de administratione ex allegata constitutione adductum fuit, siquidem non diffitemur, Imperatorem dici Ad- 190
ministratorem, † sed talem, qui non alieno, sed suo nomine, jure Majestatis, Plenitudine potestatis & sceptro Regiæ dignitatis administrat, veluti summus Christiani orbis Magistratus & Dominus, idq; in ipsa d. constitutione innuitur de Anno 1559. in pr. ibi, vnd vns mit der Würde der Administration vnd Verwaltung deß H. Reichs anhangens der Dignitet/ Hochheit/ Regierung/ Titul/ Scepter vnnd Kron deß Römischen Keyserthumbs im Namen deß Allmechtigen beladen lassen/etc. Ad 11. ℞. Non esse boni viri, † calumniari, & verba Augustissimi Imperatoris captare, sed qua mente quid dicatur animadvertere, *l. pen. ff. ad exhibend.* Verba namq; 191
† in quovis actu semper intelligenda eo respectu, & ad eum finem, ad quem proferuntur, ad 192
eamque

ramque rem restringenda, super qua proferun-
tur, Cravett. *cons.* 16. *n.* 5. & *cons.* 171. *num.* 13. Surd.
decis. 119. *n.* 24. neque sophisticè, sed in eo sensu,
qui solet rectè intelligentibus generari, *l. ex li-
teris, ubi Dd. de sponsalib. Auth. in respons.* 1. *caus. Fi-
narieus. nu.* 18. Jam verò non eo sensu & ad eum
finem Maximilianus I. Imperat. Augustiss. im-
perii majestatem ordinibus inesse dixit, quo Bo-
193 dinus accipit: Sed hoc voluit, † ut electo Impe-
ratore Romano, ipso Electionis jure, sine Pon-
tificis facto & authoritate Majestatis jura, quæ
vacante imperio non penes Pontificem, sed im-
perii Vicarios & ordines residerent, in Impera-
194 torem transferri. Itaq; cum Maximiliani † Im-
peratoris dictum tendat saltem ad excludendam
Pontificis injustam prætensionem, non debet
195 ultra eum finem extendi. Confessio † namque
limitata ex certa causa, non nisi limitatum pro-
ducere potest effectum, *l. in agris, 16. ff. de acquir.
Dom.* Ant. Fab. *in C. rerum in* Sabaud. *jud. lib.* 1. *tit.*
2. *de fin.* 24. *n.* 6. *in not.*

196 Ad 12. pariter respondetur, † committi in
eo fallaciam falsæ interpretationis. Non enim
gravissimus Elector tàm ad ipsum statum Rei-
publ. respexit, quàm ad modum administratio-
nis & regiminis, qui rationibus Aristocraticis
rectè & prudentissimè temperatus, licet ipse sta-
tus Monarchicus sit & maneat. Jam verò, ut su-
pra in secundo evidentiali præmissum, differre
statum ipsum Reipubl. & modum seu formam
gubernandi, itaq; inferendo à modo guberman-
di ad ipsum statum, infertur à separatis. Hanc
197 interpretationem juvat, quod verba † quàntum-
vis generalia temperanda & coërcenda, juxta
naturam, conditionem & qualitatem rei de qua
proferuntur, *ut pulchrè declarat* Zas. *singul. resp.*
198 *c.* 6. Cacheran. *decis.* 169. *nu.* 9. ne absurdus † in-
tellectus vel inconveniens inde sequatur, *l. fin.
C. de auctorit. præstand. l. un. § pro secundo, C. de ca-
duc. tollen. l. nam absurdum, cum l. præced. de bon li-
bert.* Bald. *in Auth. sed novo jure, Cod. de Episc. &
Cler.* Donell. 1. *comment.* 13. Tob. Paurmeister. *de
jurisd. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 17. Sed superius demonstra-
tum est, statum imperii talem esse, qui aliam il-
lius dicti interpretationem non admittat, itaq;
199 generalis illa locutio † ob medium inhabile non
operatur, nisi in quantum potest, Eberh. *in Top.
legal. loc.* 5. *num.* 1. [Aliter ad hoc argumentum re-
spondet, Andr. Knich. *de Autocrat. Rom. Impp. c.* 1.
n. 706. *& seq. ubi vid.*]

Ad 13. R. In eo argumento Bodinum eviden-
ter veritati convitium facere. Nam paulò antè
probatum est, solum † Imperatorem habere po- 200
testatem de Majoribus Feudis Regalibus Duca-
tuum, &c. investiendi & cognoscendi, itaque &
ipsius erunt Vasalli & imperii.

Deinde notum est, quòd juramentum fideli-
tatis † Imperatori & imperio præstent omnes 201
imperii Principes. [Quod ei tantùm fieri con-
suevit, quem ut magistratum & Principem a-
gnoscimus, Phil. Cominæus *lib.* 9. *Comm. p.* 661.]
R. A. zu Speyer/de Anno 1529. §. Deßgleichen/ubi Impe-
rator ita alloquitur Principes, mit den Eyden vnd Pflich-
ten/ damit ihr vnnd dem H. Reich zugethan vnnd verwand
seyd/ Adde R. A. de Anno 1521. in der Ordnung deß Land-
friedens/ sub tit. dieser Landfried soll den andern recht/ §.
darumb befehlen wir/ ubi idem dicitur. Itaq; † non 202
solius imperii, sed Imperatoris & imperii erunt
Fiduciarii, quod ut manifestius appareret, volui
formulam juramenti fidelitatis, in aulâ Cæsareâ
usitatam, Principum, quam refert Waremund.
ab Ehrenberg/ se nomine potentissimorum Hassiæ
Principum Imperatori Rudolp. II. Anno 1593.
& 1597. præstitisse, inserere, *lib.* 2. *de fœderib. n.* 161.
Wir hernachbenante N. N. als vollmächtige Gewalthaber/
deß Durchleuchtigen/ Hochgebornen/ vnsers gnädigen Her-
ren/ geloben vnnd schweren in Krafft deß schrifftlichen Ge-
walts/ den wir zur Cantzeley übergeben/auff das H. Evange-
lium/ daß wir hie leiblich berühren/ vnnd in die Seele Hochge-
dachtes/ daß J. F. G von der Lehen wegen/ die J. F. G. jetzo
verliehen vnnd gereicht werden/ nun hinfort von dieser stunde
an/ sich dem Allerdurchleuchtigsten/ Großmechtigsten vnnd
Vnüberwindlichen Fürsten vnnd Herrn/ Herrn Rudolphen
dem andern Römischen Kaysern vnd König/ vnd dem Reich/
trew/ hold/ gehorsamb vnnd gewertig/ auch nummermehr wes-
sentlich in dem Raht seyn soll noch will/ da ichtwas wider E.
Keys. Maj. Person/ Ehr/ Würde vnnd Stande gehandelt
oder fürgenommen wird/ noch darin willigen oder beschlen in
einigen weg/ sondern Keys. Maj. vnnd deß Reichs Ehr/ Nutz
vnd Frommen betrachten vnnd befördern/ nach allem ihrem
vermögen/ vnnd ob J. F. G. itzgents verstünden/ daß etwas
fürgenommen oder gehandelt würde wider E. Keys. Majest.
Person oder das H. Reich/ denselben wollen J. F. G. getrew-
lich vor seyn/ vnd E. Keys. Maj dessen vnverzüglich warnen/
vnnd sonsten alles das thun/ daß sich einem getrewen Fürsten
gegen E. Keys. Maj. vnd dem H. Reich gebühret/ von Recht
vnd Gewonheit wegen/ ohn arge List vnnd Gefehrde/ als J.
F. G. GOTT helff vnd das H. Evangelium. [Iisdem
formalibus † nomine Illustrissimi Principis 203
Georgii Hassiæ Landgravii, moderno Impera-
tori gloriosissimo Ferdinand. II. Pragæ in Regia
arce, 22. Januarii, Anno 1628. una cum Illu-
strissimi Principis Dn. Wilhelmi Hassiæ Land-
gravii, Legato, Nobilissimo Domino Johanne

Bernhardo à Dalwig / hanc juramenti formu-
lam recitavi.]
Ad 14. ℞. ex ipso Bodino, qui *d. c.* 10. *pag.* 153.
204 dicit, extremam provocationem † non perti-
nere ad jura Majestatis. Nam & olim Præfectus,
Prætorio sine provocatione judicabat, *l. un. ff. de*
offic. præfect. prætor. Et hodie multi Magistratus
judiciorum, extra provocationem judicare con-
205 sueverunt. Uti & in Gallia † Octo Curiæ ma-
jores Francorum, [Johan. Sleidan. *in illustrat.*
rer. Gallic. post Comment. Phil. Comin. *p.* 718. si-
militer curiæ] quatuor Hispanorum, Rota Ro-
manorum, Quadraginta viri Venetorum, Cu-
ria Neopolitana Mediolana, lites extra provo-
cationem definiunt. Hinc quidam JCti distin-
206 guunt † inter supplicationem, quam ad Ma-
jestatē pertinere autumant, & provocationem,
Bald *in l.* 2. *concl.* 453. *ff. de rer. divis.* Faber. *in* § *ult.*
inst. de Attilian. tut. Panorm. cons. 82. *lib.* 1. Quia
207 Princeps † eam sibi legem dicere non potest,
ut subditos quærentes ab aditu sui ipsius, roga-
tionis ferendæ causa prohibeat, cum leges o-
mnes hujusmodi civiles sunt, quibus summus
Princeps non ita obstringitur: A Cameræ Impe-
208 rialis † tamen sententiâ nec appellare, nec sup-
plicare fas est, Ordin. Cam. *p.* 3. *tit.* 51. qua lege,
cum per modum conventionis lata sit, Impera-
tor solutus non est, nec contra eam aliquam
supplicationem à Cameræ judicio recipere po-
test. Datur tamen aliud gravitatis remedium,
videlicet revisionis de quo latè *in Ordinat. Cam-*
mer. p. 3. *tit.* 53. Deinde supra probatum est, Ca-
209 meram † uti vicariâ Imperatoris jurisdictione:
210 Jam verò appellatio † non datur à vicario ad
eum, cujus est vicarius, cum utriusque tribunal
idem sit, *text. in c. Romana in pr. ubi gl. & CC. com-*
muniter, de Appellat. in 6. c. non putamus, de consuet.
in 6. Covarruv. *pp. quæstion. c.* 4. *num.* 8. *speculat. tit.*
de appellat. § *nunc tractemus, num.* 3. *in fin. lib.* 1. *Ber-*
tachin. tract. de Episcop. lib. 4. *p.* 7. *q.* 26. *num.* 36. Si-
gismund. Scacc. *de Appellat. q.* 8. *art.* 3. *nu.* 53. *Scip.*
Gentil. de jurisd. lib. 2. *cap.* 6. Hinc quidam Pontifi-
ciæ culinæ adulatores inferunt, à Papa non pos-
se appellari ad Deum, quia Dei & Papæ idem sit
consistorium, Joh. Andr. *in c. quanto,* 3. *num.* 4. *de*
transf. Episcop. Cardin. Iacob. tract. de concil lib. 10.
art. 1. *n.* 52. *tom.* 13. *p.* 1. *fol.* 353. Scacc. *d. loc. num.* 62.
211 Deniq; Cameræ † judicium subsidiarium est,
nec adimit in totum Imperatori provocationis
jus, cum ex recepta Dd. sententiâ is concurren-
tem cum Camera habet jurisdictionem, ut suo
loco dicetur.
Ad 15. respondetur, ex hoc quod Imperator
certam pecuniam seu annuam pensionem exsol-
vit Turcæ propter tranquillitatem † ac pacem 212
publicam, ne excursionibus & vastationibus re-
gionum suarum finibus damnum inferant, Ma-
jestas ejus non patitur naufragium. Nam Prin-
ceps † in hoc sui officii memor, boni patrisfa- 213
miliâs officio fungitur, qui nullis parcēdo sum-
ptibus, damnum quod inevitabile est, avertit.
Quod si Majestas hic detrimenti quid caperet,
† nec ipse Turcarum Imperator illius particeps 214
esset, qui Regi Æthiopum & illis populis, qui
Arabiæ montes tenent, magnam pecuniam tri-
buti nomine quotannis solvere cogitur, Ri-
chard. Dieter. *de sum. sum. imper. potest, conclus.* 17.
Sic Rex Moabitarum tributatius fuit Regis Is-
raëlitarum, 2. *Reg.* 3. *v.* 4. *& seq.* Rex Ahas Israëli-
tarum, tributatius Regis Syriorum, 2. *Reg.* 17.
v. 4. quod recusare postea conatus Hiskias rur-
sus in ordinem redactus fuit, 2. *Reg.* 18. *v.* 14. De-
inde ipse Bodin. distinguit † inter tributum, 215
quod subjectionis jure à subditis, & pensionem
quæ conventionis & societatis jure à fœderatis
vel finitimis, servandæ pacis gratiâ, alicui exsol-
vitur, *lib.* 5. *de republ. c.* 6. *p.* 910. [Sic Ludovicus XI.
Galliæ Rex † pactis cum Edvardo Angliæ Rege 216
induciis, pensionem quinquaginta aureorum
millium quotannis Londini persolvendorum
promisit, & solvit, vid. Comin. *lib.* 6. *comment. &*
lib. 8 *p. mihi* 614. Lather. Husan. *de censu lib.* 1. *c.* 3.
n. 2. *& seq.*]
Ad 16. ℞. Negando consequentiam. Nec enim
necesse est judicem † semper esse superiorem: 217
quia receptum est eoque jure utimur, ut si quis
major vel æqualis subjiciat se jurisdictioni alte-
rius possit ei & adversus eum jus dici, inquit Ul-
pian. *in l.* 14. *ff. de jurisd. l. si quis in conscribendo, C.*
de pact. Sic Dominus Feudi coram paribus Cu-
riæ conveniri & damnari potest, *c.* 1. § *si inter, de*
alienat. feud. pater. c. 1. *de feud. sine culp. non amitt.*
Clar. *in* § *Feudum, quæst.* 90. *in pr.* non tamen
inde efficitur, pares esse superiores Domino.
Quamvis enim Imperator † de jure communi 218
judicem agnoscat neminem nisi Deum, sibique
ipsi in propria causa jus dicere possit, *l. & hoc.* 41.
ff. de hered. instituend. § *fin. instit. de vulg. & pupill.*
substit. l. penult. ff. de his quæ in testament. delen.
Moribus tamen imperii † introductum & aureâ 219
Caroli

Caroli IV. Bull. confirmatum ut Imperator super causis, quibus impetitus fuerit, coram Electore Palatino Rheni conveniri possit, *Aur. Bull. c.5.§.fin.* Marquard. Freher. *de origin. Palatin. lib. 3.c.15. in fin.* Schonborner. 5. *Polit. cap.* 34. [vid. *infr. class.* 4. c. 5.] Quod tamen propter Majesta-
220 tis observantiam, ipse Palatinus † non alibi, quā in imperiali Curia exercere potest, *d. c. 5. § fin. vide* Buxtorff. *in Dissert. Aur. Bull. conclus.* 77. Deinde si illud Bodini argumentum aliquid roboris haberet, nec Galliæ Rex Majestatis jura ha-
221 beret, cum & is † à curia Parisiana conveniri & damnari possit. Extat enim in actis curiæ Parisiorum, sententia adversus Carolum VII. Regem lata, quâ damnatur sylvam urbi proximam in Parisiorum usum cedere, ipse Bodino teste, *lib.1. de repub. cap.* 8. *pag.* 164. [Chassanæ. *de glor. mund. part.* 5. *consid.* 5. *vers. tertiò quoniam licet Papa, &c.* ubi scribit: Reges Franciæ, judicio suorum officiariorum, nedum curiarum Parlamenti, sed etiam Senescallorum seu ballivorum suorū, sponte se submisisse, & quod judicatum est contra se, efficaciter exequi, permittere & pati. Et quod Parlamentorum Galliæ, ea sit potestas, ut ipsorum decretis Rex quoque pareat, & in controversiis aliquando causa cadat, testatur Claud. Sesellі. JC. Gallus *de Repub. Gall. lib.* 1.] cum tamen ipso Bodino auctore, Francorum Monarchiâ nulla magis regia fingi possit, *lib.* 2. *de repub. c.* 1. *pag.* 284.

222 Hispaniarum Rex, † qui Bodino *in method. histor. c.*7. Monarcha est, in regno Neapolitano aliisque suis regnis, certos deputavit Magistratus, qui cognoscunt de causis, in quibus Rex habet interesse aliquod, sive sit actor, sive reus, ut tradit Don. Garf. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 12. *arg. text. l.* 1. *&* 2. *C. si adv. Fisc. l. ne quisquam, ff. de offic. procons.* Et tantum de Bodini & aliorum rationibus, quibus Imperatoris Romani Majestatem impugnare conantur.

223 Sunt etiam, † qui mediam viam amplectuntur, & imperii nostri statum ex monarchia & Aristocratia mixtum statuunt, ut facit Syting. *in tract. de pace religion. conclus.* 14. *pag.* 11. has addu-
224 cens rationes: Qui non habet solus jura † majestatis, is quoque purè ac merè monarcha dici non potest. At Imperator non habet solus jura majestatis: quia solus non constituit leges, solus non indicit bellum, vectigalia, &c. sed una cum statibus, imò in Comitiis status & Proceres imperii in regnum semissem votorum in negociis publicis deliberandis & expediendis habent, Paurmeist. *de jurisd. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 20. *& seqq.*

2. Ad quem jura illa † Majestatis ex parte 225 pervenerunt, hunc in consortium imperii adscitum esse consequens est. Ast jura majestatis ad status imperii non ut singulos, sed ut universos ex parte eaque non minima: iisque quasi collegium aliquod verè fiuentur, ut notum est. Ergò. Verum ex iis, quę supra pro confirmatione sententiæ nostræ dicta sunt, & hęc facilè corruunt. Si enim Monarchia † est unius prædominans 226 imperium, uti est, verus quoque Monarcha erit Romanus Imperator, Richard. Dieter. *de summ. imper. potest. conclus.* 78. At ipse Syting. allegato loco fatetur, quod solus Imperator potissima summæ præeminentiæ jura exerceat. Ergò à potiori fiet denominatio. Imò non † solum potis- 227 sima, sed etiam omnia supremæ & absolutæ potestatis jura solum Imperatorem habere, verius; quia suprema & absoluta potestas † subjectio- 228 nis omnis nescia, qua tamen omnes Proceres nō tantùm ut singuli, sed ut universi Imperatori obstringuntur, ut supra probatum hoc nostro *cap. num.* 72. *& seqq.* Et dicit ipse Syting. Quomodo quæso status imperii etiam conjunctim considerati, pari cum Imperatore jure censeri possunt, quē sine hæsitatione superiorem suum esse profitentur? aut itaque † par in parem, vel 229 Cæsar in status, habebit imperium, quod est cōtra, *l.* 4. *de recept. arbitr.* aut dicendum erit, eum qui capitis vicem gerit, superiorē reliquis membris esse. Hoc ipsum autem pugnat cum status Aristocrariei † natura, qui est paucorum ex æ- 230 quo potentia & gubernatio Bodin. 2. *de repub. c.* 1. Clapmar. *lib.* 5. *de arcan. rerump. c.* 20. [Et hanc sententiam rectè tuetur Andr. Knich. *de autocrat. Roman. Impp. c.* 1. *num.* 677. *& seqq.* ubi etiam refutat Paurmeister, asserens eum plusquam saturnino opinamine aristodemocrariam refricate.]

Ad argumentum 1. Respondetur, aut solus Imperator Majestatem † habet, aut omninò non 231 habet. Majestatis namque jura indivisibilia, & Majestatis totum individuum. Qua ratione ergò uni & omnibus eodem momento congruere poterit, Bodin. 2. *de republ. c.* 1. *p.* 275. *vers. sed qui unius.* Pariter Majestas † æqualis potestatis ne- 232 scia, quia majestas definit esse majestas, quamprimum ei obducitur æqualis potestas, quia

perdit Majestatis proprietatem & definitionem, quæ est omnibus esse superiorem, omnibus imparare Arnis. *lib.2. de jurib. Majest.c.2.n 2.*

233 Præterea si imperii status participarent † cum Imperatore de juribus Majestatis, id vel haberent ex concessione Imperatoris vel præscri-
234 ptione. Non illud, quia Majestatis † jura non sunt abdicabilia à summo Principe sine ejus destructione. Jason & *Dd.ad l. Imperium, de jurisdict.* Menoch. *consil.* 604. *numer.* 15. Thom. Mich. *de jurisd.conclus.*8. Sixtin. *de regalib. lib.* 1.c.1. *num.* 2. Bocer. *de regalib.c.*2. *numer.* 43. [Andr. Knich. *de autocrat. Roman. Impp. cap.* 1. *num.* 1079. *& seq.* Chassan. *de glor.mund.part.*5. *consider.*19.] neque ad subditos transmissibilia, Carol. Molin. *ad consuet. Paris. tit.*1.§ 3.*gloss.*4 *num.*16. Museorn. *de*
235 *jurisd.num.*127. eum sint de genere eorum, † partiti quæ nemo potest, Covarruv. 4.*pp. qq.num.* 1.
236 Neque hoc: quia Majestatis † jura imprascriptibilia, Bodin. 1. *de republ. c.* 10. *pag.* 271. ubi ex sententia Themistoclis dicit; *Nec mortales adversus Deum immortalem, nec privatos adversus rempublicam præscribere posse.* Deinde illa demum
237 præscribi † possunt, quæ sunt in commercio, *argum.l.*3 §. *Divus, ff. de sepulchr.* Jura autem Maje-
238 statis † non sunt in commercio, quia sunt quasi sacra sacrorum, Molin *d.tit.*1.§.3.*gl.*4.*num.*16.*& seqq.* Roland. à Vall. *consil.* 1. *num.* 134. *cum mult. seqq.volum.*2. Natt. *consil.*636.*n.*169.*& seqq.* Paurmeister. 1. *de jurisd. cap.* 21. *num.* 11. *versic. interea.*
239 imò de jure civili, qui ritulis † ac insigniis regiis utitur, capitis pœnam meretur, *l.*2.*C.ut nemo privat.* Cujac. *in parat. ibid.l.sacri affatus, Cod.de divers.rescript.*

Ex hujus argumenti resolutione, secundum quoque sua sponte concidit: Neque distinctio illa, inter universos & singulos, quicquam adversatur; Quia suprà ex imperii constitutioni-
240 bus probatum est, Imperatorem † non solùm singulis, sed etiam universis imperare, quod utique non posset, si penes eos ut universos jus Majestatis ex æqua parte resideret, eùm æqualibus
241 † imperare ex lege nemo possit, *l. ille à quo,*§.*tempestivum, ff. ad Trebell.* Bodin. 1. *de republ.cap.*8. *pag.* 141. Et licet quoad administrationis for-
242 mam & modum † speciem quandam referat Aristocraticam, ipse tamen status Monarchicus est, & ex divino vaticinio durabit eum seculo, Ernest. Corhman. *in C. lib.*1.*tit.*1.*quæst.*1.*num.*10. Suprà enim præmissum, statum ipsum Reipubl. separatum esse posse à modo administrationis. 243
Sic in Belgio † status ipse est Democraticus & Popularis, Administratio autem Aristocraticè temperata, per Proceres & primores perficitur. Sic vice versa Administratio potest esse Monarchica, † licet status ipse sit popularis, ut fuit 244
tempore Dictatorum, quorum administratio ferè fuit Monarchica, [& potestas Regia, in tãtum ut ei parerent consules, manente tamen statu populari, *Liv. lib.* 8. *cap.* 32. Neque Venetorum Respubl. † propterea desiit esse Aristocra- 245
tica, postquam Dux creatus & designatus fuit vid. Knich. *de autocrat Rom. Impp.* c. 1. *num.*336. *& num.*780. Quinimò in statu populari † perfe- 246
ctam, sanctamq; Rempubl. Romanam deprædicavit, Africanus apud Ciceronem, cùm ex tribus generibus ejus administratio, regia videlicet, Optimatum ac populi juncta esset, videlicet quum consules regiam, Senatores Optimatum, plebs popularem auctoritatem ac potestatem haberet, quod pluribus explicat Onuphr. Sanvin. *lib.*1. *Roman. Princip. sub tit. de Imper. Rom origin. & primord.p.*8.]

Hæc sunt, quæ de hac pulcra, jucunda & cognitu necessaria quæstione, † non ex hujus vel 247
illius conjectura & opinatione, sed ex sacris literis, jure Canonico, & civili, Aurea Caroli IV. Bulla, & novissimis Imperii constitutionibus ex quibus Imperatoris Majestas, dignitas & potestas potiùs, quàm ex eorum præconceptis præjudiciis, qui potius vel odii virulentiâ, vel etiam hos secuti juris novissimi ignorantiâ omnem Imperatori Majestatem detrahunt, vel maximoperè extenuant, aliquantò prolixius proponere volui, non in gratiam eorum, quibus hæc jam pridem cognita sunt, sed studiosæ juventutis, quibus animus hæc ipsa addiscendi.

CAPUT III.

AN IMPERIUM NOSTRUM ADhuc dicatur & sit Romanum?

SUMMARIA.

Quæstio. An imperium nostrum adhuc sit, & dicatur Romanum? hoc capite affirmativè tractatur.

1.2.3. 4. 5. 6. *Rationes dubitandi.*

7. *Rationes decidendi.* 8. *Per 4. illa regna à Daniele prævisa intelligitur Monarchia Chaldæorum, Persarum, Græcorum & Romanorum.*

9. *Nomen consequens rei esse debet.* 10. 11. *denominatio*

minatio denominare solet subjectum proprium, ex qua dignoscitur qualitas rei.

11. *Imperium nostrum iisdem utitur insigniis, quibus prisci Imperatores, Aquilâ nimirum.* 13. *Aquila Romana avis, & propriè Romanis legionibus dicata, sub Aquila legiones educebantur, sub ea pugnabatur.* 14. *Aquila coronata semper fuit, & adhuc est Imperatorum, & imperii inviolatum, & perpetuum insigne, designant praeminentiam Cæsareæ dignitatis.*

15. *Cognominis similitudo inducit præsumptionem agnationis. Insignium identitas ostendit, ejus esse rem, qui insignia illa habet.* 16. *Signum præsumptivè probat rem esse ejus, cujus est signum. Cui signum, eidem & signatum competit.* 17. *Signo alieno ne quis utatur prohiberi potest.*

18. *Res ex origine potius, quàm eventu æstimatur. Et præsumitur retinere qualitatem, quâ semel est imbuta.* 19. *ex primordio tituli, posterior formatur eventus.* 20. *Res à principio suo degenerare non præsumitur.* 21. *Sed esse & durare sub eodem dominio, tanquam primo suo principio.*

22. *Imperium nostrum ab origine Romanum fuit. Quod mutatum non est, cur stare prohibetur.*

23. *Translatio semper censetur fieri cum suis qualicatibus. Dominium tale transfertur, quale fuit apud eum, qui transfert.* 24. *Translatum non dicitur, quod de novo natum, & constitutum.*

25. *Respondetur ad rationes dubitandi. Ad 1. Roma propriè non caput, sed sedes imperii fuit.*

26. *Non quid Roma factum sed quid fieri debeat, attendendum.*

27. *Non in parietibus, sed in aris & focis Respub. consistit. Non urbis, sed orbis imperium dictum fuit Roman. Ibi Roma censetur, ubi Romanus Imperator est, ubi Helena, ibi Troia.*

28. *Carolus V. coronationem Imperatoris Bononiæ factam, legitimam censet.* 29. *Persona Pontificis cum legitimo Cardinalium cœtu Romam repræsentat.*

30. *Elegans Lipsii descriptio hodierni status urbis Romæ.* 31. *De Roma nihil amplius superest, quàm urbis ruina, & inane imperii nomen.*

32. *Ad 2. Romanum imperium non circumscribitur loco, sed universum pervagatur orbem. Servitus per partes fundi indivisim retinetur, manetq; tota in parte indivisa.* 33. *Anima tota est in toto, & in qualibet corporis parte. De facto avulsa ab imperio ditiones de jure adhuc ejus membra censenda.*

34. *Ad 3. & 4. Imperator à Germanis electus, non ratione Electionis, vel nationis; sed ratione dignitatis, & derivationis Romanus appellatur.*

35. *Electores sunt cives Romani. Communis omnium patria Roma est.*

36. *Orbis Romanus dicitur ea mundi pars, quæ ad Romanam ditionem pertinet.*

37. *Ad 5. Translatio non inducit imperii mutationem. Imperatores olim in Græcia residentes Imperatores Romani in legibus appellantur.*

38. *Ad 6. Non ad quorundam denominationem, sed ad rei primordia, & originem respiciendum.*

39. *Regnum Assyriacum, & Babylonicum una fuit Monarchia. Regnum Assyriacum potiorem denominationem ab ipsa regni origine provenientem retinuit.*

IN præcedenti quæstione rectè, ut opinor, probatum est, imperium nostrum esse quartam illam Monarchiam, ex qua & hujus quæstionis decisio prono fluit alveo, quam eleganter pertractavit Heig. *p. 1. illustr. quæst. 2. num. 29. & seqq. eumq; secutus novissimè* Arum. *in Discurs. 1. jur. pub. plenissimè pertractat.* ex quibus aliquot dubitandi & decidendi rationes referam, quas ex Bodin, Thuano aliisq; negativam defendentibus collegerunt.

1. Sicut homo † capite orbatus desinit esse 1
homo, ita & imperium nostrum capite suo or-
batum, videlicet urbe Roma, quæ caput fuit, im-
perii nomen retinere non potest. 2. Quia non so-
lùm caput † sed & præcipua corporis membra, 2
Asia, Africa & maxima Europæ pars avulsa, ipsi-
que quodammodo nervi disrupti. 3. Quia jus &
potestas † eligendi penes Germanos. 4. Quia 3
non † nisi Germanus eligi potest. 5. Quia in † 4
Germaniam translatum. 6. Quia Germano- 5
rum † imperium ab antiquis passim scriptori- 6
bus appellatum.

Hisce tamen non obstantibus Affirmativa ve-
rior, 1. Si imperium nostrum † est quarta Mo- 7
narchia, quæ duratura est ex Prophetæ vaticinio
usq; ad gloriosum Christi adventum, *Dan.* 2. &
7. utiq; erit Romanum; quia per quatuor † re- 8
gna illa omnium ferè judicio, intelligitur Mo-
narchia Chaldæorum, Persarum, Græcorum &
Romanorum. Prius suprà in initio capitis pri-
mi probatum fuit. Unde consequitur, imperium
nostrum esse adhuc Romanum, aut Prophetiam
Danielis falsam. 2. Quia adhuc hodie † ita in 9
novissimis imperii constitutionibus appellatur,
das H. Römische Reich Teutscher Nation. [Et Impera-
tor,

tor, **Römischer Kaysers** / ut nomen sit consequens rei, §. *est & aliud, inst. de donat.*] Denomina-
10 tio † a. denominare solet subjectum proprium, ex qua dignoscitur qualitas rei, *l. 1. de offic. praefect. urb.* [Et Bald. *in l. conventicula, n. 3. C. de Episcop. & Cler.* Gylman. *in symphorem. supplicat. p. 1. tit. 2. vot. 1. de reconventione, n. 194.*] Neq; praesumendū
11 est, † sacratissimum Imperatorem & Celsissimos Proceres, in publicis imperii constitutionibus falsam denominationem imperio multis lustrorum cursibus adscribere voluisse. 3. Quia iisdem
12 utitur insigniis, † videlicet Aquilâ, quâ olim utebantur prisci Imperatores Romani. [Hinc A-
13 quilas, Romanas aves, † & propria Romanarum legionum Numina, dicit Cornel. Tacit. *lib. 2. annal.* Et Cajus Marius abolitis omninò reliquis signis, Aquilam propriè Romanis legionibus dicavit, teste Rosin. *Antiquitat. Rom. lib. 10. cap. 5.* Et deinceps sub sola Aquila omnes legiones educebantur, & sub ea pugnabatur. Idem *d. lib. 10. in paralip. de signis militar.*

— *Hos Aquila, Romanaq; signa sequuntur.*

inquit Claudian. *lib. 2. in Eutrop.* vel quia illa avium regina, & illi gentium Domini, vel quod ejus ductu Jupiter Tiranas profligasset Lactant. *lib. 1. cap. 11.* Isiodor. *lib. 18. Etymolog.* Et fuit sem-
14 per & est adhuc in hunc usque diem † Aquila coronata Impp. & imperii Romani, armis inviolatum, perpetua quasi consecratione insigne, designans praeeminentiam, quam habet in mundo Caesarea sublimitas. Petr. de Andlo *de Imp. Roman lib. 2. cap. 14.* Et Jehova apud Prophetam, per Aquilam potentiam Nobochdonosoris significare voluit. Ezech. *cap. 17. v. 3. ibid.* Osiand. *in gloss.* Confer etiam Dn. Besold. *in Thesaur. pract. lit. A. §. 16.* **Adler.**] Sicut autem cognomi-
15 nis † similitudo inducit praesumptionem agnationis, *l. cum precum, C. de liberal. caus.* ita etiam insignium identitas ostendit, ejus esse rem, qui insignia illa habet, *l. 1. C. de his qua poen. nom. l. 1. C. ut. nem. privat.* [Tiber. Decian. *resp. 19. num. 157. & seqq. vol. 3.* Cacheran. *decis. 40. num. 2. & seq.*]
16 signum siquidem † praesumptivè probat rem esse ejus, cujus est signum, *l. quod si neq; § fin. de peric. & commod. rerum vend.* [Andr. Geil. 2. *obs. 118. num. 5.* Gylman. *in symphorem p. 1. tit. 2. vot. 1. num. 23.* Sixtin. 2. *consil. Marpurg. 11. n. 49. & seqq.*] Et cui signum, eidem & signatum competit, *l. signatum, C de fabri, lib. 11. l. penult. § fin. C. de aqu. duct. arg. c. displicet, 23. q. 4.* Zas. 2. *cons. 6. n. 17.* juxta illud Christi. Ostendite mihi denarium, cujus imaginem habet & subscriptionem, & respondentes dixerunt, Caesaris: dixit illis, reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo, *Luc. 20.*

Ideoq; prohibere † quis potest alium, ne utatur signo suo, per ea quae tradit Hier. de Cevall. 17
in Spec. comm. opin. q. 745. nu. 3. 4. Res aestimatur potius ex origine, † quàm eventu, *l si procuratorem, 8. in princ. ff. mandat. l. 1. C. de imponend. lucrativ. descript.* [Ernest. Cothm. *consil. 4. n. 7. vol. 5.* Regner. Sixtin. *consil. Marp. 18. n. 35. & seq.* ubi dicit, quod quamcunq; rem suâ metiamur origine, & quod praesumatur retinere qualitatem, qua semel est imbuta, *arg. l. videamus ubi Bart. ff. quod met. caus. l. pater, §. quidam, & ibi Bart ff. de legat. 2.*] quia ex primordio † tituli, posterior formatur eventus, *l. potior. l. quia balneum, ff. qui potior. in pign.* Rol. à Vall. *consil. 76. n. 10. vol. 3.* Cravert. *cons. 1000. n. 33. per l. sed an u'trò, §. fin. ff. de neg gest. l. in venditionib. ff. de contrah. empt. l. si heres, de action. empt.* Pruckm. *in §. venatio, c. 6. n. 5.* [Vult. 1. *consil. 20. Marp. 19. 22.* Geil. 1. *obs. 81. n. 7. in fin.*] nec à principio † suo degenerare praesumitur, Petrin. Bellus. *de rer. util part. 10. tit. 2. n. 34.* Joh. Goedd. *in respons. jur. de restitut.* Baron. Valendar. *nu. 280.* sed praesumitur esse & durare † sub eodem dominio, 21
tanquam primo suo principio, *l. sive possidetis ubi gl. & Dd. Cod. de probat.* Cornel. *consil. 144. n. 8. vers. ex quo in dubio, vol. 4.* At ab origine † ci- 22
tra controversiam hoc imperium Romanum fuit. Quod ergò mutatum non est, cur stare prohibebitur, *l. primus, C. de appellat.* 5. Tale est imperium † nostrum, quale fuit translatum. Quia 23
translatio semper censetur fieri cum suis qualitatibus. Hinc *Vlpianus*: Quoties dominiū transfertur, ad eum, qui accipit, tale transfertur, quale fuit apud eum qui tradit, *l. traditio, 20. §. 1. de acquir. rer. domin.* Sed Romanum fuit translatum imperium. Ergò & Romanum est. 6. Si imperium non deberet dici Romanum, † non rectè 24
dictum fuisset translatum, sed rectiùs de novo natum & constitutum, Simeon. Pistor. *consil. 1. n. 8. int. consil. Modest.* Sed fuit translatum, ut ex sequenti quaestione patebit.

Ad 1. respondetur, † propriè Romam non 25
caput, sed sedem imperii fuisse. Nam summâ potestate ad Principem devolutâ, is caput imperii rectiùs dici coepit, ut suo loco pluribus videbimus, Dicta autem fuit Roma caput orbis in statu po-

fũ populari, cùm imperii Majestas ex mœnibus urbis Romæ præcipuè profulgeret. 2. Cum Pro-
26 culo dicendum. Non quid Romæ factum est, † sed quid fieri debeat attendendum esse, *l. 12. de offic.præf.d.3.* cum Heig. *d.q.2.n. 29.* statuendum,
27 non in parietibus,† sed in aris & focis Rempubl. consistere, & non urbis, sed orbis imperium dictum fuisse Romanum, imò ibi esse Roma censetur, ubi Romanus Imperator est, ut sub Commodo Imperatore Pompeianus dixit, Bald. *in l. 2.§.ignominiæ ff. de his qui notant.in fam.* [Confer Andr.Knich. *de autocrat.Rom.Impp.c.1.n.28.29.& aliquot seqq.*] *cui subscribit Lucan.*

———Veios habitante Camillo.

Illic Roma fuit, Zas. *in paratit. nu.29.ff.de his qui notat.infam.* Rittersh. *in Nov.part.9.cap.10.nu.19.* ubi Helena, ibi Troia. Sic quamvis ex falsa ca-
28 nonum dispositione † Imperator personaliter cogatur ire Romam ad suscipiendam coronam; Coronationem tamen Carol. V. Imperatoris legitimam censet Bononiæ factam, Catell. Cott. *in memorabilib. verb. Imperator.* Ex hac ratione,
29 quòd ubi est persona † Pontificis cum legitimo cardinalium cœtu, ibi Roma repræsentatur. Sic ipsorum quoque Pontificum judicio Roma Avennione fuit, Heig. *d.loc.n.31. confer* Bod. *de republ.lib.1.c.6.* [Cum enim Avennione in Gallia nonnulli Pontifices consedissent, annis plus minus septuaginta, nullus tamen illorum Papam se Avennonien sem, sed semper Romanum appellavit, Philip. Nicol. *de regn. Christ. lib. 1. cap.7.*] Quærtò cum Justo Lipsio respondere possum:
30 illa ipsa rerum gentiumq; † domina & falsò æterna urbs, ubi est? obruta, diruta, incensa, inundata; periit non uno letho, & ambitiosè hodie quæritur, nec invenitur in suo solo, Lips. *lib.1.de*
31 *constant. cap. 16.* [Nihilq; amplius superesse, † quàm urbis ruinas & inane imperii nomen scribit Onuphr. Panv. *in præfat. ad libr.2.Rom.Impp.*] benè Poëta nescio quis:

Roma fuit quondam terra Regina mariq;:
At nunc nec terras, nec mare Roma regit.

[Et Frideric. II. Imperator dixisse fertur hunc versum:

Roma diu titubans, variis erroribus acta.
Corruet, & mundi desinet esse caput.

Et teste Dresser. *in Millenar.6.p.m.30.*]

32 Ad 2. ℞. ex Arum. Romanum imperium † non includi, aut circumscribi loco, sed universum orbem pervagari, exemplo servitutis, quæ semel in fundo quæsita, per partes ejusdem indivisim retinetur, *l. ut pomum. §. si prædium, ff. de servit.* manetq; tota servitus in parte indivisa, ut alibi est totus fundus in parte dotis, *l.fin.ff.de jur. dot.* Sicut anima tota est † in toto, & in quali- 33
bet corporis parte, nec membrorum mutilatione ipsa diminuitur, ita & Majestas indivisa manet, istæque de facto avulsæ ditiones, de jure adhuc ejus membra censenda sunt, Bart. *in l hostes, de captiv. & postlim.revers.* Cyn. *in l.ea lege, Cod.de condict. ob caus.* Ad 3. Respondetur, licèt Germa-
ni † eligant Imperatorem, electus tamen dici- 34
tur Romanus: Non enim ratione electionis vel nationis, sed propter dignitatem & ratione derivationis Romanus appellatur, Restaur. Castald. *de imperat. q. 7. num. 9.* Deinde Germani Electores sunt etiā cives Romani † utpote in orbe Ro- 35
mano viventes, *l.in orbe Romano, ff. de stat homin.* & communis omnium patria Roma est, *l. Roma, ff. ad municip.* Orbis namque Romanus † apud 36
Marcellinum lib.16. Spartinum & Lampridium dicitur ea mundi pars, quę ad Romanam ditionem pertinet, Mart. *de jurisd.p.1. c.21. num. 10.* Aleiat. *2.dispunct.c.21.* Anton. Vacc. *ad d.l.in orbe Romano, ff.de stat. hom.* Sic Paulus civem Romanum se dicit, cùm è Tharso, Ciliciæ oppido, ortus esset, idem ℞. ad quartam dubitandi rationem. Ad 5.
℞. translationem † non inducere imperii mu- 37
tationem; quia hæc fit cum suis qualitatibus. Sic cum olim sedes imperialis Romā Constantinopolim translata esset, Impp. in Græcia residentes [ex quibus pauci admodum Italiam renuerunt] non eò minus se Imperatores Romanos in legibus appellarunt, *l. 33. C. de inoffic. testam. Procem. institut. constitut. de Iustinian. Cod. confirm.* [Albert. Krantz. *in vaticin. de ruin. Imper.* Wolff. *lection.memorabil. centenar. 15. sub An. 1500.fol.963.*] Ad 6. ℞. non esse respiciendum † 38
ad quorundam denominationem, sed ad rei primordia & originem. [Sic regnum Assyriacum,
† quandoq; appellatur Babylonicum in sacris, 39
cum tamen una fuerit Monarchia. Dum enim sedes imperii fuit Ninive, vocatum fuit Assyriūm, sede verò translatā Babylonem, quandoque dictum fuit Babylonicum, nec tamen propterea desiit esse Assyriacum sed eandem semper denominationem, tanquam potiorem, ab ipsa Regni origine provenientem, retinuit, *vid. Esa.cap.14.v.25.& ibi* Dn. Osiander *in gloss. lit. E.*]

G CAPUT

CAPUT IV.

AN IMPERIUM ROMANUM SIT à vel sub Pontifice: Et de translatione imperii in & ad Germanos?

SUMMARIA.

1. *Quæstio hæc, An imperium Rom. sit à vel sub Pontifice ante* 400. *annos inter Fridericum I. Barbarossam, Imper. & Hadrianum IV. Papam agitata, tandem communi Procerum imperii consensu definita est.*

2. *Quæ definitio postea Ludovici IV. generali constitutione promulgatâ, repetita est, quæ sub pœna criminis Læsæ Majestatis & severè prohibetur, ne quis imperium à Papa, vel ei suppositum arbitretur.*

3.4.5.6.7. *Constitutionis tenor & verba.*

8. *In Gallia similiter publico Senatusconsulto huic temeritati obviam itum est, ne quis regiam potestatem ab arbitrio Pontificis pendere existimaret. Philippi Pulcri Galliæ regis pulcrum responsum ad Bonifacium. 8. Pontif.*

9. *Constitutio hæc, & jura Imperatoria contra varias Pontificum artes & machinationes divinâ providentiâ hucusque sarta tectaq; fuerunt conservata.*

10. *Ab Imperatore, vel à Camera Imperiali ad Pontificem appellans, tanquam contemptor Iurisdictionis imperialis, mulctatur* 100. *Marcis auri puri.*

11. *In Gallia ex constitutione regia à Rege ad Papã appellans criminis læsæ Majestatis reus habetur.*

12. *Imperator ultimus est in imperio, qui appellatur.*

13. *Etiam vacante imperio nullum jus administrationis vel inspectionis Papæ tribuendum, sed imperii vicariis* 14. *Nec vacante imperio ad Pontificem indistinctè, omisso medio judice appellatur.*

15.16. *Objectiones, de jure, autoritate, & præferentia Pontificis.*

17. *Ad eas Responsio. Illis legibus non est credendum, quarum autores repelluntur.* 18. *Domestici testimonii fides improbatur.* 19. *In propria causa nemo idoneus est testis.* 20. *Testes nullam rationem testificationis suæ reddentes, fidem non merentur.*

21. 22. *Papa Vicariatus nullo divini juris nititur fundamento. Lex Christiana neminem privat suo jure & dominio.* 23. *Nullum Christi mandatum extat de transferendis imperiis, & creandis Imperatoribus.* 24. *Vicario sine mandato exhibito non creditur.*

25. *Papa Christi Vicarius in omnibus Christo contrarius.* 26. *Vicarius Papa consecratur ut sacerdos, coronatur ut Rex.* 27. *Omnia mundi regna sua asserit, & pro lubitu transferre desiderat.* 28. *Vicarii se judiciis & litibus secularibus immiscent, & omnia jura in scrinio pectoris sui habitare referunt, Seq; solos supremos legum humanarum arbitres, ac judices esse putant.*

29. *Non solùm Ducatus, aliasq; inferiores dignitates, sed & integra regna, videlicet, Siciliæ, Aquiliæ, Neapolitan. &c. Vicarius conferre præsumit. Pauli IV. Papæ jactatio, se Hyberniam regio corona titulo ornasse.*

30. *Maximilianus II. Imperator Pontifici Pio V. Cosmam Florentinorum Ducem Regem creare volenti contradixit.* 31. *Quâ contradictione non obstante Papa illum Magnum Etruriæ Ducem renunciavit.*

32. *Vicarius non plus juris habet, in terrenis, quàm ipse Principalis usurpavit.* 33. *Vicarius non potest facere ea, quæ à Principali ei sunt prohibita. Reges gentium dominantur, vos autem non sic.* 34. *Separata sunt Dei dona, sacerdotium & imperium, quorum illud divinis ministrat, hoc humanis præsidet. A Papa, quod de jure nunquam habuit, dependere non potest imperium.*

35. *Henricus Auceps imperium à solo Deo sibi traditum asserit. Idem fatentur Carolus V. Ferdinandus I. Impp.*

36. *Imperium Romanum prius fuit Romano Pontifice, Absurdum autem prius dependere à posteriori.* 37. *Baldus Ecclesiam dicit esse matrem conservantem, non verò generantem imperii.*

38. *Pontifices titulum ditionum occupatarum Imperatoriæ donationis veste colorare conantur. Guntheri elegantes versus in hanc rem conscripti.*

39. *Falsò & ineptè Pontifices jactitant, imperium Romanum Carolo Mag. ex gratia Pontificis Leonis III. donatum, & ad Germanos translatum.* 40. *Dresseri hac de re relatio.*

41. *Romani tribuerunt imperium Carolo, ministerio Papæ ad imponendam ei coronam usi.*

42. *Adrianus IV. Papa ad Fridericum I. Imp. scribere non erubuit, se quo jure à Græcis imperium ad Germanos transtulerit, eodem jure Germanis rursus ereptum Græcis restituere posse.* 43. *Egregia Friderici Imperatoris responsio.*

44. *Bonifacius VIII. honorificè de sua Majestate sentiens scribit; Se utrumque gladium habere, & omnes judicare, à nemine autem judicari.* 45. *In Papa residet cerebrum, & vertex totius Populi.* 46. *In orbe*

orbe Christiano nullum alium Monarcham universalem existere, quàm Pontificem Roman. scribere non erubescit Thom. Campanella. 47. *Imperatorem, ac Reges omnes, & Principes Papæ subesse, idq; negantem similem esse negantibus Spiritum S. à Filio procedere, purpuratus scribit.*

48. *Clemens VII. Papa multa hinc inde belli sparsit semina. Ejus ad Carolum V. Imp. per literas alloquium.* 49. *Innocentius III. Papa Pontificialem autoritatem Soli, regalem Lunæ satis superbè comparat.*

50. 51. 52. 53. *Impia paradoxa, adulatoria voces, & encomia Pontificia aulæ assentatorum, divinum honorem, potestatem infinitam, & alia abominanda Pontifici Romano tribuere, & adscribere non erubescentium.* 54. *Pontificium gratia plus valuit apud multos, quàm ratio & pietas.*

55. *Pontifices verbotenus se servos servorum profitentur, reipsá volunt esse Domini dominantium & habere jus Regis regum. Papa in verbis se dicit servum servorum, de facto tamen se adorari permittit.*

56. *Verissima, & venustissima Cornel. Agrippæ admiratio, quòd Sacerdotes nostri iisdem mediis se cœlum posse ascendere putant, quibus olim Lucifer de cœlo decidit.*

57. *Gregorius Magn. primus se servum servorum Dei appellavit, & Patriarchæ Constantinopolitano universalis Episcopi decrete abrogavit.*

58. *Noach filio suo degeneri Cham maledicendo imprecatur, quòd futurus sit servus servorum fratribus suis.*

1 NOn nova hæc est lis,† sed ante quadringentos annos inter Magnanimum Heroëm Fridericum I. Ænobardum Imperatorem & Hadrianum IV. Papam vehementissimè agitata, & tandem communi Procerum Imperii consensu definita, ut ex Otton. Frisingens. *aliisq; probatissimis auctoribus refert Auctor. de translat. imper. in prolegom.* Rittershus. *in vit. Frideric.* [Christoph. Lehenman latè & elegãter *in Chron. Spirens. lib. 5. cap. 68.*] Quæ definitio postea Lu-
2 dovici † Quarti generali constitutione Coloniæ promulgata, Anno 1338. repetita, in qua sub pœna criminis læsæ Majestatis, privationis Feudi, dignitatum, jurisdictionum & privilegiorum omnium, severè mandatum, ne quis imperium à Papa, vel ei suppositum arbitretur, cujus constitutionis tenorem refert Alberic. de Rosate *ad l. bene à Zenone, C. de quadrienn. præscript*, ejusque verba huc transscribere non pigebit, quæ ita
habent. *Licet jura † utriusque testamenti manife-* 3
stè declarent, imperialem dignitatem & potestatem immediatè in filio Dei ab antiquo processisse, & Deũ per Imperatorem & Reges mundi jura humano generi apertè tribuisse, & quòd Imperator ex sola electione eorum ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione seu approbatione: quoniam in temporalibus non habet superiorem in terris, sed eidem subsunt nationes, & ipse Dominus noster Iesus Christus mandaverat quæ sunt Dei, Deo, & quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddenda. Quia tamen quidam avaritia & ambitionis cæcitate devicti, & nullius scripturæ intelligentiam se habere dicentes, sed divertentes à tramite recti sensus, in quadam iniqua & prava commenta & in assertiones detestabiles prorumpunt, contra potestatem & authoritatem imperialem & jura Imperatorem, Electorum & aliorum Principum & fidelium committentes, fallaciter asserentes, quod imperialis dignitas & potestas est à Papa, & quod electus in Imperatorem non est verus Imperator, nec Rex, nisi prius per Papam sive sedem Apostolicam confirmetur, approbetur & coronetur, & per hujusmodi pravas assertiones & pestifera dogmata hostis antiquus movet lites, & jurgia suscitat, contentiones parit, & seditiones procurat. Ideò ad tantum malum evitandum, de consilio consensu Electorũ & aliorum Principum imperii declaramus, quod imperialis dignitas & potestas est immediatè à solo Deo, & quòd de jure & imperii consuetudine approbata, postquam aliquis eligitur in Imperatorem sive Regem † ab E- 4
lectoribus imperii concorditer, vel majori parte eorundem, statim ex sola electione est verus Rex, & Imperator Romanorum censendus & nominandus: & eidem debet ab omnibus imperio subjectis obediri, & administrandi jura imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imp. verum pertinent, habet plenariam potestatem, nec Papa sive Apostolicæ sedis aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, authoritate indiget vel consensu. Et hoc in perpetuum valitura lege decernimus, † ut electus in Imperatorem con- 5
corditer, vel à Majori parte Electorum, ex solá electione censeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, & eidem ab omnibus subjectis imperio debeat obediri, & administrationem & jurisdictionem imperialem, & imperialis potestatis plenitudinem habeat, & habere, obtinere ab omnibus censeatur & firmiter asseratur. Quicunq; † autẽ con- 6
tra hæc declarata, decreta vel diffinita, aut aliquid

eorum asserere seu dicere, ut asserentibus seu dicentibus consentire, vel eorum mandatis, vel literis, vel præceptis obedire præsumpserint, eos omnibus feudis, quæ ab imperio detinent, & omnibus gratiis, jurisdictionibus, privilegiis & immunitatibus à nobis vel prædecessoribus nostris eis concessis, ex nunc privamus, & ipso jure & facto decernimus esse privatos.
7 *Insuper eos † crimen læsæ Maiestatis decernimus in-*
currisse, & pœnis omnibus crimen læsæ Majestatis committentibus subjacere. Datum in Coloniensi civitate Alemanniæ. Cæsaris accipiat Cæsar quæ sunt sua Præsul, ut Christus jussit Petro solvente tributũ.
8 Similiter in Gallia † publico SCto huic teme-
ritati obviam itum testatur, Bod. *lib. 1. de republ. c.8.* ne videlicet quis regiam potestatem ab arbitrio Pontificis pendere existimaret. Quare Bonifacio VIII. scribenti ad Philippum Pulcrum Galliæ Regem, in hæc verba: *Scire te volumus, quòd in temporalibus & spiritualibus nobis subes:* Rex jure respondit: *Sciat tua magna fatuitas, in temporalibus nos nemini subesse, quæ de re vid. plur. apud* Syring. *de pac. relig. conclus. 29. p. 39.* [Et quæ latissimè tradit Goldast. *in Replicat. pro*
9 *Imper. c. 9.*] Et quamvis Papa † iniquè occupatis
imperii possessionibus, luxuriantem & superbiæ pennis altiùs evolantem spiritum moderatæ rationis temperamento, intra officii carceres cohibere non valens, semper variis artibus hanc constitutionem & jura Imperatoria evertere omnem moverit lapidem, Divinâ tamen providentiâ, cujus solius gratiâ Reges regnant; *Proverb. 8. v. 15 ut supra Class. 1. c. 2. latius probatum est,* in hunc usq; diem, sarta tectaq; fuit conserva-
10 ta. Hinc & hodie † à Sacra Cæsarea Majestate
vel à Camera imperiali, ad Pontificem, etiam in causa pia & tutelari appellans, tanquam contemptor jurisdictionis imperialis, mulctatur 100. marcis auri puri, cujus præjudicium refert Auctor. *decis. Cum imper. sub tit. Appellare quibus, &c. fol. 31.* Christian. Barth. *Tom. 1. sentent. Camer. fol. 339.* [In Gallia constitutione Regiâ cautum
11 reperitur, † ut si quis à Rege ad Papam appella-
ret, Majestatis læsæ criminis reum existimandũ esse, eamq; constitutionem Curiam comprobasse 5. Kalend. Martii, 1417. testatur Papon. *rer. judicat. lib. 7. tit. 1. arrest. 2.*] Ac non obscurâ Sigismund. Scacc. *Pontificia Curia advocatus* fate-
12 tur Imperatorem † esse ultimum in imperio qui
appelletur, *in tractat. de appellation. q. 8. num. 120.*
13 *versic. à parib.* imò ne vacante imperio, † ullum

jus administrationis vel inspectionis Papæ tribuendum, sed serenissimis imperii vicariis, *juxta ordinat. Aur. Bull. tit. 5.* Ludolph. Schrader. *de Feud. pag. 10 sect. 3. num 175. & seqq.* Bodin. *lib. 1. de republ. c. 8.* Quicquid canones & Canonistæ, in gratiam Pontificis statuant & disponant, *c. licet ex suscepto, & ibi* Panormitan. *& Dd. x. de for. compet. Clement. pastoralis, §. fin. & ibi Dd. de sent. & re judic. in 6.* [vid. Thom. Campanell. *in discurs. de Hispan. Monarch. c. 5.* ubi in genere conatur defendere, omnia regna dependere à Pontifice Romano. Johan. Azori. *Institut. Moral. lib. 10. cap. 2. part. 2.* ubi de Imperatoris potestate, quod non proximè à Deo, sed Romano dependeat Pontifice.]

Ex hoc & illud corruit, † quod quidam scri- 14
bunt, vacante imperio ad Pontificem indistinctè, omisso etiam medio judice, appellari *d. c. licet,* Sigismund. Scacc. *de appellation. q. 7. num. 112.* Extant quidem Canones in jure Pontificio, qui-
bus cautum, † Papam nominare, denunciare & 15
declarare Imperatorem Romanorum, *c. unic. Clement. de jurejur.* item jus & auctoritatem examinandi personam electam in Regem, & promovendi ad imperium, ad Pontificem spectare, *c. venerabilem, de elect.* [Indeq; quidam infe-
runt, † Duces à Pontifice tanquam superiore 16
creatos, præferendos iis, qui ab Imperatore creati sunt, per tradita M. Anton. Nat. *consil. 638. num. 20. & seq.* ubi ex hoc fundamento concludere conatur, Ducem Ferrariæ, præferendum Duci Florentiæ, quia ille à Papa: hic verò ab Imperatore Carol. V. creatus sit in Ducem.] Verùm istis nugis multis modis responderi potest.

1. Illis legibus † non est credendum, quarum 17
auctores repelluntur, *cap. fraternitatis, de hæretic. c. licet ex quadam, de testib. l. Mathematici, Cod. de Episcop. aud.* Besold. *de jurisd. imper. quæst. 5. p. 12.*
2. Testimonium † hoc est domesticum, cujus 18
fides improbatur, *l. etiam & ibi Dd. C. de testib. §. 9. institut. de testam. l. 1. §. ad quæstionem ff. de quæstion.* Speculat. *in tit. de testib. §. 1. numer. 11.* Prosper. Farinac. *de testib. q. 55. num. 1.* 3. Quia in pro-
pria † causa nemo testis idoneus, *l. omnibus, C. de* 19
testib. Idque multò magis, si testis potest prætendere honorem, commodum suum, vel etiam modicum interesse. Anchor. *lib. 3. quæst. 24.* Sichard. *in d. l. omnibus, num. 2.* Cacheran. *decis. Pedemont. 79. nu. 40.* Cravett. *cons. 99. num. 2.* 4. Quia nul-
lam idoneam Pontifices reddunt rationẽ † suæ 20
testifi-

testificationis, quo casu testium fides nulla, *l. solum, ubi* Bart. Bald. Siehad. *C. de testib.* Imò tàm divini, quàm humani juris ratio & ipsa rei evidentia huic reclamat.

21 Deinde frustra sibi Papa † hanc potestatem sumit, tanquam Vicarius Christi; cui omnis potestas in cœlo & terra data fuit. Nam iste
22 Vicariatus † nullo divini juris nititur fundamento, sed traditionibus ipsorum Pontificum. [Lex Christiana, neminem privat suo jure & dominio. Christophor. Lehman. *in Chron. Spirens. lib. 5. cap. 68.*] Præterea nullum Christi ha-
23 bet mandatum † de transferendis imperiis & creandis Imperatoribus. Ineptus autem est o-
24 mnis Vicarius † sine mandato, quod nisi ostendat, ei non creditur, quantavis dignitate præcellat, *l. 1. C. de mandat. Princip.* Sicut enim mandatarii potestas ex literis mandati, *l. diligenter, 5. ff. mandat.* Surd. *decis.* 206. *num.* 6. ita Vicarii, Zabar. *in clement.* 1. *numer* 27. Bald. *in l. aliquando, ff. de offic. procons.* Petr. Bellin. *de re milit. tit.* 17. *de offic. vicar. num.* 7. ne commissionem ad alia diversa extendere licet. Nic. Reusf. *in conf.* 6. *num.* 16. Gerlac. Buxtorff. *in dissert. Aur. Bull. concl.* 71. Rutger. Ruland. *de commissar. pag.* 1 *lib.* 3. *c.* 2. *num.* 14. & *seq.* Christus dixit regnum suum non esse de hoc
25 mundo, *Iohan.* 18. *v.* 36. Vicarius † contrarium docet. Christus conditor Cæsaris, ei censum non solùm dare jussit, sed & ipse dedit, *Luc.* 2. *Matth.* 22. *v.* 21. Vicarius denegat. Christus dixit, vulpes habent speluncas & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput [*Matth.* 8. *Luc.* 9. vid. Marsil. Patavin. *in defens. pac. c.* 11.] vicarius verò est Dominus Dominantium, Rex Regum, cui universus orbis ministrat, ut adulatoriè docet, Marta *de jurisd pag.* 1. *cap.* 20. *per tot. & mult. seqq.* Christus eum intelligeret fore, ut Rex crearetur, secessit in montem, *Ioh.* 6. *v.* 15.
26 Vicarius † verò Papa, consecratur ut sacerdos, & coronatur, ut Rex, August. n. de Aucon. *de Eccles. potestate q.* 1. *art.* 7. Hortledd. in Reichshand. *lib.* 1. *c.* 47. *sub num.* 150. *vers. item Papa:* Imò omnia re-
27 gna † mundi sua asserit, & pro lubitu transferre desiderat, Mart. *d. pag.* 1. *cap.* 29. *num.* 12. imò Dominos veros non esse contendit, qui non recognoscunt dominium & jurisdictionem ab ipso, *idem cap.* 24. *num.* 13. Christus aditus hæreditatem dividere nolebat, *Luc.* 12. *ubi Ambros.* rectè scribit: bene declinabat terrestra, dum propter divina descenderat. Vicarii verò nihil magis a-

gunt, quàm ut se judiciis & litibus † secularibus 28
immisceant, in quibus se adeò peritos ostendunt, ut in scrinio pectoris sui omne jus habitare referant, *c.* 1. *de constitut. in* 6. & à suis utriusque juris Doctores, licet vix legere queant, prædicentur Bald. *in c.* 1. *de confess. & assumpt.* adeóque se solos supremos legum humanarum arbitros ac judices esse putant, Felin. *in cap. nonnulli, de rescript. numer.* 8. Bodin. 1. *de republ. cap.* 9. *pag.* 205. imò tantam potestatem in bonis regalem dignitatem annexam habentibus usurpant, ut non solùm Ducatus, aliasq; inferiores regales dignitates conferant, sed & integra regna, † 29
ex quibus est regnum Siciliæ, *cap. ab Apostolica.* §. *præter hæc, de re jud. in* 4. Ferrariens. Montan. *lib.* 2. *de Feud. c.* 1. *v. imo Pontifex Romanus,* item regnum Apuliæ, Grammat. *decis* 1. *num.* 30. & 32. Regnum Neapolitanum, & plura alia regna, Bodin. 1. *de repub.* [vid. Petr. Suav. Polan. *in histor. concil. Trident. lib.* 5. *p. m.* 439. ubi addit Paul 4. Papam, jactitasse, se Hyberniam regio coronæ titulo ornasse. Tiber. Decian. *resp.* 19. *num.* 214. *vol.* 3. ubi de Duce Ferrariç.] Cùm Pontifex Pius Cosmum Florentinorum Ducem Regem creare vellet, † 30
Maximilianus II. Imperator ei contradixit, non ut in universum negaret, Pontificem non habere facultatem Regem creandi, sed in specie in Italia, quam non hab[illegible]rem nisi Cæsarem adfirmavit, *ut ex* Sieha[illegible]uan. *refert* Sixt. *de regal. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 117. [Illa tamen contradictione minimè obstante † Papa, illum præsen- 31
tibus Cardinalibus Romæ inauguravit. Magnũ Etruriæ Ducem, coronâ capiti impositâ & tradito sceptro Anno 1570. 5. Martii, renunciavit Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Politic. sub Anno* 1570. *p. m.* 1097.]

Etiamsi itaque esset Vicarius, † non tamen 32
plus juris haberet in terrenis, quàm ipse Principalis usurpavit. Nam Vicarius, † licet manda- 33
tum generale habeat, non tamen potest facere ea, quæ à Principali ei sunt prohibita. Paris. *de Put. in Compend.* Andr. de Hern. *tit.* 71. Rosenth. *de feud. c.* 10. *conclus.* 39. *num.* 45 *gl.* 6. Cornel. *cons.* 181. *nu.* 39. *lib.* 1. Jam verò Christus Petro & Apostolis inhibuit dominium & seculare imperium, dixitque: Reges gentiũ dominantur, vos autem non sic, *Matth.* 20. *v.* 25. *Luc.* 22. *v.* 25. *cap. Episcopum, distinct.* 45. [Et Matth. 10. dixit Apostolis, ad Reges & Præsides ducemini propter me: non verò Reges & Præsides eritis, vid. Marsil. Patavin. *in de-*

*fensf.pac.c 9.p.m.*184.] Sunt enim separata Dei do-
34 na. † sacerdotium & imperium, quorum illud divinis ministrat, hoc humanis præsidet, Nov. *6 in princip.cap.quoniam. distinct. 9.cap.cum ad verum,distinct.* Hinc Bernhard. *ad Eugen* Memineris, tibi ministerium esse impositum, non dominium datum: Disce tibi sarculo opus, non sceptro. Rectissimè itaq; Frideric. I. Imperat. apud Günther. *respondit.*

Ecclesiam regat ille suam divinaq; jura
Temperet, imperium nobis fasiesq; relinquat,
Siquidem
Aula decet Reges, Christi decet ara ministros,
Cum Christo imperium non habet orbis idem.

Cum itaq; Papa de jure nunquam habuerit, aut habere potuerit imperium, ab eo illud depende-
35 re non potest. Sic rectè Henricus Auceps † filium Othonem Magnum apud Wittich. *lib.2.* alloquitur: *En tibi imperium non à majoribus mihi relictum, sed per memetipsum acquisitum, & à solo Deo traditum.* [Et illud relatum à Christophor. Leheman. *in Chronic. Spirensib. lib.5. cap.68. fol.m.* 557.] Idem fatetur Carol. V. in Comitiis Augustanis R. A. de Anno 1548. in pr. Ferdinandus, resignante Carolo imperium, se indubitatum successorem non ex Pontificis gratia, sed ex Electorum creatione profitetur, R. A. de Anno 1559. in pr. Cum præterea imperium Romanum
36 † prius sit summo Pontifice Bernhard. *lib.2. considerat de Eugen argum. l.2.§.sed quia, 18.C.de vet. jur.enucl.Nov.28.cap.4.* absurdum esset, prius dependere a posteriori. Mitius Bald. sentire vide-
37 tur, qui vult Ecclesiam † quidem esse matrem conservantem, non verò generantem imperii, *in l.1.in pr.colum.2. C. de summ. Trinit.* Restaur. Castald. *de imperat.q.* 50. *num.*9. imò ipsi Pontifices
38 † titulum ditionum occupatarum Imperatoriæ donationis veste colorare conantur, *c. Constantinus, distinct.* 96. Matt. *de jurisd. pag.1. cap.30. per tot.* [Huc pertinent elegantes versus à Günther. Ligurin. in hanc rem conscripti *lib.6.*

Cum Petrus & Clemens & cætera turba piorum
Sceptra latina dabat? Romanus tempore prisco
Pauper erat Præsul, regali munere crevit;
Nec tamen ut fasces, & regni jura Latini;
Vel dare præsumat, vel cuiquam tollere possit,
Sed neq; tanta fuit largitio, nec dare quisquam,
Quo caret ipse potest, hujus collatio regni
Autorem sortita Deum, contingere nulli
Iure potest hominum, collator muneris hujus
Est Deus, &c.]

Verùm regerunt, imperium quidem Romanum
† prius esse Pontificatu, sed ad Germanos trans- 39
latum, & Carolo Magno donatum ex gratiâ Pontificis Leonis III. ob maxima germanorum in Ecclesiam merita, Eber. Mohr. *in disput. de jurisd. th.7.* Mart. *de jurisd. d p.1. cap.5. n.15* Hieron. de Caevall. *in spec. commun. opin. quæst.739. n.57. in fin.* quorum & aliorum ineptæ traditiones speciem magis habent irridendam, quam attendendam, potiusque explosum, quam applausum apud omnes, nisi qui fungum pro cerebro & peponem pro corde gerunt, merentur.

Hac de re ita scribit † Dress. *in Millenar. 5. in* 40
vit. Carol. M. p 395. *Quod quidam dicunt, Carol. M. à Pontifice Romano imperium accepisse, commentum est Pontificium, & adulatio, quæ omnia ad gratiam loquitur, nihil ad veritatem. Primùm enim Dei est, non Pontificis, transferre regna. Deinde certum est, neminem transferre in aliquem posse id, quod ipse non habet. Nisi ergò demonstrent Pontificii, jus potestatemq; imperii Romani penes Pontificem fuisse, vel certè mandatum habuisse pontificem à Deo, aut Magistratu legitimo, nunquam fidem nobis facient, à Pontifice Romano translatum esse imperium ad Carolum. Contrà verò testantur & confirmant historiæ, Papam Leonem III. neque Imperatoriam dignitatem tenuisse, nec præsidii quicquam ad se tuendum habuisse, cum ad Carolum Magnum in Germaniam usq; profugit. Quod multò honestius de Pontifice scribitur à Cranzio, quàm arma aliaq; Politica ornamenta atque præsidia ab adulatoribus illi tribuuntur. Hoc verò manifestum est, Carolum Magnum virtute bellicâ Longobardorum regnum occupasse. Idcircò jure victoriæ regnum Italicum sibi vendicavit, Romani verò una mente, unaq; voce imperium ad eum detulerunt*; Hujus rei adducit testes Sigbert. Sigon. & alios. In eandem ferè sententiam scribit, Aventin. *referente Pareo de jur. reg. pag.55. idem probant Theol. Venet. in respons. pro causa Venetorum advers. Papam 5. pag.289. fac.c. Hadrianus, distinct.63.* [vid. Goldast. *in replic. pro imper. c.* 11. Goden. *consil.1 n.1.& seqq.*]

Romani † itaque tribuerunt imperium Ca- 41
rolo virtute quæsitum, quamvis ministerio Papæ ad imponendam ei coronam usi. [Marsil. Patav. *in defens. pac. part. 3. cap. ult. p. m.*467.] Quod itaq; per Pontificem populus Romanus fecit, id ipse fecisse censebitur, juxta vulgatam juris regulam, [Dissent. latè Johan. Azori. *instit. moral. lib.10. cap.8. vers. Quarto quæritur, Tom.2.*]

Sunt

Sunt prætetea, qui dicere non erubescunt,
42 Papam † ex causa merè temporali posse rursus de Germanis in Græcos transferre imperium, Matt. *de jurisdict. pag. 1. cap. 23. nu. 7.* Quod ipsum Papæ Adriano IV. ad Frideric. I. Imperat. scribenti in mentem venit in hæc verba erumpenti: *Scire se debere, ut quo jure Papa à Græcis imperium ad Germanos transtulerit, eodem jure se quoq; idem Germanis rursus ereptum, Græcis restituere posse*:
43 Cui tamen rectè respondit † Frideric. Imperator, animata virtutum effigies: *Eum potius debere cogitare de sectandis vestigiis Petri, deportanda cruce Domini, quàm de regnis tradendis, adimendis & transferendis,* Conrad. Rittersh. *in Orat. de vit. Frideric.*
44 Bonifacius † 8. honorificè de sua Majestate sentiens scribit: Omnes Christi fideles de necessitate salutis subesse Romano Pontifici, qui utrumque gladium haber & omnes judicat, à nemine autem judicaturus, *c. unam sanctam, de major. in extra vagant.* Pareu. *de jur. reg. q. 3.* quia
45 in Papa † residet cerebrum & vertex totius populi, ut ex Bald. *refert Paris. de Put. in tract. de syndicat. §. an liceat, occid. reg. Tyrann. eosq; secutus* Matt. *de jurisd. pag. 1. cap. 23. num. 18.* Et quòd in Christiano orbe nullus alius Monarcha uni-
46 versalis existat, † quàm Pontifex Romanus, scribere haud erubescit Thom. Companell. *in Discurs. de Hispan. Monarch. c. 4.* Imò Imperatorem &
47 Reges omnes ac Principes † quantumcunq; liberos & absolutos, subesse Papæ in spiritualibus & dependentibus, idq; negantem, similem esse negantibus Spiritum S. a Filio procedere, uti ex mente Thom. Aquin. scripsisse, Purpurat. *in l. 1. n. 14. C. de summ. Trinit.* refert Cardin. Tusch. *practic. conclus. 70. verb. ventorum laudes n. 16.* Ea de re latè & eleganter scribit Phil. Nic. *de regn. Christ. lib. 1. cap. 7. passim per tot.*]

Clemens VII. Papa, qui multa hinc inde bel-
48 li sparsit semina, Carolum V. Imperatorem † invictissimum, in literis ad ipsum datis, hisce adfatur verbis: *Vehementer peto, ut discedas ab armis, idem & ego faciam. Sumus enim ambo à Deo constituti velut duo luminaria magna, demus operam, ut per nos illustr. tur orbis terrarum, nec per nostrum dissidium oriatur Eclipsis Sleid. lib. 6. pag. mihi* 154. idq; imitatione Innocentii III. qui dicit, Deum
49 duo magna fabricasse luminaria, † id est, dignitates, quæ sunt Pontificialis auctoritas & regalis potestas. Sed illa, quæ præest diebus spiritualibus, major est, quæ verò carnalibus, minor est, ut quanta est inter solem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges tam in secularibus, quàm spiritualibus esse cognoscatur differentia, *c. sollicita. x. de major. & obed.*

Extant prætetea † multorum paradoxa, qui- 50
bus divinum honorem ei tribuere non erubescunt: Quòd scilicet omnia possit, ut Deus, excepto peccato, *c. charitas, de pœnit. distinct. 2.* nec puri hominis, sed veri Dei vicem in his terris gerat, [majorque sit omnibus hominibus Clat. *in §. fin. q. 35. n. 2. & seq.*] nec superiorem recognoscat, sed omnes sibi subjectos habeat. Quòd habeat cœleste arbitrium, † ac potestatem infi- 51
nitam supra omnia & contra omnia, Socin. *consil. 164. num. 4. in fin. & seqq.* Quòd habeat divinitatem, nec cœli modò fores aperire, sed & si collibeat, postes effringere, Deosq; ludos facere possit, Forcat. *in Cupid. jurisperit. c. 9.* Quòd sit major Paulo administratione, *c. 1. distinct. 20. c. sacrosancta. distinct. 22. qua alleg.* Matt. *de jurisd. p. 1. cap. 24. num. 40.* [Quòd sit omnia & super omnia Matth. de Afflict *decis. 165. n. 14.*] Possitq; contra
jus † divinum dispensare, Prosper. Farin. *tract.* 52
de inquisit. quæst. 6. num. 23. & ibi allegat. ita ut pro regula tradatur, ei qui à Pontifice Maximo legibus divinis solutus est, apud Deum immortalem satis cautum esse, *cap. non est, x. de vot.* Bodin. *lib. 1. de republ. cap. 8. pag.* 153. imò abominandum, ac cane pejus & angue vitandum Bonifacii venenum, † quod *in c. si Papa, distinct. 40.* impiè satis 53
propinat, ut si Papa innumerabiles populos catervatim primo mancipio ad gehennam secum traheret, non tamen licere cuipiam mortalium eum redarguere & dicere, *Domine Papa quid facis?* Plura ejusdem farinæ encomia, quæ vel ipsi Pontifices, vel adulatores eis adscribunt, vid. apud Paurmeister. *2. de jurisd. c. 3. num. 2.* Dn. D. Balthas. Mentzer. *disput. Anti-Pister. 14. thes* 22. D. Balthas. Meisner. *de regim. Eccles. conclus. 34. & mult. seqq.* [Phil. Nicol. *de Regn. Christi, lib. 1. cap. 7.* Johan. Azori. *instit. moral. lib. 4. cap. 19. 20. & seq. part. 2.* ubi de extensissima Pontificis potestate latissimè agit.] Pare. *de jur. reg. q. 3.* ex quibus apparet verissimum esse, † Pontificum gratiam 54
plus valuisse apud multos, quàm rationem & pietatem, Bodin. *1. de repub. c. ult p.* 259.

Pontifices se profitentur servos servorum † 55
verbotenus, re ipsa tamen volunt esse Domini dominantium, & habere jus regis regum, Jason. *in l. re-*

in l. rescripta, *Cod. de precib. imper. offerend.* Unde Johan. Fab. *in præfat. institut.* Ergò Papa in verbis se dicit servum servorum de facto tamen se adorari permittit: Annón hoc est humilitatis vestes in superbiæ & ambitionis stolam convertere? Huc pertinet, quod verissimè simul ac venustissimè dixit Cornel. Agrippa: Omnium
56 admirabilium † admirationem hoc vincit, quòd nostri sacerdotes iisdem mediis se cœlum posse ascendere putant, quibus olim Lucifer cœlo decidit, ut refert Meisner. *de regim. Eccles.*
57 *conclus.* 143. [Gregorium Magnum † primum se, servum servorum Dei appellasse, & Constantinopolitano Patriarchæ universalis Episcopi titulum decreto abrogasse post Per. & Natal. *lib.* 5. *c.* 192. notat. Gualther. *in Chronolog. Eccl. Polit. sub Anno* 1590. Confer Joh. Azori. *instit. moral. lib.* 9. *cap.* 43. *vers. Quadam alia part.* 2. Quæ verò hu-
58 jus assumpti tituli causa, me latet: † id tamen ex historia sacra occurrit, quòd Noach describens filium suum Cham, maledicendo imprecatur, quòd futurus sit servus servorum fratribus suis, *Genes.* 9. *v.* 25.]

CAPUT V.

AN IMPERIUM ROMANUM SIT Feudum Pontificiu?

SUMMARIA.

1. *Morbo potiùs animi, quàm recto judicio imperium Romanæ sedis feudum, & Imperatorem Papæ vasallum esse asseritur.*

2. *Formula juramenti à Carolo Magno Leoni Pontifici præstiti.* 3. *Clemens V. Papa in concilio Viennensi interpretatur hoc juramentum fidelitatis, & homagii.*

4. *Philippus Hassiæ Landgravius ad Granvellanum dixit, Episcopos Romanos olim Cæsarem pro summo coluisse Magistratu, nunc verò illis jurejurando astrictos esse Cæsares.*

5. *Iuramentum fidelitatis arguit rem feudalem.*

6. *Prædictis respondetur.* 7. *Aliud est protectionis, aliud subjectionis juramentum; illud patrocinii, hoc servitutis inducit speciem.* 8. *Imperator non præstat juramentum fidelitatis Papæ, sed juramentum puræ fidei Christianæ servandæ, & Ecclesiæ protegendæ.* 9. *Otho I. Imp. Iohanni XII. Papæ tantùm pollicitus est suam operam contra Berengarium, quasi Dominus, non quasi vasallus.*

10. *Iuramentum sequitur naturam negotii, & actus, cui accedit.* 11. *Et easdem quas dispositio, super qua juratum fuit, recipit conditiones, nec consensum supplet.* 12. *Hujusmodi juramenta promissoria operantur intensivè, non verò extensivè.*

13. *Objectio.* 14. *Responsio ad eandem. Imperator Pontifici non ratione imperii, sed ditionis, quam à Pontifice in feudum recognoscit, fidelitatem præstat sine Majestatis diminutione.* 15. *Sic Carolus V. regnum Neapolit. tanquam feudum à Pontifice tenuit.*

16. *Status hominis dividuus est, distractionemq́ admittit. Eademq́ persona pro diversis qualitatibus diversimodè consideratur.*

17. *Aliquis esse potest in libertate respectu unius, & in servitute respectu alterius.*

18. *Iurisdictio & praeminentia in vasallum extra controversiam. & rem feudalem se non extendit.* 19. *Imperator, vel ipse Papa vasallus alterius esse potest.*

20. *Fiduciarius alterius duplici modo quis fieri potest, vel ipsum regnum fiducia nomine tenendo, vel præter illud alias quasdam regiones; illud Majestatem obscurat, hoc non item. Exemplo Scotiæ, Angliæ, Daniæ, Hispaniæ Regum.*

21. *Hispaniæ Rex ratione Flandriæ est unus ex Paribus Franciæ. Philippus I. Hispan. Rex pater Caroli V. Parisiis à Senatu Parlamenti jussus est, tanquam Comes Flandriæ, & ex Ponthus Franciæ unus, pro Tribunali sedere.*

22. *Suprema Majestas inferioris potestatis personam, respectu alicujus ditionis comiter observare potest, sine Majestatis læsione.*

23. *Diverso respectu Imperator & vasallus, & summus Magistratus esse potest.*

24. *Rex habens regnum ab alio Rege in feudum, nihilominus supremam habet potestatem in subditos.*

25. *Extraordinaria capitula in jure feudali non sunt authentica, nec juris habent autoritatem.*

26. *Friderici I. Imperatoris ad Adriani Pontificis literas aperta responsio, & hujus subdola excusatio.*

27. *Pontifices potiùs Imperii Romani sunt vasalli. Non Imperatores à Pontificibus, sed Pontifices Imperatorum largitione nobilissimas imperii ditiones tenent.*

PARITER inepriunt, † qui imperium Romanæ sedis feudum, & Imperatorem Papæ Vasallum, eidemque fidelitatis juramento con-

strictum

strictum esse, morbo potius animi, quam recto
judicio assertum eunt, Matt. *de jurisd. p. 1. cap. 18.
num. 12. & seq.* Innocentius II. Papa Romæ in
Lateranensi Basilio, Lotharium Imperatorem
depingi fecit, quasi Vasallum ad pedes ipsius
prostratum, & imperii coronam ab eo accipientem
his adscriptis versiculis:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores,
Post homo fit Papa, sumit quo dante coronam.

Cujus rei memoria extat *in Chronic. Hirsaug in
vit Abbat. Hartuig. & apud Radevic. lib. 1. num. 9.
& seq.* Confer Crani. *de pac. Relig. part. 1. problem.*
2 *6. connexo 1. p. 47.*] Primum hujus opinationis †
fundamentum desumunt à juramento Caroli
Magni, Leoni Pontifici in hac forma præstito:
Ego Carolus Imperator, &c. in nomine Christi
spondeo & profiteor coram Deo, & beato Petro
Apostolo, me protectorem aut defensorem fore
hujus sanctæ Ecclesię Romanæ in omnibus utilitatibus,
quatenus divino fultus fuero adjutorio,
quod *ex antiq. Commentar. citat.* Arnis. *de jur.
Majestat. lib. 1. c. 5. num. 3.* Rittersh. 1. *de feud. c. 10.*
alia formula jurisjurandi Othonis Imperatoris
refertur, *in c. tibi Domino, 33. distinct.* 63. Cui acce-
3 dit † Clementis V. Papæ constitutio, quâ in
Concilio Viennensi hoc juramentum fidelitatis
& homagii interpretatur, *Clement. unic. de jurejur.*
[Et ex hoc præsupposito, Philippus Hassiæ
4 Landgravius inclytæ recordationis † in colloquio
cum Granvellano instituto dixisse fertur:
Episcopi Romani olim Cæsarem pro summo
colebant Magistratu: Nunc autem illis jurejurando
adstricti sunt Cæsares, Johan. Sleidan. *lib.*
5 *17. p. 499.*] Juramentum autem fidelitatis † arguit
rem esse feudalem, Curt. Jun. *de feud p. 1. q. 6.
in pr.* Jas. *in prælud. Feud. num.* 28. Menoch. 3. *præsumpt. 91. n. 46.* Ruin. *cons. 42. n. 1. vol. 1.*

6 Verùm R. inscitum esse Clementem † Papam
omnesq; ejus sequaces, qui hoc juramentum
ita interpretantur. Aliud quippe est prote-
7 ctionis. † longè aliud subjectionis vel recognitionis
fidelitatem jurare: illud patrocinii: hoc inducit
servituris speciem. Andr. *in c. 1. de nov form.
fidelit.* Afflict. *decis. 304. numer. 2.* Felin. *in c. memi[nimus], num. 7. de accusat.* Matt. *de jurisd. p. 4. cent. 1.
cas. 43. n. 9.*

Rectè itaque alii, quantumvis Pontificii, stultam
hanc dicunt opinionem, quòd Imperator
præstet juramentum fidelitatis Papæ, sed esse
8 juramentum † puræ fidei Christianæ servandæ,
& Ecclesiæ protegendæ, quod Deo principaliter,
& deinde Ecclesiæ præstatur, Carol. Molin.
*ad consuet. Paris. tit. 1. in prolegom. numer. 34 ubi refert
ejusd. sentent. auctorem* Card. Alex. *in c. si Papa
distinct.* 40 [de quo juramento vid. Johan. Azori.
Instit. Moral. lib. 10. c. 5. circ. fin. part. 2.] Et in juramento
Othonis similis est fallacia. Nam eâ ætate
Pontifex Imperatori juravit (erat enim
creandi Pontifices potestas penes Imperatorē:)
† Sed cum à Berengario, qui se in Italia pro Im- 9
peratore gerebat, opprimeretur Johannes XII.
Papa, ei tantùm Otho I. suam pollicetur operam
quasi Dominus, non quasi Vasallus, Cujac. 2.
Feud. 7. p. 135.

Juramentum † itaque sequitur naturam ne- 10
gocii, & actus cui accedit, *l. ult. C. de non num.
pec.* Modestin. Pistor. 1. *consil. 21. num. 7.* Gail. 2. O.
23. *num. 20.* [Cacheran. *decis. 41. num. 5.*] nihilque
addit actui, super quo interponitur, neque obligationem
auget vel extendit, Bald. *in l. si procurator,
colum. 3. ff. de condict. indeb.* Cacheran. *decis.
92. num. 6.* Zas. *ad l. 5. num. 23. ff. de condict. caus dat.
caus. non secut.* Tyraquell. *in l. si unquam, in præfat.
num. 165. C. de revocand. donat.* Paris. *consil. 12.
num. 76.* Matt. *de jurisd. p. 4. cent. 1. cas. 16. numer. 10.*
easdemq; conditiones, † quas dispositio, super 11
qua juratum fuit, recipit, Anton. de Burr. *in cap.
quinta vallis, & in c. quemadmodum, x. de jurejur.*
Curt. sen. *consil. 3. num. 2.* Vincent. Honded. 1. *consil
43. num. 4.* Wesenb. *consil. 52. num. 81.* nec consensum
supplet Bart. *in l. si quis pro eo, num. 15. ff.
de fidejussor.* Paul. Castrens. *consil. 121. num. 4. vol. 2.*
Vincent. Honded. 2. *consil. 68. num. 44. & seq.* habet
enim consensum pro materia fundamentali,
& secundùm eum regulatur, *l. fin. qui satisd.
cog. d. l. fin. C. de non num. pec.* Et brevibus, hujus-
modi juramenta promissoria † operantur in- 12
tensivè, hoc est, ut obligationis vinculum super
negocio cui accedunt, intendant, non verò extensivè,
ut ad nos expressa extendant, Zas. *ad
rubr. ff. de jurejur.* Jam verò ex ipsa formula &
rei evidentia apparet hoc juramentum non ad
eum finem fuisse interpositum, ut Imperator esset
Vasallus, sed protector Papæ.

Verùm huic traditioni † adversatur, *cap un. 2.* 13
Feud. 100. ubi expressè dicitur, Imperatorem
fidelitatem debere Romano Pontifici. R. 1. *il-
lud c.* non simpliciter, † sed eo casu accipien- 14
dum, quando Imperator à Pontifice feudum aliquod
habet præter imperium, Obrecht. *disp.*

Feud. 2. *th.* 126. Tum enim Imperatorem Pontifici non ratione imperii, sed ditionis, quàm à Pontifice in Feudum recognoscit, fidelitatem præstare, sine Majestatis diminutione, non ne-
15 gatur. Sic Carolus V. regnum † Neapolitanum tanquam feudum à Pontifice tenuit, ut ipse fatetur apud Sleidan. *lib.* 6. Neque enim hoc, ut
16 dictum est, Majestatem lædit: Quia status † hominis dividuus est distractionemque admittit, Dauth. *de testament. num.* 150. *fol.* 135. Eademque persona diversis qualitatibus prædita, pro diversis habetur, ut supra hac *Cl.* 1. *c.* 2. *num* 164. probatum. Neque ex eo, quòd aliquis alterius fidu-
17 ciarius † ratione certæ alicujus ditionis existit, imperium ejus ei, à quo illam ditionem recognoscit, subjicit. [Non enim contraria sunt, aliquem esse in libertate respectu unius, & in servitute respectu alterius, *argum. l. loci, §. competit. ff. si serv. vind.* Bald. *c. eum sup. n. de sent. & rejud.* Zas. *ad l. sed si hac lege. §. liberta. n.* 1. *de in jus voc.* Tilem. *de* Benign. *in syntagm. dictis. Camer. decad.* 2. *vot.* 5. *n.* 13. *f.* 78.] Etsi enim Dominus aliquā consequi-
18 tur † præeminentiam & jurisdictionem in Vasallum, ea tamen se extra controversiam & rem istam feudalem non extendit, Johan. Gœdd. *in respons. jur. de Baron. Vallend. nu.* 266. [Innocent. *in c. cæterùm, de judic.* gloss. *in c.* 1. *§. porrò, qua fuit prim. caus. benef. amitt.* Specular. *in tit. de Feud. §. quoniam, vers.* 9. *& vers.* 17. Rosenth. *c.* 5. *concl* 69. *num.* 5. *& ibid. in gloss. h.* Natt. *consil.* 445. *num.* 9. *&* 10. Et ante omnes vid. Tob. Paurmeister. *de jurisd. cap.* 8. *num.* 41. *& aliquot seqq. lib.* 2. Menoch. 1. *præsumpt.* 99. *num.* 99. *&* 3. *præsumpt.* 98. *num.* 1.]
19 Nihil itaque impedit † quo minus Imperator vel ipse Papa, Vasallus alterius esse possit, Hotoman. *illustr. quæst.* 35. Dn. D. Gothofred. Anton. *affinis meus, p. m. colendissimus, disput. Feud.* 7. *th.* 3. *lit. B.* Bodin. *de republ. lib.* 1. *cap.* 7. Vultej. 1. *Feud. cap.* 7. *num.* 9. Zachar. Vietor. *de exemption. conclus.* 11.

Deinde pro majori declaratione sciendum,
20 alterius Fiduciarium dupliciter † aliquem fieri posse, vel si ipsum regnum fiduciæ nomine teneat, vel præter illud alias quasdam regiones & terras: Illud Majestatem obscurat, hoc non, Hotoman. *d. q.* 35. Sic Scotiæ Rex, ratione quarundam ditionum Angliæ fuit fiduciarius, Buchan. *in histor. Scot.* Reges Anglorum fidelitatis jusjurandum, Regibus Francorum ratione quarundam provinciarum dederunt, Angliam tamen & Hyberniam summa potestate rexerunt, Bodin. 1. *de repub. cap.* 9. *p* 171. Rex Daniæ Vasallus imperii, ratione Holsatiæ. Hispanus hodie, respectu Neapolitani, Vasallus Papæ, respectu Burgundiæ, Vasallus imperii, & ejus intuitu Legatos ad Comitia mittit, ut apparet ex *subscript. recess.* [Item ratione Flandriæ † est 21
unus ex Paribus Franciæ. Quamobrem Philippum I. Hispaniarum Regem, patrem Caroli V. Imper. per Galliam iter facientem, Parisiis à Senatu Parlamenti, hoc est, Præside & centum Assessoribus purpurâ vestitis, in senatum ingredi, jussum, tanquam Comitem Flandriæ & ex Paribus Franciæ unum, pro tribunali sedere, refert testis ocularis Thom. Hubert. Leod. *in hist.* 2. *Palatin. lib* 2. *paulò post princ.*]

Quare suprema Majestas † inferioris pote- 22
statis personam, respectu alicujus ditionis comiter observare; sine Majestatis læsione potest. Nihil itaque prohibet in Imperatore duplicem
† conditionem spectari, alteram Vasalli propter 23
beneficium, alteram summi Magistratus, propter regni, cui præest, Majestatem. Sic unus idemq; in sua domo potest esse Paterfamilias, in aliena vero mercenarius, confer Arnis. *lib.* 1. *de jur. Majest. c.* 5. *num.* 8. [Imò etiamsi Rex habeat regnum suum ab alio Rege in Feudum, † supre- 24
mam tamen nihilominus habet potestatem in subditos; Etsi enim jus universitatis utiliter possideat, tamen in juribus singulorum habet plenitudinem potestatis, & directè possidet jurisdictionem in singulos, Bald. *in proœm. ff. column.* 2. *arg eorum quib. not. per gl. in l.* 2. *ff. de bonor. possess. hæred pet.* Natt. *consil.* 487. *n.* 9. [2. R. *ad d. c.* 100. *illud c.* esse in extraordinariis, † ideoq; non esse 25
Authenticum, præsertim cum veritas juridica & historica, ac ipsa rei evidentia contrarium doceat. Extraordinaria autem ista capitula juris auctoritatem non habent, Bald. *in cap.* 1. *§. præterea Ducatus, n* 8. *de prohib feud. alien.* Rosenth. *de Feud. c.* 7. *concl* 33. *n.* 17. Dn. D. Gothofred. Anton. *disp. Feud.* 1. *th.* 1. *lit. B.*

Rectè itaq; Fridericus I. Imperat. Pontifici 26
per literas oblivionem accepti beneficii de manu sua, collata imperii corona, respondit: se imperium soli Deo referre, & Papæ beneficiarium se non esse. Adrian. autem pœnitentiâ ductus, ut gliscentem perniciem à se depelleret, ita se subdolè excusavit, beneficium se pro bono facto accepisse, non pro feudo, referent, *Cujac.* 1. *Feud.*

Feud. p. mihi 15. Hæccine Petri piscatoria simplicitas? Manus sanè Esavi, vox verò Jacobi, *Genes.* 27. *v.* 22.

Rectius cum Bodin. folium vertemus & dicemus, Pontifices imperii Romani † vasallos esse:
17 Non enim Imperatores à Pontificibus, sed Pontifices Imperatorum largitione nobilissimas imperii ditiones tenent, *lib.* 1. *de repub. cap* 9. *p.* 213. Hieronym. de Cavall. *in spec. commun opin. quæst.* 739. *num.* 4. Vultej. 1. *Feud.* 4. *num.* 9. Quod & expressè in Comitiis Augustan. Maximilian. I. Imperator innuit Reichs Abschied/ de Anno 1500. sub tit. Wie man mit dem Bapst handeln soll / ibi, deß Reichs/ deß dann seine Heiligkeit Verwandter sey/. & in §. 1. ejusd. tit. dispon. quibus mod. Pontif. si resistat contributioni impositæ, commovendus, Es soll auch deß Reichs Regiment / wo sich der Bapst widersetzte vnnd keine Hülff darzu thun wolt / rahtschlagen / wie die Bäpstliche Heiligkeit zu solchem löblichem Fürnehmen zu bewegen/ cum quo convenit Epistola Leonis IV. ad Ludovicum Imperatorem, quæ est *in cap. nos si competentes, caus.* 2. *q.* 7.

Caput VI.

AN PONTIFEX HABEAT VTRVMque gladium, tam in temporalibus quàm Ecclesiasticis, super Principem Romanum, omnesq; terrarum Dominos, in toto orbe terrarum. & num rectiùs is Imperatori subsit?

SUMMARIA.

1. *Seculares principes propriam exercent jurisdictionem, absque ulla veterum canonum, & conciliorum universalium læsione & injuria.*

2. *Ipse summus Pontifex testatum facit, se minimè velle regiam, civilem, & secularem perturbare dignitatem. Adducuntur textus ex jure Canon. Duæ sunt personæ, quibus mundus regitur, Regalis, & Sacerdotalis, Reges præsunt in causis seculi, Sacerdotes in causis Dei.*

3. *Singulis singula officia committenda, præcipuè Clericis opprobrium est, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium.* 4. *Ad utrumq; festinant neutrum benè peragit.*

5. *Petrus à Christo reprehensus fuit, quòd gladio regnum ejus defendere voluit.*

6. *Objectio. Petrum non ex juris, sed virium defectu secularem potestatem non exercuisse super Reges, & Principes.* 7. *Ad eam responsio.* 8. *Successor non debet melioris conditionis esse, quàm is, in cujus locum succedit. Nec plus juris quis in alium transferre potest, quàm ipse habet.*

9. *Salvator illam dominationem Petro aliquoties inhibuit, omnibusq; ejus successoribus. Hic non quærendum, quam Christus potestatem Apostolis conferre potuerit, sed quam de facto contulerit.*

10. *Objectio, ad eamq; Responsio Ecclesiastica potestas est quidem superior dignitate ministerii, non verò potestate imperii.*

11. *Benè & sanctè faceret Papa, si totam temporalem jurisdictionem in manibus Imperatoris remitteret, &c.* 12. *Ex hoc status universus clericorum magis redderetur Deo ac populo devotus, ipseq; Papa quietiùs viveret.*

13. *Pontifex juris divini autoritate V. & N. Testamenti Imperatori subest. Moses Magistratus fuit politicus, & à Deo Aaroni sacerdoti in Deum constitutus.*

14. *Moses à Deo ordinatus non tantùm populo, sed & sacerdotibus jura & mandata præscribit, & ob delicta pœnas infligit.* 15. *Exempla alia in Iosua, Davide, Salomone.*

16. *Christus ipse non denegavit Cæsari tributum, & subjectionem.* 17. *Non debet discipulus major esse Magistro, aut servus Domino, aut Vicarius Principali.*

18. *Apostoli Magistratui obedientiam præstiterunt, non propter defectum virium, sed propter iram, & conscientiam.*

19. *In primitiva Ecclesia, Clerici omnes, sub quibus & Papa comprehenditur, eorumq; res jurisdictioni Regum & Imperatorum suberant.*

20. *Carolus Magnus ejusq; successores jus constituendi Pontifices habuerunt.*

21. *Anteriores Pontifices Imperatori tributum in signum debitæ subjectionis denegarunt. Quæ tributi præstatio subjectionis est probatio.*

22. *Nulla N. T lex Clericos à jurisdictione Principum secularium exemit.*

23. *Marsilius Patavinus ab Ecclesia ideò damnatus, quòd assereret, non solùm clericos, sed etiam Antistites, & ipsum Rom. Pontificem Imperatoria potestati jure divino subjici.*

24. *Bonorum principum indulgentiâ Pontificum Roman. potestate auctâ, electio Pontificum de manibus Impp. erepta, & Cardinalibus præcipuè concessa est.*

IN capite tertio supra dictum, distincta esse dona Dei, Sacerdotium & imperium, nec sine

magna ataxia confundi posse, *cap. tuam nos. x. de ordin. cognit.* Ecclesiasticam & spiritualem potestatem, & ita à temporalibus distinctam esse ac fuisse constat, ut nihil deroget illi aut detrahat, quo minus & divina Dei Maximi ordina-
1 tione † seculares Principes propriam exercere valeant jurisdictionem absque ulla veterum canonum & conciliorum universalium læsione & injuriâ, præsertim ex eo, quod & ipse Summus
2 Ecclesiæ Pontifex, † non semel testatissimum faciat, se minimè velle Regiam, civilem & secularem perturbare dignitatem, inquit Didac. Covarruv. *Episcop. Sebogiens. pp. qq. c. 31. num. 1.* Quò collimat Innocent. *in cap. novit. x. de judic. ubi ita scribit:* Non putet aliquis, quod jurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, cùm ipse jurisdictionem nostram nec debeat, nec velit impedire.

2. *Fac. text. in c. causam. 7. x qui filii sint legitim. ibi,* Nos attendentes, quod ad Regem pertinet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus judicare, ne videamur juri Regis Anglorum detrahere.

3. *Fac. cap. venerabilem, eod.* ubi expressè dicitur, Regem Francorum non recognoscere superiorem in temporalibus, unde patet, Reges non debere subesse Papæ in temporalibus.

4. *Fac. cap. tuam, x. de ordin. cognit. ubi Honor. 3.* præsupponit, se idoneum judicem ad cognoscendum de Natalibus Reginæ Cypri, at verò ad cognoscendum de ipsius successione, non ipsum, sed Regem Francorum existere competentem.

5. *Fac. c. quoniam, distinct. 10. c. cum ad verum, c. duo sunt, distinct 96.*

6. *Fac. text. notab. in c. nos si incompetenter, § sed notandum, 2. q. 7.* ibi, Duæ sunt personæ, quibus mundus regitur, Regalis videlicet & Sacerdotalis: Sicut Reges præsunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis Dei, *& in § seq.* Sicut ergò Ozias à Domino leprâ percussus est, quòd Sacerdotum officia usurpare voluit, sic sacerdotibus & Prophetis Regum usurpare officia non licuit, ideoque nec gratiam facere posse Papam in territorio immediato Principis, capitis reo, rectè asserit, Prosper. Farinac. *de inquisit. quæst. 6. num. 2. in fin.*

3 7. Accedit sana ratio, † quæ suadet singula officia singulis committenda, *cap. 1. distinct. 89. c. cum singula de præbend. in 6. l. nemo, Cod. de assessorib. l. consulta, C. de testament.* ubi dicitur absurdum esse, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & præcipuè Clericis opprobrium est, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium. Et ideò nemo † debet esse carnalis & spiritualis pater, ejusdem *c. ad limina, 30. quæst. 1.* qui 4
enim ad utrumque festinat, neutrum benè peragit, *d. l. nemo, C. de assessorib.*

Cum itaq; regnum Christi † non est de hoc 5
mundo, rectè fuit Petrus reprehensus, quòd gladio regnum ejus defrndere voluit, neq; ejus Vicarius à reprehensione Christi alienus, si eam sibi Potestatem sumpserit, [quod latè persequitur Marsil. Patavin. *in defens. pac part. 2. cap. 4.* Quemadmodum enim pater eum misit, ita & ipse misit discipulos, *Iohan. 20. v. 21.* Frideric. Balduin. *de conscient. lib. 4. cap. 4. cas. 2.*] Regerit quidem Bel-
lar. & alii, † Petrum secularem potestatem non 6
exercuisse super Reges & Principes terrarum, propter juris, sed propter virium defectum. R.
Si Christus Petro † hoc jus seculare supra Reges 7
concedere voluisset, utique & id concessisset, sine quo illa potestas exerceri non potuisset, *arg. l. 2. ff. de jurisd.*

Deinde aut Christus † noluit, aut non potuit 8
Petro nervos executionis ad tuendam juris concessi potestatem dare: Si Petro id dare noluit, nec successor ejus jure successionis id sibi tribuet, cum non debeat melioris conditionis esse successor, quàm is in cujus locum succedit. Nec enim plus juris quis in alium transferre potest, quàm ipse habet. Posterius verò absurdum. [Imò, cum salvator Petro illam Dominationem inhibuerit aliquoties, omnibus etiam illis, qui
volunt Petri esse successores, † inhibere voluisse 9
certum est, juxta illud, quæ vobis locutus sum, omnibus locutus sum, *Marc. 13. v. fin.* Neque hic quærendum, quam Christus potestatem habuerit, nec quid aut quantum conferre potuerit Apostolis, sed quam de facto contulerit aut conferre voluerit, Marsil. Patavin. *in defensor. pac. part. 2. cap. 4 pag. 113. & p. 131. ubi vid.*] Non de-
fuut, qui Pontificis causam, † quoad usurpatio- 10
nem utriusque gladii probare sibi præsumunt ex dicto *Luca 22. v. 28.* Ecce duo gladii, quibus tamen respondet ipse Bellarm. nullam in eo loco fieri mentionem de gladio spirituali vel temporali. Præterea Ecclesiastica potestas est quidem superior dignitate ministerii, non verò potestate imperii.

Quam-

Quamobrem rectissimè dixit Ferrar. *Pontifitia quamvis religioni addictus, in sua prax. form. in act. confessor. pro servitut in verb. plenam & omnimodam, colum.* 1. quod bene & sanctè † faceret
11 Papa, si totam temporalem jurisdictionem in manibus Imperatoris remitteret, nec aliter unquam Respublica & maximè Italia quiesceret, nec ulterius de Papatu tale schisma, quale fuit annis præteritis, ullo tempore amplius accede-
12 ret. Et ex hoc, status † universus Clericorum magis redderetur Deo ac populo devotus, ipseq; Papa cum Cardinalibus quietius viveret. Boër. *decis. 69. n. 3.* [Contrarium post alios tuetur Johan. Azori. *Instit. Moral. lib. 10. c. 1. part. 2. per text. in c. omnes distinct. 27. & c. duo sunt, distinct. 96.* Idem Azori. *ibid. c. 6. vers. secunda sententia.*]

Alterum capitis membrum quod attinet, sine
13 ulla hæsitatione statuendum, Pontificem † Imperatori juris divini auctoritate Veteris & Novi Testam. subesse. [Quod multis persequitur Marsil. *d. loc. part. 2. cap. 7. p. 174. & seq.*] Nam Deus Optimus Max. Moysen, qui Magistratus fuit Politicus Aaroni Sacerdoti, in Deum constituit, *Exod. 4. v. 16.* [à quo etiam summus Sacerdos fuit constitutus Cardinal. Tusch. *pp. conclus. 2. verbo. Aaron. summus Sacerdos, Tom. 1. n. 1.*] Aaron ipse Moysen pro domino agnoscit & colit,
14 *Exod. 32. v. 23. Num. 12. vers. 11.* Sed & Moyses † à Deo ordinatus, non tantùm populo, sed & sacerdotibus jura & mandata præscribit, *Exod. 19. v. 22. & 24. c. 22. v. 20. c. 24. v. 14. Levit. 1. v. 1. & 10.* Sed & tam sacerdotibus, quam populo ob delicta pœnas infligit, *Levit. 4. v. 3. Num. 12. vers. 11.*
15 Moyse rebus humanis exempto, † Josuam Deus successorem facit, & Israëlitis præponit, concedens ei potestatem & in populum & in Sacerdotes, *Jos. 1. v. 10. & seqq. c. 3. v. 6. & 8. c. 6. v. 6.* David imperat Sadoco Pontifici, & Nathani Vati, *1. Reg. 1. v. 32.* Salomon Abiatharum destituit Sadoco ei substituto, *1. Reg. 2. & 7.* cum similibus.
16 In N. Testam. ipse Christus † non denegavit Cæsari tributum & subjectionem, *Matth. 17.* Et propterea confessus fuit, Pilatum uti præsidem provinciæ, habere in ipsum à Deo pote-
17 statem, *Joh. 19.* Si ergo Dn. & Magister † noster Principibus & Magistratibus non impia præcipientibus obedire voluit, quare non multò magis præsessus ejus Vicarius, *c. Imperatores, & c. quid ergo, 11. q. 3.* nec enim esse debet discipulus major Magistro, aut servus Domino, *Matth. 10,* Ossat. Caheran. *decis. Pedemontan. 30. n. 12.* [ubi id etiam ex tribus juris Canonici confirmat.] Apostoli † Magistratui obedientiam præstite- 18
runt, non propter defectum virium, ut nugatur Bellarmin. sed propter iram & conscientiam, *Roman. 13.* Ergò & Pontifex Romanus eodem jure secensebit, modò iræ divinæ & conscientiæ & conscientiæ rationem habere velit.

Sic & in primitiva † Ecclesia, Clerici omnes, 19
sub quibus & Papa comprehenditur, & eorum res, jurisdictioni Regum & Imperatorum suberant, ut constat ex multis Impp. etiam Christianorum legibus & constitutionibus latis de personis ipsis & rebus Ecclesiasticis, omniq; disciplina Ecclesiastica, quæ extant *sub tit. C. de SS. Eccles. de Episcop. & Cler. de Episcop. audien.* cum similib. vid. R. A. de Anno 1530. §. Und sollen die Priester/ cum mult. seqq. & passim in constitut. imper. Et Carolus † Magnus ejusq; successores 20
jus constituendi Pontifices habuere, *c. Adrianus, c. in synodo, distinct. 63.* Paurmeister. *lib. 1. de jurisd. c. 24. n. 14.*

Neque anteriores Pontifices † Imperatori 21
tributum in signum debitæ subjectionis denegarunt, *c. tributum, 23. quæst. 8. c. magnum quidem, 11. quæst. 1. c.* quæ tributi præstatio, subjectionis est probatio, *omnis anima, x. de censib.* Neque ulla Evangelicæ legis & Novi Testamenti † ex- 22
tat lex, quæ Clericos à jurisdictione Principum secularium exemerit, Didac. Covartuv. *pp. qq. c. 31. numer. 2. vers. Contraria opinio*, quam sententiam etiam alii Pontificię religioni addicti tuentur, Petr. Ferrar. Nicol. Boër. *supra alleg. loc. in c. cum non ab homine, colum. 2. de judic.* Carol. Molin. *in addition. ad consil. Alex. 8. lib. 2.* M. Anton. Peregrin. *in respons. pro decret. Reipubl.* Venet. Cacheran. *decis. Pedemontan. 30. num. 12. & alii allegat à Muscul. de anomal. success. class. 1. membr. 2. concl. 5. lit. A. num. 177.* [Contrarium acriter defendere intendit † Johan. Azori. *Institut. Moral.* 23
lib. 5. cap. 11. part. 1. ubi in versic. In hac *proculdubio*, notat Marsilium Paravinum fuisse meritò ab Ecclesia damnatum, eò quòd asseret non solùm Clericos, sed etiam Ecclesiarum Antistites & ipsum Romanum Pontificem, Imperatoriæ potestati, jure divino subjici. Bonorum autem Principum indulgentiâ † Pontificum Ro- 24
manorum potestate auctâ tàm ratione rerum spiritualium quàm temporalium, Imperatoribus depressis, electio de Imperatorum mani-

bus erepta Cardinalibusque precipuè concessa fuit, idque factum præsertim circa tempora Georg. Pap. VII. & Urban. II. tempora, testatur Onuphr. Panvin. *Monach. Promit. de Episcopatib.*]

Caput VII.

DE IMPERII ET IMPERATORIS Romani amplitudine, dignitate & praeminentiâ pra omnibus aliis Regibus & Principibus?

SUMMARIA.

1. *Pontifici nullum est jus in Imperatorem Rom. nec summa & absoluta potestas in terris penes eum residet.*

2. *Summa & absoluta potestas Imperatori Rom. competit.* 3. *Imperialis fortuna omnes alias supereminet.* 4. *Eiq; omnes Principes Christiani ultrò loco cedunt, penes quem maris, ac terræ regimen.* 5. *Imperator tanquam stella matutina inter omnes Reges eminet.* 6. *Velut Monarcha dignitate maximus.* 7. *Supremus omnium Principum Princeps. Nullus in orbe, qui tanto titulo honestandus.* 8. *Cui Deus dedit multorum Dominum esse.* 9. *Quo nihil in terris habetur sanctius.* 10. *Nihil majus.* 11. *Deum cœlestis Imperator adhuc in utero matris clausus terræ Monarcham agnovit.* 12. *Est totius orbis Christiani caput, mundi Dominus.* 13. *Cui meritò praeminentia, nec ulli Principi tanta Majestas debetur* 14. *à cujus imperio omnia dominia originem traxerunt.* 15. *Eiq; Reges olim spontè ministrarunt.* 16. *Ac depositis sceptris pro cubicularius servirunt.* 17. *Et tanquam capiti, & Duci Regum reverentiam exhibere, & superiorem recognoscere, omnes de jure sunt obstricti.*

18. *Sapiens Alphonsi Regis Neapolitani aulicis suis adulatoribus data responsio, de reverentia Imperatori, tanquam summo regi, capiti & Duci Regum exhibenda.*

19. *Idem testatur Sigismundus I. Poloniæ Rex, in literis ad Carolum V. Imper. datis.* 20. *Reges, qui se imperio subtraxerunt, nihilominus reverentiam debent Imperatori.*

21. *Hæc prærogativa demonstratur* 1. *A praditione durationis Imperio Roman. prædicta est à Deo magna, & tum ævo duratura felicitas.*

22. 2. *Ab antiquitate. Quò quid antiquius, eò dignitatis ordine censetur nobilius. Inter habentes dignitatem eandem is praferendus, qui eam primò acquisivit.* 23. *Nullum in universo orbe regnum vetustius est imperio Rom. cujus origo ex Trojano emersit excidio.* 24. 25. 26. *Elegans Justiniani Imp. testimonium.*

27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 3. *A Majestate Urbis Romæ, terra marisq; totius Principis, cujus varia elogia hic recensentur.*

35. 36. 37. 4. *A felicitate, & dignitate populi Romani* 38. *Cui Reges ministrarunt.* 39. *Adherbales Numidiæ Rex dicebatur Procurator populi Romani.* 40. *Eumenes Rex Pergami se Libertinū populi Rom. æstimavit.* 41. *Romani sceptra & diademata Regibus mittendo, confirmarunt potestatem regiam.* 42. *Prasias Rex Bithyniæ, ingrediendo Senatum deosculatus est senatorum solia. Multi Reges imperii Romani Clientes fuerunt.*

43. 5. *A dignitate gentis & populi Germani. Bodini de hac gente testimonium.* 44. *Taciti, & Loænetta entomium Germanorum.*

45. 6. *Ab amplitudine. Romanum imperium splendore, & potentiâ terrarum fines egressum est. Ortumq; & occasum termines imperii sui posuit.*

46. *Objectio, ejusq; refutatio Species subtracta de genere, non facit perire genus. Etiam in una specie, ne dum duabus vel pluribus genus conservatur.* 47. *Amplitudinis Romanæ splendorem & majestatem nec edax ætas, nec injusta calumniantium absumet iniquitas.*

48. 7. *A tacito consensu omnium Regum, ad imperii Romani fastigium, tanquam summum honoris culmen anhelantium.*

49. 8. *A testimonio ipsius Turcæ. Qui hæreditarius & infensissimus imperii Romani & totius orbis Christiani hostis, Imperatorem Rom. præcipuum agnoscit Christiani orbis caput.* 50. *Ex adversarii testimonio in favorem ejus deponentis non modica oritur veritatis præsumptio.*

51. *Imperatoris Romani legati ad Turcam missi, præ aliorum Principum legatis primum locum occupant.* 52. *Cæsareus Legatus sedendo solus, aliorum Regum ac Principum legati stando mandata sua coram Turca exponere solent. Faceta Caroli V. Legati Turcis facta responsio.* 53. *Hodiè etiam à Legatis Imperatoris non sedendo sed stando legationis capitula proponi consueverunt.*

54. *Singulare hoc commodum Imperator ex imperio habet, quod scilicet imperium ipsi autoritatem supra omnes Reges conciliat.*

55. *Equites & Nobiles ab Imperatore creati, aliis ejusdem ordinis à Regibus creatis præferuntur.*

56. *Iura*

56. Iura omnia de Principe loquentia Imperatori propriè competunt.

57. 9. A creatione Regum. Imperator Romanus multorum regum creator existit. Exemplo Vratislai Bohemiæ, Boleslai Poloniæ, Petri Daniæ regum. Bohemiæ regnum est electoratus imperii, & ejusdem feudum. Daniæ regnum de jure feudum est imperii.

58. Imperator potest regiam, omnesq; alias dignitates creare, & concedere, auferre, & infringere. Indeq; in literis ad Reges datis semper nomen suum & titulum præponit, illi verò postponunt. 59. Carolus Burgundiæ Dux apud Fridericum frustrà laboravit, ut crearetur Rex.

60. Objectio Boërii refellitur. Creator in Imperio creare potest Reges, quod nullus Regum potest. 61. Altera Boërii ratio refutatur. 62. Christi regnum non fuit de hoc mundo. 63. Christus Rex, in temporalibus subjectionem & tributum Imperatori non denegavit.

64. Imperator etiam Rex est, priùs enim in Regem Romanorum eligitur, quàm in Imperatorem promoveatur. 65. Virtus summæ potestatis non est posita in nomine, sed in plenitudine auctoritatis.

HACTENUS probatum, Pontifici nullum jus in Imperatorem Romanum esse, adeo-
1 que nec summam & absolutam † potestatem in terris penes eum residere: rationibus etiam non obscuris demonstrabimus breviter, eandem
2 summam & absolutam † potestatem secundum excellentiam & præeminentet Imperatori Romano competere, R. A. de Anno 1566 in fin. pr. ibi, das heilige Reich bey seiner Præeminenz / Ehren/etc.
3 siquidem † imperialis fortuna omnes alias supereminet, *l. cum multa, in fin. C. de bon quæ liber.* [Just. Reiffenberg. *in comment ad Recess. Deput. de Anno* 1600. *in princ. pag.* 3. Perr. de Andl. *de imper.*
4 *Roman. lib.* 1. *cap.* 5.] Eique omnes † Principes Christiani ultrò loco cedunt, Bodin. 1. *de republ. cap.* 9. *pag.* 217. [Penes quem hominum, Deorumque consensus, maris ac terræ regimen esse voluit, ceu Tiberium Imperatorem affatus olim, Valer. Maxim. *in præfat. Dictor. factorumq; memorabil.*] Unde Imperator tanquam stella matuti-
5 na † in medio nebulæ meridionalis, inter omnes Reges eminere dicitur, Bald. *in §. fin. n.* 24. *de prohib. feud. alien. & post eum Laudens. n.* 7. *Præsupp. num.* 2. *ibid.* Menoch. 1. *præsumpt.* 14. *numer.* 3.
6 Rosenthal. *de feud, cap.* 8. *conclus.* 15. *gloss. d.* Velut † Monarcha dignitate Maximus. Zoanet. *de Rem. Imper.* Jul. Pflugh. *Episcop. Naumburg. in orat. de republ. German.* Rulant. *de Commissar. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *numer.* 2. [Supremus omnium Principum Princeps † in rebus hujus seculi Castil. *consil.* 10. *in* 7
facto n. 63. Menoch. *consil.* 191. *ante n.* 24. *lib.* 2. Cardin. Thusc. *pp. conclus.* 35. *nu.* 8. *verb. Imperator, &c.* Chassan. *in Catalog. glor. Mund. part.* 5. *consider.* 27. ubi dicit, nullum esse in orbe, qui tanto titulo sit honestandus, sicut Imperator.] cui Deus dedit † plurima, & multorum Dominum esse, *No-* 8
vell. 7. *cap.* 2. quo nihil in terris † habetur san- 9
ctius, *l. ult. C. de legib. l. Titius*, 87. *de legat.* 2. Wesenb. *in parat. ff. ad L. Iul. Majest. n.* 4. [Nic. Reusn. *consil.* 1. *nu.* 1. *lib.* 1.] nihil majus, † Ernest. Cothm. 10
4. *consil.* 4 *n.* 10. quem cœlestis Imperator † ad- 11
huc in matris utero clausus terræ Monarcham agnovit, eiq; censum non solùm non denegavit, *Luc.* 2 sed & dare jussit, *Matth. c.* 17. & 22. *vers.* 21. Cacheran. *decis. Pedemontan.* 30. *n.* 12. *Actor. de jur. Principat. conclus.* 83. [Marsil. Patavin. *in Defens. Pac part.* 2. *c.* 4 *p.* 130. & 131.] ideoque eidem † tanquam totius orbis Christiani capiti, *Aur. Bull.* 12
Carol. IV. tit. 2. mundi Domino, *l. deprecatio, de Leg Rhod. de jact. l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript.* meritò debetur præeminentia, † nul- 13
liq; Principi tantam Majestatem, quantam Imperatori deberi, scribit *Purpurat. in l. quicunque, nu.* 116. *ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* quippe à cujus † imperio, omnia dominia originem tra- 14
xerunt, Mart. *de jurisd. p.* 1. *c.* 32. *n.* 7. eique Reges olim † spontè ministrarunt, *ut de Augusto scribit.* 15
Bodin. 2. *de republ. c.* 2. *p.* 898. ac depositis sceptris † & fasciis regalibus, pro cubiculariis servierunt, *Mart. de jurisd p.* 1. *c.* 27. *n.* 7. 16

Et quòd ei, tanquam † capiti & Duci Regum, 17
reverentiam exhibere, ac superiorem recognoscere omnes de jure sint obstricti, communiter censuerunt glossatores & citramontani, & post illos Anton. Qu tt. *consil.* 1. *num.* 7. 8. & *seqq.* Restaur. Castald. *de Imperat. quæst.* 12. Zoanett. *de Roman. Imper. num.* 143. Mich. Uleut. *de regim. mund quæst.* 3. *pag.* 2 & *alii, quos allegat* Hering. *de Fidejussorib. c.* 7. *n.* 563. Et præter illos novissimè, Sigismund. Seacc. *de Appellation. q.* 16. *limit.* 5. *n.* 5. ubi dicit, quòd omnes provinciæ sint sub eo & omnes Principes; idemque tradit *in lib.* 2. *de judic. cap.* 9. *num.* 1610. ubi inducit quodammodo id ex necessitate dependere. [Et ipse Christus sub persona Cæsaris universum Magistratus Politici

tiei repræsentate voluit officium dum ad Pharisæos dixit: Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris D. Conrad. Dieterie. *in Analys. Evang. Dom. 23. post Trinit. p.m.* 778.

18 Notandum illud Alphonsi † Regis Neapolitani elogium. Is enim Fridericum Imperatorem Maximiliani I. patrem Neapolim ad se venientem veneratus est, tanquam Imperatorem, eique locum superiorem tribuit, quamvis ætate profectior esset. Et cùm aulici adulatores id indignè ferrent, & Alphonsum, ne se adeò humiliter erga peregrinum Regem gereret, monerent, ipse Alphonsus sapienter respondit: Vestrum non est judicare de Regibus: Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam summo Regi, qui est caput & Dux Regum, ut ex Philip. Melanchthon. refert Cothman. *in lib. 1. C. tit. 1.*
19 *quæst. 1. n. 7.* [Idem testatur † Sigismundus I. Poloniæ Rex, in literis ad Carol. V. Imperat. datis, quas ita finit: Facit Majestas vestra, rem sua virtute, & NOSTRA IN SE OBSERVANTIA DIGNAM. Johan. Pistor. *in corpor. histor. Polon.*
20 *Tom. 1. fol.* 252. Et quod Reges, † qui se Imperio subtraxerunt, nihilominus reverentiam debeant Imperatori, & in specie de Franciæ Rege & in genere de aliis ita respondit Anton. Quett. *consil. 1. sub n. 12. vers. non obstat.*]

21 Et hæc prærogativa † pulcerie nititur rationibus. 1. Quia imperium Romanum est unum ex quatuor illis præcipuis regnis, cui Deus per Prophetam prædixit magnam & cum ævo duraturam felicitatem, *ut supra c. 1. pluribus probatum est,* Bart. *super constit. ad reprimendum, n. 7. & 8. in extravagant.* [Indeq; id ipsum toto terrarum orbe verendum Orthel. *in descript. Europ.*]

22 2. Rationes † Antiquitatis. Quò enim quid antiquius, eò in genere suo dignitatis ordine censetur nobilius, *l. 1. ff. de alb. scrib.* Et etiam inter habentes dignitatem eandem, is præferendus, qui eam primò acquisivit, *text. notabil. in l. 21. C. de Consulib. & ibi* Cujac. *text. in c. solitæ, in verb. nec autem, ubi Dd. de Major. & obed.* Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib. 4. cap. 14. num. 13. ac multis probat* Tyraquell. *de jur. primogenit. in præfat. num.* 79. Joh. Dauth *in prolegom. tract. de testam fol. 8. vers. ita enim.* [Fichard. 1. *consil.* 77. *n. 14. ubi latè de hoc themate agit.* Natt. *consil.* 638. *num.* 16. 17. Tiber. Decian. *resp. 19. num. 183. & aliquot seqq. vol. 3.*] Sic & in Rebuspub. in dignitatis prærogativa antiquioribus Principibus primas deberi, exemplis illustrat Bodin. *1. de repub.*
c. 9. p. 225. Nullum autem † in universo orbe re- 23
gnum vetustius imperio, cujus origo ex Trojano emersit excidio, *juxta Iunon. apud. Virgil. Æneid. 1.*

Certè hinc Romanos olim volventibus annis
Hinc fore Ductores revocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus.

Et paulò pòst:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium sine fine dedi.

Valentin. Forster. *lib. 1. histor. Roman. c. 1,* Lips. *de magnitud. Roman.* Rittershus. *in Novell. pag. 9. c. 24 num. 3.* [Petr. de Andl. *de Imper. Rom. lib. 1. c. 5.*] *Hinc Eleganter Iustinian. Imperator, si quis respexerit ad antiqua † principia: Æneas nobis Trojanus*
Rex, Reipubl. Princeps, & nos quidem Æneadæ ab illo vocamur. Sive quis etiam ad secunda † principia 24
respexerit, ex quo purè Romanorum nomen apud homines coruscavit, Reges eam constituerunt Romulus & Numa, ille quidem civitatem ædificans, hic 25
autem eam legibus ordinans: Sive tertia principia † 26
sumat, quilibet imperii Cæsarem maximum & Augustum pium, & ita Rempubl. hanc inveniet valentem, Nov. 47. in præfat.

3. Prærogativæ argumentum † desumitur 27
à Majestate urbis, [terræ marisque totius Principis, teste Halycarnass. *lib. 1. histor. in init.* vid. Natt. *consil. 638. nu. 12. & seqq.*] unde imperium nostrum suam accepit denominationem, robur & incrementum, quæ est Roma, omnium digni-
tatum apex, † & omnis magnitudinis decus: Le- 28
gum patria & fons sacerdotii, *Novell. 9. in princ. Concil. Chalcedonens. de Anno 451. can. 28.* Matt.
de jurisd. part. 1. cap. 10. num. 11. Caput † orbis, *l. 3.* 29
C. de Consulib. Urbs æterna, † *l. un. C. de privileg.* 30
corporat. Domus æternabilis † & orbis compen- 31
dium, *Heins. orat. 10. pag. 235.* orbis terrarum Do-
mina, † Bodin. *lib. 1. de repub. c. 9. p. 109.* [quæ to- 32
tum terrarum orbē distringebat, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 24. nu. 2.* Confer Christophor. Forstner. *in Not. Politic. ad Cornel. Tacit. lib. 1. pag. mihi 77.*] Unde & Lipsius *de magnit. Rom. lib. 1. c. 2.* Romam vocat mundi caput, miraculum, arcem nationum ac regum, lumen gentium, imò omnium aliarum civitatum
totius † orbis magistram [Bart. *in tractat. de flumin.* 33
n. 1.] Farinac. *tr. de indic. & tort. q. 40. n. 13.* Ludov. IV. usus fertur in suo sigillo hac inscriptione:

Roma

Roma caput *mundi regit orbis frena rotundi.*
[Et Virgil. 6. Æneid.
——— *Illa inclyta Roma*
Imperium terris animos aquabit olympo.]
Fabulantur Poëtæ diu quæsitum esse
——— *qua tandem poneret arce*
Terrarum fortuna caput.

34 Et visum superis tandem, † nihil posse huic rei aptius Roma invenire. Unde non immeritò versiculus iste vulgaris cœpit, *quem refert* Udalric. Zas. *in parat. ff de just. & jur.*
Roma locus dignus, quo Deus omnis eat.
[Et Horat. in carm. secul. ad Deos, pro Imper. Rom. ita canit:
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas, aliusq; & idem
Nasceris, possis nihil. URBE ROMA *visere*
MAJUS.]

35 4. A felicitate & dignitate † populi. Siquidem felix Romanorum genus omnibus anteponitur nationibus, & gentibus dominatur omnibus, *inquit* Justinian. *in l. 1. Cod. de justin. Cod.*
36 *confirmand.* qui caput † mundo dederunt, totumq; terrarum orbem sibi adjunxerunt & imperio presserunt, *Nov. 24. in præfat. Lans. in con-*
37 *sultat. Europ. p. 564.* ac supra omnem omnium † regnorũ ac imperiorum magnitudinem ascenderunt, splendore & quæ propria illius generis fuit, Majestate, Heins. *orat. 10. pag. 234. & seqq.*
38 Quibus † Reges alii ministrarunt.
Adherbales Rex Numidiæ dicebatur Pro-
39 curator † Populi Romani. Eumenes † Rex Per-
40 gami post sublatum Mitridatem Regem Amasiæ, veniens Romam capite cooperto, simplici bitero, dixit se æstimari libertinum populi Ro-
41 mani. [Sceptra & diademata, Romanos, † Regibus misisse, quibus confirmatunr potestatem Regiam, testatur Dionys. Halicarnass. *Roman. antiquit. lib. 3.* Et Massiliam protegi se Majestate Romana gratulatam fuisse Plin. *in Panegyr.*
42 *Const. Aug dicto.*] Prusias † Rex Bithyniæ, ingrediendo senatum, deosculatus est Senatorum solia, licet ipse nec subditus, nec tributarius, neq; sub protectione populi Romani fuisset, quæ & similia exempla recenset, Matt. *de jurisd p. 1. c. 27. n 8. 9. & seqq.* [*Confer 1. Machaba. c. 8. v. 4. & seqq.* ubi scriptura, de splendore, Majestate, fide & potentia Romana, multorum Regum Dominice testatur. Multosque Reges imperii Romani clientes fuisse scribit, Maximian. *in Panegyr. August. dicto.*] Quò alludit Juno *apud Virg. 1. Æneid.*
——— *mecumq; fovebit*
Romanos rerum Dominos gentemq; togatam.

5. Argumentum desumitur à Dignitate gentis & populi, † in quam translatum imperium 43
Romanum, videlicet Germania, de qua idem, quod Justinianus de Romanis olim dixit, justissimè dici potest, in quem finem vel *Bodini* referre libet testimonium, qui aliâs gentis hujus obtrectator extitit infensus, & tamen veritate urgente fateri cogitur, *Germanos humanitate Asiaticis: militari disciplina Romanis: religione Hebræis; Philosophia Græcis: Geometria Ægyptiis: Arithmetica Phænicibus: Astrologia Chaldæis: opificiorum varietate populis omnibus facilè superiores videri. Quod pluribus persequitur ipse Bodin. in method. histor. c. 5. pag. 196 edit. Lugdun.* Quod, inquam, sufficiat, Nam aliâs non unus dies sufficeret, si hujus populi persequi vellem laudes, conferatur Lans. *in Consultat. Europ. 1. per totam.* [Corn. Tacit. † *de morib. German.* Philipp. Cluv. *in Comment. ibid.* Et idem Tacit. *lib. 13. annal.* ubi dicit: 44
NULLOS MORTALIUM, ARMIS AUT FIDE, ANTE GERMANOS ESSE, Zoanett. *in tract. de defens. tripart. p. 2.* ubi dicit nullam sub cœlo gentem firmiorem esse Germanis. Conf. Petr. de Andl. *de Imper. Rom. lib. 1. c. 15.*]

6. Ratione † Amplitudinis, [Nat. *cons. 638.* 45
nu. 18.] Nullum siquidem regnum amplitudine huic comparari potuit, [*Dan. 7. v. 23.* Sledan. *lib. 14. Comment. p. m. 405.*] quod splendore & potentia terrarum fines egressum est, Heins. *d. orat. 10 pag 237.* [Ortumq; & occasum terminos imperii sui posuit, Dion. Halycarn. *lib. 1. in pr.* Imò quod nec Oriens, nec Occidens satiavit, ceu Galgacus Britonum Princeps suos affatus fertur, teste Cornel. Tacit, *in vit. Jul. Agricol.*]

Et quamvis isthæc amplitudo † sive fato, si- 46
ve temporis injuriâ cuncta abligurientis, & sub caducitatis jugum trahentis, sive tot Barbarorum incursionibus & intestinis dissidiis coangustari, & ejus nõ parum hebescere cœperit dignitas [non tamen per hoc imperium desinit esse universale; quia speciei subtractâ de genere, non facit perire genus, Ægidi. Bellamer. *consil. 42. nu. 8.* Cardin. Tusch. *pract. concl. 344. verb. Rex Francia, non recognoscit imperium num. 6.* Quinimò vel in una specie nedum duabus vel pluribus genus conservari Philosophorum est Maxima, uti ex Duns 4. *de univ. q. 18.* Taurell. *lib. 4. de rer. ætern.*

firmat Zachar. Viet. *Topic.differt.* 12.*concluf.*103.]
Fulget enim adhuc, & fulgebit, sempiternis cum
47 sole & luna radiis, † Amplitudinis ejus splendor
& Majestas, quam nec edax ætas, nec injusta calumniantium
absumet iniquitas [Confer Tiber.
Decian.*resp.*19.*n.*208.*& seqq.*]

48 7. Ratione taciti † consensus omnium Regum,
qui ad imperii Romani fastigium, tanquam
summum honoris culmen anhelarunt,
& Aquilæ Romanæ plumis se exornare desiderarunt.

49 8. Argumentum desumitur † à testimonio
ipsius Turcæ, hæreditarii & infensissimi imperii
Romani & totius orbis Christiani hostis, R.A.
zu Regensburg/ de Anno 1532. §. Derhalben Churfürsten/
ibi, dieweil das heilige Reich vnnd gemeine Christenheit keinen
gehässigern noch blutdürstigern Feind dann den Türcken
hat/ꝛc. & passim in aliis constituit. Hic autem Imperatorem
præcipuum agnoscit Christiani orbis caput &
usitato stylo tali affatur titulo: Auff den Potentaten Jesu
der fürnembste/ vnd zwischen dem Geschlechte Jesu erwehlter
furnembster HErr aller Christlichen Völcker/ ein Versorger
vnd Administrator der Gerechtigkeit/ vnser Nachbar vnd
guter Freund Matthias/ *Iacob. Franc. in continuat. relat. histor. de Anno* 1614. *pag. mihi* 56. *Nund. Autumn.*
idem ex aliis vetustis scriptoribus probat,
Arnis. *lib.*1.*de jur. Majest. cap.*4.*num.*1. Non autem
50 modica † oritur veritatis præsumptio ex adversarii
testimonio in favorem ejus deponentis, Mascard.
*de probat. lib.*2. *concluf.* 875. *num.* 16. *&* 17.
Cravett. *consil.*6.*num.*62. Prosper. Farinac. *tract. de testib. q.*53.*num.*67.

Idque non solùm verbis declarat, sed & rebus
ipsis & factis ostendit. Siquidem missi ad
51 Turcam Romani Imperatoris legati, † præ aliorum
Principum legatis primum locum occupant,
Leunclau. in supplement. Annal. Othomannid. Besold. class. 1. *Colleg. Polit. Dispat.* 2. *th.*13. honorabiliori
enim primus debetur locus, *l.* 1. *C. de Consul. l. decernimus, & ibi gloss. Cod. de SS. Eccles.*
52 Et præterea hoc legato † Cæsareo datur, ut sedendo
solus, aliorum Regum & Principum legati
stando mandata sua, coram Turca exponant,
Arum. *de jur. publ. discurs.* 1. *pag.* 9. ubi de
Caroli V. legato recenset, qui cum aliquamdiu
ad exponenda mandata accitus stetisset, neque
considere jussus, vetitus ne Domino suo invertetur,
pallio, quod habebat, substrato insedit,
& mandata sui Principis intrepidè exposuit,
mox consurgens, pallium, quod substraverat,
reliquit, Interrogatus à Turcis, cur id faceret,
Cæsaris legatum sellam sibi portare non solere,
falsè respondit ex Christoph. Watsevic. *orat. de legat. & legat.* [Quamvis aliis Legatis hoc non
concedatur, ceu de Legatis Hollandorum in
Anno 1612. ad Turcam missorum, refert Gualther.
in Chronol. Ecclesiastico pol. p. m. 1211. Et ut ab
illis intellexi, † qui proximis annis in Legatione 53
Cæsaris fuerunt, ad Turcam, hodiè etiam à
Legatis S. Cæsareæ Majestatis non sedendo sed
stando Legationis capitula proponi debere consuevisse.]

Hoc ipsum Philippus bellicosus Hassiæ Landgravius
inter singularia commoda, quæ Carol.
V. Imperat. † ex imperio habere Granvellio 54
objiciebat, reputabat, quòd scilicet imperium
ipsi auctoritatem supra omnes Reges conciliaret,
Sleidan. *lib.* 17. Unde etiam † Equites & 55
Nobiles ab Imperatore creatos, aliis ejusdem
ordinis à Regibus creatis præferri testatur, Petr.
Calefat. *in tract. suo de Equest. dignit. n.* 44. *vers. videamus.*

Ideoque jura omnia † de Principe loquentia 56
propriè Imperatori competunt, Speculat. *tit. de Appellat.* §. *videndum restat, in princ. lib.*2. Martin.
Laudens. *tractat. de Princip. quæst.* 266. Sigismund.
Scacc. *de Appellation. quæst.*16.*limit.*1.*num.*2. *& ibi allegat.*

Facit, quòd Imperator † Roman. multorum 57
Regum extitit creator. Henricus IV. Imperator
Uratislaum Ducem Bohemiæ [de concilii
sententia Moguntiæ Anno 1087.] regio titulo
exornavit, Dubravi. *lib.*7.*fol.*59. [Cromer. *de originib. & reb. gest. Polon. lib.* 5. Pistor. *in corpor. Histor. Polon. Tom.* 2. *fol.* 465. Gualther. *in Chronol. Ecclesiast. Polit. p.* 802.] quod regnum ut est electoratus
imperii, sic etiam ejusdem feudum,
Trithe. c. 50. Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 24.
Ottho III. Boleslao Acri Poloniæ Principi,
summa regii culminis axiomata donavit, Peuzer.
4. *Chron.* Fridericus I. Petrum Daniæ Ducem
ad regii honoris fastigium evexit, ac Daniæ
regnum de jure feudum est imperii, Helmoid.
in Histor. Slavon. c. 50. Sixtin. *d. c.* 2. *num.* 24.
Quod jam olim imperio Romano subjecerat
Otto Magnus, M. Adam. Bremens. *lib.* 1. *cap.* 2.
Andr. Knich. 1. *de vestitur. paction. c.* 5. *num.* 77. Eique
postea subjectionem & obsequium præstiterat,
Cranz. *lib.*6. *Dania, c.*17. *fol.* 136. Sicut ipse Frideric.
Imperat. apud Otton. Frisingens. testatur:
Hominio, inquiens, ac fidelitate nobis factâ,
coronam de manu nostra Petrus Danorum Rex
suscepit.

suscepit, Cujac. *in proœm. tract. Feud p.3.* [Et quòd Imperator possit Regiam & omnes alias digni-
58 tates † creare & concedere, auferre & infringere; cùm omnes dignitates sint scabellum pedum Imperatoris post Bald. *consil.333.in pr.lib.1.scribit* Cardin. Tusch. *pp. conclus.35. verb. Imperator, &c. num.6.*] Justinian. Imperator sine controversia jura dedit Regibus Galliæ, Cujac. *consult.3.in fin.* Carol. IV. Bohemiæ Regibus privilegia indulsit, *Aur. Bull. Carol. IV. tit.8.* [Indeque in literis ad Reges datis Imperator semper nomen suum & titulum præponit: Illi verò postponunt Ca-
59 rolum Burgundiæ Ducem laborasse † apud Frideric. II. Imperatorem, ut crearetur in Regem, nec tamen obtinuisse testatur Quad. *in descript. Burgund.pag.63.*]

Neque hîc audiendus, Boër. *qui decis.178.n.9.*
60 contendit, † Reges in suo regno majorem habere potestatem, quàm Imperatorem, quod si Boër. intelligat de potestate tempestatis & iniquitatis, facile ei concedi posset hoc ipsum, secus si de plenitudine Majestatis & supremæ dignitatis: cui omne regnum meritò cedit. Et vel unicum hoc ipsi regerere possumus: Imperatorem in imperio creare posse Reges, quod utiq; Rex nullus potest, ut sibi parem creet. [Confer Rosenthal *cap.8.q.15.in notat.gloss.e.*]
61 Adducit præterea † Boër *d.loc.* rationem, quæ satis frivola, quòd videlicet Christus appellatus sit Rex, & non Imperator, *Iohan.18.* Cui re-
62 spondemus, † quòd Christi regnum non fuerit de hoc mundo. Deinde dictus fuit Rex more Judæorum, qui Regem proprium habuerunt, antequam sceptrum a Juda transferretur, Imperatorem nunquam. [Quamobrem cùm Pilatus, Judæis Christum exhibens dixisset; Ecce Regem vestrum, illi responderint: Regem non habemus nisi Cæsarem, *Iohan. 19. vers.16.*]
63 Imò omnis Imperator etiam Rex est, † quia prius in Regem Romanorum eligitur, quàm in Imperatorem promoveatur, *Aur. Bull.tit.2.* [*vid.c. solita, de major. & obedientia, l. inter claros. Cod. de summ.Trinit.* Anthon. Quert. *consil. 1. numer.11. &*
64 *seqq.*] Virtus namque † summæ potestatis non est posita in nomine, sed in plenitudine auctoritatis, Bald. *consil.228.* Paurmeister. *2. de jurisd. c. 4. numer. 47.*



CAPUT VIII.

DE CAUSIS DIMINUTIONIS IMperii Romani: Et in specie de Dominatione Pontificia 1. diminuendi imperii Romani causa, & fabulosa Constantini Magni donatione.

SUMMARIA.

1. Ut hominibus singulis sua adolescentia, robur, senectus, mors: Sic & Rebuspublicis; incipiunt, crescunt, stant, florent, & cadunt. Abeunt omnia in hunc nascendi, pereundiq; fatalem gyrum longævum aliquid admittunt, nihil perpetuum. 2. Gens olim amplissima orbi tremenda, nunc vel in orbe non extant, vel in angustias redacta alio sub nomine latent. Græcia dignitate orbis terrarum Princeps, regnum gentiumq; victrix, alienis excubat sedibus. 3. Ad finem properant, quæ ad invidiam perducta sunt.

4. Hodierna imperii facies cum prisca potentia collata, misera, atq; miseranda omnibus obvia est. 5. Ut ab initio nihil fortius fuit Romano imperio, sic in fine nihil debilius invenietur. Cui nihil olim defuit nisi medicum Orientis, nunc nihil superest, nisi modicum Occidentis. 6. Monarchia quarta pedibus incedit ex luto, & ære mixtis.

7. Diminutionis imperii Romani causa præcipuæ. 1. Dominatio Pontificia. 2. Exemptiones. 3. Dissensiones, & intestina odia.

8. Ex indulgentia piorum Principum vires sumpsit autoritas Pontificum. Pontifices cum Imperatoribus de summo Christiani orbis imperio dimicarunt, Principes ac civitates ad arma vocarunt. Non majorem cladē ab hostibus Christiani nominis, quàm à se ipsis accepisse videntur Christiani Principes, abutente Christianorum pastore, Christianorum principum viribus. 9. Papa certantibus Principibus se immiscens sub titulo arbitri, sic rem composuit, ut semper ad se aliquis fructus rediret.

10. Hac dominatio pontificia causa est Italia in partes divisa. Imperium Rom. ab Italia separatum semper visum fuit decrevisse.

11. Papalis Monarchia fundamenta super ruinis imperii fuerunt locata, Imperatoribus depressis Pontifices tàm in secularibus, quàm spiritualibus supremam sibi autoritatem asseruerunt.

12. Summi Principes in principio literarum ad Pontifices pedum oscula præmiserunt.

13. Papa quandoq; indignatus Regi Hispania-

rum, quòd non miserit Legatos ad adorationem exhibendam.

14. *Mos osculandi pedes Rom. Pontificum perantiquus unde introductus.* 15. *Carolus V. Imp. osculatus est pedes Clementis VII. Papæ in conspectu plurium Regum, Principum ac Dominorum.*

16. *Satis impudens traditio, post coronationem Papalem exeunde ab Ecclesia stapham equi Papalis Imperatorem tenere debere. Fridericum Barbarossam Imp. Papa impiis pedibus calcavit.*

17. *Guelpherum, & Gibellinorum factiones originem, & nomen unde traxerunt, ultra 300. annos Rempubl. Rom afflixerunt: Quorum hi Imperatori, illi Pontifici adhæserunt.*

18. *Pontifices hominum animos vanis superstitionum præstigiis fascinarunt.*

19. *Superstitione, & religionis velo nihil ad inebriandum & rectâ ratione spoliandum animum est efficacius.*

20. *Machiavelli dogma; prætextu sanctitatis, pietatis, & religionis potiùs, quàm exercitu regnum acquirendum, retinendum, & conservandum.* 21. *Semper religio, si populus ei assenserit, in imperii acquisitione primas obtinet.*

22. *Romani persæpe religionis prætextu usi sunt ad instituendam Rempubl. suscipienda bella.*

23. *Eadem religionis specie subditis simplicioribus Regum ac Magistratuum necem sub præmio vitæ æternæ persuaserunt.*

24. *Hac superstitione occupatis subditorum animis Pontifices Reges regere constituerunt, aut pro lubitu solio dejecerunt, aquâ & igni, sacrisq; omnibus interdixerunt.*

25. *Formula Excommunicationis Henrici IV. Imperat.*

26. *Pontificem solum jus & facultatem habere Imperatorem Roman. aliosq; Reges ab imperio removendi, ex modernis tuetur Iesuit. Iohan. Azori.*

27. *Benedictus XIII. Papa adversus Ludovicum XII. Galliæ Regem, publicis diplomatis populum ad defectionem sollicitavit.*

28. *Sixtus V. Papa Regem Navar. & Principem Condensem potestate & regno privavit, eorumq; subditos & vasallos à juramento fidelitatis absolvit. Verba illius Bullæ Pontificiæ.*

29. *Pontifices non solum fortunæ, sed & vitæ Principum insidias struxerunt.* 30. *De Gregorio VII. Papa & Henrico III. Imper. historia refertur ex Benone Cardinale.* 31. *Henricus VII. Imperator veneno in hostia Eucharistica insidiis Papæ sublatus.* 32. *Henricus III. Gallorum Rex à Dominicano Sacristculo ex insidiis venenato cultro peremptus.* 33. *Mariana Iesuita factum hoc apertiùs describit, rationem facinoris adponit, & addit, insignem hanc fuisse animi confidentiam, & facinus memorabile.*

34. *Idem Mariana, ut ejusmodi audacia tutior sit, tutius esse docet Tyrannum veneno necare, idq; exterius potius adhibendum.*

35. *Mariana doctrina de Regi & Tyrannicidio Sacris literis, & Christi doctrinæ prorsus est contraria.* 36. *Impia hæc doctrina meritò jam dudum Gangrensi Synodo reperitur damnata.*

37. *Imperii misera dilaceratio per ejusmodi excommunicationes, conspirationes, machinationes.*

38. *Papa Christi vices gerere, ejusq; vicarius esse volens, mandato ejus destituitur.*

39. *Regnum Christi uti plantatum ita & propagandum à Papa, verbo, non ferro, stylo, non pilo. Christus non sceptra imperii, sed claves regni cœlorum commisit Petro & Apostolis.*

40. *Dominatio hæc Pontificis prima fuit imperii diminuendi causa.*

41. *A pontificibus ad possessionem occupatarum ditionum, & titulum tuendum allegatur Constantini M. Imper. donatio, publico instrumento comprehensa.*

42 43. *Instrumentum publicum, maximè antiquum, & diu à partib. usurpatū, plenam facit fidem.* 44. *Estq; probatio probata.* 45. *faciens rem evidentem, & notoriam.* 46. *Maximè si verba obligationis & instrumenti clara sint.* 47. *determinat à pacto, lege, conventione, non egens aliâ determinatione.*

48. *Vetustatis auctoritas vim habet constituti, ac specialis concessionis imperatoriæ: pro privilegio, & veritate habetur.* 49. *Qui eam pro se habet, fundatam habet intentionem.* 50. *Etiam in his, quæ sunt de reservatis principis.*

51. *Præsumptio juris pro documento habetur idoneo.* 52. *& liquidissima est probatio.*

53. *Quæ in enodatione c. Constantinus tenenda, Miseri Legistæ tantum sudant disputando, an illud valuerit, quod nullo unquam tempore fuerit.*

54. 1. *Facti veritas. Ex actis vaticanis se hausisse testatur Bodinus, hanc fabulam longi temporis mendacia confinxisse.*

55. *In toto juris civilis corpore nullum usquam extar donationis hujus vestigium. Quæ notabiliter sunt, specialiter sunt notanda.*

56. *Apud historicos fide dignos, qui Constantini vitam, illiusq; temporis gesta scripserunt, de hac immensa*

mensa prodigalitate altum est silentium, nec ulla ab ullo ejus sit mentio. 57. *Verisimile non est, diligentem historicum minuta quævis enarrare, & majora silentio involvere.* 58. *Quod verisimile non est, nec probabile censetur.*

59. *Constantinus M. imperium regnaq; sua vivus adhuc inter filios suos divisit, quâ divisione Constanti attributa fuit Italia, ipsaq; Roma, & aliæ provinciæ. Duo unius rei insolidum non possunt esse Domini.* 60. *Hæc partitio à Patre inter liberos facta ultimæ voluntatis locum obtinet.*

61. *Falsis testimoniis donatio hæc fulcitur. Ridiculè Melchiades hujus donationis Sylvestro factæ adducitur testis, quem ante Sylvestrum Petri naviculam rexisse constat.*

62.63. *Inutiliter stipulamur rem nostram ratione dominii.* 64. *Inutiliter nobis legatur eadem res, eodem respectu.* 65. *Pluribus quidem ex causis res nobis deberi, sed semel tantùm nostra esse potest.*

66. *Bartolus non obscurè contra hanc donationem disputat. Et alii Pontificii tabulas hujus donationis minus sufficientes credunt.*

67. 2. *Futilitas & absurda d. cap. Cap. Constantinus, Palea est, ideoq; nulla veritatis grana ex eo colligere licet, quamvis ex ea palea piscator Romanus granaria sua auro repleverit.*

68. 1. *Absurdum. Quòd ab Imperatore Papa constituitur caput Ecclesiæ.* 69. *Imperator non habet jus constituendi caput Ecclesiæ. Christus solus est caput & fundamentum Ecclesiæ.*

70. *Non licet Imperatori, aut cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra divina mandata præsumere.*

71. *Pontifices variant in titulo.* 72. *Nihil magis contrarium certitudini, quàm variatio.* 73. *Ex depravato illo à Græcis mutato donationis Edicto, ambigua magis redditur, quàm probatur potestas Papæ, quæ non jure humano, sed divino nititur.* 74 *Ex pluribus causis res nostra esse non potest.*

75. 2. *Absurdum. In d. c. Principatus conceditur Papæ, expressè contra verbum Dei. Presbyteri non dominentur clero.* 76. *Etiam contra Canones. Qui primatum in terris quærit, inveniet confusionem in cœlis, nec inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit.*

77. *Iustinianus Imper. post* 200. *à Constantino annos Papæ primatum demum tribuit, tanquam rem litigiosam decidens.*

78. 3. *Absurdum. Hoc c. Papæ tribuit dignitatem imperialem, cōtra Canon. Militans Deo non debet se implicare negotiis secularibus. Distincta sunt munera Dei, imperium & sacerdotium.*

79. 4. *Absurdum. Constantinus Pontifici concessit primatum in* 4. *sedes præcipuas, Alexandrinam, Constantinopol. Post hanc concessionem demum fecit ædificare Constantinopolin.*

80. 5. *Absurdum. Capit. gloriatur, Pontifici concessum esse Palatium imperii, contra Ambrosium dicentem; ad Imperatorem pertinere palatia, ad sacerdotem Ecclesias. Solis principibus competit habere palatia, & propriè sunt domus principum.*

81. 6. *Absurdum. Hoc c. disponit de habitu Pontificis, & clericorum, cùm tamen Laico non liceat statutum facere in Ecclesia, de rebus, & personis Ecclesiasticis.* 82. 83. *Nec ulla, secundùm Pontificis sit jurisdictio Laici in cleri os.*

84. 7. *Absurdum. Donatio hæc facta dicitur Constantino, & Gallicano quartum Coss. cùm tamen Gallicanum non Constantinum, sed Symmachum collegam Coss. habuisse historia testentur.*

85. 3. *An Imp. potuerit donationem hanc facere? N. Donatio hæc intercessit de bonis & juribus, caput & cor imperii tangentibus.* 86. *Imperium non est in marsupio Principis, ut ejus jura profundare, & instar pecuniam per fenestram eiaculare liceat.*

87. *Imperator imperium non habet jure suo, sed jure legis Regiæ.*

88. *Nec fas est Regibus regni bona donando graviter lædere coronam.*

89. *Corona Domanium principis est ad instar dotis, quam maritus alienare non potest.*

90. *Donationes immodicæ à Ludovico XI. Galliarum Rege Ecclesiæ factæ vim nullam obtinuerunt.*

91. *Iura proprietatis, & dominii universalis non ad Principem, sed ad ipsum imperii corpus pertinent.* 92. *Arguit hoc usitatus hodie Imper. Rom. stylus in constitutionibus, privilegiis, mandatis & rescriptis.* 93. *Vox* unser/ *& verba* des H. Reichs/ *quid impertent.* 94. *Proprietas seu directum dominium non est de ratione & substantia regiæ dignitatis, sed potiùs plenaria potestatis & Majestatis usus.*

95. *Caroli V. Imp. Paulo III. Pontifici candidè facta responsio, de alienatione Parmæ & Placentiæ.*

96. *Sine consensu Electorum Regi aut Imperatori Roman. non licet imperii proprietatem alienare, aut oppignorare hæreditariè.*

97. *Objectio. Imperator est mundi Dominus. Quilibet rei suæ moderator, & arbiter.* 98. *Responsio ad eandē. Imperator imperii Dominus dicitur, quando Rempubl. administrat, non quando imperium spoliat.*

liat. Dominus est quoad jurisdictionem, protectionem & administrationem, non quoad alienationem.

99. *Imperator imperium diminuendo, ac velut viscera ejus eviscerando fit homicida propria dignitatis.*

100. *Bona sunt secundus hominis, & tanta dignitatis sanguis. Ut sanguis vehiculum anima, & vita naturalis, ita bona vehiculum vita civilis.*

101. *Qua dignitatem & Majestatem imperii lædunt, nec facere posse Imperatorem credendum est.*

102. *Honeste non possumus, quod est contra leges.*

103. *Ipsorum Pontificum leges huic donationi contrariantur.* 104. *Et ipsis divinis repugnat legibus Ad Cæsares imperia, ad sacerdotes pertinent ministeria.*

105. *Ecclesiæ interest plus æquo non dotari. Quò enim magis ditescit, eò magis periclitatur. Sub Christianis Imperat. profecit Ecclesia opibus, defecit verò virtute.*

106. *Constitutiones & rescripta, contra jus elicita, & petenti non convenientia, ipso jure nulla sunt.*

107. *Respondetur ad dubitandi rationes. Præcipuum instrumenti fundamentum, & radix est rei gestæ series, & ipsius facti veritas, quâ deficiente, fides instrumenti labascit. Veritas majorem vim habet, quàm instrumentum.*

108. *Instrumentum de rebus illicitis, & alienari prohibitis, non valet. Notarius tale conficiens infamiâ notatur.*

109. *Probatio evidens ex instrumento resultans tunc demum obtinet, si non est suspectum.* 110. *Etiam antiqua sæpè instrumenta suspecta, vitiosa, & supposititia sunt.*

111. *Argumentum ab absurdo firmum in jure censetur, maximiq; vigoris, & fortitudinis.*

112. *Instrumentum incurrit falsitatem, quando non potest salvari commodâ interpretatione.*

113. *Non verisimilia falsitatis habent imaginem.* 114. *In omni probatione verisimilitudo maximopere attendenda.* 115. *Donatio hæc nec verisimilis, nec probabilis censitur.*

116. *Veneranda est vetustas, modò justa, & verisimilis sit.* 117. *Vetustas opinionis errori non patrocinatur.* 118. *Veritas magis, quàm vetustas sequenda.* 119. *Veritate illucescente omnis & possessio, & præscriptio, & consuetudo evanescit, velut umbra.*

120. *Ea non est vetustatis autoritas, ut ea, quæ Principi in signum superioritatis reservata sunt, absumere possit.*

121. *Malæ fidei possessor ne quidem immemoriali tempore præscribit.*

122. *Omnes scire debent, quod suum non est, hoc omnibus modis ad alios pertinere.*

123. *Bonæ fidei possessor censeri non potest, qui contra Canonum austeritatem, & legum interdicta mercatur, & rem detinet.*

124. 4. *An revocari de jure possit hæc donatio? A. Quod de facto processit, de facto dissolvi meretur.*

125. *Iuramentum, quo successores talem donationem confirmarunt, pro nullo habendum.*

126. *Constantinus IV. Romam sibi reddi poposcit.* 127. *Maximilianus I. non semel in animo habuit jura imperii vindicare.* 128. *Carolus V. Electorum literis instigatus, ut caput imperii recuperaret. Facerem, respondit, nisi me religio deterreret.* 129. *Nullo religio obstat, imperii sui sedem, & augustissimum illud terrarum capitolium recuperare.*

130. *Hæc donatio si unquam facta, propter summam Pontificum in Impp. ingratitudinem, & injurias atrocissimas revocari posset.* 131. *Grave est ab illo pati injuriam, in quem collatum est beneficium. Bernhardi Descriptio ingratitudinis: Ratio naturalis liberis parentum bona adjicit.*

132. *Ingratitudo debitum naturæ absorbet, & liberos exhæredes facit.* 133. *Magnus libertatis favor, ejusq; thesaurus inæstimabilis. Ingratitudo auream naturæ libertatem durissimo servitutis jugo premit, revocando libertum in servitutem.* 134. *Ingratitudo filium emancipatum iterum patria potestati subjicit, vasallum feudo privat, militem cingulo militiæ spoliat.*

135. *Ingratus ex quibus causis fieri dicatur.*

136. *Ingratitudinis causæ omnes in Pontificibus anterioribus concurrunt, cùm una ad effectum revocationis sufficiat. Nihil interest, an impias manus, an verò pedes donatarius donatori inferat.*

UT hominibus † singulis adolescentia sua, 1 robur, senectus, mors: Sic & Rebuspublicis: incipiunt, crescunt, stant, florent, atque omnia ideò, ut cadant, inquit Just. Lips. *lib. 1. de constant. c. 16.* cum quo ulterius mihi exclamare fas sit: O mira & nunquam comprehensa necessitatis lex! abeunt omnia in hunc nascendi pereundique fatalem gyrum, ne quicquam stabile aut æternum arbiter ille rerum esse voluit, præter ipsum. Alternæ sunt rerum humanarum vices, & tanquam in Oceano æstus, & longævum aliquid admittunt, nihil perpetuum. [Confer Thuan. *lib. 1. Histor. Carion. in Chron. de tertio Bell. Punic. circ. fin* ubi de excidio Carthaginis.

Comi-

Cominæus *lib. 6. Comment. circ. fin. & in fin.* ubi de Domus Burgund. ex fortuna varia. Onuphr. Panvin. *in præfat. lib. 2. Rom. Princip.* Goldast. *in*
2 *replicat. pro Imper. cap.* 10. Hinc est, † ut quæ olim amplissimæ erant, atque orbi pene universo tremendæ gentes, nunc vel in orbe non extent, vel in angustias redactæ, alicubi alio sub nomine lateant, ceu multis persequitur Lazius, *de migrat. gent. in præfat. fol. 5. & toto opere.* Græciam, dignitate orbis terrarum Principem, Regum gentiumq; semper victricem, alienis excubare sedibus, conqueritur Justin. *lib. 8. histor.*

——————sic omnia verti
Cernimus, atq; alias adsumere pondera gentes,
——————sic Medus ademit
Assyrio, Medoq; tulit moderamina Perses,
Subjecit Persen Macedo, cessurus & ipse
Romanis. ——

Claudian. *lib. 3. in laud. Stellicon.*] Imò
——————in se magna ruunt
Summisq; negatum stare diu.

3 Ad finem enim properant, † quæ ad invidiam perducta sunt, Zach. Victor. *de exemption. concl. 2. ubi cum Claudian. Poët. querelatur:*
Hei mihi quò Latiæ vires, urbisq; potestas
Decidit?

4 Imperii enim facies hodie, † si cum prisca potentia conferatur, miseria, divulsis membris non coalescentibus, atque miseranda omnibus obvia est, hærentque in ipsis venis & visceribus mala, quibus Reipubl. Romanæ corpus læditur, Eberhard. Weih. *in dissertat. utrius regn. condit.* [Sicut ab initio nihil fortius fuit Romano im-
5 perio, † sic in fine nihil debilius invenietur. Hieron. *in Commentar. ad cap. 2. Daniel.* Goldast. *in replicat. de imper. cap.* 10. Cui nihil olim defuit, nisi modicum Orientis, nunc proh dolor nihil superest, nisi modicum Occidentis, *ex Francisc. Petrarch.* refert Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Polit. in vita Wencesla. Imper. sub Anno* 1379. *p. m.* 877. Et vix quadragesimam portionem veteris Monarchiæ æquare modernas possessiones scribit Marquard. Freher. *in Not. ad Petr. de Andl. c.* 18. *in fin.* Et ita, ut Tragædus ait:
Quicquid in altum,
Fortuna tulit, ruitura levat.]

adeoq; ex Prophetæ vaticinio eò deventum, ut
6 pedibus † Monarchia quarta incedat ex luto & ære mixtis, & nisi PLANTARIUM pedis ferreum permansurum divina ominarentur oracula, quis de totali interitu dubitaret? *Dan. 2. v. 41. Et passim. t.*

Ut autem misso ulteriori prologo ad ipsas diminutionis causas † deveniam, hasce præcipuas 7
invenio. 1. Dominationem Pontificiam. 2. Exemptiones. 3. Dissensiones, & intestina odia.

Dominationem † quod attinet Pontificiam, 8
notum est ex historiis & aliis scriptoribus, quòd sicut indulgentiâ piorum Principum vires sumpsit auctoritas Pontificum, ita etiam in eorum Majestatem progressu temporis vehementius sævire cœpit, ut tandem Pontifices cum Imperatorib. Romanis de summo Christiani orbis imperio dimicarent, & quasi Duces partium omnes Christianos Principes ac civitates ad arma vocarent, tantisq; odiis exarserunt; ut non majorem cladem ab hostibus Christiani nominis, quàm à seipsis accepisse viderentur, Bodin. *t. de republ. c. 9 p.* 204. [abutente Christianorum pastore, Christianorum Principum viribus, ut scribit August. Thuan. *lib. 1. histor.*] Vel si inter duos † Principes bello certaretur, Papa se certanti- 9
bus immiscens sub titulo arbitri, sic rem componebat, ut semper ad se aliquis fructus rediret, Petr. Molinæus *de Monarch. Pontific. Rom. cap.* 23, *pag.* 315.

Et eadem hæc dominatio Pontificia † in 10
causa est, cur Italia in partes divisa diversis Principibus pareat, Machiavel. *lib. 1. disp. c. 12. p. mihi* 61. Et postquam imperium Roman. ab Italicis fuit separatum, semper visum fuit decrevisse, ut dicit Bart. *in tract. de regim. civit. circ. fin.* Restaur. Gastald. *de Imperat. Roman. q. 4. sub num. 4.* ubi rationem hujus reddit hanc, quòd cum non modò in res sacras, sed etiam in res humanas imperium sibi vendicaverit Romana Ecclesia, non habuit illa quidem tantas vires, ut universam Italiam occupare potuerit, sed neque interim tam debilis fuit, qui n evocare posset ad se aliquem Præpotentem Principem adversus eos, quorum potentia illi in Italia formidolosa videretur. Quamobrem Papalis Monarchiæ † fundamen- 11
ta, super ruinis imperii fuerunt locata, Petr. Molin. *de Monarch. Pontific. Rom. c.* 23. [Vid. Onuphr. Panvin. *de Episcop. Titul in descript. Cardin.* ubi dicit, Imperatoribus depressis, Pontifices tam in secularibus, quàm in spiritualibus supremam sibi auctoritatem asseruisse. Et hac de re pluribus disseruit, Albert. Krantz. *de ruin. Imper. Rom.* Philipp. Nicol. *de Regn. Christi, lib. 1, cap. 7.*] So-

let enim unius generatio,alterius esse corruptio.

Auctâ Pontificum potentia, tanto ambitionis vento inflari cœperunt, ut absolutam in omnes terrarum Principes sibi potestatem fingerent, in omnium fortunas sævirent, & ad oscula suorum pedum adigerent, ita ut summi Principes in principio literarum ad Pontifices præmi-
12 serint: † *Post pedum oscula beatorum*. Quæ verba in omnibus Imperatorum ad Romanũ Pontificem literis jam inde à Ludovico Bavaro ad sua usque tempora reperiri dicit, Bodin. *d.c.9.p.215.in fin.* Et in literis Ferdinandi Imperatoris ad Pontificem de Anno 1559. talem reperiri subscriptionem idem Bodin. *refert*: Ego manus ac pedes vestræ sanctitatis deosculor.*p.* 216. [Papam
13 quandoque indignatum † Regi Hispaniarum, vel ex hoc, quòd ad se non miserit legatos rex, qui creato Pontifici adorationem pro more exhibuissent, ex Guiceiardin. *lib.* 7. refert Alberic. Gentil. *de Legation.c.*7. Morem osculandi pe-
14 des Romanorum Pontif. perantiquum † introductum esse eò, quòd Roman. Pontifex tãquam supremus vicarius, repræsentet in terris Christum, scribit Johan. Azori. *Instit. Moral. lib.5.cap. ult.* 43. *circ.fin. vers. Mos osculandi pedes*, addens, quòd Magdalena Christi Domini pedes osculando, suorum peccatorum veniam impetraverit. Idque exemplo Caroli Magni Imperatoris, qui Adriani Pontificis pedes osculatus & multorum subsequentium Imperatorum imitatione firmat ibid. Azori.]

15 Carolum V. † Imperatorem invictissimum osculatum esse pedes Clementis VII. Papæ in conspectu Regis Franciæ, Navarri, Ducis Sabaudiæ, Bovillon. Florent. Ferrar. Witteberg. & aliorum plurium Principum ac Dominorum, qui omnes etiam Beatos pedes sanctissimi Patris osculati sunt, refert Mart. *de jurisd.p.* 1.*c.*18.
16 *numer.* 20. ubi satis impudenter etiam tradit † quòd post coronationem Papalem, exeundo ab Ecclesia, stapham equi Papalis Imperator tenere debeat, atque deinde ducere equum per frenum aliquantulum itineris. Taceo, quòd Fridericum Barbarossam, unctum Domini, pedibus impiis calcarit, referens illud Psalmistæ, su-
17 per aspidem & Basiliscum ambulabis. Ex his † principiis gravissimæ istæ factiones Guelphorum & Gibellinorum originem traxerunt & Rempubl. Romanam [ultra 300. annos afflixerunt Dresser. *in Millenar.6.p.m.*356.] Cùm enim illa discordia inter Fridericum Barbarossam diu durasset, magna pars Italicorum Fidelitatis datæ memores Imperatori Friderico excommunicato & deposito adhæserunt, & illi dicti sunt Gibellini, quasi adhærentes Domino de Gebello. Nam Friderici generis origo à Weiblingis erat, unde appellati sunt Guiblingini, id quod mutato nomine Gibellini dixerunt Itali, Cario *in Chronic. lib.* 5. *in vit. Frideric. Barbaross.* Alii verò adhæserunt Pontifici & dicti fuerunt Guelphi quasi Zelatores fidei, ex ratione, quam tradit Bart. *in tractat. suo de Guelph. & Gebellin. num.*1. Et hoc Guelphorum genus perpetua odia exercuerat adversus sanguinem Friderici, Cario *in Chron. supra alleg. loc.* Et cùm secta Pontificis sub sancto fidei prætextu vi & multitudine superior extitisset, eâ gloriâ tantum intumuerunt Ponti-
fices † anteriores, ut Principes pulverem pedum 18
suorum ultrò non lingentes, excommunicationis fulmine terruerint, sacrorum usum interdixerint, subditos jurisjurandi nexibus solverint & regnis spoliarint [Confer Goldast. *in Replicat. pro Imper.c.*13.]

Idque eò potuerunt faciliùs, quò fortius hominum animos vanis superstitionum præstigiis fascinarant, qui eos minimè errare posse ob divinitatis, minimeq; velle ob pietatis opinionem autumabant:

Tanta fuit stolidi patientia plumbea mundi.

Nam superstitione † & religionis velo nihil ad 19
inebriandum & recta ratione spoliandum animum esse potest efficacius. [Acaci. Enenkel. Baro, *in Sejano suo, c.*3.*p m.*91.]

Hinc Machiavelli circumfertur dogma: † 20
Satius esse prætextu sanctitatis, pietatis & religionis potiùs, quàm exercitu regnum acquirere, retinere & conservare, Waremund. ab Ehrenberg/1. *de fœderib cap.*1.*nu.*46. [Et semper religionem, sive vera sive falsa fuerit, † modò popu- 21
lus ei assenserit, in imperii acquisitione primas obtinuisse, cùm hominũ corda & mentes, à quibus corpus ipsum, arma & linguæ, ceu instrumenta regni, dependent, sibi devinciat, scribit Thom. Campanell. *in Discurs. de Monarch. Hispan. c.*5. ubi hoc exemplis Julii Cæsaris, Cyri, Alexandri Magni & aliorum illustrat.] Sic & Romanos
† persæpè religionis prætextu usos esse, cùm 22
ad instituendam rempubl. tum ad suscipienda bella, sedandasq; seditiones & tumultus, multis exemplis docet idem Machiav. *lib.* 1. *discurs.c.*14.

Eadem

23 Eadem religionis specie † simplicioribus per-
suaserunt subditis, fas eis esse ex jussu Pontificis,
à Magistratus ordinarii, non viventis ad nutum
Pontificis, jurisdictione se eximere, Regesq; &
Dominos interficere, ac parricidiis istis & sce-
leribus, in præmium obedientiæ religiosæ, æter-
nam vitam metere.

Hac superstitione occupatis subditorum ani-
24 mis, Pontifices, prout hujus † vel illius Princi-
pis ac Regis causam probarunt vel repudiarunt,
ita eos regere constituerunt, aut pro lubitu so-
lio dejecerunt, Arnis. *lib. 2. de jur. Majest. cap. 6. nu.*
5. Matt. *de jurisd. part. 1. cap. 29. num. 12.* aquâ &
igni, sacrisq; omnibus interdixerunt, ut de Gal-
liæ Rege refert, Bodin. *6. de repub. c. 1. p. 994. vers.
quia tamen.* [Hujus asserti juris Pontificii ratio-
nes, Celestini Pap. contra Henric. VI. Imperat.
refert Lehnman. *in Chronic. Spirensib. lib. 5. cap. 68.
per tot.* ubi vid. etiam rationes plurimas in con-
trarium.]

25 Excommunicationem † Henrici IV. hac for-
mulâ edidit Papa: *Toto regno Germaniæ atq; Ita-
liæ ei interdico, & omnes Christianos vinculo Sacra-
menti, quo se illi obstrinxerunt, exsolvo, & ne quis-
quam ei, ut Regi obtemperet, veto*, Sigon. *lib. 9 hi-
stor. Ital.* [vid. etiam Cuspinian. *in vit. Henric. IV.*]

26 [Et quòd Pontifex solus, † jus & facultatem ha-
beat Imperatorem Romanum ab Imperio re-
movendi, ex modernis adhuc tuetur Jesuit. Joh.
Azor. *Instistut. Moral. lib. 10. cap. 8. vers secundò quæ-
ritur, part. 2.* Idemque de aliis Regibus asserit &
multis adductis exemplis firmat idem Azori. *lib.
11. cap. 5. vers. octavò quæritur, & vers. seqq. d.
part. 2.* ubi etiam ad contraria argumenta re-
spondere conatur, *& lib. 4. c. 20. vers. vigesimum
secundum, part. 2.* Idque probare consuetudinem
receptam in Ecclesia ibid. scribit.]

27 Benedictus XIII. Papa † adversus Ludovi-
cum XII. Galliæ Regem, qui Patris Patriæ no-
men adeptus est, publicis diplomatis populum
ad defectionem sollicitavit, & subjectis facibus
inflammare conatus fuit, quæ tamen curiæ Pa-
risiorum decreto publicè lacerata & concisa fue-
runt, Bodin. *1. de republ. c. 9. pag. 219.*

28 Sixtus V. Papa privatis Rege Navarro, † &
Principe Condensi, potestate & regno Anno
1585. mense Septembr. absolvit Vasallos & eo-
rum subditos à juramento fidelitatis præstito,
ut ostendunt verba illius *Bullæ circ. fin. ibi, Quin
etiam Proceres, Feudatarios, Vasallos subditos, & po-
pulos regnorum, ducatuum, principatuũ, & aliorum
dominiorum prædictorum etiam alium superiorem
non recognoscentes, & cæteros omnes, qui illis quomo-
docunq; juraverũt à juramento hujusmodi ab omni
prorsus dominii, fidelitatis & obsequii debito perpetuò
absolutos esse, pro ut nos illos omnes, tam universim,
quàm singulatim, auctoritate præsentium absolvi-
mus ac liberamus, præcipimusq; & interdicimus eis
universis & singulis, ne illis eorumq; monitis, legibus
& mandatis audeant obedire*, quæ verba recitat
Matt. *de jurisd. part. 1. cap. 28. n. 12.* auctor *Bruti Ful-
min p. 195.* [vid. Gualther. *in Chronolog. Ecclesiasti-
co-polit. sub Anno* 1585.]

Imò non solùm fortunæ, sed etiam vitæ † 29
Principum insidias struxerunt, & alios ut idem
facerent, spe futuræ salutis pellexerunt. De Gre-
gorio VII. Papa & Henrico III. Imper. histo-
riam refert Beno Cardinalis in hunc modum.

Imperator † Henricus III. inquit, solitus erat fre- 30
*quenter ire ad orationem, ad Ecclesiam sanctæ Ma-
riæ quæ est in monte Aventino: Hildebrandus autem
qui postea Pap. factus, Gregorius septimus appellatus
est, cum per exploratores suos omnia ejus opera solli-
citè inquireret, locum in quo frequentius Imperator
orabat, notari fecit: & quendam promissa pecuniâ ad
hoc induxit, ut supra trabes Ecclesiæ occultè lapides
magnos collocaret, & ita aptaret, ut de alto super ca-
put orantis demitteret, & ipsum cõtereret. Quod mi-
nister tanti sceleris cum festinaret implere, & lapi-
dem magni ponderis super trabes aptare vellet, lapis
pondere suo eum traxit, & ille miser homo Dei judicio
in pavimentum Ecclesiæ cecidit & eodem lapide pe-
nitus contritus est*, cujus Benonis verba refert auctor
Bruti Fulmin. p. 9. in fin. & seq. [vid. Goldast. *in re-
plic. pro Imper. cap* 13. ubi de Henrico VII. † vene- 31
no in hostia Eucharistica insidiis Papæ sublato
& alia recenset exempla.]

Recens hujus rei exemplum in Henrico III.
Gallorum Rege, † à Dominicano sacrificulo ex 32
insidiis sceleratâ audaciâ icto, ut valdè qui pro-
bant facinus de cœlo dato cœsoq; Waremund.
ab Ehrenberg/ *1. de fœderib. c. 1. n. 46.* Aliis tamen
sincerior factum hoc apertius describit Marian.
Jesuita, † dum ita scribit: jaceat Henricus III. 33
manu Monachi peremptus medicato cultro in
viscera adacto, *lib. 1. de regis institut. c. 6. pag. 51.
edit. Mogunt.* ubi etiam rationem facinoris ad-
ponit hanc: Quia videlicet Henricus III. soro-
rio Henrico Vindomiensi hæretico regnum re-
linquere parabat.

[Et ne quis Monachum privato id consilio & arbitrio fecisse arbitretur, ulterius *p. 53. ita scribit:* Jacobus Clemens nomine, in sui ordinibus collegio Dominicano Theologiæ operam dabat: *certior factus à Theologis quos sciscitatus jure Tyrannum interimi posse, acceptis ab* [illegible] *literis regis perimendi causa in castra abiit, additq; insignem hanc fuisse animi confidentiam & facinus memorabile.*

34 Quamobrem † ut ejusmodi audacia sit tutior, *in c. 7. ejusd. lib. 7. docet*, tutius esse Tyrannum veneno necare, hoc tamen temperamento, ut non ipse, qui perimit, prior venenum haurire cogatur, ideoque exterius potius adhibendum docet, cùm tanta sit vis veneni ut sellâ aut veste eo delibutâ, vim interficiendi habeat. Vel denique linteis, armis, ephippiis, ocreis & similibus venenum addat, & ita plurimos feliciter interfectos exemplis edocet.

35 Hæccine † cum sacris literis & Christi doctrinâ conveniunt? Christus jussit, Magistratum etiam infidelem & impium honorare & pro eo orare, idemque fecerunt Apostoli. Mariana verò modos interficiendi docet. David Saulem Tyrannum interficere in spelunca cùm sine omni periculo posset, dixit: Absit, ut violentas manus uncto Domini inferam. Mariana verò dicit insignem esse confidentiam & laudandam, si quis Tyrannum interficiat. Est autem ipsi etiam Tyrannus, qui aliam quàm Romanam Religionem profitetur.

36 Hæc doctrina ut impia, † ita meritò jamdudum Gangrensi synodo reperitur damnata, hac forma: *Si quis docet, servum pietatis prætextu contemnere Dominum, & à ministerio recedere, ac non cum benevolentia & omni honore Domino suo inservire, sit anathema, c. si quis, 17. quæst. 3.* Et Justinian. Imper. prohibet præsidibus, ne quid contra suas jussiones religionis occasione fieri permittant, *Nov. 17. c. 11. confer* Petr. Molin. *de Monarch. Pontific. Roman. c. 2.*

Hisce & similibus perniciosis Principum de-
37 positionibus, † excommunicationibus, subditorum exemptionibus & in Principem conspirationibus, imperii Majestas miserè lacerata fuit, occupatæ ditiones, avulsa regna & pessundatæ provinciæ.

38 Deficit hic rursus † mandatum Christi, quod tamen omninò Papa ostendere debet, si Christi vices gerere ejusq; Vicarius esse velit, *arg. l. 1. C. de mandat. princip.* Christus nullum Regem fraude vel vi de solio deposuit, nullum armavit filium in patrem, subditum in Principem: vim ipse pertulit, non intulit, *cap. Episcopum, distinct. 45. c. licet, eod.* ejusque arma non carnalia, sed spiritualia fuerunt, 1. *Cor* 10. *v.* 4. Widrington. *Jesuit. Angl. de juramento fidelitat. cap. 3. sect. 2.* idem convenire vicario, † cui *verbo* non *ferro, stylo* non 39
pilo, ut plantatum, ita propagandum esset regnū Christi, non regnum mundi, neque enim sceptra imperii, sed claves regni cœlorum Dominus commisit Petro & Apostolis.

Hæc itaq; dominatio † Pontificis prima fuit 40
imperii diminuendi causa, per quam non solùm multas imperii Romani ditiones à Corona imperii avulserunt, & ad se transtulerunt, sed etiam sparsis dissidiorum in imperio seminibus & multis bellis attritis Principum viribus, aliis invadendi ansam præbuerunt.

Et quoniam, Pontifices † non solùm bonæ 41
fidei possessores occupatarum ditionum, sed ex legitimo & jure approbato titulo veros dominos se esse palàm profitentur, ad ejusq; rei fidem faciendam allegant Constantini Magni Imperatoris donationem instrumento publico comprehensam & recensitam, *in cap. Constantinus, distinct. 96.*

Jam verò noti juris, quod instrumentum publicum plenam † fidem faciat sine alio admi- 42
niculo, Innocent. *in c. 2. x. de fid. instrument. text. in l. 15. C. de fid. instrument l. 18. C. de probat.* [Joh. Gœdd. *consil. Marp. 16. num* 204.] maximè † si sit 43
antiquum, Innocent. *in c. veniens, de V. S.* Vincent. Honded. 2. *consil.* 31. *numer.* 6. & diu à partibus ita usurpatum, *l. si filiusfamilias, ff. ad SCt. Macedon.* Estq; † probatio probata & non pro- 44
banda, Bald. *in l. interest, num.* 1. 2. *C de solution l. ult. C. de usur.* Dec. *consil.* 118. Jason. *in l. admonendi, num.* 154. *ff. de jurejurand.* faciens † rem eviden- 45
tem & notoriam, *cap. cum dilecti, ubi Panormitan. x. de donation.* Wesenbec. *cons.* 14. *num.* 1. quod sine dubitatione procedit, si verba obligationis † & 46
instrumenti clara sint, Tiber. Decian. *consil.* 72. *numer.* 3. *volum.* 2. *per l. ancillæ, C. de furt. l. quod Labeo, ff. de Carbon. edict. l. continuus, § cum ita, ff. de V. O.* Joh. Gœdd. *in respons. jur. de restitut.* Baron. Vallendar. *numer.* 5. Hic autem verba instrumenti sunt clara & aperta ex mente contrahentium, ideoque determinata † pacto, lege sive conven- 47
tione, non egent alia determinatione, *l. certus, generis,*

generi, 13. §. *si locus*, *ubi* Batt. *ff. de servitut. rust. prad.*

48 Cui pro secundo accedit † veneranda vetustatis auctoritas, *Nov.13 c.3.* quæ habet vim constituti, *l. hoc jure. §. ductus aqua*, *& ibi Dd de aqu. quotid. & astiv.* Modestin. Pistor. *conf. 12. num. 44. volum. 1.* ac specialis concessionis Imperatoriæ, Afflict. *in cap. 1. § si quis per triginta, numer. 10. si de feud. controvers. sit*, *inter Dn. & agnat.* Gabriel. *comm. conclus. lib. 5. tit. de præscript. concl. 1. num. 1.* Mynsing. 2. O. 30. Sixtin. *de regalib. lib. 1. c. 5. num. 138.* pari passu cum privilegio ambulat, *l. 1. C. de servit. l. 1. §. fin. de aqu pluv. arc.* Zas. *2. consil. 16. nu. 14.* pro veritate habetur, Bald. *in c. cum causam, vers. porrò, de probat. gl. in l. 1. C. de servitut.* Regiæ auctoritati æquiparatur, Ernest. Cothman. *2. consil. 79. n 71.* Et habet justitiam permanentem, Bald. *ad c. 1. §. cum autem, de controv. investit.* Rol. à Vall. *consil. 3. n 96. vol. 1.*

49 Itaque qui eam † pro se habet, fundatam habet intentionem, dato quod aliud privilegium non ostendat, Angel. *ad l. hoc jure, §. ductus aqua, ff. de aqu pluv. arc.* Dec. *consil.* 85. *colum. 2.* Etiam

50 in his, quæ sunt † de reservatis Principis, *c. super quibusdam, § præterea, x. de V. S.* Paris. *consil. 114. num. 1. volum. 1.* Roland. à Vall. *consil. 89. num. 16. vol. 2.* Gœdd. *in respons. jur. de restitut.* Baron. Vallend. *num.* 485. Militat ergò maxima præsumptio & probata probatio pro dicto donationis instrumento, *l. cum precib. ubi gl. Cod. de probat.* Vincent. Honded. *d. consil. 31. num. 4.* Quæ præ-

51 sumptio † juris pro documento habetur idoneo, *l. sive, C de probation.* Wesenbec. *in paratit. de*

52 *fid. instrum. num.* 15. & liquidissima † probatio, Geil. *2. obs. 97.*

Verùm eum d. c. Constantinus, resolutio ab Amplissima facultate Juridica pro experimento, cùm gradus Doctorales Giessæ peterem, mihi injuncta fuerit, eam, qualem tunc temporis pro virium modulo & temporis brevitate adornare licuit, huic tractationi subnectere volui, cum aliàs de hac quæstione plurima extent eruditissimorum virorum scripta, quos, qui pleniorem declarationem desiderat, adire potest, ego saltem brevem illam resolutionem subjiciam, ex qua facilè apparebit, quanta sit adhibenda fides huic instrumento.

In Examine autem d. c. hunc ordinem secutus fui breviter. 1. Num illa donatio unquam

53 facta, † ne illud incurrerem, quod Æneas Sylvius Pontifex deinceps factus & Pius II. denominatus, dixit, miseros Legistas tantùm sudare disputando an illud valuerit, quòd nullo unquam tempore fuerit, referent. Plin. *in c. solita, num. 5. x de major. & obed.* Laurent. Ohm *de jur. Episcop. conclus. 7.* 2. Quibus absurdis, *c. istud refertum*, quæ fidem veritatis denegant. 3. an Constantinus potuerit donationem hanc facere, & Papa recipere. 4. An si facta esset, revocanda de jure & revocabilis foret.

1. Fact. veritatem quod attinet, verissimum puto, quod ex actis Vaticanis se hausisse testatur Bodin. † Hanc fabulam longi temporis men- 54
dacia confinxisse, *lib. 1. de republ. c. 9. p. 221.*

Primò enim nullum usquam † in toto juris 55
civilis corpore extat donationis hujus vestigium, cum tamen, ut JC. monet, ea quæ notabiliter fiunt, specialiter sint notanda, *l. item apud. §. ait prætor, ff. de injur. Muscorn. de jurisdict. nu.* 24, Cacheran. *decis. 13. n. 43.*

2. Non infirmum argumentum contra fabulosam illam donationem desumitur ex taciturnitate † Historicorum fide dignorum, qui Con- 56
stantini vitam & illius temporis gesta scripserūt, ut fuit Eusebius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Ruffinus, & alii, quos refert Arnis. *in tractat. de temporal. Pontific. potest.* Platina, etsi vasa argentea, aureaq;, item reditus, quos luminaribus Petri & Pauli Constantinus Sylvestro assignarat, accuratissimè recenseat, minimè tamen hujus immensæ prodigalitatis mentionem facit. Platin. *in vit. Sylvest.*

Verisimile autem † non est, velle quempiam 57
diligentem Historicum, minuta quævis enarrare, & majora silentia involvere. Quod verò verisimile † non est, nec probabile censetur, *l. 13. de* 58
probationibus.

3. Constat Constantinum M. imperium † re- 59
gnaq; sua, vivum adhuc inter filios tres divisisse, eoq; mortuo talem divisionem ratam fuisse habitam, qua Constanti attributa fuit Italia, ipsaq; Roma & aliæ provinciæ, *testante idipsum Zonara in vita Constant. in pr. refert auctor Bruti Fulmin. in §. soluta potest, n. 44.* Arnis. *alleg. loc.* Quomodo itaque duo unius rei in solidum potuerunt esse Domini? Quomodo Imper. translatum imperium potuit dividere; nec enim testamento locus est in ea re, quæ jam inter vivos alienata est, *l. 6. de testament. l. sequens, de legat.* 2. Hæc autem partitio † facta à patre inter liberos ultimæ voluntatis 60

locum obtinet, *l. penult. l. ult. Cod. famil. ercisc.* in-
curreret etiam ipse Constantin. dividendo ma-
ledictionem in fine appositam, ignem videlicet
inferni.

61 4. Falsitas † apparet hujus donationis, quòd
falsis testimoniis eam probare conantur. Citant
enim Melchiadem seu potius Miltiadem testem
hujus donationis Sylvestro factæ, quem ante
Sylvestrum Petri naviculā rexisse constat. & ipse
Covarruvias, donationis hujus defensor asserit,
ridiculè Melchiadis ad hoc adducit testimoniũ,
lib. 4. var. resolut. cap. 16. nu. 8. testatur etiam Dn. D.
Helvic. *in Theatr. suo historico in vitis Pontific.* Aut
itaque Sylvestro non est facta donatio, aut testa-
ri non potuit de ea Melchiades, qui antecessit
Sylvestrum. Atqui secundùm Papicolas Sylve-
stro est facta donatio. Ergò Melchiadis testimo-
nium falsò adducitur.

62 5. Si jam omnia † occidentalia donasset Con-
stantinus Pontifici, quorsum opus erat liberali-
tate nova Pipini, Caroli, & Ludovici? Inutiliter
63 † enim stipulamur rem nostram ratione domi-
64 nii, *l. 31. de V. O.* inutiliter † nobis legatur eadem
res eodem respectu, *§. 10. instit. de legat.* Pluribus
65 † quidem ex causis res nobis deberi, sed semel
tantùm nostra esse potest, *l. non ut, de R. I.*

Denique accedit ipsorum Pontificiorum te-
66 stimonium, † Bart. *in proœm. ff. n. 14.* multis non
obscurè contra hanc donationem disputans, tan-
dem concludit: *videte quia nos sumus in terris Ec-
clesia, idcircò dico, quòd illa donatio valet*, Covarruv.
lib. 4. variarum resolut. c. 18. num. 8. Licet verita-
tem apertè confiteri cogatur, tamen auctorita-
tem Ecclesiæ sibi obstare dicit, quò minus eam
profiteri possit, quasi tabulas donationis minus
sufficientes crederet. Ipse Papa Æneas Sylvius in
dialogo, quem in Germania edidit: Veneti in re-
sponsis contra Paulum V. editis. Alia impugnan-
tia historicam fidem, colligit Auctor *Bruti Ful-
min.* quæ hîc omnia enumerare non est instituti
nostri.

67 Ad secundum venio, nimirum futilitatem †
& absurda ipsius capituli. Cum enim hoc c. Pa-
lea sit, ideoque nulla veritatis grana, ipsis etiam
plerisq; Canonistis assentientibus, ex eo colli-
gere licet, quamvis ex ea palea Piscator Roman.
granaria sua auto repleverit.

68 1. Absurdum est † in princ. ubi ab Imper. Pa-
pa constituitur caput Ecclesiæ. Absurdum in-
69 quam hoc est, quia Imperator † non habet jus
constituendi caput Ecclesiæ & dignitatem Chri-
sto debitam transferendi in alium, qui solus est
caput & fundamentum Ecclesiæ, præter quod
non est aliud, *1. Cor. 3.* Nam ego, inquit Jehova,
primus, ego novissimus, *Esa. 44. v. 6. c. 48. v. 12.* us-
que ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego
portabo, ego feram & salvabo, *Esa. 46. v. 4.* Ven-
tura interrogate me, *Esa. 45. v. 11.* Ego Dominus
faciens omnia, & nullus mecum, *Esa. 44. v. 24.*
Confer auctor. de jur. Principat. concl. 18. ideoq; Im-
perator hoc jus in Papam transferre non potuit.
Nec enim licet Imperatori, † aut cuiquam pie- 70
tatem custodienti, aliquid contra divina man-
data præsumere, *c. non licet, distinct.* 10.

Deinde Pontifices variant † in titulo, asseren- 71
tes aliâs se caput Ecclesiæ ex jure divino, juxta
illud: Tu es Petrus & super hanc, &c. Hîc verò
tribuunt Imperatori, Ergò non ex jure divino
sed ex jure humano id habent.

Nihil autem magis contrarium † certitudi- 72
ni, quàm variatio, Clement. 1. *de renunciat.* Zas.
2. *consil. 16. n. 43.* Et licet aliquis possit, uti variis
allegationibus, non tamen auditur volens pro-
bare contraria, *Dd. in c. imputari, de fid. instru-
ment. in l. scriptura, ad fin. Cod. de fid. instrum.* Quod
ipsum *Baronius advertit, tom. 3. annal. sub Anno*
324. dum ait, ex depravato † illo à Græcis mu- 73
tato donationis edicto, ambigua magis reddi-
tur, quàm probatur potestas Papæ, quæ non ju-
re humano, sed divino nititur. Ex pluribus enim
† causis res nostra esse non potest, *l. 159. de
reg. jur.* 74

Si igitur ex donatione Constantini habet hoc
jus Papa, quod sit caput Ecclesiæ, non fuit obli-
gatus Imperator per jus divinum reddere posses-
sionem, quia donatio fit ex mera liberalitate &
munificentia, nullo jure aut debito cogente, *l. 1.
de donat.* 1. Non enim debuisset dicere, concedi-
mus, tradimus: sed reddimus, restituimus.

2. Absurdum est, quod in illo c. Principatus
† conceditur Papæ, quòd est contra verbum 75
Dei, *1. Petr. 5.* ubi Apostolus præcipit suis presby-
teris, ne dominentur clero, *c. sta subjectus, §. recor-
demur, dist. 95. & Luc. 22.* ubi dicitur, qui primus
esse voluerit, sit tanquam minister. Atqui Papa
non est tanquam minister. Ergò nec ex Christi
instituto erit primus.

Est etiam contra Canones, † *cap. licet nonnun-
quam, distinct. 45.* Imò qui primatum in terris 76
quærit, inveniet confusionem in cœlis, nec inter
servos

servos Christi cōputabitur, qui de primatu tractaverit, *c. multi, distinct.* 40. Papa quærit primatum in terris. Ergò inveniet confusionem in cœlis, nec inter servos Christi computandus.

Et ut ex hoc absurdo, absurdum aliud nectam:
77 Si ex Constantini † constitutione Primatum Papa habet, quare Justinianus ei primatum tribuit; tanquam litigiosam rem decidens inter Episcopum Constantinopolitanum & Romanum, *Nov.* 131. *c.* 1. Qui vixit ultra ducentos annos post Constantinum.

78 3. Absurdum est, † quòd hoc capitulum Papæ tribuit dignitatem & honorificentiam imperialem, *quod est contra, c.* 6. *dist.* 69. ubi ex Apostolo refert Nicolaus Papa, quòd militans Deo non debet se implicare negociis secularibus, cui congruit, *l.* 17. *l.* 41. *Cod. de Episcop & Cleric.* & illud in usibus feudorum: *desiit esse miles Christi, qui incipit esse miles seculi,* quia distincta sunt munera Dei, imperium, & sacerdotium, *Nov.* 8. *in pr.*

4. Absurdum est, quòd palea nostri capituli
79 asserit, Constantinum † Pontifici concessisse primatum in quatuor sedes præcipuas, Alexandrinam, Constantinopolitanam, &c. quia Constantinus post hanc concessionem ex præsupposita falsa hypothesi, demum fecit ædificare Constantinopolin. quod patet ex vers. Unde congruum h. n. capit Constantinus.

5. Absurdum. Quod hoc c. glorietur Pontifici concessum esse Palatium imperii, cui contra-
80 dicit Ambrosius, † inquiens, ad Imperatorem pertinent palatia, ad sacerdotem Ecclesiæ, [*c. convenior ipse* 23 *q.* 8.] cui congruit, *c. duo.* 12. *q.* 1. Sunt enim palatia loca, usibus imperialis Majestatis destinata & velut consecrata, *l. quicunq;, C. de operib. publ.* & Regalibus annumerantur, Ernest. Cothman. *in Commentar. ad lib.* 1. *C. ad. rubr. num.* 17. [Chassanæ. *in Catalog. glor. mund. part.* 5. *consid.* 24. §. 17. ubi scribit, quòd solis Principibus competat habere palatia, & quòd propriè sint domus Princ pum.]

6. Absurdum colligitur ex versic. Et quem-
81 admodum, † ubi de habitu disponit Pontificis & Clericorum, quia aliâs in Curia Romana receptum est, ne Laico liceat statutum facere in Ecclesia, hoc est, de rebus & personis Ecclesiasticis, *c. in Ecclesia S. Mariæ, x. de constitut.* Bart. *ad Auth. Cassa, C. de SS. Eccles.* [Paris. *consil,* 2. *nu.* 105.
82 *& seq. vol.* 4.] cum secundùm eos nulla † sit jurisdictio Laici in Clericos, *c. & si clerici, extra de judic.* Anton. Fab. *in c. rerum in* Sabaud. *judic. lib.* 1. *tit.* 3. *definit.* 16. *num.* 4. *in notat.* Alciat. *in c. cum non ab homine, in princ. de judic.* Vasq. *de success. creat. pag.* 1. *lib.* 1. §. 22. *limit.* 17. *num.* 58. Covartuv. *pp. qq. cap.* 31. Vincent. Honded. 1. *consil.* 3. *num.* 12. Etiamsi statutum sit favorabile & utile, Panormit. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut. in repetit. num.* 26. 37. *& seq.* Felin. *ibid. nu.* 76. Andr. Geil. 2. *Obs.* 32. *num.* 2. qua sua lege suis ipsorum cruribus fasciam allidunt, & proprio se mucrone jugulant.

Si enim nullum † Laici in Ecclesia debet valere statutum de rebus & personis Ecclesiasticis 83
vel eorum habitu: Ergò & hoc Constantini, tanquam supra jurisdictionem suam jus dicentis, erit inutile, *arg. l. fin. de jurisd.* neminemq; ligabit, aut Pontifices ornabit.

7. Absurdum, † quia *in d. c. dicitur*, donationem hanc factam fuisse Constantino & Gallicano quartum Coss. cum Gallicanum non Constantinum, sed Symachum collegam Coss. habuisse historiæ testantur, Ernest. Cothman. *in lib.* 1. *Cod. tit.* 1. *q.* 4. *num.* 112. Ex quibus & aliis hujus cap. absurdis satis manifestum est, [in eo veri fidem deficere.] 84

Ad 3. venio. Num Imper. potuerit hanc exercere prodigalitatem, & communiter ferè tam priscorum, quàm Neotericorum unanimi suffragio eo itum est, quòd non potuerit, † quia 85
intercessit hæc donatio de bonis ac juribus ejusmodi, quæ S. imperii caput & cor tangunt, quæque ossibus tantæ Majestatis impressa manent. Nec enim imperium † est in marsupio Princi- 86
pis, ut loquitur Bald. *in cap. intellecto, extra de jurejur.* ita ut ejus jura pessundare & instar pecuniæ per fenestram ejaculare liceat, [quia non habet jure suo, † sed jure Legis Regiæ Bald. *consf.* 87
327. *Pridie enim, n.* 7. *vers. sed Imperator lib.* 1. Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 40. *nu.* 1. *verb. Imperator jura imperii alienare non potest.*]

Neque fas est Regibus, regni bona donando
† graviter lædere coronam, *c. intellecto x. de jurej.* 88
Oldrad. *consil.* 94. Jas. *in l. debitorum, nu.* 7. *Cod. de pact.* Felin. *in c. ad audientiam, num.* 4. *&* 5. *de præscription.* Matt. *de jurisd. p.* 1. *c.* 29. *nu.* 3. vel amplissimas ditiones expropriare, seu in totum separare à corona & dignitate regia, penes quam est vera proprietas & dominium Domanii, Carol. Molin. *ad consuetud. Paris. tit.* 1. §. 2. *gl.* 4. *num.* 16. *& seq.* [Coronæ Domanium Principis est ad instar do-

89 tis, † quàm maritus alienare non poteſt, ita
nec imperii patrimonium in perpetuum aliena-
bile. vid. Renat. Choppin. *de doman. reg.* Dionyſ.
Gothofred. *ad l. omnia* 5. *C. de pagan. & ſacrif.* Ant.
Fab. *in c. rer. in* Sabaud. *judic. lib. 3. tit. 22. de fin.* 11.
num. 4. Cardin. Tuſch. *pp. concluſ.* 694. *nu.* 1. *& ſeq.*
lit. P. Ludovicum XI. Galliarum Regem maxi-
90 mas facultates, & opes donaſſe Eccleſiæ: † ve-
rùm illas donationes quoniam immodicæ fue-
rant, vim nullam obtinuiſſe ſcribit Phil. Com-
minæ. *lib. 9. Commentar. p. m.* 652 *in fin.*] Jura ſi-
91 quidem proprietatis † & dominii universalis
non ad Principem, ſed ad ipſum imperii corpus
pertinent, Peregrin. *de jur. Fiſci, lib. 1 tit. 3. nu.* 74.
& ſeq. Pautmeiſter, *de juriſd. lib. 1. cap.* 21 *num.* 19.
& 42. Zoanett. *de imper. Rom. nu.* 151. *& ſeq* [vid.
Chaſſan. *in Catalog. glor. mund. part. 5. conſid.* 19.]

Quod ipſum uſitatus Imperatorum Roma-
92 norum ſtylus hodiè arguit † in Pragmaticis Con-
ſtitutionibus, privilegiis, mandatis & Reſcriptis
in hac plerunque formâ, unſern und deß H. Reichs Stän-
den/ R. A. de Anno 1555. in pr. unſern unnd deß H. Reichs
Churfürſten/ R. A. de Anno 1525. in fin. unſer Fürſt/ unnd
Glied deß H. Reichs/ R. A. de Anno 1544. in pr. unſer und
deß heiligen Reichs Statt / d. receſſ. de Anno 1555. in fin.
princ.

93 In hiſce itaque & ſimilibus † vox unſer impor-
tat Majeſtatis & universalis juriſdictionis uſum,
eiq; annexam regiam adminiſtrationem & pro-
tectionem: Verba autem deß H. Reichs / ipſam
proprietatis & universalis conſociationis ſeu
imperii dominium.

94 Siquidem proprietas † ſeu directum dominiũ
non eſt de ratione & ſubſtantia Regiæ dignita-
tis, ſed potius plenariæ poteſtatis & Majeſtatis
uſus in ipſo regno manente regni conſociatione
integrâ, ſine qua nec Rex eſſe poteſt, Confer Ca-
rol. Molin. *ad conſuet. Pariſ. d. tit. 1. §. 1. gl. 4. nu.* 16.
Bodin. *lib. 1. de republ. c. 9. p.* 194. ubi dicit, Reges
quidem ſummam Reipubl. poteſtatem habere,
attamen ne glebam quidem agri publici diſtra-
here, multo minus proprietatem largiri poſſe,
add. Franc. Hotom. *in Franco Gall. c.* 19.

95 Quare Imperator Carol. V. † Paulo III. Pon-
tifici candidè reſpondit de Parma & Placentia,
eas civitates ſi ad imperium pertinerent, nõ poſ-
ſe ſe in ditionis ac dignitatis imperialis præjudi-
cium alienare, Thuan. *lib. 4. Hiſt.* [illegible] *in conſul-
tat. Europ. p.* 646. [Legi in laudo quodam nomi-
ne Imperatoris Sigiſmundi à Bernhardo Mar-
chione Badenſi Anno Chriſti 1418. Badæ, in die
vinculorum S. Petri lato & publicato hæc ver-
ba: Und iſt in gemein Recht / daß ein Römiſcher König oder
Keyſer/ der Reichs Erbe nit hene geben/ oder verſchreiben magt/
in Erbs weiſe ohne Willen und Verhengnuß der Churfürſten.
Hoc eſt vulgarum jus eſſe, † quòd Regi aut Im- 96
peratori Romano fas non ſit imperii proprieta-
tem alienare aut oppignorare hereditariè ſine
conſenſu Electorum.]

Ratio dubitandi † tamen eſſe poteſt, quòd 97
Imp. ſit dominus mundi, *l. deprecatio, ad* L. Rhod.
de jactu, l. bene à Zenone, C. de quadr præſcript. Jam
verò quilibet rei ſuæ moderator & arbiter, *l. in re
mandata, C. mandat.*

Reſpondetur, Imperator † in rebus imperii 98
tunc Domini loco habendus, quando Rempu-
blicam adminiſtrat, non verò quando imperium
ſpoliat: *Vel cum Cujac.* Imperator dominus eſt
quoad juriſdictionem, protectionem & admini-
ſtrationem, non quoad alienationem; ideóque
non magis Imperator jus habet diminuendi im-
perii, quam truncandi ſibimet ipſi caput, aut
mutilandi membra. Hoc enim eſſet ſpecies fa-
tuitatis ſecundùm Eberhard. *in Topic. loc. à veri-
ſim. num.* 15. Siquidem Imperator tam enormiter
† imperium diminuendo ac velut viſcera ejus 99
eviſcerando, fit homicida propriæ dignitatis,
Bald. *in c. licet cauſam, x. de probat.* [Carol. Molin.
in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl 5. n. 50.]

Bona enim † ſunt ſecundus hominis & præ- 100
ſertim tantæ dignitatis ſanguis: Sicut autem
ſanguis eſt vehiculum animæ & vitæ naturalis,
ita bona ſunt vehiculum vitæ civilis, quibus di-
minutis dignitatis acies maximoperè hebeſcit,
Quare quæ dignitatem † & Majeſtatem imperii 101
lædunt, nec facere poſſe Imperatorem creden-
dum eſt, *l.* 15 *de condit. inſtit.*

Neque hanc donationem recipere potuiſſet
Papa, quia poſſumus hoc, quod honeſtè poſſu-
mus, *l. non aliter, 7. ff. de uſu & habitat.* Hoc verò
honeſte † non poſſumus, quod eſt contra leges, 102
l. non dubium, C. de legib.

Huic autem donationi † ipſiuſmet Pontificis 103
II. contrariantur, *cap. intellecto, x. de jurejurand.*
Ubi alienationem Regis Hungariæ, ne quidem
jurejurando confirmatam valere vult Honorius
III. quia in regni tendit detrimentum. Imò i-
pſis † divinis repugnat legibus, quæ jubent Cæ- 104
ſari dare, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſunt Dei:
Jam verò ad Cæſares imperia, ad ſacerdotes per-
tinent miniſteria.

Neque eſt utile † Eccleſiæ, cujus intereſt plus 105
zelo

æquo non dotari. Quò enim magis ditescit, eò
magis periclitatur Vasq. *lib. 1. controvers. cap. 6.*
Unde Bernhardus inquit: *sub Christianis quidem*
Imperatoribus profecit Ecclesia opibus, defecit verò
virtute. Hinc tempore factæ occupationis vo-
cem hanc de cœlo auditam magni viri referunt:
Hodie seminatum est in Ecclesia Dei venenum aspi-
dum, teste Boër decis. 69. n. 2.

106 Ideoq; constitutiones & rescripta, † quæ con-
tra jus sunt elicita, *l. quoties, Cod de precib. imper.*
offer. & quæ non conveniunt petenti, ipso jure
nulla sunt, *l. rescripta, C. de divers. rescript.* Hoc au-
tem c. tale est, ut apparet ex dictis modò.

Hisce præmissis non erit difficile respondere
ad ea, quæ pro dubitandi ratione suprà adducta
sunt. Ad 1. Quod de instrumenti auctoritate
adductum, respondetur, 1. quòd præcipuum in-
107 strumenti fundamentum † & radix sit rei gestæ
series, & ipsius facti veritas, qua deficiente, fides
instrumenti labascit, per ea quæ tradit Udalric.
Zas. 2. *singul. respons.* 23. *numer.* 10. [Veritas enim
majorem vim obtinet, quàm instrumentum,
text. allegans *in l. nec ignorans, Cod. de donat.*
Meichsner. *decis. Camer.* 14. *num.* 103.] Jam verò
suprà probatum, veritatem facti deficere. 2. In-
strumentum hoc est de rebus illicitis & alienari
108 prohibitis, † quo casu instrumentum non so-
lùm non valet, sed Notarius tale conficiens no-
tatur infamia R. A. zu Cölln / de Anno 1512. sub
tit. Ordnung der Notarien / & Reichs Abschied /
de Anno 1551. §. Zu dem wollen / *c. 1. c. un. § callidis,*
verb. scriba, de prohib. Feud. alienat. per Frider. Me-
noch. 2. *arbit. cas.* 381. *n.* 31.

Quod itaque dictum de probatione evidenti
109 ex instrumento † resultante, illud obtinet, si id
non sit suspectum, Jason *ad l. 4. §. condemnatum,*
numer. 45. *de re jud. alias fecus, c. ex parte, ubi* Bald.
110 Panormit. *x de fid. instrum.* Nam & antiqua †
sæpè instrumenta suspecta, vitiosa & suppositi-
tia sunt, *c. in literis, x. de fid. instrum.* VVesenbec.
cons. 11. *n.* 35.

3. Prætensi hujus instrumenti fides omnis va-
cillat propter absurda, quibus scatet: argumen-
111 tum † siquidem ab absurdo firmum in jure cen-
setur, maximiq; vigoris & fortitudinis, *l. fin. C. de*
Auth. præstand. l. un. § pro secundo, Cod de caduc. tol-
lend. c. in Genesi, x de elect. c. ex ore. & ibi Panormit.
x. de privileg. Everhard. *in Topic. in loc. ab absurdo.*
Neviz. *in sylv. Nupt. lib.* 1. *nu.* 192. Cacheran. *decis.*
107. *n.* 3. Pruckm. *§. venatio, c.* 4. *n.* 24.

Nullum enim dubium est, instrumentum † 112
incurrere falsitatem, quando non potest salvari
commodâ interpretatione, Bald. *in l. scriptura in*
fin. C. de fid. instrum. Wesenb. *d. consil.* 11. *num.* 35.
item quando versimilis conjectura refragatur:
quia † non verisimilia falsitatis habent imagi- 113
nem, ut dicit Bald. *in l. 1. C. de furt. & serv. corrupt.*
& ex eo, Zas. 2. *cons.* 6. *num.* 28. Vincent. Honded.
1. *consil.* 102. *num.* 51. atque ideò in omni proba-
tione † verisimilitudo maximoperè attenden- 114
da, *l. cum de ætate,* 13. *ff. de probat.* Bertazol. 2. *con-*
sil. 286. *numer.* 2. Sichard. *ad l.* 14. *numer.* 1. *Cod. de*
fid. instrum.

Non autem est verisimile, † Imperatorem ad- 115
eò sui, & officii & boni publici oblitum fuisse,
ut tam prodigam tamvè ineptam ac suæ condi-
tioni inconvenientem donationem fecerit, ergò
nec probabile censeri debet.

Nec adversantur quæ de vetustatis venera-
tione & auctoritate adducta sunt. Veneramur
† quidem vetustatem, modò justa & verisimilis 116
sit, & de ea re disponat, cujus initium jure potuit
esse possibile.

Nam vetustas † opinionis errori non patroci- 117
natur, *c. consuetudo, distinct.* 8. ideoq; magis verita-
tem, † quàm vetustatem sequi debemus, *c. qui* 118
contempta, d. distinct. 8. & veritati detectæ præ-
sumptio quantumvis vehemens cedere debet.
Geil. 2. *obs.* 97 *num.* 18. Herman. Vult. *consil. Marp.*
29. *n.* 60. *vol.* 2. [Quando enim veritas illucescit
† omnem & possessionem & præscriptionem & 119
consuetudinem evanescere velut umbram præ-
sertim de jure Pontificio. Protestantes Principes
in responsione ad Heldum dixisse, refert Johan.
Sleidan. *lib.* 9. *p. m.* 307.]

Neq; ea est vetustatis † auctoritas, ut ea quæ 120
Principi in signum superioritatis reservata sunt,
absumere possit, ut in seq. cap. pluribus dicetur.

Deinde ne quidem † immemoriali tempore 121
præscribit malæ fidei possessor, *c. vigilanti, & c.*
fin. x. de præscription. c. possessor, de reg. jur. in 6. Balb.
de præscript. 2. *p.* 3 *p p q.* 7. *numer.* 3. Cacheran. *decis.*
101. *numer.* 1. Pontifices autem bona fide † carue- 122
runt, quia omnes scire debent, quod suum non
est, vel de jure esse potest, hoc omnibus modis
ad alios pertinere, inquit Justinian. Imperat.
in l. fin. C. und. vi. Deinde bonæ fidei possessor † 123
censeri non potest, qui contra Canonum aucto-
ritatem & legum interdicta mereatur, & rem
detinet, *l. 7. in fin. Cod. de agricol. censit.* Canones
autem

autem & leges inhibent alienationem ditionum, ut in præcedentibus probatum fuit.

Tandem ut ad ultimum provehar, concludo
124 Impp. Romanis † in ditiones & jura sacrosancti imperii propria, à Pontificibus de facto subtracta ac detenta, non aliter quàm Domino in Barbarum Philippum, *l. Barbarius, de offic. prætor.* perpetuam manus injectionem esse, D. Diererus, *de summ. sum. imper. potest. concl.* 206. Quod enim de facto processit, de facto dissolvi meretur. Et
125 quamvis successores talem † donationem juramento confirmassent, nihilominus id juramentum pro nullo habendum, ut concludit Honorius III. Papa *in d. cap. intellecto, extra de jurejur.* contra donatarios Regis Hungariæ, nulla hîc attentâ præscriptione; Quid enim rationi convenientius, quàm ut:

Cæsaris acciperet Cæsar, Romamq; teneret.

126 Audiit hoc Constantinus † IV. qui Romam sibi reddi poposcit, teste Sabellico. Audiit Maxi-
127 milianus I. † dum non semel in animo habuit jura imperii Pontificatumque eò pertinentem vindicare, ut testatur Waremund. ab Ehrenberg/ *de regni subsid. c.* 1. *num.* 22. Nec planè absurdum
128 Carolus † dum Electorum literis instigatus, ut caput imperii recuperaret. Facerem, respondit, nisi me religio deterreret, teste Parthenio, *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 9. cui respondet recess. imper. de Anno 1521. §. Vnd als wir / wie dem Reich zu ehren die Kron zu holen / vnd das jenige so dem Reich entzogen / zu erobern / vnnd zum Reich zu bringen/
129 sed quæ hîc religio † obstabit, imperii sui sedem, & augustissimum illud terrarum capitolium recuperare, confer Lans. *in consultat. Europ. pag.* 647.

Posset deniq; hæc donatio, si unquam facta
130 esset, & de jure fieri potuisset, propter † summam Pontificum in Impp. ingratitudinem & injurias atrocissimas revocari, *l. fin. & ibi Dd C. de revocand. donat.* Non enim rationi conveniens, & alienas res capere, & frugalitatem donatoris
131 irridere, *d. l. fin.* & grave est, ab illo † pati injuriam, in quem collatum est beneficium, *l.* 1. *C. de revocand. donat.*

Nam ingratitudo dicitur ventus urens, exsiccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fructum gratiæ, auctore D. Bernhardo.

Sic, licet ratio naturalis, velut rerum omnium rectissima arbitra, liberis parentum bona adjiciat, *l.* 7. *de bonor. damnat.* ut civilis juris auctoritate, Domini quodammodo, vivo patre, rerum paternarum videantur, *l. in suis, de liber. & posthum.* Ingratitudo † tamen debitum na- 132
turæ absorbet, & liberos exhæredes facit, *Nov.* 115. *c.* 3.

Pariter, licet magnus sit libertatis favor, ejusque thesaurus inæstimabilis, *l. libertas, de reg. jur.* ingratitudo † tamen ejus existit domitrix, & au- 133
ream naturæ libertatem durissimo servitutis jugo premit, revocando libertum in servitutem, *l.* 2. *C. de libert. & eorum liber. c.* 8. *caus.* 21. *q.* 2.

Propter ingratitudinem † filius emancipatus, 134
iterum patriæ potestatis jura subire cogitur, *l. un. Cod. de ingrat. liber.* amittit Vasallus feudum, *c.* 1. *§. porrò, quæ fuit prim. caus. benefic. amitt.* miles spoliatur cingulo militiæ, *l.* 1. *§. fin. de obseq. à liber. & libert. cum simil.*

Ingratus † autem fieri dicitur donatarius in 135
donatorem, quoad effectum revocandæ donationis, ex causis enumeratis, *in d. l. fin.* quæ sequentibus solent includi versiculis:

Ingratum faciunt, atrox injuria, damnum,
Impia dextra, fides fracta, pericla necis.

Quas causas si examinare vellemus † omnes in 136
persona Pontificum anteriorum concurrerent, cum tamen una ad effectum revocationis sufficeret, qua de re ulterius videri potest, auct. Brut. Fulmin. *§. soluta potestas, ubi num.* 132. probat, nihil interesse, an impias manus, an verò pedes donatarius donatori inferat, ut suprà exemplo Friderici Barbarossæ declaratum fuit, & quoad pericula necis in persona Henrici III. superius probatum. Sic & Thomam Imperatorem Romani Pontificis auctoritate commota plebs, in templo Sophiæ necavit, Bodin. 1. *de repub. c.* 9. *p.* 206. Et tantum de hac prima diminuendi imperii causa dixisse sufficiat.

CAPUT IX.
DE SECUNDA DIMINUTIONIS *imperii causa, Exemptionibus.*

SUMMARIA.

1. *Tria sunt exemptionum genera.*
2. *Primum quando aliqua imperii provincia totaliter, & omnimodo ab imperii Romani jurisdictione eximitur.*
3. *Hæc exemptio de jure censetur impossibilis, de facto tamen usurpatur.* 4. *Impossibile est de jure esse aliquē de regno, vel in regno, & totaliter exemptum, vel exceptum ab illo.*

5. *Iure*

5. *Jure naturæ æquum est, ut unus sit summus Princeps.*

6. *Nec ipsius Principis concessione aliquis omninò liber esse potest à suprema ejus jurisdictione.*

7. *Suprema jurisdictio est ipsa forma, & substantialis essentia Majestatis summæ.* 8. *Quæ tàm est inseparabilis à Majestate, quàm essentia rei à re ipsa. Non justum est membra discedere à suo capite.* 9. *Quid melius, non dat Cæsari, quæ sunt Cæsaris.*

10. *Africa provinciarum omnium arx Carthagine oppugnatâ & direptâ, à P. Scipione ditioni Romanæ addita, qui ob eam devictam Africani cognomen adeptus est.* 11. *Eam Romano imperio refractariam in ordinem redegit Iulius Cæsar, deinde Iustinianus Imp.* 12. *Hodiè ex parte Turcæ, majori verò parte Presbytero Iohanni paret.*

13. *Asia totius orbis pars maxima, ab Attalo Rege testamento hæreditaria populo Romano facta.* 14. *Armis deinde ab Antiocho Rege Syrorum est vindicata, indeq; L. Cornelius Scipio, cujus auspiciis bellũ hoc confectum, dictus fuit Asiaticus.* 15. *Hæc jam dudum Imperio Rom. subtracta à Turcis, Persis, Moscis Tartaris, & aliis populis detinetur.*

16. *Græcia olim Romanis paruit, à Sylla subacta posteà à Gothis Romano imperio subtracta, Hodiè Turcarum imperio subdita.*

17. *Macedonia, victo per L. Æmilium Paulum Perseo Macedonum Rege, facta est populi Romani provincia.*

18. *Ægyptus Romano imperio subjecta, à Saracenis postmodũm unà cum Syria, & aliis provinciis oppressa, & imperio erepta fuit.*

19. *Persia, Arabia, Chaldæa in fide imperii Romani manserunt usque ad principatum Heraclii tyrannicum, cujus crudeli dominatione rebellandi occasionem arripuerunt.*

20. *Iudæa cum Palæstina à Cn. Pompeio subjugata, posteà cùm Iudæi aliquoties rebellarent, à Tito Vespasiano urbe Hierosolymitanâ captâ & dirutâ, provincia ista Romano imperio mancipata, tandem à Turcis direpta adhuc detinetur.*

21. *Italia provinciarum orbis primaria, gloria vetustate gentium domina appellata, & olim imperii sedes, à Pontifice donationis inanis prætextu avulsa detinetur.*

22. *Hispania P. Cornelii Scipionis virtute & humanitate tota ferè in potestatem Romani imperii redacta, ejusdem Majestatem submissa subjectionis obsequio venerata est.* 23. *Hodiè ab Imperio Roman. avulsa ejus imperium non agnoscit.*

24. *Hujus exemptionis rationes assignantur. Hispaniorum Reges in maxima Reipubl. infelicitate Cæsarum auxilio destituti, Cæsarum imperio exempti sunt.* 25. *Responsio ad hanc rationem. Res aliena de manu prædonis recuperata, non fit recuperantis, sed Domino vero restituenda.*

26. *Hæc exemptio fulcitur immemorialis temporis præscriptione. Respectu Ducatus Burgundiæ aliarumq; provinciarum adhuc hodiè Rex Hispaniæ status imperii dicitur.*

27. *Hispaniæ regnum, per matrimonium & successionem ad familiam Austriacam devolutum, multarum amplissimarum ditionum, regnorum, provinciarum, & orbis terrarum partium accessione in incomparabilem succrevit potentiam.*

28. *Portugallia, & Hispaniæ regnum à Christophoro columbo inventis multis incognitis Insulis egregiè amplificatum. Castiliæ regni accessione, America concessit in Regum Hispanorum potestatem.*

29. *Gallia à C. Cæsare domita in fidem imperii Rom. accepta, & in provinciam redacta est.*

30. *Sigismundus Imperator in civitate Lugdunensi Comitem Saonensis status de potestatis plenitudine creavit, & in Parlamento Parisiensi controversiam decidit, & equitem Serescaleum creavit.*

31. *Iustinianus Imp. sine controversia jura Regibus Galliæ dedit.* 32. *Otto II. Lothario at.; Carolo Galliæ Regibus bellum intulit, quòd Romano imperio justa non persolverent.*

33. *Reges Galliæ anteriores occuparunt provinciam, Galliam, quæ fuit ditionis imperii.*

34. *Elector Trevirensis dicitur Archicancellarius imperii Romani per Galliam.*

35. *Gallia hodiè ab imperio avulsa, neq; Rex superiorem recognoscit.* 36. *Exemptionis hujus occasio & initium ad Caroli Mag. nepotes refertur. Alii ad Childerici, & Clodovæi tempora referunt.*

37. *Bodinus testatur Galliam fuisse ferè vigesimam imperii Rom. partem.*

38. *Exemptione istâ non obstante Galliæ Rex Imperatori Rom. reverentiam debet.*

39. *Portugallia occasione Hispaniæ ab imperio exempta est.*

40. *Britannia primùm à Iulio Cæsare imperio Romano potius ostensa, quàm tradita, à Claudio demùm imperio juncta, & in formam provinciæ redacta.* 41. *Inas Britanniæ Rex opinione religionis, ac pietatis regnum Pontifici vectigale fecit.* 42. *Deinde motu Regis Galliarum Innocentio III. facta est tributaria. Sub Iohanne Anglorum Rege.*

43. *Dania ab Ottone Imperio subjecta, fidelitatem & homagium juravit Imperatori Romano.* 44. *Henricus Auceps Imp. Danos vicit & tributa iis imposuit.* 45. *Hodiè suâ lege, & suo Rege, neminem recognoscente, vivit, Ducatus Holsatiæ tamen ad imperium pertinet.*

46. *Hungaria uti & universa Pannonia & Illyricum sub Tiberio Romano paruit imperio.* 47. *A Rege Stephano in Papæ clientelam delata est, & eâ occasione ab imperio se exemit.* 48. *Maximilianus II. Imp. hoc regnum si ob maxima auxilia Hungaricæ nationi contra Turcam exhibita gratum esse vellet, imperio rursus uniendum, non sine ratione putavit.* 49. *Hungaria Germaniæ propugnaculum appellatur. Hungaros inconstantes, & in Germanos infestis esse animis experientiam testari scribit Sleidan.*

50. *Polonia imperio Romano subfuit iis temporibus, quibus ab extrema etiam Scythia appellationes ad Imperatoris Rom. curiam devolvebantur.* 51. *Otto Magnus Boleslao acri Poloniæ Duci regia dignitatis axiomata contulit.* 52. *Deinceps arte Pontificiâ Laboldus recusavit coronam ab Imperatore sumere. Tandem fasces suos Imperatori submittere recusavit.*

53. *Rex Poloniæ agnoscit Imperatorem & status imperii non ut judices, sed ut Principes omni honore, & observantiâ dignos.*

54. *Neapolis magna pars Italiæ primùm sub Apuliæ & Calabriæ Ducibus fuit, deinceps in regnum versa, & utriusq; Siciliæ regnum nuncupata.* 55. *Et Sicilia propter fertilitatem, & rerum abundantiam horreum urbis Romæ credita, Romani Pontificis patrimonio cesserunt. Sardinia & Corsica Romanis paruerunt.*

56. *Arelatensis regni ditionem, ac jura majestatis Philippus Valesius ab Henrico V. Imp. emit, consentientibus imperii ordinibus.*

57. *Florentia soluto Rudolpho Imp. pretio 6000. ducatorum in libertatem se vindicavit.* 58. *Carolus V. Imp. ad imperii devotionem eam adegit, Alexandro Medices Duce Florentiæ constituto. Hodiè de facto non recognoscit imperium.*

59. *Borussia virtute, & armis Teutonicorum militũ imperio adjecta, gravissimis bellis à Polono pressa, Borussia Magistro in feudum cessit, in Ducatum mutata. Eam Borussiæ Dux postea proprietatis jure possidendam ad hæredes transmisit.*

60. *Civitates Dantiscum, Elbinga non ita pridem ad imperii conventus evocatæ sunt.*

61. *Livonia extrema Germaniæ pars, virtute Teutonicorum militum ad imperium & religionem adacta, imperii Romani Majestatem observavit semper.* 62. *Riga civitas imperii à Maximiliano I I. appellatur. Et Archi Episcopus Rigensis inter Germaniæ Archi-Episcopos numeratus fuit.* 63. *Livonia fuit, & de jure adhuc est pars Germaniæ, & imperii Rom. provincia, pro tali etiam adhuc à Maximiliano II. Imp. habita.* 64. *Deficientibus imperii auxiliis, & invalescente Muscovitarum crudelitate, &c. tandem Livoni Sigismundi Poloniæ Regis clientelæ se submittunt.* 65. *Gothardus Ketlerius anteà Magister ordinis Equestris, Churlandiæ, ac Semigalliæ Dux publicè proclamatur.*

66 *Transylvania lacerato ac penè profligato Hungariæ regno cum Moldavia & vicinis provinciis Turcico Imperatori tributaria facta.*

67. *Veneti maris Adriatici Domini.* 68. *Eorum Civitas illustris & quodammodo delitiarum Paradysus. Imago Romæ antiquæ appellatur.* 69. *Hi à Carolo M. privilegium se accepisse ferunt, ut suis uterentur legibus, & bello pacevé neutrius juris censerentur.*

70. *Alii negant, Venetos unquam fuisse subjectos imperio Romano.* 71. *Quicquid in mari ædificatur, ædificanti cedit.* 72. *Et hinc originaria Venetiarum libertas defenditur.*

73. *Littora, in quæ populus Rom. imperium habet, populi Romani sunt. Mare eodem cum littore jure æstimatur.*

74. *Nihil commune habet causa dominii, & proprietatis cum imperio, & proprietas fundi cum jurisdictione.* 75. *Dominium separatum quid à jurisdictione, & hæc separatam habet qualitatem ab illo.* 76. *Non statim ut quis suorum ædificiorum Dominus est, imperii jus in iis habet.*

77. *In mari ita jurisdictio est, sicut in terra.* 78. *qui habet territorium, & jurisdictionem in terra, illud etiam habere censetur in mari.* 79. *Gabellam in mari ultra centesimum miliare imponere licet.*

80. *Romani terris deficientibus & mare secuti imperium maris quoq; obtinuerunt.*

81. *Sigismundus Imper. Venetos appellat rebelles, & dominationis iniqua cupidine injustos. Rebellio præsupponit jurisdictionem & imperium.*

82. *Fuerunt Veneti etiam populi Galliæ.*

83. *Lucensium, Genuensium, & Senensium exemptio, remissivè. Lucensium civitas est imperii.*

84. *Mediolanum à Carolo M. in potestatem imperii & Provincia redacta, in imperii subjectione permansit, & adhuc est imperii Romani proprietas.* 85. *Post varias mutationes in hoc Ducatu Wenceslaus*

Imp.

Imp. urbe ditioneq; grandi pecuniâ vendita Iohannem Galeacium Ducem creavit. 86. *Tandem Carolus V. filium suum Philippum de eo Ducatu investivit, & imperio Hispanico adjicere conatus fuit.*

87. *Camerarum imperii limes fidelissimus, semper in imperii devotione permansit, donec à Carolo V. in bello Gallico in sua verba jurare coacta. Habet Episcopum adhuc imperii Principem.*

88. *Meta, Tullum & Verdunum per Regem Galliæ imperio Romano sunt subtracta, in spiritualibus tamen parent Archiepiscopo Trevirensi.*

89. *Sunt & alia ditiones nobilissima, quarum adhuc hodiè avulsio totalis metuẽda. Belga etiam multa imperii loca armis occupata adhuc detinent.*

90. *Secundum genus exemptionis, quando imperii ditio quoad onerum contributionem & subjectionem à corpore imperii avellitur, imperii tamen Majestate non spretâ.* 91. *Et hi cives honorarii dici possunt.*

92. *Helvetii à Iul. Cæsare imperio subjecti, tandem crudeli præfectorum insolentiâ pressi iis expulsis ad libertatem provocarunt.* 93. *Adhuc tamen imperii Romani Majestatem sic reverenter, & colunt, ut ab Imperatore Ferdinando libertatis acceptæ beneficium sibi confirmari poposcerint.* 94. *Privilegiorum confirmatio, sicut & datio, est species quædam superioritatis & subjectionis.* 95. *Non facilè fœdus contra imperium percutiunt Helvetii.* 96. *Laudandi tamen in hoc quòd naturâ sint pacifici, & magis de tuendis, quàm propagandis finibus solliciti.* 97. *Quiq; libertatem suam malint justitiâ tueri, quàm latrociniis & bello provocare alios.*

98. *Hollandi consueverunt præcipuis Europæ bellis se immiscere, in hoc semper solliciti, ut per rationem status fines suos, & imperium extendant.* 99. *Genuenses ad secundum hoc exemptionis genus referuntur. Hi licet libertatem omnimodam in causa Finariensi allegarint; eâ tamen non obstante Imperator se judicem pronunciavit.*

100. *Ducem Sabaudiæ summâ potestate ac Majestate uti, neminemq; superiorem recognoscere, multi asserunt.* 101. *Dux Sabaudiæ Imperatorem recognoscit. Et perpetuus imperii vicarius est.* 102. *Ejus exemptio ad secundum hoc genus refertur.* 103. *Est Princeps imperii Romani.* 104. *Sigismundi Imp. beneficio appellatus Dux. Et ipsa Sabaudia imperii feudum est.* 105. *Adhuc hodiè vocatus comparet ad comitia imperii, ut Princeps imperii* 106. *Dux Sabaudiæ perpetuus imperii Rom. vicarius nominari vult.* 107. *Vicarii munus præsupponit superioritatem ejus, cujus vices gerunt.*

108. *Lotharingia per Ottonem I. Imp. à Regibus Franciæ vindicata, ejusq; Duces inter primos imperii relati.* 109. *A Teutonica tamen lingua, & Republ. desciscens, nomine magis, quàm re ipsâ imperii provincia mansit.*

110. *Adhuc hodiè quoad contributionem patens publicam feudaq; ab imperio dependentia imperium ejusq; jurisdictionem agnoscit.* 111. *Extra hos casus, tàm in prima, quàm secunda instantia causis est privilegiatus, neq; Cameræ mandatis & processibus molestatur.*

112. *Belgicæ & Burgundicæ provinciæ sub imperii protectione continentur, & eidem ex mutua conventione, salvâ tamen exemptione, contribuerunt.* 113. *Adhuc hodiè Hispaniarum Rex ratione Domus Burgundiæ in comitiis comparet, & constitutionibus imperii haud gravatè se accommodat.* 114. *Burgundiæ Duces in causa appellationis à Camera exempti, quoad causam tamen fractæ pacis & collectarum forum in Camera sortiuntur.* 115. *Transactione Burgundiacâ peculiariter constitutum, ut subditi Brabantiæ, & Burgundiæ, &c. è loco domicilii non evocentur, sed coràm ordinario judice conveniantur.*

116. *Burgundia & Regnum Arelatense Cunradus II. Imper. testamento à Rudolpho Rege ejusdem sibi relictum, vi & armis defensum, & imperio Romano subjectum.*

117. *Tertium exemptionis genus, quando aliquis status imperii, ab immediata imperii subjectione eximitur, & mediatus efficitur.* 118. *Hæc exemptio imperii dignitatem non ita minuit, sicut priora duo genera.*

119. *Exempti qui prius onera subierunt eximenti adcrescunt cum suo onere.* 120. *Nisi exempti sint in possessione libertatis.* 121. *In casu tamen necessitatis etiam privilegiati sine discrimine contribuunt.*

122. *In casu necessitatis etiam vasalli, aliâs à collectis immunes, onera collationis subeunt.*

123. *Si in hac libertatis vel quasi possessione non sunt, tunc vel eximentes, vel ipsi exempti contribuũt.*

124. *Exemptio, ubi multi exempti sunt, qui nec ipsi per se nec eximentes onera subeunt, imperio detrimentosa existit.*

125. *Interest Reipub. ne fiscus tabescat. Nec quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, nec hæc sine tributis haberi possunt.*

126. *Per hanc exemptionem publica imperii munia, & expeditiones impediuntur.*

127. *Interest Reipubl. per plures consuli.*

128. *Augusta imperii celsitudo tritis illustrium fundorum occupationibus depressa vilescit.*

129. *In Comitiis sapissimè deliberatum, quomodo matricula resarcienda.*

130. *Fiscus imperii actionem adversus exemptos in Camera de simplici & plano instituit, & prosequitur.*

131. *Exemptio quomodo probetur remissivè.*

132. *Totaliter exemptus nullo jure adversus imperium se tueri potest.* 133. *Iure divino ab omnimoda Cæsaris jurisdictione se eximens non tribuit Cæsari, quæ sunt Cæsaris.* 134. *Iure humano eximens se, ab imperio deficere dicitur.* 135. *Ab imperio deficiens imperii hostis judicatur.* 136. *Adversus hostem æterna est auctoritas.*

137. *Besoldi sententia de exemptis. Deus transfert regna de gente in gentem, etiam interdum contra juris humani regulas.* 138. *Refellitur ea, distinguendo inter Dei permissionem, & actionem.* 139. *Deus permittit, ut Tyranni iniquè occupent regna, ipsam tamen tyrannidem non vult, nec probat.*

140. *Obedientia & superioritas in æternum non est præscriptibilis. Imperator ejusmodi præscriptionem contra se, & imperium pati non potest.* 141. *Nec mortales adversus Deum immortalem, nec privati contra Rempubl. præscribere possunt.* 142. *Respubl. ab omni præscriptione exempta.* 143. *In materia omninò imprescriptibili nulla immemorialis præscriptio locum habet.*

144. *Vanitas esset, præscriptionem pro imperii salute invectam, imperii hostibus in pestem substernere.* 145. *Verisimile non est, Principem, qui dedit præscriptionibus robur, dedisse contra se, & imperii sui statum.* 146. *Princeps nunquam contra se confirmare, aut aliquid concedere præsumitur; neq; ita concedere, ut jure concesso etiam contra se ipsum uti liceat.*

147. *Objectio. Ad eamq; Responsio. In quo minus præjudicium versatur, facilius admittitur.*

148. 149. *Alta objectio refellitur. Superioritatis jura, quæ sunt de essentia Principis, venalia non sunt, neq; ad subditos transmissibilia.* 150. *Superioritas est quoddam jus publicum regni, quod omnes tangit, & ab omnibus approbari debet.*

151. *Sævitia Principis sufficiens exemptionis causa non est.*

152. *Carolus V. Imp. deliberavit, & desideravit ditiones ab imperio avulsas recuperare, & imperio adjicere. Status etiam imperii promptissimum auxilium ad hoc propositum promiserunt.* 153. *Vnde constat Imperatores animum recuperandi nunquam deposuisse, Carolum V. etiam aliquoties tentasse ex historiis apparet.*

154. *Vt Domino in Barbarium Philippum servum, ita & Imperatori Rom. in exemptos sempiterna est auctoritas.* 155. *Sic Iustinianus Imper. Africam, aliasq; innumeras provincias suis victoriis iterum ditioni Romanæ, suoq; imperio adjecit.*

156. *Quæstio. An, & quomodo honestius Imperatori census ex ipsius imperii proventibus constitui possit: hic tractatur. Rex egens redditibus, magna est calamitas.*

157. *Vrgenda restitutio vectigalium publicorum, quæ quondam occuparunt Principes.* 158. *In Gallia aliquoties immensa donationes Regiæ à Curia Parisiana revocatæ, & abolitæ. Immodicæ opes à Ludovico XI. Galliarum Rege in Ecclesias collatæ rata non manserunt.*

159. *Vectigalia benignitate Impp. concessa, & diu quietè & rectè possessa parùm justè auferri, & imperio rursus vindicari possunt.* 160. *Mos fidelissima vetustatis facilè non mutandus.* 161. *In capitulatione novissima moderni Imperatoris tamen cavetur, ut imperii reditus & tributa privatis oppignorata, rursus imperio vindicentur.*

162. *Pro usu Reipubl. & militia nova potiùs vectigalia Imperatori constituenda, quàm benè quæsita statibus eripienda.*

163. *Alii ad bona Ecclesiastica regressum faciendum existimant.* 164. *Quæ ad sacrum usum semel destinata & consecrata, profanis non applicanda usibus.*

165. *Commodissima ratio, quæ & Maximiliano I. justa visa fuit, ut feuda, imperio aperta sine herede eidem feudali decedentibus principibus, ad Imperatorem redirent.*

166. *Hanc rationem probant sanciuntq; omnes à Carolo V. hucusq; extantes capitulationes Cæsareæ.*

167. *Sic & Ecclesia res infeudari solitas, si ad inopiam vergat, aperto feudo retinere potest.* 168. *Quoties utilius est Ecclesiæ, rem infeudari solitam incorporari, retineri ea bona possunt.*

169. *Quæ communibus auspiciis, & communi imperii sumptu ab hostibus imperii vindicantur, & recuperantur. Illa Imperatori, & imperio reservantur.*

EXemptionis verbum apud Latinos frequentissimum, & variis rebus accommodatur: in hoc verò tractatu pro libertatis assertione usurpatur.

Apparet autem exemptionum † tria ferè esse 1 gene-

genera: Primum, de quo hic præcipuè agimus,
2 est, quando aliqua imperii † provincia, ditio vel regnum totaliter & omnimodò, tam quoad onerum contributionem, & præstationem, quàm superioritatis cognitionem ab imperii Romani jurisdictione eximitur, hoc est, radicitus avellitur.

3 Hæc exemptio † licet de jure censeatur impossibilis, de facto tamen usurpatur, magno imperii cum detrimento, Sigism. Scacc. *lib.2. de ju-*
4 *dic. c.9. num.* 1610. impossibile † enim est de jure esse aliquem de regno vel in regno, & totaliter exemptum vel exceptum ab illo, Didac. Covar. *pp. qq. c.4 num.*1. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib. 3. c.2. num.16. per text. in cap. cum non liceat, de præscript.* Carol. Molin. *ad consuetud. Paris. tit.1. §.2.*
5 *gloss.4. num.*17. Jure enim naturæ † æquum est, ut unus sit summus Princeps, *cap. in apibus*, 7. q. 1.
6 adeò ut nec ipsius Principis † concessione aliquis omnimodò liber esse possit à suprema ejus jurisdictione, Anton. de Burr. *in cap. per venerabilem, num.*12. *vers. finem, extra qui filii sint legitimi*, Bald. *in l.1 §. initio, n.9 ff de offic. præfect. urb.* Prueckman. *in §. soluta potestas, cap.4. membr. effect. nu.*58. Sixtin. *de regalibus, lib.1. c.5. n.4.*

7 Suprema namque † jurisdictio est ipsa forma & substantialis essentia Majestatis summæ, Co-
8 varr. *d. c.4. n.*1. quæ tam est inseparabilis † à Majestate, quam essentia rei à re ipsa, Carol. Mol. *d gl.4. num.* 17. neque justum est membra discedere à suo capite, *c. cum non liceat, x. de præscript.* Anton. Picard. *in l.3. & 7. num.*51. *Cod de murileg.* Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. & eorum ju-*
9 *risd. lib.4. cap.13. num.*41. & qui id molitur † contra Evangelicam doctrinam, non dat Cæsari, quæ sunt Cæsaris.

Ditiones, civitates, & regna ab imperio avulsa enumerat, Bodin. *lib.1. de repub. c.9.* & studiosus. Matt. *de jurisd. p.1. cap.* 26. & novissimè Zachar. Victor. *de exemption. conclus.*2. Pautmeister, *2. de jurisd. cap.4. num.26. & mult. seqq.* in gratiam tamen studiosorum, præcipuas ditiones, civitates & regna ordine subjiciam, & quæ ex quoque auctore mutata, bonâ fide adjectis eorum nominibus significabo.

10 [Africa. † Provinciarum omnium arx, ut eam appellat Cicer. *in Orat. pro Ligar.* Charthaginensium Ducum fortitudine diu restitit pop. Romani potentiæ, donec tandem tertio bello Punico confecto, Carthagine oppugnatâ, direptâ, & in cineres redactâ, à P. Scipione ditioni Romanę addita, qui ob eam devictam in triumpho, Africani cognomentum adeptus, Plutarch. *in vit. Scipion. African.* Sex. Ruff. *de accession. Imp. Rom.* Joan. Cuspin. *in not. ad eundem, Rubr. quo pacto Africa accesserit.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap.6.* Münster. *in Cosmograph. lib. 1. c.* 35. quò pertinet versus Oven. *lib.2. Epigram.*59.

Africa Pompejis tellus, Asiatica Crassi,
Tertia pars mundi Cæsaris urna fuit.

Eamq; Romano Imperio refractariam † in ordinem redegit Julius Cæsar, deinde Justinianus Imperat. ceu hic gloriatur *in proœm. Instit. §.1. & ibi* Mynsing. & Dd. *junct. Novell.*37. Et illud ipse describit *lib. 5. commentar. de bello African.* add. *l.1. & tot. tit. C. de præfect. prætor. Africa, &c.* & ibid. Ernest. Cothman. *in comment.* Quæ postea Vandalis prædæ cessit † Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andl. de Imper. Roman. lib.2. cap.*20. Et hodiè ex parte Turcæ, majori verò parte presbytero sive pretioso Johanni paret, quamvis & Hispaniarum Rex quędam loca munita, mari adjacentia ibidem obtineat. 11 12

Asia, † totius orbis pars maxima & creationis, ac redemptionis humani generis historiâ nobilissima, Orthel. *in descript. Asi.* Johan. Boter. *in Cosmograph. lib.1. part. 2. in princ. insuper* Gerhard. Mercat. *in descript. nov. Asia fol.* 330. primis Monarchiis, nipote Assyriorum, Persarum, & Græcorum celebris, societate Attali Regis, nota Romanis, qui eam testamento hęreditariam fecit populo Rom. ut testatur Sext. Ruff. *de dignitat. & access. Rom. Imper. Rubr. de Asia.* ibidemque Cuspinianus *in not.* Ne quid autem populus Romanus non viribus parrum haberet, † armis per nos, inquit Ruff. *alleg. loco*, ab Antiocho Rege Syrorum maximo est vindicata, eademque occasione, Lydiam antiquam Regnorum sedem accessisse; Indeque L. Cornelius Scipio, cujus auspiciis bellum hoc confectum fuit, triumphans Romæ, dictus fuit Asiaticus, Valer. Maxim. *lib. 5. dictor. factor. memorab. cap.3*, Plutarch. *in vit. Scipion. African. circ. fin.* Strab. *lib. 16.* Sleidan. *de quat. summ. Imper lib.1.* Przel. *in mellific. p.2. cap.3.* Eamq; Tiberio Imperatori paruisse testis est Cornel. Tacit. *lib.4. Annal.* Hæc jam dudum Imperio Romano subtracta † à Turcis, Persis, Moscis, Tartaris & aliis populis detinetur Johan. Boter. *lib. 1. Cosmograph. part. 1. in descript. Asia.* 13 14 15

16 GRÆCIAM † patuisse Romanis dubium o-
mninò non est, Dionys. Halicarnass. *Antiquit.*
Roman.lib.7.p.m. 559. Athenis enim occupatis,
Sylla eam plurimasque alias Regiones subegit.
Car.*lib.2. Chron. de Mar. & Syll.* quæ postea Go-
thorum violentâ invasione Romano Imperio
subtracta. Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de*
Andl. de Imper. Rom lib.2.cap. 20. amodo Turca-
rum Imperio subdita Joh. Boter.*in Cosmograph.*
lib.1.part.1. in descript. Græc.

17 MACEDONIA, † victo, per L. Æmilium Pau-
lum, Perseo Macedonum Rege facta est populi
Romani provincia. Sleidan. *de quat. summ. Im-*
*per.lib.*1.Pezel.*in Mellefic. Hist.part.2.cap.3.membr.*
16.Joh. Cuspin. *in not. ad* Sext. Ruff. *de accessione*
Macedon.

18 ÆGYPTUS † in tantum se submisit populo
Romano, ut Regi Ptolomæo Epiphani admo-
dum juveni, tutorem dari à pop. Rom. legatis
missis petierit, constitutusq; fuit Cn. Pompejus
tutor, Sleid. *de quat. summ. Imper. Rom lib.1.c.7.*
Saracenorum autem violentiâ postmodum unà
cum Syria & aliis provinciis oppressa & imperio
erepta fuit. Marqu. Freher. *in not. ad Petr. de Andl.*
*lib.2.cap.*20.

19 PERSIA, ARABIA, CHALDÆA † & aliæ
Nationes finitimæ manserunt in fide imperii
Romani usque ad Principatum Heraclii tyran-
nicum, qui habitâ de Persis victoria, eos & alias
orientales nationes nimis crudeli dominatione
pressit, propter quod rebellandi occasionem ar-
ripuerunt, vid. Petr. de Andl. *de Imper. Roman.lib.*
1.c.13. Et plenius Marsil. Patavin. *de translat. Im-*
per.c.3.

20 JUDÆA † Judæ Macchabæi consilio, Roma-
norum amicitiam contra hostes solicitavit, &
fœdera cum iis junxit, 1. *Machab.c.8.v.20. & seqq.*
postea verò eam & Palæstinam, Cn. Pompejus
primus Romanorum subjugavit, templumque
Hierosolomytanum jure victoriæ ingressus est,
Cornel. Tacit. *annal. lib.* 21. Et cùm aliquoties
Judæi rebellarent, tandem à Tito Vespasiano
urbe Hierosolomytana captâ, dirutâ, Judæisq;
per orbem universum dispersis, provincia ista
Romano Imperio mancipata. Vid. Carion. *lib.3.*
Chron. rubr. de ult. Hierosol. devastat. Tandem à
Turcis direpta adhuc dum detinetur. Münster.
in Cosmograph.lib.7.c.1.]

21 ITALIA † Provinciarum orbis primaria, *auct.*
epitom. theatr. Ortelian. in descript. Ital. [cujus cum
populis, nimirum Latinis, Veientibus, Samnitia-
bus, Faliscis, Hetruscis, Romani per annos ferè
quingentos bella gesserũt, donec plenè eos sub-
jugarent, Sleidan. *de quat. summ. Imper.* tandem
sub acta gloriæ vetustate gentium Domina ap-
pellata, Plin. *in Panegyr. Maximian. Imper. dicto.*]
& olim imperii sedes à Pontifice donationis ina-
nis prætextu avulsa detinetur, *d.cap. Constantinus,*
distinct.96.

HISPANIA [P. Cornelii Scipionis virtute & 22
humanitate, tota ferè in potestatẽ Romani im-
perii redacta, Jacob. Aug. Thuan. *lib.1. Histor pau-*
lò post princ. ejusdem Majestatem, submissæ sub-
jectionis obsequio venerata est, Macchab. *cap.*8.
v.3. lib. 1. Et Tiberii Imper. tempore, Hispania
ulterior in signum subjectionis missis ad sena-
tum Legatis, oravit, ut exemplo Asiæ, delubrum
Tiberio, matriq; ejus extrueret, Cornel. Tacit.
lib.4 annal. Sext. Ruff. *de Hispan. subjugatione &*
ibid. Johan. Cuspinian. *in not.*] Matt. *de jurisd.p.1.*
c.26.n.73. fac.c. volumus, 11. *q.*1. Carol. Molin. *in*
consuet. Parisiens. in pr. num. 19. *text. notabil in l.2.§.*
1. ibi, quæcunq; in partibus Hispaniæ, &c. *C. de*
offic. Præfect. Prætor. Afric. Ernest. Gothman. *ad*
eund tit. in pr. fac. text. in l. relegatorum, §.10. *vers.*
Sed Imperatores nostri Mæcio probo Præsidi
provinciæ Hispaniæ rescripserunt, *ff. de interdict.*
& relegat. fac. inscriptio, l. si à sponso, 16. *C. de donat.*
ant. nupt. quam Constantinus Imperator ad Tu-
berianum Vicarium Hispaniæ rescripsit, *l. cum*
servum, *Cod. de serv. fugitiv.* quos & alios textus
studiosè collegit, Restaur. Castald. *de Imp. Rom.*
q.35. num. 11. *& seq.* hodie tamen ab imperio † 23
avulsa, ejus imperium non agnoscit, *gl. in c. Ha-*
drianus, dist.63. Gomez. *in § fuerat, n.5. institut. de*
act. Panormitan. *in c. venerabilem, col.9. de act.* Ja-
son *in l. cũctos populos, lect.1. col.2. C. de Summ. Trin.*
[Menoch *consil.2.n.*102. Cardin. Tusch. *pract. con-*
clus.345. vers. Rex Hispania] *& hanc esse communem*
opinionem Dd. dicit Molin. *alleg. loc. n.*20. [Chas-
san. *de glor mund. part.5. consid.* 28. Azor. *instit. mo-*
ral. lib.11. cap.5 part.2.]

Hujus exemptionis rationem duplicem assi-
gnant. 1. Quod Hispanias † maxima Reipubl. 24
infelicitate ab Arabibus occupatas, ipsi Hispa-
niarum Reges absq; ullo Cæsarum auxilio, san-
guine, periculis & impensis propriis à Christia-
næ religionis hostibus [liberarint. Petr. de Andl.
*de Imper. Roman. lib.2.cap.*8. Ex professo Johan.
Parlador. *rer. quotidian. lib.2.c.21. num.*3. ubi dicit:
Hispa-

Hispanias imperio non parere concordem esse scriptorum omnium sententiam] & ita Cæsarum auxilio destituti, Cæsarum imperio exempti, *gl. in d. c. Hadrianus*, Oldrad. *conf.* 69. [vid. Gylman. in Symphorem. *part.* 1. *tit.* 2. *vot.* 1. *fol.* 106. *num.* 114. *vers.* Tertiò ubi ex Bald. subjicit, quòd ex hac ratione multa regna hodie non sint sub Imperatore.] Dids c. Covarruv. *in relect. c. peccatum p.* 2. §. 9. *nu.* 9. [Quæ tamen ratio tueri istam
25 exemptionem vix potest; † cum etiam res aliena de manu prædonis recuperata, non fiat recuperantis, sed Domino vero restituenda veniat, *l. in civile*, C. *de furt.* Perr. *de potestat princ. cap.* 3. *q.* 4. *n.* 15. Bruning. *de Homag. conclus.* 141]
26 2. Tuentur hanc † exemptionem immemorialis temporis præscriptione, Felin. *in c. cum non liceat, x. de præscript.* Corset. *in tract. de potest. reg. q.* 104. Mart. *de jurisd. d. p.* 1. *c.* 26. *num.* 70. quæ rationes num sufficiant, in sequentibus videbimus. Excipiuntur tamen Ducatus Burgundiæ aliæq; provinciæ, quarum respectu adhuc hodie Hispaniæ Rex status imperii dicitur. Andr. Geil. *de arrest. Imp. c.* 6. *n.* 15. Hering. *de fidejuss. c.* 7. *n.* 574.
27 [Hispaniæ verò regnum † postquam ad Serenissimam Austriacam, per matrimonium & successionem devolutum est familiam, multarum amplissimarum ditionum, regnorum, provinciarum, & orbis terrarum partium accessione, in incomparabilem succrevit potentiam Jacob. August. Thuan. *lib.* 1. *Histor.* Confer Bruning. *de Homag. conclus.* 143. Maximilianus I. Imperator, junctâ sibi in uxorem Caroli Pugnacis, Burgundi Ducis filiâ unicâ, Anno Christi 1477, 18. Augusti, cum ea Burgundiam, Brabantiam, Flandriam, Hollandiam, & aliis provincias Belgicas, quarum hodie 17. numerantur, sibi & posteritati suæ acquisivit. Philipp. Cominæ. *lib. commentar. circ. fin.* Ex hoc matrimonio natus Philippus Austriacus, qui ductâ in uxorem Ferdinandi Catholici Hispaniæ Regis filiâ Anno 1496. fratre uxoris & filio Castiliæ Rege mortuo heredibus suis Hispaniæ & Castiliæ regna reliquit. Accessit simili planè modo Regnum Portugalliæ, ductâ a Carolo V. Emanuelis Portugalliæ Regis relictâ filiâ in matrimonium, cujus filius Philip. II. Hispaniæ Rex hereditatis maternæ jure, id accepit.
28 Præterea Portugalliæ & Hispaniæ Regnum, † Christophorus Columbus Genuensis, inventis multis hactenus incognitis insulis, Anno 1492. & sequenti, egregiè amplificavit. Castiliæ Regni verò accessione, America, ab Ameriro Vesputio, Anno 1497. explorata, quæ Novam continet Hispaniam, Mexicanam provinciam, Terram Floridam, Novam Firmam, Peruviam & Brasiliam, concessit in Regum Hispanorum potestatem. Gualther. *in Chronolog. Ecclesiast. Politic. sub Anno* 1492. & 1497.]

GALLIA † [à C. Cæsare domita, in fidē Imperii 29
Romani accepta fuit, Sext. Ruff. *de access. Rom. Imper. Rubr. de Gall. subjugatione*, ibidemq; Joh. Cuspinian. *in not.* Jacob. August. Thuan. *lib.* 1. *histor.* Et justissimum in eam populi Romani Imperium, antiquissimum quodque tempus spectari oporteret, esse, scribit Jul. Cæsar *lib.* 1. *de bell. Gall.*] Eamque fuisse provinciam imperii Romani testatur, etiam Suetonius *in vita Casaris*, [Cornel. Tacit. *annal. lib.* 10. Paurmeister. *de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 25.] Alciat. *in lib. dispunct. c.* 22. & *apparet ex inscriptione, l.* 5. *C. de jurisd.* quæ ab Arcadio & Honorio Impp. ad Vincentium Præfectum-Prætorio Galliarum rescripta fuit, *d. l.* 2. §. 1. ibi quæcunque in partibus Galliæ seu Francorum, *C. de offic. præfect.* Prætor. Afric. Restaur. Castald. *de Imper. Roman. quæst.* 53. *num.* 11. [Idque etiam apparet ex historia *Macchabæorum lib.* 1. *c.* 8. *n.* 2.]

Et Sigismundum † Imperatorem Anno 1411. 30
auctoritate imperiali usum in Civitate Lugdunensi, ac Comitem Saonensis status de potestatis plenitudine creasse testatur, Mart. *d. c.* 24. *n.* 87. & circa eadem tempora in ipso Parlamento Parisiensi controversiam decidisse & equitem Senescalcum creasse ex Bodin. refert idem Mart. *alleg. loc. num.* 88. [Pleniùs refert hanc historiam Francisc. Meneni. *de Equestr. ordin. symb. & origin. p. m.* 61. Quod quidem ægrè tulisse Regem & ejus magnum consilium sub silentio tamen prætermisisse restatur Chassan. *de glor. mund. part.* 5. *consid.* 30. §. *fin.*] Et Justinianum † Imperatorem fine 31
controversia jura Regibus Galliæ dedisse dicit, Cujac. *consultat.* 3. *in fin.*

Imò Ottonē etiam II. † consobrinis suis Lo- 32
thario atque Carolo Galliæ Regibus bellum intulisse, quòd Romano imperio justa non persolverent, seque subducerent legitimæ dominationi, scribit Crantz. *in Metropol. Saxon. lib.* 3. *cap.* 35. [Hinc Carol. V. Imper. in literis ad Pontificem datis, de Francisco Galliæ Rege scribit: † Illius 33
majores occupasse provinciam, GALLIAM,

qua

quæ sit ditionis imperii, teste Sleidan. *lib.* 14. *comment. circ. fin. p. mihi* 415. Indeq; in
34 hunc usque diem Elector Trevericus, † titulum vetustum retinet, & dicitur Archicancellarius imperii Romani per Galliam, deß H. Römischen Reichs durch Gallien und Königreich Arelaten Ertz-Cantzlar/ uti patet ex subscript. Recess. imperii, vid. Dauth. *de Testam. sub n.* 169.]

35 Hanc tamen hodie ab imperio † avulsam esse constat, per *c. venerabilem vers.* insuper eum Rex superiorem non recognoscat, *x. qui filii sint legitimi,* [Jacob. Aug. Thuan. *lib.* 1 *histor.*] Chassan. *in catalog. glor. mund. part.* 5 *consid.* 30. & 31. [Paul. Paris. *consil.* 31. *n.* 104. & *seqq vol.* 1. Cardin. Tusch. *pract. conclus.* 344. *verb. Rex Franciæ*] Bald. *consil.* 217. Purpurat. *in l.* 1. *num.* 13. *ff. de jurisd.* ubi dicit, quod de Rege Franciæ nihil aliud possit dici, nisi quod dicitur de polo Antarctico, qui non est nostri hemisphærii, Johan. Igne. *in quæstion. An Rex Franciæ subsit Imperat.* Menoch. *in respons. Finariens. n.* 103. Hering. *tract. de fidejussor c.* 7. *n.* 572. & ibi allegati Vasq. Duat. & alii. [Chassan. *de glor. mund. part.* 5. *q.* 17. Joh. Azori. *Instit. Moral lib.* 11. *cap.* 5. *vers. quartò quæritur, part.* 2.] Hine Gunther. *in Ligur. lib.* 1.

At simul à nostro secessit Gallia regno
Nos priscum regni morem servamus, at illa
Jure suo gaudet, nostra jam nescia legis.

36 Hujus exemptionis † occasionem & initium ad Caroli Magni nepotes refert Zachar. Vict. *de exempt. conclus.* 2. Cujac. 1. *Feud. tit.* 1. [Alii verò ad Childerici & Clodovæi tempora referunt, & Anno salutis 1580. Galliam, perræsam Romanorum potentiæ ab imperio defecisse scribunt, Thuan. *d. lib.* 1.]

Sunt tamen, qui semper liberam Galliam, nec unquam Romano imperio subjectam fuisse, asserere non verentur, Carol. Molin. *ad consuetud. Parisiens. in pr. num.* 20. & *passim* Bodin. *de repub.* quamvis idem Bodin. *in lib.* 5. *de repub. c.* 5 *p.* 898.
37 testetur † Galliam fuisse ferè vigesimam imperii Romani partem. [Exemptione tamen istâ mini-
38 mè obstante, † Galliæ Regem, Imperatori Rom. debere reverentiam, tradit Anton. Quett. *consil.* 1. *n.* 21. *vers. non obstat.*]

39 *Portugallia* † occasione Hispaniæ exempta, Matt. *d. c.* 26. *n.* 96. Afflict. *ad c.* 1. *in* 1. *notab.* Purpur. *in rubr. de jurisd. n.* 10.

40 *Britanniam* † [Insulatum, quas Romana notitia complectitur maximam, teste Corn. Tacit. *in vit. Iul. Agricol.* Ortheli. *in descript. Britann.* Boter. *in descript. Angl.* Philip. Honor. *de Regn. Britann. in init.* primus omnium Romanorum Julius Cæsar, cum exercitu ingressus, potius tamen ostendisse, quàm tradidisse posteris fertur, Cornel. Tacit. teste, *in vit. Iul. Agricol.*] Claudius demum imperio junxit, [& in formam provinciæ redegit] Sueton. *in Claud.* quæ semper Imperatorem feudataria salutavit, Cujac. *de feud. lib.* 1. *tit.* 1. [Inas verò Britanniæ Rex † ad 41
annum salutis 740. opinione religionis ac pietatis, regnum suum pontifici vectigale fecit, & in singulas domos imposuit singulos nummos argenteos, quos per suos quæstores Pontifices quotannis exigebant & vulgò vocabant, divi Petri denarios, Sleidan. *lib.* 9. *Commentar.*] Deinde metu Regis † Galliarum Innocentio III. 42
facta fuit tributaria, Zachar. Victor. *de exempt. d. conclus.* 2. idq; anno Domini 1212. factum, referente Matt. *de jurisd. d. cap.* 26. *num.* 39. [Siquidem præter denarium D. Petri, Johannes Rex Angelorum à dicto Innocentio excommunicatus, quotannis ei solvere promisit, mille Marchas sterlinorum, quæ ferè efficiunt centum millia florenorum Gualther. *in Chronol. Ecclesiast polit. sub Anno* 1213. Müoster. *in Cosmograph. lib.* 2. *cap.* 17. *ubi vid.* Britanniæ occasione Insulæ Orcades accesserunt imperio. Münster. *in Cosmograph. lib.* 1. *c.* 5. Tacit. *d. loc.* quæ etiam simul avulsæ.]

Dania † ab Ottone imperio subjecta, Adam 43
Bremens. *lib.* 1. *c.* 2. *quem allegat* Victor. *d. conclus.* 2. semper fidelitatem & homagium juravit Imperatori Romano, Matt. *de jurisd. d. p.* 1. *cap.* 26. *sub num.* 60. [Henricus auceps Imperator † Danos 44
vicit, tributa eis imposuit, & Nubam Regulum eorum baptisma suscipere coëgit. Gualther. *in Chronol. Ecclesiast Polit sub Anno* 935.] Et de manu Friderici Imperatoris Petrus Danorum Rex Coronam accepit, Cujac. *de Feud. lib.* 1. *in princ.* Hodiè † sua lege, & suo Rege neminem reco- 45
gnoscente, vivit, Kitchov. *tom.* 4. *var. consil. Germ. consil.* 17. *n.* 18. Hering. *de Fidejussor. c.* 7. *nu.* 577. quamvis aliud quoad Ducatum Holsatiæ dicendum, Andr. Geil. *de arrest. imper. c.* 6. *n.* 16. R. A. zu Speyer / de Anno 1541. §. Dieweil aber/ ibi. Insonders aber Dennemarck/ als zum theil auch deß H. Reichs verwandt Mitglied / quod ratione Ducatus Holsatiæ intelligendum.

Hungaria [uti & universa Pannonia & Illyricum,

46 eum, † sub Imperatore Tiberio, Romano paruit imperio. Lazi. *de migrat. gent. lib.* 4 *fol.* 148. & 181. Hinc Sueton. *in histor. Tiber.* scribit: Non armis Pannones eorumq; Regem, sed muneribus subjugatos. Et Ottoni Imperatori, contra Vitellium, fiduciam addidisse ex Illyrico nuncium, jurasse in eum Dalmatiæ ac Pannoniæ & Mæsiæ legiones, scribit Cornel. Tacit. *annal. lib.* 17 De Pannon. subact. plura vid. apud Joan. Cuspinian. *in not. ad Sext. Ruff. de imperii Rom. accessione*,

47 *Rubr. de Pannon*] Hæc à Rege Stephano in Papæ clientelam delata est, Victor. *d. conclus.* 2. [Johan. Axori. *Institut. moral. lib.* 11. *cap.* 5. § *Hungaria etiam Reges. part.* 2.] & ea occasione ab imperio se exemit, & de facto ejus membrum esse desiit. Reichs Abschied / de Anno 1566. §. über voriges haben uns Churfürsten / ibi, da doch solche Landschafft / videlicet Hungaria, im heiligen Reich Teutscher Nation nit mehr verwandt oder zugethan.

48 Cum verò tam † Caroli V. quàm Ferdinandi Impp. temporibus, maxima auxilia Hungaricæ nationi adversus Turcam exhibita, non sine ratione Maximilian. II. Imperat. putavit hoc regnum rursus, si gratum esse vellet, imperio uniendum, *d. recess. de Anno* 1566. §. über voriges / ibi, daß es nicht unziemlich oder unbillich / das gemelte Land zu Hungern zu einer Danckbarkeit / da es durch Göttliche milde Gnad von dem Feind errettet / in etwas Auffnehmen / Gedeyen und Kräfften käme / es dem H. Reich zugewandt / verbunden und zugethan / auch gegen andern Feinden / wo sichs zutrüge / und als Röm. Kayser / Churfürsten / Fürsten und Ständen deß hülfflich und beyständig seyn / und gleich / als mit in gemeinen Reichs Contributionen eingezogen werden solt. [Et hodie

49 Germaniæ † propugnaculum Hungaria appellatur Johan. Sleidan. *lib.* 14 *Comment. p. mihi* 398. Teutscher Nation nechste Vormawer / für deß Türcken gewaltige Hand / Reichs Abschied zu Speyer / de Anno 1570. §. Jedoch dieweil sie darneben bedacht / &c. Quamvis satis inconstantes Hungaros, & in Germanos infestis esse animis, experientiam testati scribat Johan. Sleidan. *d. lib.* 14. *Comment. p.* 199.]

50 POLONIAM † imperio Romano subfuisse iis temporibus, quibus ab extrema etiam Scythia appellationes ad Imperatoris Romani curiam devolvebantur, *Novell.* 50. vix est ut dubitemus, cum extremitates commodissimè per media cō-

51 jungantur: cùm & Ottho Magno Boleslao † acri Poloniæ Duci regiæ dignitatis axiomata conferret, Peuzer. 4 *Chron. Carion.* 5. *Chron.* De-

52 inceps arte Pontificia † Laholdus recusavit Coronam ab Imperatore sumere, quamque poposcit à Pontifice, ut testatur ex Crantz. Marr. *de jurisd. d. c.* 26, *num.* 46. Ac tandem fasces suos Imperatori submittere recusavit, Petr. Royz. *in decis. Lituan.* 3. *num.* 334. Bodin. 1. *de repub. cap.* 9. *p.* 203. [Hine Stanislaus Laseus, Regis Poloniæ Legatus † in Comitiis Ratisbonensibus, ad Impera- 53
torem & status imperii, oratione habitâ, contra Albertum Brandeburgicum propter Borussiam, inquit, meorum quæ proposuit, rationem habeant, non quidem ut judices, sed ut Principes, omni honore & observantia digni, vid. Johan. Sleidan *lib.* 20. *in pr.*

NEAPOLIS † magna pars Italiæ, novem 54
amplissimis amœnissimisque regionibus clara, [quæ primum sub Apuliæ & Calabriæ Ducibus & Anno 1025. in regnum versa, & utriusque Siciliæ regnum nūcupata, Auctor *de principatib. Ital. in Descript. Regn. Neapolitani.*] & *Sicilia*, † quæ 55
propter fertilitatem & rerum omnium abundantiam horreū urbis Romę credita, Ortel. *in theatr. in descript. Neapol. & Sicil.* Romani Pontificis patrimonio cesserunt, Matt. *d. c.* 26. *num.* 26. & *seq.* Matth. de Affl. *decis.* 77. *n.* 2. & *decis.* 128. *nu.* 4. Marant. *in spec. p.* 6. *verb.* & *quandoq; appellatur, n.* 249. Hering. *de fidejuss. c.* 7. *n.* 579. Vict. *d. concl.* 2. [Card. Tusch. *pract. concl.* 346. *verb. Rex Neapolis* & *concl.* 351. *verb. Rex. Siciliæ*, de Apulia *conclus.* 340. *verb. Rex Apuliæ*. Ac Sardinia, *concl.* 350 *ibid.* Sardiniam autem & Corsicam Romanis paruisse appatet ex Tacit. *annal. lib.* 18 *p. m.* 592.]

ARELATENSIS † Regni ditionem univer- 56
sam ac jura Majestatis Philippum Valesium Caroli VI. proavum ab Henrico V. Cæsare emisse, eique argenti pondo ducenta millia pretii nomine solvisse, consentientibus imperii ordinibus, scribit, Bodin. 1. *de Repub. cap.* 9. 201. [Thuan. *lib.* 2. *histor. in pr.*]

FLORENTINA † tempore Honorii IV. Papę 57
soluto Rudolpho Imperatori pretio sex millium ducatorum vindicavit se in libertatem, confirmante Honorio, Felin. *in c. cum non liceat de præscript.* Confer. *in tract. de potestat. Reg. q.* 101. *nu.* 68. Anton. Gabr. *lib.* 5. *conclus. tit. de acquir. dom concl.* 3. *num.* 11. [Eam tamen Carol. V. Imperator † 58
ad imperii devotionem adegit, quod pluribus persequitur, M. Ant. Natt. *consil.* 638. *n.* 39. Decian. *respons.* 19. *nu.* 84. *vol.* 3. & Alexandrum Medices, collocatâ ei in matrimonium filia notha Margaretha, Ducem Florentiæ constituit, Johan. Sleidan. *lib.* 7. *comment. p.* 189. & *lib.* 10. *pag.* 285. Jacob. Aug. Thuan. *lib.* 1. *p. mihi*, 19. Hodiè vero de facto non recognoscit imperium, pet tradita

M Cardin.

Cardin. Tusch *pract. concl.* 402. *verb. Florentinorum facta, &c. n.* 5. & *n.* 8.]

59 BORUSSIAM † virtute & armis Teutonicorum militum imperio adjectam, gravissimis bellis pressit Polonus, & tandem Borussiæ Magistrum ad pacta adactum Vasallum sibi fecit, is eum antea esset Magister, mutato rerũ statu de voluntate Regis salutatur Dux Borussiæ, Sleid. *lib.* 5. *Comment. circ. fin. vid. Chytra. in Sax. lib.* 29. *in Laudat. Annæ Soph. Princip. Megap. f. m.* 827. [Et quã antea usufructus tantũ titulo obtinebat, jure proprietatis possidendam ad heredes transmisit, Thuan. *lib.* 1. *hist. p. m.* 18.] cui direptioni accedit Dantiscum, Elbinga & aliæ ejus regionis civitates celebres, Viet. *d. concl.* 2. contradicente quamvis imperio, R. A. de Anno 1500. §. von wegen deß Hochmeisters.

60 [Has civitates non ita pridem, ad imperii conventus evocatas, apparet ex iis, quæ Poloniæ Legatus in Comitiis Augustanis Anno 1548. explicavit, apud Sleidan *lib.* 20. *p. m.* 611.]

61 LIVONIA † [quam ultimã Christianorum provinciarum, suo tempore dixit Æneas Sylv. *in descript. Polon. rubr. de Liv.* P. stor. *in corpor. hist. Tom.* 2. *fol.* 4 Et extremam Germaniæ partem, Thuan. *lib.* 2. *in pr.*] Bremensium industria inventa, & virtute militum Teutonicorum ad imperium & religionem [circa annum Christi 1186.] adacta, [Thuan *l.* 21. *hist. p. m.* 406. & *seq.* Gualth. *in Chron. Eccles. polit. sub Anno.* 1186.] imperii Romani Majestatem observavit semper, qua de re extat adhuc præjudicium pro fundãda jurisdictione Cameræ non ita pridem conceptum in causa Appellationis Schmillach contra Nassaw / ubi decretum, wolte Nassaw seinen erbieten nach beweisen vnd darthun / daß keiner auß Lyfland an das Keyserliche Cammergericht appelliren mag / er habe dann zuvor an einem gemeinen Landtag vor allen Herren vnd Potentaten deß Lyfflands appelliret / daß solches gehöret / vnnd er thue solches oder nicht / soll in puncto devolutionis erkent werden was recht ist / *refert auct. decis. & præjud. Camer. verb appellare quibus, à quibus, &c.*

62 Hinc etiam Regiam † suam & imperii civitatem novissimè appellat Maximilianus II. in R. A. An. 1567. §. wir haben auch auß gantz trew wolmeinenter / ibi gegen vnser vñ deß H. Reichs Statt Riga betreffent. [Et Archiepiscopus Rigensis numeratus fuit inter Archiepiscopos Germaniæ. Thuan. *lib.* 2. *hist. in pr.* Wintzler. *de jurisdict. Episcop. Germ. tit.* 2. *nu.*

63 6. Livoniam itaque fuisse, † & de jure adhuc esse partem Germaniæ & imperii Romani provinciam, & pro tali adhuc à Maximil. II. Imperatore in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1576 habitam, ac in anterioribus Comitiis Spirensibus propterea Legationem ad Magnum Moscoviæ Ducem imperii sumptibus faciendam decretam constat ex Recessu imperii Ratisbonensi de Anno 1576. §. Wir haben auch zum sechsten / ibi: wie es auch dieser Zeit eine gelegenheit mit dem hochbetrangten Lyfflandt / vnd was nechst zu Speyer vnd Franckfurt / der Legation halber an den Großfürsten in die Moscow auff der Stände gemeinen Kosten vorgehen zu lassen beschlossen worden / etc. Ex his & similibus infertur Livonos esse Germanos & imperii Romani cives. Deficientibus verò imperii auxiliis, † & invalescente Muscovitarum 64
crudelitate, devastatã & in potentiam eorum redactã magna hujus provinciæ parte, amissis præcipuis arcibus & propugnaculis, cùm Livoni tueri se amplius contra tyrannidem immanissimi hostis non possent, Sigismundi Poloniæ Regis clientelæ submittunt, Anno 1561. Gualther. *in Chronol. Ecclesiast. Polit. sub Anno* 1561. Cujus nomine Gothardus Kettlerius antè Magister ordinis Equestris † vulgò Heermeister / Churlandiæ 65
ac Semigalliæ Dux publicè proclamatur, & in ejus nomen tanquam hereditarii Domini nobilitas Churlãdica & Semigallica solenni juramento adacta qui rursus Regi homagii fidem præstitit, Jacob. Aug. Thuan. *lib.* 28. *hist. sub Anno* 1561. & *lib.* 71. *in fin.* Hic Gothardus ducta in matrimonium Megapolitani Ducis filia, duos ex ea reliquit filios Duces, successores in Ducatu.

TRANSYLVANIAM † lacerato ac pene profli- 66
gato Hungariæ Regno, & icto cũ Polonis fœdere, Turcici Imperatores cum Moldavia & vicinis provinciis, tributarias sibi fecere, impositis pro libidine seu Palatinis, seu Waiwodis, quos quando q; Principes vocant. Thuan. *lib.* 58. *Auct.* deß Türckischen Post vnd Wächterhörne / p. 9.]

VENETI † maris Hadriatici Domini, Mart. *de* 67
jurisdict. part. 1. *c.* 33. *num.* 25. Anton. Vacc. *ad l. iterum divij.* in quo miraculosissima eorum ædificata est civitas, Arnis. *de jur. Majestat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4 [circa annum salutis 423. ut ex Naucler. tradit Christophor. Helvic. *in Theatr. Histor. sub hoc anno*, [quæ propterea illustris † & quodam- 68
modo deliciarum Paradisus dici meruit, Jason. *in l. insulam, col.* 4. *de V. O.* Nevizan. *in sylv. Nupt. lib.* 5. *n.* 59. [Item Roma novior Fulgos. *consil.* 62. *stante statuto n.* 3. & imago Romæ antiquæ appellatur Purpurat. *in l.* 1. *n.* 41. & 42. *ff de offic. ejus, &c.* Cardin. Tusch *concl.* 70. *num.* 5. 6. *verb. venetorum laudes.*] Hinc isti versiculi:

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis
Stare urbem & toti ponere jura mari.

Nunc

Nunc mihi Tarpeias quantum vis Iuppiter artes
Objice, & illa tui mœnia Martis ait:
Si pelago Tyberim præfers, urbem adspice utramq;
Illam homines dices, hanc posuisse Deos.
[Eleganter etiam Owenus ad venetos lib. 2. Epigram. 18.
Imperii Emporii (mirum) fundamina vestri,
Funditùs in fluido sunt solidata salo.
Ne solum mutis habitentur piscibus unda
Æquoris incultas incoluistis aquas.
Orbis in Oceano, quæ quondam pars fuit, urbs est
Natura ante salum quod fuit, arte solum est.
Imperio sedem hanc æterno, plus prope vobis
Quam sibi constantem, constituistis aquam
Quid mirum vestram. consistere legibus urbem
Legibus ex leges, cùm teneatis aquas.
De amplitudine & magnificentia venetorum videri etiam possunt, quæ scripsit Phil. Comin. *lib. 2. de bell. Neapol. p. m. 805. & seq.*]

69 Hi † in fœdere Caroli Magni cum Irene & Nicephoro privilegiũ se accepisse ferunt, ut suis uterentur legibus, & bello paceve neutrius juris censerentur, Sigon. *lib. 4. hist. Ital.* Muscorn. *ne jurisd. n. 129.* [vid. Menoch. *consil. n. 63. & seq.* Bart. *in l. hostes, q. 1. ff. de captiv. & postlim revers.* Sixt. *consil. Marp. 9 n. 22. vol. 1.*] Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. c. 4. num. 38.* Arnis. *de jur. Majest. d. c. 2. n. 4.* Unde libertatis initium & occasionem nacti, Vietor. *de exempt. d. concl. 2.*

70 Sunt † tamen qui negant, *Venetos* unquam fuisse subjectos imperio Romano, Arnis. *d. c. 2. num. 4.* Mart. *de jurisd. d. c. 33. num. 7.* ex hac ratio-
71 ne; quia † quicquid in mari ædificatur ædificanti cedit, §. 5. *junct. 22. instit de rerum divis. l. in tantum, in pr. ff. eod.* & ille tuendus, qui in littore ædificat vel in mari, *l. 2. §. adversus, ff. ne quid in loc. publ.* Bald. *in rubr ff. de rerum divis. n. 8.* Jas. *in l. ex hoc jure, n. 26. & seq. ff. de jur. & jur.* [Et per hanc
72 rationem, † originariam venetiarum libertatem post Bart. Bald Jason. & alios, tuetur Tiber. Decian. *resp. 19. n. 127. vol. 3.* Bertach. *in repertor. verb. venetiarum civitas.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. 70. n. 1. in eod. verb.*]

Hæc tamen ratio multis non satisfacit; Quia
73 † JC. Celsus dicit, littora, in quæ Populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror, *l. littora, 3. ff. ne quid in loc. publ. fin.* Idem judicium de ipso mari esto, quod eodem cum littore jure æstimatur, Bart. *in l. 2. n. 5. de jurisd. §. litto-*
74 *rum, 5. inst. de rer. divis.* Nihil siquidem † commune habet causa dominii & proprietatis cum imperio, & proprietas fundi cum jurisdictione, Oldrad. *cons. 176* Dec *cons. 528. nu 9.* Andr. Geil. *2. obs. 62. n. 9.* [Carol. Molin. *ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5 n. 44.* Meichsn. *decis. Camer. 23. n. 25. Tom. 3.* Gylman. *in symphorem. part. 1 tit. 2. vot. 1. n. 22.* Est enim dominium † quid separatum à jurisdictione, Modestin. Pistor. *consil. 21. nu. 75. volum. 1.* Johan. Köpp. *decis. 48. num. 1.* Et hæc separatam habet qualitatem ab illo, Menoch. *consil. 21. num. 8. vol. 1.* Covarruv. *pp. quæst. 37. in princ.* Herm. Vult. *2. consil. Marp. 30. n. 162. & seq.* Hieron. Treutler. *consil. 2. n. 12. & 13.*] 75

Non † enim statim, ut quis suorum ædificiorum dominus est, imperii jus in iis habet, Ant. Vaec. *ad l. 2 de rer. divis.* Nam † & in mari ita est jurisdictio, sicut in terra, *ut not. in c ubi periculum de Elect. in 6. in verb. territorium*, & qui habet territorium † & jurisdictionem in terra, illud etiam habere censetur in mari, *l. un. C. de Classic. ubi* Bart. Angel. Luc. de Penn. *& alii.* Felin. *in c ad liberandum, in pr. x. de jud.* Unde & gabellam † in mari ultra centesimum miliare imponere licere ajunt, Dd Bald. *in rubr. ff. de rer. divis. col. 2. vers sed nunquid.* Afflict. *in tit. quæ sint regalia. in verb. vectigalia, n. 101.* Cacher. *decis. Pedemont. 155. num. 4.* ubi ex Bald. dicit totum mundum hoc jure uti. Et Romanos [terris deficientibus † & mare scrutatos, scribit Corn. Tacit. *in vit. Iul. Agricol.*] & imperium Maris quoque obtinuisse dicit *Polyb. lib. 1.* 76 77 78 79 80

Quamobrem † Sigismundus Imperat. in literis ad Amedeum Sabaudiæ Ducem scriptis de non faciendo fœdere cum Venetis, vel facto dissolvendo, eos appellat rebelles & dominationis iniquæ cupidine injustos, qui se contra Deum & justitiam extollant, quas literas refert Ant. Fab. *in consultat. de Ducat. Montiferrat fol 20. & fol 22.* rebellio autem præsupponit subjectionem & imperium, Craveit. *consil. 452. n. 1. & 596.* Oldrad. *consil. 43. n. 9.* Paris. *consil. 101. n. 33. lib. 1.* 81

Fuerunt præterea † Veneti populi Galliæ, quorũ fit mentio apud Julium Cæsarem, Hortledder. in Reichshandlung / *lib. 4. c. 7. n. 46.* 82

De Lucensium, † Genuensium et Senensium exemptione, vid. quæ tradit Bod. *lib. 1. de repub c. 9. p. 193. & seq.* Zach. Viet. *de exempt. d. concl. 2.* Hering. *de fidejuss. d c. 7. n. 581. & seqq.* Menoch. *consil. 2. n. 8. & seqq. & n. 46. & 49.* [Et de Lucensibus quòd imperii civitas sit, vid. quæ scribit 83

Cardin. Tusch. *practic. conclusion.* 445. *verb. Lucana civitas.*]

MEDIOLANUM [sive Ducatus Mediolanensis, olim Insubria, sive Lombardia dicta imperii Romani est provincia Cominæ, *lib.* 4. *de bell. Neapolit.* quam Carolus Magnus Imperator rursus in potestatem imperii & provinciæ redegerat, Johan. Sleidan. *in append. ad Commentar. Philip. Comine. de bell. Neapolit.* multis retrò annis in imperii subjectione permansit, & adhuc est] im-
84 perii † Romani proprietas, R. A. zu Nürmb. de Anno 1542. §. und wie nun J. Kays. Maj. ibi J. Kays. Maj. nit allein an irem und deß H. Reichs Eygenthumb/deß Hertzogthumbs
85 Meylands/ & cùm † variæ in hoc Ducatu mutationes accidissent, Wenceslaus transmisso sceptro pileoq; Johannem Galeaciũ Ducem creavit, urbe ditioneq; grandi pecuniâ venditâ, additaq; potestate, ut in hæredes transferri posset, cùm antea precarii tantùm præsides fuissent, Arnis. *de jur. Maj. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 5. Tandem cùm tem-
86 pore Caroli V. † Dux Mediolanensis sine herede decederet, Carolus filium suum Philippum de eo Ducatu investivit, & imperio Hispanico adjicere conatus fuit ab initio. [CAMERA cum urbs
87 amœnissima, † & imperii limes fidelissimus, semper in imperii Romani devotione permansit, donec Carol. V. Imperator eam, in bello cum Galliæ Rege, gesto, metuens ne ab eo occuparetur, in sua verba jurare coëgit, arce validissima in ea constructa. Thom. Hubert. Leodi. *de vit. Frider. II. Palatin. lib.* 2. *p.* 23. *in fin. & seq. & lib.* 12. *circ. fin. p.* 254. Boter. *in descript. orb. terr. lib.* 1. *part.* 1. *sub rubr.* Kammerreich/ Bosi. *in Consult. Mantuan, art.* 7. *n* 120. Habet tamen Episcopum qui se adhuc imperii Principem appellat. Idem *d. lib.* 2.
88 Meta, Tullum Verdunum † Anno 1552. ut conqueruntur historiæ & acta imperii, per Regem Galliæ, imperio Romano sunt subductæ, quamvis in spiritualibus Archiepiscopo Trevirensi pareant, Christoph. Winzler. *de jurisdict. Episcop.*
89 *German. tit.* 2. *num.* 4. Sunt præterea † aliæ ditiones Nobilissimæ, quarum adhuc hodie avulsio totalis metuenda, quæve, quod dici solet, in acie novaculæ periclitantur. Belgæ etiam multa imperii loca armis occupata adhuc dum detinent, qua de re Imperator & status conqueruntur in Comitiis, vid. R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1594. §. Darauff dann Churfürsten/ Fürsten/ etc.]
90 Secundum genus † exemptionis est, quando regnum, ditio, civitas, populus vel status aliquis imperii Romani, quoad necessariam onerum contributionem & omnimodam subjectionem à corpore imperii avellitur, imperii tamen Majestate non spectâ.

Et hi cives † honorarii non incongruè dici 91
possent, In horum ordine collocari † possunt 92
Helvetii, [olim armis virisq; mox nominis memoria clari, Cornel. Tacit. *lib.* 17. *annal. p. m.* 563. à Julio Cæsare imperio subjecti Cæsar *lib.* 1. *de Bell. Gall.* tandem Anno Christi 1316.] crudeli præfectorum insolentiâ pressi, iis expulsis ad libertatem provocarunt, Lips. 2. *de Constant.* [Cromer. *de orig. & reb. gest. Polon. lib.* 12. *in fin.* Quad. *in descript. Helvet. p.* 13. vid. Münster. *in Cosmogr. lib.* 5. *de Germ. c.* 55. *& duob seqq.* Daniel Heremit. *in descript. Reipubl. Helvet. sub rubr. Respublica & Regimen.*] adhuc tamen † imperii Romani Majesta- 93
tem sic reverentur & volunt, ut ab Imperatore Ferdinando libertatis acceptæ beneficium sibi confirmari poposcerint, Bodin. *lib.* 1. *de repub. c.* 9. *p.* 196. *in fin. vers. cum igitur*, quæ privilegiorum † 94
confirmatio sicut datio, est species quædam superioritatis & subjectionis, Matt. *de jurisd. part.* 1. *c.* 16. *n.* 62. Hostiens. *in summ. tit. de privileg. vers. cui Respons. Finariens.* 1 *n.* 14.

Ideoq; † non facile fœdus contra imperium 95
perentriunt Helvetii, quod exemplis ostendit. Matt. *d. loc fac.* R. A. zu Nürmberg/ de Anno 1542. §. unnd wie nun jhr/ ibi: mit Auffwicklung der Schweitzer/ quod verbum Auffwicklung non nisi iis attribui potest, qui vel aliquo modo subjecti censentur. [Laudandi tamen in hoc Helvetii, † quòd na- 96
turâ sint pacifici, & magis de tuendis quàm propagandis finibus sollicĭti, eorumque vetustum morem esse, ut magis virtute quàm dolo aut insidiis contendant, velut eos commendat Jul. Cæs. *d. lib.* 1. *de bell. gall.* Quiq; † ceu de Chaucis 97
scribit Cornel. Tacit. magnitudinem & libertatem suam malint justitia tueri sine cupiditate, quieti secretiq; quàm latrociniis & bello provocare alios, *lib. de morib. German.* Hollandorum
† aliud ingenium qui consueverunt præcipuis 98
Europæ bellis se immiscere, in hoc semper sollíciti, ut per rationem status ceu veteres Romani fines suos & imperium extendant. Tuetur etiam Helvetios adversus vim externam, quòd locis continentur naturâ munitis & asperis, & quòd ad arma assuefacti sint. Philip. Comin. *lib.* 9. *comment.*]

In eadem causa puta esse Genuenses. † & re- 99
ctius ad hoc secundum, quàm primum exem-

ptionis

ptionis genus referendos, qui licet libertatem omnimodam, in ardua illa & gravissima causa Finariensi allegarint, ea tamen non obstante, S. Imperatoria Majestas se judicem pronunciavit, cujus pulchras rationes refert consilium *Ferdi-*
100 *nand. Imper. in respons. 1. Finariens.* Ducem † Sabaudiæ quod attinet, multi sunt, qui eum summa & Imperatoria potestate ac Majestate uti, neminemque superiorem recognoscere asserũ eunt, Claud. de Battand, *in tract. de legitim. art.* 13. *numer.* 34. Jas. *consil.* 227. *quam refert & sequitur* Anton. Gabriel. *lib.* 5. *tit. de acquir. rer. dom. conclus.* 3. *nu.* 17. [Purpurat *in rubr. nu.* 10. *ff. de jurisd.* Eguin. Bar. *de benefic. Feudal. lib.* 2. *cap.* 1.] adeoq; crimen læsæ Majestatis in eum committi sine controversia tradit Tessaur. *in præfat. ant. decis. num.* 14.
101 [Verum enimverò, Ducem Sabaudiæ † Imperatorem recognoscere, quanquam imperii jura in suo Dominio habeat, & perpetuum imperii vicarium esse, post alios respondit Jacob. Menoch. *consil.* 2. *n.* 104.]
102 Et † si aliqua concedenda hujus Ducis exemptio, rectius ad hoc secundum, quàm primum genus illa referenda est. Constat namque Du-
103 cem † Sabaudiæ esse Principem imperii Romani, Reichs Abschied zu Speyer/ de Anno 1544. in pr. ibi, darselbst unsern Fürsten vnd Glied deß heiligen Reichs/ den Hertzogen von Saphoyen/ R. A. de Anno 1541. §. Nach dem aber in dem unserm Schwager vnnd deß H. Reichs Fürsten vnd Lehnmann dem Hertzogen von Saphoyen ein gut Theyl seines Fürstenthumbs mit Kriegsgewalt abgedrungen vnnd eingenommen ist/ sind wir in Betrachtung unsers Kayserlichen Ampts verursachet/ vnd zu Erettung deß H. Reichs Eygenthumbs, etc. [Confer Joh. Sleidan. *lib.* 10. *Commen-*
104 *tar. p m.* 290.] Et Sigismundi † Imperatoris beneficio appellatum Ducem, ipsamq; Sabaudiam imperii Feudum esse, præter allegata testatur, Bodin. 1. *de repub. c.* 9. *p.* 200. [Bald. *consil.* 121. *n.* 10. *lib.* 3. Card. Tusch. *pp. conclus.* 819. *verb. Dux. Sabaudia, &c.* ideoq; non potuisse eum compromittere in Regem Franciæ de Feudis imperii, ex Bald. *consil.* 218. *ibid.* scribit.] Et adhuc hodie vocatus
105 comparet ad Comitia † imperii, velut Princeps imperii, uti ex subscriptione multorum recessuum imperii apparet, & novissimè ex subscript. Recess. *de Anno* 1613. ubi nomine Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ, Casparus à Geneva Marchio Lullini, & Philibertus Goveanus comparuerunt & subscripserunt.
106 Et † præterea Sabaudiæ Dux, ipso Tessaur. Cacher. & aliis testibus, perpetuus imperii Romani Vicarius nominari vult, Tessaur. *in præfat. ant. decis. nu.* 14. Vicarii † autem munus præsup- 107
ponit superioritatem ejus, cujus vices geruntur, Bodin. 1. *de repub. d. c.* 9. *p.* 200. Non itaque video, quomodo subsistere possit, esse vicarium imperii & Imperatorem non superiorem recognoscere.

[Lotharingia † à Lothario Caroli M. nepote 108
ita dicta, quòd divisione inter posteros Caroli factâ, provincia ista huic obvenisset Münster. *in Cosmograph. lib.* 3. *de German. cap.* 145. Quam eùm Reges Franciæ imperio detrahere vellent, Ottonis I. Imperatoris fortitudine vindicata fuit, ejusq; Duces inter primos & insigniores in imperio relati, ut videre est apud Petr. de Andl. *lib.* 1. *cap.* 16. Marquard. Freher. *in not. ad Andl. d. c.* 16.
Eam tamen paulatim à Teutonica lingua † & 109
Republ. desciscentem, nomine magis, quàm re ipsa imperii provinciam mansisse, conqueritur Lazi. *de migrat. gent. in præfat. fol.* 8. *in fin. & fol.* 109. Et Bilingues Lotharingos, Brito Poëta dixit. Anno tamen 1542. in Comitiis Noribergensibus inter imperium & Lotharingiam certis conditionibus transactum Marquard. Freher. *alleg. supr. loc.* Et adhuc hodie † imperium ejusque ju- 110
risdictionem agnoscit quoad contributionem & pacem publicam, feudaq; ab imperio dependentia, Frideric. Mindan. *de process. post lib.* 1. *sub rubr. de privileg. quorund. stat. & civit. Imper.* Et ita à glorisissimo moderno nostro Imperatore, Legatum Baronem quendam quem ad hoc cum splendidissimo nobilium Comitatu Viennam miserat, Dux Lotharingiæ cum debita submissione investituram petentem & à Majestate sua investitum ipse vidi Anno 1614. Extra hos autem casus † tam in primæ quàm secundæ instan- 111
tiæ causis Ducem privilegiatum, & Cameræ mandatum esse, ne eos processibus molestent, & contra id decretos, Cassatos fuisse scribit Frider. *alleg. modo loc.*]

Non absimilis † videtur conditio fuisse Bel- 112
gicarum & Burgundicarum provinciarum, quæ non solùm sub imperii protectione continentur, sed eidem ex mutua, conventione, salvâ tamen exemptione, contribuerunt, R. A. de Anno 1548. § Nach dem dann von unser/ ibi, also daß alle dieselbige unsere Burgundische vnd Niderlerbland in deß H. Reichs Schutz/ Schirm vnnd Hülff vnnd Vertheidigung gleich andern Ständen desselben begreiffen/ auch die Fürstenthumb/ Geldern/ Zutffen/ vnnd Landschafft Vtrich hinfüro in den Burgundischen Kreyß gehören/ vnnd gemelte Land/ dagegen auch zu dem Reich contribuiren/ deßgleichen alle Stände deß

Reichs vnnd derselben Vnderthanen in vnsern Burgundischen vnnd Niderlanden / gleich desselben Verwandten / auch Schutz/Schirm/ Hülff vnd Vertheidigung haben / aber sonst dieselbige bey jhrer/vnserer Burgundischen vnd Niderlanden Exemption vnd Jurisdiction / auch Satzungen vnd Ordnungen gelassen werden sollen. Et adhuc hodie ratione
113 Domus Burgundiæ, Hispaniarum † Rex in comitiis comparet, ut ex subscript. Recess. & ex novissimi recessus subscriptione de Anno 1613. satis manifestè apparet. [Et constitutionibus imperii, quoad hanc & alias, similis conditionis, provincias haut gravatè se accommodat. R. A. zu Augspurg/de Anno 1566. §. Nach dem dann zu vorigem Et in v e b. Daß jhre Liebd vnnd Keys. Mays. den König in Hispanien dahin vermahnen wollen / daß jhre Ld. von gedachter Niderland wegen / sich auch was im heiligen Reich constituiret vnd gesetzet gemeß erzeygen wollen.] Et licet Burgun
114 dia in causa appellationis a Camera exempta, † quoad causam tamen fractæ pacis & collectarum, Duces Burgundiæ forum in Camera sortiuntur. so viel den Landfrieden vnd Anlagen belanget / sind die Burgunder nicht Exempt / uti votando refert Gylmann. *in symphor. supplic tom.* 1. *tit.* 1. *vot.* 1. *num.* 3. Et ita in Camera contra Regem Hispaniæ tanquam Burgundiæ Brabantiæq; Ducem mandata de non offendendo decreta fuisse docet, Frider. Mindan. *de Processib Camer. extrah lib.* 1. *c.* 22. *num.* 4. & 5. Quamvis transactione Burgundiacâ Augustæ Vindelicorum factâ, de Anno 1548.
115 peculiariter constitutum, † ut subditi Ducis Brabantiæ & Burgundiæ & pertinentium Ditionum in causa fractæ pacis à loco domicilii non evocentur, verùm coram ordinario judice ad pœnam Banni vel alias juris communis pœnas conveniantur, Pruckman. *consil* 11. *n* 18. Mynsinger. *obs.* 58. *n.* 2. *Cent.* 5. quod admiratur, Frid. *d. c.* 22. *num.* 3. [Burgundiam & Regnum Arelatensè,
116 † Rudolphus Rex ejusdem, Cunrado secundo Imperatori, testamento reliquisse legitur, quod ab adversariis occupare desiderantibus, vi & armis defendit & imperio Romano subjectum fecit, Philipp. *in Chronic. Carion. lib.* 4. *in vit Cunrad.* 2. Et Belgas ab Ottone primo Imperat. prælio victos atq; fusos, potestati suæ subjectos testatur, Jul. Pflug. *de Repub. German. p. m.* 13.] Ad hunc secundum modum vel genus exemptionis, si qui sint similes, referri possunt.

Tertium exemptionis genus est, quando ali-
117 quis status imperii. ab immediata † imperii subjectione eximitur, & mediatus efficitur, mediante alio imperii immediato statu, utpote si Princeps imperii, Dux, vel Marchio, Comitem, Baronem, Nobilem, Civitatem, Imperio immediatè parentem, sibi subjiciat, & suum Landsassium suamque civitatem provincialem esse affirmet, [Confer Tilemann. de Benign. *decis. Camer. syntagm.* 4. *decis.* 8. *vot.* 2. *n.* 14.] prout adhuc hodie de Civitatibus, Vesaliensi, Susatensi, Braclensi, Warburgensi, Lemgoviensi & Hervordensi aliisque, in Principes eas eximere conantes. & Fiscalem imperii lis indefinita pendet, teste Paurmeister. *lib.* 2. *de jurisd. c.* 1. *sub n.* 17.

Hæc exemptio non † ita imperii dignita- 118
tem minuit, sicut priora duo genera, tam quoad onerum contributionem, quam quoad superioritatis recognitionem, R. A. de Anno 1548. §. Vnd also durch/ibi: Dieweil dann derwegen kein Irrung noch Streit ist / auch dem heiligen Reich deßhalben an seiner Anlagen vnd Gerechtigkeit nichts abgehet/ so lassen wir vnnd gemeine Stände/ auch der abwesenden Botschafften vnnd Gesandten solches alles bleiben vnnd beruhen/ bevor ab/ so die außgezogene Stände solches außziehens vnnd vertrettens zu frieden seyn:
Nam exempti, † qui prius onera subierunt, 119
eximenti adcrescunt cum suo onere, *l. lex vectigali, de pignor. & hypoth l.* 20. §. 1. *de acquir. dom. d. Recess. de Anno* 1548. §. Ob aber der so außgezogen wird/ dem außziehenden Stande/ cum onere, oder sine onere, zustehen solle, haben wir vns mit Churfürsten / Fürsten vnnd gemeinen Ständen/ etc. entschlossen / wo sich die außziehende vnd außgezogene Stände/ der außziehenden Anschläg halben/ ohne rechtlich Erkandnüß nicht vergleichen könten / daß also dann die Außgezogene/ so in deß Reichs Anschlägen begriffen sind vnnd befunden werden / auch jhre Anschläge / im fall der Notturfft jederzeit entrichtet worden / deren Erlegung vnd Leistung das Reich im inhaben ist / dem gewinnenden mit dem beschwerten zu wachsen / auch derselb solchen Anschlag für den Außgezogenen zu entrichten vnnd zu vertretten schuldig seyn soll/ add. R. A. de Anno 1555. §. Dann auch ferner. Nisi
† exempti sint in possessione libertatis, d. recess. de An- 120
no 1545. §. Aber die Außgezogene so hiebevor einige Anlage nicht erlegt hetten/ vnnd also in possessione vel quasi libertatis weren/ dieselbe sollen biß zu endlichem Außtrag der Sachen darbey gelassen/ vnnd hinwider weder sie/ noch die Außziehenden zu einiger Bezahlung nicht angehalten noch gedrungen werden/ [add. R. A. zu Erffurt / de Anno 1567. §. Es sollen auch wie auff etlichen Reichstägen /] quod tamen
non procedit in casu necessitatis, † quia eo casu et- 121
iam privilegiati sine discrimine contribuunt, R. A. zu Speyer/ de Anno 1542. §. vnd zu diesem / & de Anno 1544. §. vnd zu diesem / R. A. de Anno 1542. §. solche der Stände/ ibi, Geistlich vnd Weltlich Exempt vnd nicht Exempt/ gefreyet vnd nicht gefreyet / etc. & de Anno 1605. §. Dieweil nun diese bemelte / ibi, sie seyen Exempt oder nicht Exempt/
gefreyet oder nicht gefreyet / quo casu etiam Vasalli † 122
(aliàs a collectis immunes, Rosenthal. *de Feud. c.* 5. *conc us.* 78. *num.* 2. Heig. *illustr.* 18 *num.* 16. *p.* 1. Cothman. *cons.* 11. *n* 32. *Clar.* § *feudum. q.* 29. *nu.* 2. Andr. Knich. *de vestitur pact. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 26)

onera

onera collationis subeunt, R. A. zu Speyer / de Anno 1544. §. Damit nun solcher Ordnung / ibi: zu seyen Lehen oder Engen / Henr. Bocer. *de collect. c. 4. n. 12.* Si verò
123 in hac libertatis † vel quasi possessione non sint, tunc vel eximentes vel ipsi exempti contribuunt, R. A. zu Regenspurg / de Anno 1544. §. vnnd damit vnsers Keyserlichen Cammergerichts / in fin.

124 Cùm verò † multi exempti sint, qui nec ipsi per se, nec eximentes eorum onera subeant, hæc etiam exéptio imperio multis modis detrimentosa existit. d. Recess. de Anno 1548. §. Etliche andere aber werden außgezogen ohne daß der Außziehenden / der die Außgezogene ihre gebürliche Anlage dem H. Reich entrich-
125 ten vnd leisten. Interest autem † Reipubl. ne fiscus tabescat, cum neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque hæc sine tributis haberi queant, *Tacit. 4. histor. fac. Novell. 27. cap. 1. l. 1. §. 20 de quæst. Nov. 8. c.* 10. *Nov. 149. cap. 2.*
126 Deinde etiam † per hanc exemptionem publica imperii munia & expeditiones impediuntur, *Nov. 43. in præfat.* variatur imperii matricula & collectæ redduntur incertæ, non sine imperii incommodo, R. A. de Anno 1548. §. wiewol nun deß heiligen Reichs / ibi: vnnd deß Reichs Anschläge in eine beständige gewisse Ordnung zu bringen / damit man sich derselben in deß H. Reichs zufallenden nöhten fruchtbarlich gebrauchen / vnd lauter verstehen möchte / was man sich derselben zu getrösten hette / minuuntur membra imperii, vota & consilia, R. A. de Anno 1557. §. Also wir dann weiters / ib. die exemptiones wurden so gar gemein / damit dem H. Reich an seinen Gliedern / Session / Stimme / vermügen vnd hülffen / grosse Zerrüttung vnnd Abgang erfolgen thue / interest
127 † enim Reipubl. per plures consuli, secundum Plutarch. de repub. Don. Garf. Mastrill. *de Ma-*
128 *gistratib. lib. 2. c. 11. num. 7.* Augusta † imperii celsitudo tritis illustrium fundorum occupationibus depressa vilescit, *Zas. de feud. p. 9.* Zach. Viet. *de exempt. concl. 7.* Diminuuntur divitiæ & dignitates, in quibus consistit decus & splendor imperii, Hieron. Schurff. *1. cons. 27. n. 1.*
129 Hinc † sæpissimè in Comitiis deliberatum, quomodo matricula imperii resarcienda, R. A. de Anno 1541. §. Vnd wiewol jhr / ibi: wie deß Reichs Matricul widerumb an seinen entzogenen Gliedern / Land vnnd Leuten ergentzet / vnd also die gemeine obligende Bürden desto mehr erleichtert werden möchte / add R. A. de Anno 1543 §. Durch das Mittel / ibi, vnnd dann die Reichs Matricul
130 wider zu ergentzen. Quam ob rem † ne in posterum nimis frequentes sint exemptiones, Fiscus imperii actionem adversus exemptos in Camera de simplici & plano instituit & prosequitur, *d. Recess. de Anno* 1548 § etliche / Petr. Denais *in jur. Cameral. tit.* 99 §. 11. Plura de hac exemptione vid. apud Zach. Viet. *de exempt. conclus. 8. 9. 10. & seqq.*

Exemptio † autem quomodo probetur, vid. Mascard. *de probat. vol. 2. concl.* 713. & quomodo ex novissimis constitutionibus, *vid. d. recess. de Anno* 48 §. Wann auch ein Außgezogener. Et tantum de tribus hisce exemptionibus modis. 131

Hisce lubet subnectere quæstionem, † an ne totaliter exemptus se aliquo jure tueri possit ad versus imperium? Verissimum est, talem exemptum nullo juris prætextu se tueri posse, *Zas. 2. consil. 16. n. 12.* Covarruv. *pp qq. cap. 4. nu. 1.* Treutler. *volum. 1. disp. 3. thes. 7. lit. c.* [Andr. Geil. *de arrest. cap. 6. in fin.*] cum tam divini, quàm humani juris auctoritas ei resistat. { Quò non obscurè respexit Maximilianus II. Imper. in Comitiis Augustanis de Anno 1566. § Betreffent die Stände so darfür wollen geachtet werden / als ob sie dem Reich gäntzlich entzogen / &c.] 132

Nam quoad jus divinum, † qui se ab omnimoda Cæsaris jurisdictione eximit, non tribuit Cæsari, quæ sunt Cæsaris, ex præcepto Christi. Concupiscit alienam jurisdictionem contra præcepta decalogi. 133

Jure humano † eximens se, ab imperio deficere dicitur, R. A. zu Trier vnnd Cöln / de Anno 1512. §. Nemlich welche Stände [R. A. zu Speyer / de Anno 1570. § Da nun die Anwesende Churfürsten / ibi: so viel die engogene oder NB Abgefallene Stände vnnd Lande anlanget.] 134
Qui verò ab imperio deficit, † imperii hostis judicatur, *l. 14 ff ex quib. caus. major. l. 3. §. fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Bart. ad l. hostes, n. 15. ff. de captiv. & postlim.* Adversus hostem † autem æterna est auctoritas. Zach. Viet. *de exempt. concl. 7. in fin.* 135 136

Ideòque non placet sententia † Besoldi, viri alioquin doctissimi, qui eas gentes, quæ olim paruerunt imperio & se exemerunt, de jure Imperatorem Romanum pro Domino observare obstrictas non esse: Quia Deus transfert regna de gente in gentem, etiam interdum contra regulas juris humani, ideoque contra naturam esse putat, si disputetur ex æquitate juris privati, an hic vel alius Princeps regnum jure possideat, Besold. *in tract. de Appellat. cap. 2 sub n. 8. Et de jurisd. impor. q. 6.* Verùm hic distinguendum † est inter Dei permittere & agere: Deus siquidem sæpè regnare facit, hoc est, permittit hominem hypocritam propter offendicula populi, *Prov. 28. v. 2.* Sic Deus sæpè permittit, ut Tyranni † iniquè occupent regna, ipsam tamen tyrannidem non probat, [*Habacuc. c. 1.* ut testatur Propheta dictus, *ibid. cap. seqq.*] Si itaque titulus translationis justus est, Deo volente transfertur regnum. Si verò 137 138 139

injustus

injustus, Deo quidem permittente, non tamen
volente: Quia Deus non vult iniquitatem. Deus
vult ut Cæsari tribuantur, quæ sunt Cæsaris. Er-
gò non vult, ut injustè Cæsari auferantur, licet
id quandoq; permittat. [Petr. de Andl. *de Imper.*
Roman. lib. 2. cap. 8. ubi Franciæ, Angliæ & alios
Reges hanc subjectionem detrectantes peccare
asserit, *per c qui resistit 11. q. 3.*]

Deniq; ad tuendam exemptionem non satis
140 est, allegare titulum præscriptionis: † Quia ex
veriori Dd. sententiâ, obedientia & superioritas
in æternum non est præscriptibilis, *c. cum inter,*
x. de consuetud. gl. in c. volumus, 16. quæst 4. Bald. in
l. 1. col. 4. Cod. de emancipat lib. Balb. in tract. de præ-
scriptio. 1. p. 5. part princip. q. 1. n. 2. Cravett. *de anti-*
quit. temp. c. incip. materia ista singular. n. 71. [Chas-
san. *de glor. mund. part. 5. consider. 27. vers. Et nulla*
civitas, Imperatori potest excutere jugum subjectio-
nis. Anton. Fab. *in C. rer. in Saband. judicat. lib. 3.*
tit. 12. de fin. 2 n. 6. ubi contra Genevarum exem-
ptionem, Cardin. Tusch *practic. conclus 40. nu. 4.*
verb. Imperat. ubi dicit, quòd Imperator ejusmo-
di præscriptionem contra se & imperium pati
non possit, Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §.*
1. gl. 5. num. 56. Confer Rosenth. *de Feud. c. 8 q. 15.*
gl. c. in notat. Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 2.*
cap. 67. num. 13. & seq. Confer etiam Johan. Azor.
instit. moral. lib. 11. c. 3. vers. Sextò quæritur. part. 2.]
Sixtin. 1. *de regalib. c. 5. num. 145.* Zas. 2. *cons. 16. n. 12.*
Hieron. de Cævall. *in spec. comm. opin. q. 46 num. 6.*
ubi de communi testatur, Gylmann. *in sympho-*
rem. Tom. 1. p. 2. vol. 4. num. 511. Talis enim omni-
modò exemptus, foret acephalos, hoc est, sine
capite, quod juris ratio non admittit, *text. in c.*
141 *nulla ratione, distinct. 93.* & supra dictum fuit, †
quòd nec mortales adversum Deum immorta-
lem, nec privati adversus Rempubl. præscribere
142 possint, Bodin. 1. *de republ. c. 10. p. 271.* Est enim †
ab omni præscriptione exempta, Abb. *in c. vene-*
143 *rabilem, qui lib. sint legitim.* [Et ubi materia †
omninò impræscriptibilis, ibi nulla etiam im-
memorialis præscriptio locum habet per tradi-
ta Mynsing. *obs. 28. n. 6. in fin. cent. 6.* Petr. de Andl.
144 *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 8.*] Quæ vanitas † esset
præscriptionem pro imperii salute inventam im-
perii hostibus in pestem substernere, *arg. l amis-*
sione, §. deficiunt. ff. de captiv. & postlim. revers. Za-
char. Viet *de exempt. conclus. 7.* Neque verisimile
145 † est quòd Princeps, qui dedit præscriptionibus
robur, dederit contra se & contra imperii sui sta-
tum, Don. Garf. Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. c. 2.*
num. 26. [Johan. Oldendorp. *consil. Marp. 5. n. 47.*
vol. 1. Nunquam enim Princeps † contra se 147
confirmare aut aliquid concedere præsumitur,
neq; ita concedere, ut jure concessio etiam con-
tra se ipsum uti liceat, *l. si peculium, §. sicut. ff. de*
pecul. legat. Bald. *in l. 2. C. an serv. ex suo fac. l. inqui-*
sitio, C. de solut. Tiber. Decian. *resp 19 nu. 92. vol. 3.*
ubi plures allegat. Gylmann. *in symphor. part. 1.*
tit. 2. vot. 1. n. 75.]

Obstare † videtur, §. Wann auch ein Auffgezogener/
R. A. de Anno 48. ibi, oder wie die Reichshülffe unnd An-
schläge legitimè præscribirt habe. R. Ille textus
loquitur non de primo, sed tertio exemptionis
genere, quando status aliquis non in totum ab
imperii recognitione & obedientia avellitur,
sed ex immediato mediatus efficitur, quæ exem-
ptio intelligitur fieri salva suprema imperii &
Imperatoris jurisdictione, cùm exemptus ma-
neat sub jurisdictione imperii, licet non imme-
diatè, tamen mediatè, quod ita votando ponde-
ratum in causa Fiscalis contra Abbatem deß N.
Klosters/ & Ducem N. apud Gylman. *in symphor.*
supplic tom. 1. p. 2. tit. 11. vot. 4. n. 112. ubi itaq; mi-
nus præjudicium versatur, facilius admittitur,
d. recess de Anno 48. §. vnd als durch die.

Pari modo † venditionis titulus utiliter alle- 148
gari non potest; tùm quia superioritatis jura,
† quæ sunt de essentia Principis, eique medulli- 149
tus adhærent, venalia non sunt, neque ad subdi-
tos transmissibilia, per ea quæ *supra c. 1. Class. 2.*
c 2. n. 234 & seqq. circ. fin. allata sunt; tùm quia su-
perioritas est quoddam † jus publicum regni, 150
& sic cùm omnes tangit, debet ab omnibus ap-
probari, aliâs totum regnum læderetur & sen-
tiret novitatem, quod nec licitum, nec conve-
niens, ut dixit Corser. *de potest. reg. part. 1. q 4. &*
post eum Guttier pract. qq. civil lib. 1. q. 88. subdens de
hoc legem esse expressam apud Hispanos in l. 1. tit. 15.
de las prescriptiones, lib. 4 nov. coll.

Nec deniq; † sævitia Principis sufficiens ex- 151
emptionis causa, per ea quæ tradit Zach. Viet.
de exempt. concl. 14.

Rectissimè † itaq; à Carolo V. deliberatum 152
& desideratum fuit in Comitiis Wormatiensi-
bus, R. A. de Anno 1521 §. Vnnd als wir in vnser Keyserl-
ich Gemüth gesetzet vnnd fürgenommen haben / mit hülff deß
Allmächtigen / Gott zuforderst zu Lob / dem heiligen Reich zu
Ehren vnd Wolfahrt / vnsere Keyserliche Kron / wie sich ge-
bühret zu holen vnd zu erlangen / auch das jenige / so dem Reich
entzogen / vnnd lange Zeit in frembden Händen gewesen / wi-
derumb

herumb zu erobern vnd zum Reich zu bringen. Ad quod invictissimi Imperatoris augustissimum & laudatissimum propositum feliciter perficiendũ, Proceres & status imperii promptissimum auxilium in iisdem Comitiis promiserunt, *d. recess. §. seq.* auch haben vns Churfürsten / Fürsten vnd Stände deß heiligen Reichs / zu solchem vnserm ehrlichen Fürnehmen / auff vnser gnediges gesinnen vnd begehren / ein dapffere grosse hülff / nemlich 4000. zu Roß / vnnd 20000. zu Fuß / so ferrn Fried vnnd Recht im Reich seyn / vnd gehalten werde / vngefährdt bewilliget vnd zugesagt. Add. R. A. de Anno 1566. §. Nach obgesetztem / & de Anno 1576. §. Wir haben auch fernera. [Et de Anno 1576 § Sintemahl dann / ibi: von recuperirunge der abgangenen vnd eingenommenen Stände. Ex qui-
153 bus † & aliis constat Imperatores animum recuperandi nunquam dimisisse, idque Carolum V. Imperatorem in Italia, subjugando Florentinos & alios, ac in Africa tentasse ex historia apparet, Confer Petr. Frider. Mindan. *de Processib. lib. 2. c. 67. n. 13.*]

154 Sicut † itaque Domino in Barbarium Philippum servum, sempiterna fuit auctoritas, ita & Imperatori Romano in eos, qui se eximendo ab imperio defecerunt, *ut ex Dietero & aliis pluribus pulchrè deducit* Zachar. Viet. *de exempt. concl. 7.* Sic Justin. Imperator tam juris religiosissimus, quàm victis hostibus triumphator Magnificus
155 in pr. Procem. instit. Africam † & alias innumeras provincias post tanta temporum spacia, videlicet annos 95. quibus Wandali Africam tenuerunt, *l. 1. in princip. Cod. de offic. præfect. Prætor. Afric. & 69.* quibus Gothi in Italia erant dominati, suis victoriis à cœlesti Numine præstitis iterum ditioni Romanæ suoq; adjecit imperio, ut ipse testatur, *in §. quorum utramq; d. Procem. instit.*

156 Hic etiam † occasio de illa quæstione discurrendi se offert, cùm publici imperii reditus ita diminuti sint, ut Imperator, qui ex iis olim vel amplissimum alere exercitum potuit, hodie nequidem vitam inde ducere possit, Michaël. Coccin. *de bell. Maximil. I. Imperat. cum Venet. gest.* *Grangellan.* apud Sleidan *lib. 17.* Eberh. à Weih. *de regn. subsid. c. 5. n. 42. & seq* quomodo deplumata imperii aquila rursus vestiri, & honestus Imperatori census ex ipsius imperii proventibus [præter eos ex ditionibus hereditariis obvenientes] constitui possit? [Rex namque egens, reditibus, magna est calamitas, Gualter. *in Chronolog. Ecclesiastico-Politic. sub Anno* 478.] Hac de re diversæ Politicorum fuere conjecturæ & ratio-
157 nes. Sunt qui putant † urgendam restitutionem vectigalium publicorum, quæ quondam occuparunt Principes. [Atque sic in Gallia † ali- 158
quoties ejusmodi immensas donationes Regias à curia Parisiana revocatas & abolitas ex Bodin. Connan. & aliis tradit Dn. Besold. *de ærar. publ. cap. 2. num. 4.* Et cùm Ludovicus XI. Galliarum Rex immodicas opes in Ecclesias contulisset, eas ratas non mansisse testis est Phil. Comin. *lib. 9. comment.* Quem etiam medico constituisse in menstruum stipendium decem aureorum millia, idem Comin. *d. loc.* scribit.] Hæc ratio non immeritò displicet, Jul. Pflug. *lib. sing. de repub. German.* quia vectigalia † benignitate impp. 159
concessa, & virtute præstantissimorum Heroum promerita, multisq; lustrorum cursibus quietè & rectè possessa, parum justè auferri, & rursus imperio vindicari possent, Heig. *illustr. quæstion. pag. 1. q. 2.* nec mos † fidelissimæ vetustatis faci- 160
lè mutandus, *l. testamenta, 18. Cod. de testament. l. Imperatores, de pollicitat. l. non tantum, §. fin. de decurion.* nec sine motu & turbis id fieri posset.
[In capitulatione novissima, † moderni Impe- 161
ratoris Augustissimi, tamen expressè cavetur, ut illi imperii reditus & tributa, quæ privatis oppignorata vel elocata, rursus imperio vindicentur, daß die Reichstewer der Stätte vnd anderer Gefälle / so in sonderer Personen Handt gewachsen vnnd verschrieben / widerumb zum Reich zuziehen / es were dann solches mit rechtmässiger bewilligunge der 6. Churfürsten geschehen / vid. ipsam capitular. § Vnnd nach dem das heilige Röm. Reich fast vnnd höchlich in abnehmen vnnd ringerunge kommen.]
Quamobrem † tutius putat esse, Jul. Pflug. ut po- 162
tius pro usu Reipubl. & militiæ nova vectigalia Imperatori constituantur, quàm ut bene quæsita eripiantur statibus, Arn. Clapmar. 5. *de arcan. rerumpub.* 12. Sunt † qui ad bona Ecclesiastica re- 163
gressum faciendum existimant, ut opinatur Waremund. ab Ehrenberg / 1. *de fœderib. cap. 3. n. 34.*
Sed nec hæc videtur commoda ratio, ut ea, † quæ 164
ad sacrum usum semel destinata & consecrata sunt, neglectâ religione, profanis applicentur usibus, R. A. zu Augspurg / de Anno 1530. § Etliche haben Klöster / R. A. zu Speyer / de Anno 1544. §. Vnd damit der Kirchengüter halben.

Commodissima † itaque videtur ratio, quæ 165
Maximil. I. Imperatori laudatissimo in investitura Eberhardi Ducis Würtenbergici justa visa fuit, ut videlicet sine herede feudali decedentibus Principibus, & feudis imperio apertis, ad Imperatorem rediret, prout in prædicta investitura Ducis Würtenbergici dispositum, mit der Ordnung vnd Geding / ob es were (daß GOtt der Allmächtige in

gnaden verhüten wolle) daß der Männliche Stamm und Lini der Hertzogen von Würtenberg gantz absterben/und keiner mehr sein würde/ daß als dann solch Hertzogthumb durch uns König Maximilian / oder unsere Nachkommen am Reich/ König oder Keyser / nicht soll oder möge ferner jemand auß einiger Ursach oder Weise/ wie die sein möchte / zu Lehen/verleyhen/oder durch einen andern Titel/Form oder Maaß/gantz oder ichts/von Stätten/Schlössern/ Nutzung oder ihren Zugehörung davon geben/verkaufft/vereussert / oder in Verwaltung in Ampt oder Pflegersweise eingegeben / oder in Besitz zugestelt werden/sondern solche Hertzogthumb mit aller Oberkeit/Herrligkeit / Mannschafften / Nutzen / Leuten unnd Gütern soll bleiben bey Römischen Kaysern und Königen / unnd bey dem heiligen Römischen Reich ewiglich/ und also in Mehrung deß Reichs widerumb gut / der Cammer incorporirt unnd eingeleibet seyn / cujus tenorem ex Goldasto refert Dn. Horledd. in Reichshandlung/ *lib.3.c.1.n.10.*

166 Quam † rationem probant sanciuntque quotquot à Caroli V. electione ad Matthiam hodiernum Cæsarem nostrum invictissimum extant capitulationes Cæsareæ. Goldast. in deß Reichs Satzungen/part 2. sub Anno 1519. unnd in Politischen Reichshändeln / part 5 sub Anno 1558. ihre Mayestät wölle die ledig heimgefallene Lehen zu Unterhaltungen deß Reichs einziehen und incorporiren / biß so lang dasselbe zu Wesen unnd Auffnehmen komme/ add. Sleidan. *lib. 1. Commentar. in capitulat. Carol. V. pag mihi* 29. Rosenthal. *de Feud. cap.* 10. *conclus.* 11. *numer.* 11. Sixt. 1. *de regalib. cap* 5. *n.* 5. [Idque etiam in Capitulatione gloriosissimi nostri Imperat. Ferdinandi II. expressè cautum reperitur, daß die Lehen so er dem Reich eröffnet und ledig heimbfallen würden / unnd etwas merckliches ertragen/als Fürstenthumb / Graffschafften/ Herrschafften/Stätte und dergleichen/ die sollen und wollen wir nicht wider leyhen/ sondern zu Unterhaltunge deß Reichs / unserer unnd unserer Nachkommen / König unnd Kayser behalten / einziehen unnd incorporiren/ vid. ipsam capitulat. §. Wann auch Lehen dem Reich und uns / etc.]

167 Sic & Ecclesia † res infeudari solitas, si ad inopiam vergat, aperto feudo retinere potest, *cap. 1. vers. si videris expedire, x. de Feud.* Vult. 1. *Feud.*

168 *num.* 14. *vers. caterum.* Et in genere † quoties utilius est Ecclesiæ, rem infeudari solitam incorporari, retineri ea bona posse tenet, Abb. *in c. 2. x. de Feud.* Et idem de imperio infert Schrader. *de Feud part. 4. cap. 1. numer.* 23. Quamvis de jure communi, *c. imperia is, 2. Feud.* 52. *& cap. imperialem. 2. Feud.* 55. *& aurea Carol. IV. Bull id Imperatori liberum erat, Aur. Bull. tit. 7. in fin.* [Huc etiam

169 pertinent, † quæ fortè communibus auspiciis & communi imperii sumptu, ab hostibus imperii vindicantur & recuperantur, illa enim Imperatori & imperio reservantur, juxta constitutionem Maximilian. I. Imperator, Reichs Abschied zu Wormbs / de Anno 1495. §. Was auch von Landen/Leuten/ Stätten/ Flecken/Marcken oder Dörffern/ durch die gemeine Hülffe und Pfenning erobert wird / soll dem gemeinen Reich vorbehalten seyn und bleiben.]

CAPUT X.

DE TERTIA DIMINUENDI IMperii causa, dissensionibus videlicet, diffidentia, & intestinis odiis Ordinum imperii.

SUMMARIA.

1. Discordia ordinum Venenum est regni, ideoq; nulla Reipubl. pestis perniciosior, quàm dissensiones ordinum.

2. Hæ dissensiones Danielis vaticinio de pedibus ex ære & luto mixtis quartæ Monarchiæ attributis prædictæ sunt.

3. Dissensionis & diffidentiæ causa, vel ex æmulatione ordinum, vel ex religionis diversitate oriuntur.

4. Nullus ferè est populus, cui non æmulum aliquem & adversarium Deus excitarit.

5. In Germania, quæ dissidia, jurgia, & æmulationes olim extiterunt, & adhuc foventur, odiosum est exprimere.

6. Religionis diversitas non postrema dissensionum diffidentiæ, & dissidiorum causa. 7. Religio peperit religiones, tranquillitatis mater dedit filias seditionum, & dissensionum nutrices. Imperatores & Proceres imperii de religionis controversia concilianda, discordia & diffidentia tollenda anxiè laborarunt. 8. Nova religio, nova lis in imperio.

9. Præter Pontificiam religionem, & veram Augustanam Confessionem, nulla alia pacificatione religionis est comprehensa.

10. Quidam Augustanæ Confessioni se addictos esse voluerunt, & fraternitatem cum Lutheranis inire conati sunt, sed sine successu. Nulla esse potest fraternitas, si Dei deficiat veritas.

11. Pax, quæ est causa peccati, dicitur simulata, & imperfecta. Nec potest esse concordia, sine justitia.

12. Hoc seculo religione ferè utuntur plurimi sicut vestibus; quæ nisi quotidiè habeant aliquid novi, non placent.

13. Provinciæ civitates, & singulæ domus interdum opinionum dissidiis inter se conflictantur.

14. Magna pars Belgiæ hodiè nauseat absolutum prædestinationis decretum.

15. Quicquid hodiè huic vel illo terrarum Domino per-

mo persuadetur, specioso reformationis titulo subditis licet invitis, obtruditur.

16. *Religio, & Evangelium per se non est causa, & fomes litium, sed hominum malitia, &c.* 17. *Sicut calx aquâ perfusa æstuat, sic hominum malitia, irritata divini verbi veritate tumultuatur.*

18. *Ex æmulatione statuum, & Procerum imperii perniciosæ oriuntur dissensiones.*

19. *In comitiis cum de rebus arduis deliberandum, de sessionibus digladiantur Proceres, adeoq; per sessionum rixas comitia protrahuntur, vel res in alia comitia conjiciuntur.*

20. *Scomma Iohannis Zamoisci Magni Cancellarii Poloniæ; Germanos in suis Comitiis ferè nihil aliud agere, quàm ut sessionibus digladientur.* 21. *Vetustissimus hic Germanorum mos seu potiùs vitium, quo non semel jacturam passa est Germania.*

22. *Risus Æneæ Sylvii; Omnes Germanorum diætas esse fœcundas, & quamlibet in ventre habere alteram.*

23. *Crebris ac diurnis conventibus Germaniæ vires & nervos absumuntur, & exhauriuntur.*

24. *Damnosa est Imperatoris ab ordinibus & ordinum quoque inter se dissentientium, periculosa distractio, quæ non rarò in sævissima bella erupit, & vix civili sanguine sopiri potuit.* 25. *E discordia oritur confusio, ex confusione regni interitus.*

26. *Fortuna nihil majus præstare hosti potest, quam civium discordiam.*

27. *Carolus V. Imp. Germanicum robur contrario Germanorum robore frangendum putavit.*

28. *Drusus Germanos enervavit non ferro, & igne, sed dissensionum seminibus satis Magnatum animis.*

29. *Roma Patribus cum plebe capitalibus odiis inter se contendentibus, hostis invasit capitolium.*

30. *Populus Romanus non nisi à seipso vinci potuit hoc est, per diffidia, & odia.*

31. *Græciæ civitates cum imperare singulæ cuperent, imperium omnes perdiderunt.*

32. *Nullum aptius medium redigendi Belgas in ordinem, quàm semina discordiarum, format Campanella.*

33. *Turca discordiis Christianorum res suas stabilivit.*

34. *Reipubl. florenti conducit, ut foris hostem habeat, ne ab eo secura, in propria viscere sæviat.*

35. *Improbatur eorum sententia, qui ordinum imperii dissensiones, odia, & factiones fovendas esse suadent.*

36. *Tyrannus non ad subditorum, sed ad suam omnia refert utilitatem.*

37. *Principi ad stabiliendam imperii firmitatem nullum fortius est munimentum, amore, & benevolentiâ subditorum.*

38. *Concordiæ commendatio.*

39. *Historia notatu digna de Ibrahimo Turcico legato, Francofurti in Electione Maximiliani II. præsente.*

40. *Ad Principes de concordia alenda, elegans monitio, &c.*

[Discordia ordinum venenũ est regni. Ideo] rectissimè Carolus IV. Imperator divinæ sapientiæ auctoritate edoctus, nullam Reipub. † 1
pestem perniciosiorem esse putavit, quàm dissensiones ordinum; *in præfat. Aur. Bull.* Omne, inquit, regnum in se ipsum divisum desolatur. [*ex Matth. c. 12. v. 25.* Et ita de Romano queritur imperio Horat. lib. Epodon. Ode 16.

Suis & ipsa Roma viribus ruit.
Quam neq; finiti mi valuerunt perdere Marsi
Minacis aut Hetrusca Porsenæ manus.
Æmula nec virtus Capua, nec Spartacus acer
Novisq; rebus infidelis Allobrex.
Nec fera cærulea domuit Germania pube
Parentibusq; abominatus Annibal.
Impia perdemus devoti sanguinis ætas
Ferisq; rursus occupabitur solum. &c.]

Quas dissensiones † Danielis ominatur vaticinium, dum pedes ex ære & luto mixtos quartæ Monarchiæ attribuit. 2

Dissensionis † autem præcipuæ & maximæ diffidentiæ causæ vel ex æmulatione ordinum, vel ex religionis diversitate oriuntur. [Ita enim in rebus humanis comparatum est, † ut nullus ferè sit populus, cui non æmulum aliquem & adversarium Deus excitârit. Gallus opposuit Anglos. Anglis, Scotos: Hispanis olim Lusitanos hodiè Hollandos, Venetos: Venetis Florentinos & alios Italiæ Principes. Sic & Danis Suecos, Suecis Moscos, Turcis Persas, &c. qua de re videatur elegantissimus scriptor Philipp. Cômin. *lib.* 10. *Commentar.* In Germania nostra † quæ inter Principum familias diffidia, jurgia, æmulationes olim extiterint, & adhuc foveantur odiosum foret in specie exprimere: Carthago olim Romanæ potentiæ diu æmula & inimica, non nisi excidio conciliari potuit.] 3 4 5

Religionis diversitas † non postrema dissensionum, 6

sionum, diffidentiæ & dissidiorum causa multis
Comitiorum Conventibus Imperatori & stati-
bus visa fuit, Reichs Abschied / de Anno 1526. §. Vnnd erst-
lich/ R. A. de Anno 1541. in princip. ibi, nach dem wir in
vnserm Keyserlichen Gemüth zu mehrmahlen mit ernstlichem
Fleiß vnd nothwendiger Sorgfältigkeit ermessen vnd bedacht/
den beschwerlichen Zwyspalt vnd Mißverstandt/so verschiener
Jahren in dem H. Römischen Reich Teutscher Nation / vn-
ser heiligen Christlichen Religion halben fürgefallen ist / wor-
auß vnter gemeinen Ständen deß heiligen Reichs / allerhand
Mißtrawen / vnnd ander Vnwill erfolget seyn mag. R. A.
de Anno 1544 §. Dieweil aber zu solcher / ibi bedencken auch
was schweres Mißtrawen / Trennung vnd Widerwillen/sol-
che Spaltung bißhero verursacht/auch was schädlich Nachtheil
die hinfüro künfftiglich mit sich bringen / vnnd hinwider/was
Nutz/Frommen / Auffnehmen vnd Wolfahrt der Teutschen
Nation / auß Erörterung vnnd Hinlegung bemelter Spal-
tung erfolgen möchte/ R. A. de Anno 1548. §. Vnnd nach
dem wir / ubi admodum notanter præfatur Carol. V.
daß solcher Zwyspalt/ ein gewisse Wurtzel vnd Hauptursache
ist alles Vbels/ Vnglücks vñ Vnfalls Teutscher Nation/ꝛc.]
R. A. de Anno 1555. §. Vnnd als der Churfürsten/ ibi daß
der Articul der spaltigen Religion / darauß nunmehr eine gu-
te Zeit allerhand Vnraht/Vnfall vnnd Widerwertigkeit im
H. Reich erfolget / vnter andern deß H. Reichs beschwerlichen
Obliegen / nachmals der fürnembst / treffentlichste vnnd hoch-
wichtigste/ & passim in aliis cõstitutionibus, [con-
fer Sleidan. *lib. 19. p. m.* 591. Idq; etiam queritur,
& inter primas dissensionis causas, in regno Po-
loniæ sectarum diversitates ponit, Philip. Ho-
7 nori. *de interregn. Pol.*] Religio † peperit religio-
nes: tranquillitatis mater dedit filias seditionum
& dissensionum nutrices, Lans. *in consultat. Eu-
rop. p.* 688. ideoq; anxiè laborarunt, & gravissi-
mè deliberarunt Imperatores & Proceres impe-
rii, quomodo religionis controversiæ cõcilian-
dæ, discordia tollenda, & omnis diffidentia inde
orta animis Procerum eximenda esset, d. recess.
de Anno 1555 § In solcher fürgezogener / ibi: damit beyder-
seits Religionverwanden wissen möchten / was einer sich zu
dem andern endlich zu versehen / & ibi. Solche nachdenckliche
Vnsicherheit auffzuheben / der Stände vnnd Vnderthanen
Gemühter widerumb in Ruhe vnd Vertrawen gegeneinan-
der zu stellen/die Teutsche Nation vnser geliebt Vatterland/
vor endlicher Zertrennung vnd Vntergang zu verhüten/etc.
[vid. Gylmann. *in Symphorem. part. 1. tit. 3. n. 22. &
seq. fol.* 167.]

8 Et vix hæc pacis ratio † inita: vix syncera
Evangelii doctrina, Divo Luthero ductore per
tenebras Papales penetravit in apricum, statim
alii sectatores prodierunt. Nova religio, novalis
9 in imperio. Quamvis enim præter † Pontificiam
religionem & veram Augustanam Confessionẽ,
nulla alia pacificatione isthac sit comprehensa,
§. Doch sollen alle andere / so obgemelten beyden Religionen
nicht anhängig/in diesen Frieden nicht gemeinet/sondern gäntz-
lich außgeschlossen seyn / quod repetitum & aper-
tiùs constitutum, in R. A. de Anno 1566. §. auff
daß aber in mitler Zeit: attamen non defuerunt
qui † Augustanæ Confessioni se addictos esse vo- 10
luerunt & ideireò fraternitatem cum Lutheranis
Theologis inire magno molimine jam pridem
conati sunt, sed sine successu, Confer Lans. *in con-
sultat. Europ. pag.* 689. Quæ enim quæso esse po-
test fraternitas, si Dei deficiat veritas, *Zachar. 8.
v. 19. in fin.* [Pax quæ est causa peccati, † dicitur 11
simulata & imperfecta pax, ceu ex Thom. Aqui-
nat. *super Evangel. Matth.* 10. *& Iohan.* 14. *cap.* scri-
bit Matth. de Afflict. *decis. Neapolitan* 403. *nu.* 9. *&
num.* 10. ubi ex Bernhard. infert, Pacem ex qua
offenderetur veritas, & justitia, esse Diabolicam
Luc. de Penn. *in l. 1. in verb. pacis, col. 4. C publ. lat.
lib.* 12. Nec potest esse concordia sine justitia. *c.
Rex pacificus, de sum. Trinit.* Mantic. *de tacit. & am-
big. convent. lib. 27 tit. 6. n.* 6. Quod de pace spiri-
tuali non vero Politica, quæ cum omnib. quan-
tum fieri potest, juxta Præceptum Divinum, co-
lenda est.] Proh dolor hodie seculi vitio † reli- 12
gione fermè utuntur plurimi, sicut vestibus: quę
nisi quotidie habeant aliquid novi, non placent,
Lans. *d. loc.* ideoq; seculum hoc durum, quo nul-
lum unquam ferocius religionum fuit, sterilius
pietatis, ut Justin. Lips. *conqueritur in præscript. pro
Constant. sua.* [Hinc Ovenus, alludens ad dictum
Luc. 17. Domine adauge nobis fidem, satis festi-
vè ita canit:

Non augenda fides, potius minuenda videtur
Vix cum sint homines tot, quot in orbe Fides.
Sortitur sibi quisq; fidem, sibi quisq; magistrum.
Nunquam plus fidei, perfidiæq; fuit.]

Neque provinciæ † solùm, sed etiam civita-
tes, & in singulis ferè civitatibus civium parœ- 13
ciæ, interdum & singulæ domus opinionum
dissidiis inter se conflictantur. Magna pars † 14
Belgæ hodie nauseat absolutum prædestinatio-
nis decretum, quod non ita pridem sine contro-
versia, licet non sine multarum animarum cru-
ciatu, crediditi. [Videantur Acta Synod. Dor-
drechtanæ Anno 1618. Et in specie D. Mentze-
rus *in Triad. disp. de Synod. Dortrecht.*] mò quic-
quid hodie † huic vel illi sectarum Domino 15
persuaderetur, specioso reformationis titulo ob-
truditur subditis, quantumvis invitis. [Hic ta-
men notandum † religionem & Evangelium 16
per se non esse causam & fomitem litium, sed po-
tius hominum, contra ejus veritatem, specioso
tamen

tamen prætextu Religionis machinantium, ma-
litiam; quomodo accipiendum, quod ipse salva-
tor dicit: Non veni mittere pacem in terram,
sed separationem, *Luc.* 12. *v.* 51. Sicut enim calx
17 cum aqua perfunditur, † æstuat, sic hominum
malitia, irritata divini verbi veritate, adversus
Evangelium Christi tumultuatur D. Osiand. *ad
d.c.*12. *Luc.gl.*9. Quando vero dissensiones istæ in
religione cœperint, vid Gualter. *in Chronolog. Ec-
clesiastico-Polit. sub Anno Christi* 360.]

Oriuntur præterea perniciosæ dissensiones ex
18 æmulatione † statuum & Procerum imperii.
Urbs cum urbe, Princeps cum Principe, & hi cũ
illis, ut supra dictum est, digladiantur de præ-
rogativis, præeminentiis, præcedentiis & simili-
19 bus. Hinc sæpissimè, † cum urgente necessita-
te, de rebus arduis deliberandum in Comitiis,
de sessionibus digladiantur Proceres, & non ar-
tento periculo, quod in mora est, per sessionum
rixas Comitia protrahuntur, vel res arduæ in a-
lia Comitia conjiciuntur, ut ex multis apparet
imperii Constitutionibus, vid. R.A. de de Anno
1510. §. Item als sich im anfang diß Reichstags / etliche Für-
sten/Prælaten vnnd andere Stände in der Session geirret/
welches etwas zu Verlängerung deß Reichs Sachen vnnd
Handlung gelanget / Reichs Abschied zu Speyer / de Anno
1542 §. Als sich auch etliche Fürsten vnd Stände im Anfang
dieses Reichstages der Session vnnd Vmbfrag halben geir-
ret / welches zu Verlängerung deß Reichssachen gelanget / &
de Anno 1544. Vnnd nach dem in solcher Versamblung
auch allerley Disputation vnd Zweyspalt der Session halben
fürfallen möcht / tc. & in ead. constit. §. Wie wol auch auff
diesem vnserm / & § vnd als sich im Anfang / cum multis si-
milib. [add Reichs Abschied / de Anno 1566. §. Als sich
sich / & §. Zum letzten.]

20 Hinc Scomma † Johannis Zamoiscii, ma-
gni Poloniæ Cancellarii dicere soliti: Germa-
nos in suis Comitiis ferè nihil aliud agere, quàm
ut sessionibus digladientur, Herman. Kirchner.
*de Legat. l.b.*2. *c.*5. *num.* 78. ideoq; perrarò in uno
conventu causæ ad deliberandum propositæ ex-
pediuntur omnes, sed plerunq; in nova Comitia
rejiciuntur, ut ex allegatis modò & aliis imperii
Constitutionibus abundè patet. [Et hinc vetu-
21 stissimum fuisse Germanorum morem † vel po-
tius vitium; patet ex iis, quę scripsit Cornel. Ta-
cit. de morib. German. dum ait: *Illud ex libertate
vitium, quod non simul nec jussi conveniunt, sed &
alter & tertius dies cunctatione coeuntium absumi-
tur.* Et hinc Germanis sæpius.

——— ——— *Nocuit differre paratis.*

Et per auxilia in Comitiis decreta, tardius au-
tem collata, non semel jacturam passa est Ger-
mania, vid. Sleidan. *lib.*15.] Quod ipsum Æneas
Sylvius falsè tidere solitus dixit: † omnes Ger- 22
manorum dietas esse fœcundas, & quamlibet in
ventre habere alteram: ac eredibile esse, quia fœ-
mininum sit nomen libenter impręgnari ac par-
turire dietas, *Epist.* 72. & 92. [Istis tamen crebris
atque diuturnis conventibus † Germaniæ vi-
res & nervum absumi & exhauriri, olim questus, 23
Mauritius Saxon. Elect. apud Joh. Sleidan. *lib.*24.
*p.m.*772.]

Nec præterea † minus damnosa est, impera- 24
toris ab ordinibus, & ordinum quoque inter se
dissentientium, periculosa distractio; quæ sub-
inde fœderum, societatum, ligarum & alii no-
minibus robur & auctoritatem nacta, non rarò
in sævissima bella erupit. & vix civili sanguine
sopiri potuit, Lans. *in consultation. Europ. p.* 674.
E discordia † ejusmodi oritur confusio, ex con- 25
fusione regni interitus R. A. zu Nürnberg / de An. 1522.
in pr. ibi. dardurch dasselbe Reich vnd Herrschung / so in Vn-
ordnung vnd Zwytracht vnter ihm selbst leben / vnnd irgend
nicht langwierig noch beständig bleiben mögen.

Urgentibus † imperii fatis, nihil jam præsta- 26
re majus fortuna hosti potest, quàm civium dis-
cordiam. *Tacit. de morib. Germanorum.* [vid. Dd.
Besold. *in differt.* 2. *de reb. post pac. relig. in Europ.
gest. p.m.* 103.] Sic Carolus V. Imperator viribus
Germanorum † divisis, Germanicum robur, 27
contrario Germanorum robore frangendũ pu-
tavit, Thuan. *lib.* 2. *histor.* [Confer Sleidan. *lib.*
24. *p.m.* 772. Drusus Tiberii Imperatoris filius † 28
Germanos enervavit, non ferro & igne, sed dis-
sensionum seminibus satis in animis Magnatum
Gualth. *in Chronolog. Eccles. Polit sub Anno Chri-
sti* 21.] Sic cùm aliquando † in ipsius urbis vi- 29
sceribus Patres cum plebe capitalibus odiis in-
ter se contenderent hostis invasit Capitolium,
Dionys. *lib.* 7. Liv. *lib.* 3. Hinc cùm Latinorum ac
Hetruscorum nationibus † perceptum & pla- 30
nè cognitum esset, populum Romanum non ni-
si à seipso vinci posse, simultates & odia clam se-
ri oportere in civitate decreverunt, Liv. *lib.* 2. Bo-
din. 5 *de repub. cap.* 5 *pag.* 880. [Græciæ civitates † 31
cum imperare singulæ cuperent, imperium o-
mnes perdiderunt, Justin. *lib.* 8. *histor. in princ.* Jo-
han. B ter. *in Cosmograph. lib.* . *part.* 1. *in descript.
Græc. pag m* 78. Hinc nullum medium † Regi 32
Hispaniarum aptius esse redigendi Belgas in or-
dinem, quàm ut semina discordiarum serat in-
ter ipsos, multis firmat Thom. Companell. *de*

Monarch. Hispan. c.27. Confer Dn. Besold. *de reb. post pac. Relig. in Europ. gest. Dissert. 2. p.* 101. Ideoq;
33 Turca hactenus id unicè observavit, † ut dis-cordiis Christianorum, res suas stabiliret. Conversis namque ad civile bellum animis, externa sine cura habentur, inquit, Cornel. Tacit. *lib.* 17. *annal. p. m.* 571. Quamobrem Reipubl. florenti
34 conducere, † multi existimant, ut foris hostem habeat, ne ab eo secura, in propria viscera sæviat, & propterea Scipio Nasica, Carthaginem à Romanis funditus delendam non esse, suasit.

Eorum autem sententia planè displicet, qui
35 summo Principi suadere intendunt, † ordinum regni seu imperii dissensiones, odia & factiones fovendas esse, quod hac ratione multa consilia patefiunt & Principi aperiantur; quia hoc mo-
36 do ex Principe fieret Tyrannus, † qui non ad subditorum sed ad suam omnia referret utilitatem ut multis demonstrat Thom. Companell. *de Monarch. Hisp. cap.* 17. idq; esset ignem in suis ædibus accendere, qui deinde nō posset, nisi maximo detrimento restringui, inquit Prudentissimus Eques Phil. Comin. *lib.* 10. *Comment.* Principi enim ad stabiliendam imperii firmitatem, †
37 nullum fortius est munimentum, amore & benevolentia subditorum. Plin. *in Panagyr Traian.* Qua de re plura, *inf. lib. 2. Class. 1. cap.* 3. Hæc autem per ejusmodi dissensionum studium subditorum animis evellitur. Concordia verò funda-
38 mentum † & radix otii, bonorum civium seminarium, quietis publicæ Seges, & alma pacis altrix, Nazar. *in Panegyr. August. dicto.* Hæc enim à Deo, illa à Diabolo provenit. Quod eleganti disticho complectitur, elegans Poëta Oven. *lib.* 3. *Epigram.* 10. dum inquit:

Unio divina est, divisio Dæmone nata
Unus enim Deus est, Dæmones innumeri.]

Quantæcunque ergò Germaniæ vires sint, jugi dissensu ordinum dum in commune non consulunt, facile dissolvuntur.

Referre hic lubet notatu dignam historiam, de Ibrahimo Solimanni Turcarum Imperatoris
39 legato: † is cum Francofurti in Electione D. Maximiliani II. Imper. adesset: Et eum Saxo, Bavarus & Juliacēsis, in solenni Comitatu cuncti equo Ferdinandum & Maximilianum deducerent, Ibrahimo monstrari à quodam, dicente, Principes hosce potentissimos esse, & singulos justum exercitum contra Turcas educere posse, atque Germaniam habere plures ejusmodi: quid putaret, si conjunctis viribus omnes Solimannū aggrederentur, subrisisse ferunt Barbarum & dixisse: de potentia Germaniæ se nihil dubitare, & ex præsentium apparatu vires absentium faciles colligere posse; sed sibi videri Germanorum animos, consilia & actiones similes esse belluæ multorum capitum & plurium caudarum, quæ agitata sepem transire conatur: Quia verò capita diversa, foramina quoque diversa quærerent, ita fieri, ut simul & corpus & caudæ manerent immotæ, & impediri, quò minus ulterius progrederentur: Contra Solimannum suum Imperatorem belluæ unicipiti, & plures caudas habenti esse persimilem, quæ ubi semel capite transitum patefecisset, statim corpore toto & caudis omnibus sine ullo impedimento penetraret, refert Philip. Camer. *cent. 2. cap.* 23. [Et novissimè Christophorus Forstner. *in Not. Polit. ad lib. 4. in Cornel. Tacit. pag. m.* 383. [Quamobrem cum viro Doctissimo dicere mihi fas sit: †
Coite viri Principes & trepidabunt vires vestras exteri, quibus ob intestinas liticulas vilescere cœpistis: Tollite Thusca illa jurgia, & videbitis, neque terrarum orbem, neque cunctas gentes conglobatas movere, aut contundere imperium hoc posse, Dn. Zachar. Viet. *de exempt. concl.* 3. 40

CLASSIS III.

Caput I.

DE PARTIBUS INTEGRANTIBUS S. Imperii Romani.

SUMMARIA.

1. *Imperium Romano Germanicum constat capite, & Membris.*
2. *Caput imperii Imperator est.*
3. *Membra imperii sunt Status & Proceres imperii.*
4. *Objectio. Etiam status pia imperii capita appellantur.* 5. *Re. Non simpliciter, & absolutè, sed ratione suorum subditorum.* 6. *Cameræ judex dicitur caput ratione officii sui, quo præ aliis eminet.*
7. *Imperator sæpè dicitur summum caput.*

IMperium † Romano-Germanicum constat 1
capite & membris. Caput imperii † Impera- 2
tor est, *Aur. Bull. tit.* 2. §. Ich N. Ertzbischoff / ibi: ein weltlich Haupt / R. A. de Anno 1530. §. Dergleichen wert ibi,

ibi, als Römischen Keyser vnd Haupt/Reichs Abschied/ de
Anno 1545. §. Also vnnd dermassen / ibi: daß wir als das
Haupt/ & passim in aliis constitutionibus im-
perii, [vid. Tiber. Decian. *respons.* 19. *numer.* 128.
3 *volum.* 7.] Membra † verò imperii sunt status
& Proceres imperii, qui capiti suo, hoc est, est
Imperatori tanquam pia membra uniuntur. Un-
de dicuntur eingeleibte Glieder der Keyserlichen Majestät/
Reichs Abschied / de Anno 1541. in princip. Item Glie-
der deß Reichs / Reichs Abschied / de Anno 1546 § Die-
weil aber/ circ. fin. & de Anno 1527. § Vnd fürter / & de
Anno 1530 §. Weiter/Item Christliche Glieder deß Reichs/
Reichs Abschied / de Anno 1542. § Vnnd wie wol / [add.
Reichs Abschied/de Anno 1567 § Damit auch Churfürsten/
ibi: vnd dann vns als dem Ober-Haupt / vnnd jhnen als den
Gliedern / etc.]

4 Pro ratione tamen dubitandi † facere videtur,
quod etiam status, pia imperii capita appellen-
tur, Reichs Abschied/de Anno 1524 §. Weiter/ ibi, Vnnd
zuvor im heiligen Reich / vnd fürnemlich zwischen den Christ-
lichen Häuptern zu machen: Huic dubio respondetur,
5 hanc appellationem † Statibus tribui posse
non simpliciter & in sensu absoluto, sed ratio-
ne suorum subditorum per quandam analogiam
6 & convenientiam. Sic & judex Cameræ † di-
citur caput ratione officii sui, quo præ aliis e-
minet, *Ordin. Camer. p.* 1. *tit.* 9. hinc majoris de-
7 clarationis gratia Imperator † sæpè dicitur sum-
mum Caput das Oberhaupt / Reichs Abschied / de Anno
1566. § Vnnd nach dem dann auch weniger / circ. fin. ibi:
Wie wir dann als Römischer Keyser vnnd das Oberhaupt
im heiligen Römischen Reich / cui respondet vers. Gün-
theri:

——— Nullum caput ista super se
Aspicit excepto cælorum Rege potestas.

Primum agemus de capite, hoc est Imperatore, ejus constitutione & juribus. Deinde de membris, hoc est, statibus eorumq; origine & juribus.

CAPUT II.

DE CONSTITUTIONE IMPERATORIS, & quo jure is ad imperium accedat?

SUMMARIA.

1. *Modi legitimè consequendi imperia & regna duo apud gentes recepti, Electio, & Successio.* 2 *Qui ex his modis utilior Reipubl. non convenit inter politicos.*

3. *Regimen per Electionem magis est divinum, quàm illud, quod fit per successionem. In rebus Ecclesiasticis nulla electio admittitur.*

4. *Mos cujusq; Reipubl attendendus, nec facilè ab eo recedendum, cum omnis mutatio periculosa.*

5. *Lege Salicâ regnum Galliæ sanguinis propagine defertur, exclusis in perpetuum à successione fœminis. Deficiente prole masculâ, proximus ex sanguinis seu generis propinquitate succedit.*

6. *In Hispania verò, Protugallia, Lusitania, Castella, Sicilia, Neapolis, & Navarra regnis etiam fœminæ in successione admittuntur.*

7. *Anglia & Scotia fœminas neq; à successione neq; à gubernatione regni excludit. Adeoq; Sexus in imperiis ibi non discernitur. Exemplo Elisabetha in regno Angliæ, & Maria in regno Scotiæ.*

8. *In Polonia Reges non nascuntur, sed communibus suffragiis eliguntur. A stirpe tamen regia mascula non temerè in electione disceditur.*

9. *Hungaria regnum non relictis liberis è vita Rege discedente, liberam demùm admittit electionem.*

10. *In Dania, jure successionis ex filiis Regis nemo ad Principatum admittitur, sed totum ex arbitrio Procerum & ordinum pendet. Hodiè plerunque Filii admituntur.*

11. *Bohemia regnum electivumnè an successivum sit, maxima proximè præteritis annis mota fuit Ferdinando II moderno Imp. à Statibus Bohemiæ controversia. His mordicus defendentibus, regnum Bohemiæ planè esse electivum, &c.*

12. *E contra regnum hoc non electivum, sed successivum esse, electionemq; liberam statibus, extinctâ demùm stirpe regiâ utriusq; sexus competere, ex parte Imperatoris accuratè deductum est, &c.* 13. *Controversia ista judicis arbitrio non fuit commissa, sed armis disceptata, Solenne esse consuevit, regna non actionibus sed armis vindicari.*

14. *Imperium Romanum ab initio hereditarium fuisse videtur.* 15. *Sub Tiberio, Cajo, & Claudio unius quasi familiæ hereditas imperium fuit, finitâ Iuliorum, & Claudiorum domo optimus quisq; adoptionum invente.*

16. *Caso Caligula, jus electionis principium habuit, & quandoq; à Senatu, quandoq; à Populo electus fuit Imperator.* 17. *Quandoq; militum violentâ designatione.* 18. *Quandoq; etiam ex Imperatorum voluntate, exemplo Theodosii Iunioris, Martitii, Ottonis Impp &c.*

19. *Translato ad Germanos imperio in Carolo M. Stirpe hereditarium planè fuit imperium, usq; ad tempora Conradi I. Imper.*

20. *Hodiè imperium non successione, sed electione defertur.*

21. *Vacante imperio Electores convenire, & Im-*

peratore

peratorem eligere, officii & jurisjurandi necessitate obstringuntur.

22. *Vacare contingit imperium non solùm morte Imperatoris.* 23. *Sed etiam resignatione in manus Electorum factâ.* 24. *Item religionis ingressu, exemple Lotharii I. Imper.* 25. *Carolus V. Imp. religionem ingressus resignavit imperium Ferdinando Fratri, electo Regi Rom.* 26. *Denique remotione, ex gravissimis causis ab Electoribus factâ, exemplo Adolphi Nassov. & Wenceslai.*

MODUS legitimè & ordinariè perveniendi
1 ad imperia & regna ferè duplex † apud Gentes receptus est, Electio & Successio, *Arum. ad Aur. Bull. discurs.* 2. *thes.* 1. [Marsil. Patavin. *in Defens. pac. part.* 1. *cap.* 9. *p m.* 33. Paurmeister *de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 12. Cæpoll. *in cautel. tract. cautel.* 95. ubi dicit, quòd in quibusdam Regnis consuetudo sit, ut transeat per successionem, & ita communiter servari in Italia testatur, Cardinal. Tusch. *practic. concl.* 88. *verb. Regni successio, nu.* 1. & 2.] Qui verò ex hisce modis utilior Rei-
2 publicæ, † inter Politicos non convenit. Pro successione pugnat, Bodin. *lib.* 6. *Reipublic. cap.* 5. Everhard. VVeih. *in orat. utri. regn. condit. mel & alii* [ac novissimè Johan. Azor. *institut. moral. lib.* 11. *cap.* 2. *part.* 2.] Pro electione verò Besold. *in Prodrom tract. de reg. success. & alii Politici quàmplurimi* Restaur. Castald. *de Imperat. Roman. n.* 4.
3 ubi dicit, quòd regimen per electionem † sit magis divinum, quàm illud, quod est per successionem, unde in rebus Ecclesiasticis nulla successio admittitur, *cap. accepimus, extra de pac.* qui & nobis in thesi videtur utilior, modò certis legibus & cautelis sit circumscriptus eligendi modus. Nam juxta Juvenalem:

Libera si dentur populo suffragia, quis non
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni,
Cujus supplicio non debuit una parari
Simia, nec serpens unus, nec culeus unus.

[Hinc Alexander Magnus cum jam moriturus interrogaretur, quemnam imperii heredem faceret, respondit: DIGNISSIMUM Justin. *lib.* 12. *in fin.*] Rationes in utramque partem illatas cognoscere qui cupit, videat apud auctores modò allegatos, [quibus adde Zepper. *in Leges Mosaic. lib.* 3. *cap.* 7. Marsil. Patavin. *in defens. pac part.* 1. *cap.* 16. *per tot.* Jacob. Alemann. *in palastr. consul-*
4 *tat. illustr. consultat.* 4.] Mos tamen † cujusque Reipublicæ pro modo censendus optimo, nec facile ab eo recedendum, cùm omnis mutatio præsertim in modo gubernationis Reipubl. sit periculosa.

GALLIA Regnum, † Lege Salica sanguinis 5
propagine defertur, ita tamen ut fœminæ à successione prorsus & in perpetuum excludantur, vid. Bodin. 6. *de Republ. cap.* 5. Catol. Molin. *ad consuetud. Paris. tit.* §. 26. *numer.* 2. Covarr. *pract. quæst.* 1. *num.* 8. Deficiente verò in Regibus prole masculâ, proximus ex propinquitate sanguinis seu generis succedit, quod quartâ vice jam rum suo tempore accidisse testatur Philip. Cominæ. *de Bell. Neapolit. lib.* 5. *circa & in fin.* Hotomann. *de antiquo jure regn.* Gall. *lib.* 1. *cap.* 14. Heig. *quæst.* 16. *p.* 1.

HISPANIÆ verò † Portugalliæ, Lusitaniæ, 6
Castellæ, Siciliæ, Neapolis & Navarræ regna ita lege successionis dantur, ut etiam fœminæ in illis succedant. Sleidan. *in illustr. rer. Gall. post Comment Comin.* Cardin. Tusch. *practic. conclus.* 88. *verb. regni successio. n.* 7. & *seqq.*

ANGLIA & SCOTIA † eodem jure utitur, 7
& fœminas neque à successione, neque à gubernatione regni excludit. Münster. *in Cosmograph. lib.* 2. *cap.* 18. idq; non novo, sed vetustissimo Angliæ more & usu recepto, teste Cornel. Tacit. qui de Voadica, regii generis fœmina in Anglia belli Duce scribens, *sexum in imperiis ibi non discerni,* ait *in vit. Iul. Agricol.* Et sic non ita pridem Elisabetha in regno & regimine Angliæ successit Anno 1559. & per 45. annos usque ad vitæ finem rerum in Anglia potita est, & Anno 1603. 24. Martii obiit, succedente Jacobo ex sorore Scotiæ Regina nepote. Similiterq; soror ejus Maria in regno Scotiæ.

In POLONIA † Reges non nascuntur, sed 8
communibus Senatus & equitum suffragiis eliguntur, Johan. Pistot. *in corpor. histor. Polon. tom.* 1. *fol.* 36. Non temerè tamen in electione disceditur à stirpe regia mascula, inquit Cromer. *lib.* 2. *rer. Polon.* Bodin. *de republ. lib.* 6. *cap.* 5. Atque ex familia Jajelloniorum, quousque ex ista propagine Linea Regno habilis duravit, Reges electi sunt, teste Philip. Honor. *in dissertat. de interregn. Polon.*

HUNGARIÆ regnum † tum demum ele- 9
ctionem admittit prorsus liberam, quoties non relictis liberis è vita Rex discedat. Philip. Com. *lib.* 10. *comment.*

DANIA verò † majoribus utitur privilegiis, 10
ita ut

lis ut etsi multi sint filii Regis, jure tamen successionis ad Principatum ex iis neminem admitti, sed rorum ex arbitrio Procerum ac ordinum pendere ex Daniæ scriptoribus attestatur Johan. Sleid. *in illustrat. rer. ad Comment. Comin.* quamvis hodie plerumque filii admittantur, prout ab anno Christi 1448. quo Christianus Comes Oldenburgicus in Regem Daniæ electus, in familia ista Oldenburgica, quamvis non semper in linea recta, in hunc usq; diem sceptra Daniæ permanserunt. Erpoldus Lindenburch. *in hist. Dan. Reg.* Johan. Hamelman. *in Chron. Oldenburg. passim.* Bod. *de Republ. c. 5. lib. 6.*

11 BOHEMIÆ Regnum † electivúmne, an successivum sit, proximè præteritis annis, maxima exstitit & mota fuit moderno Imperatori gloriosissimo, & Bohemiæ Regi Ferdinando II. cõtroversia. Quidam enim Status Bohemiæ, qui à Rege Ferdinando coronato, uncto, & jurejurando accepto, defecerant, mordicus defendere & tueri conati fuerunt, regnum Bohemiæ planè esse electivum, & insuper ejus Proceribus fas esse etiam Regem designatum & coronatum à gubernaculis, propriâ auctoritate removere, & alium substituere, idq; in minori & majori deductione ea de re in lucem editis multis defendere conati sunt, vid. Deduct. Bohem. Anno 1620. edit.

12 E contra † Regnum hoc non electivum, sed successivum esse, electionemque liberam Statibus, extinctâ demum stirpe Regiâ tam masculini quàm fœminini sexus competere, ex parte S. Cæsar. Majestatis ex ipsa successionis serie, Bullis & fundamentalibus Regni Bohemiæ Legibus ac constitutionibus accuratè deductum, & typis publicis divulgatum fuit, vid. tractat. qui inscribitur de Stat. Bohem. Der Römischen Kays. auch zu Hungarn und Böhmen Königl. May. Ferdinandi Secundi Fundamental Deduction unnd gründliche Außführunge der Erbgerechtigkeit und Erblichen Succession / welche Kays. May. unnd das hochlöbliche Hauß Oesterreich zu dem Königreich Böhmen gehabt / edit. Anno 1620. & in scripto, cujus titulus est, Kurtzer unnd wahrhaffter Bericht auff die drey von den widersetzlichen Böhmen zu Franckfurt dem hochlöblichen Churfürstlichen Collegio einkommene Schreiben / etc. Et inter alia deducta fuit dispositio ex Caroli IV. Aur. Bulla, Pragæ 7. Aprilis Anno 1348. in qua cautum sit, daß in solchem Fall den Ständen in Boheimb die freye Wahl zugelassen / wann niemand mehr auß dem Königlichen Stamm / Saamen unnd Geblüt / Männlichen unnd Weiblichen Geschlechts übrig unnd vorhanden ist. Hoc est tunc demum Statibus Bohemiæ liberam electionem competere, quando nullus de stirpe, semine & sanguine Regio, masculini vel fœminini sexus supersit. Item Ordinatio Uladislai de Anno 1510. in qua disponitur, si forte contingat filium Ludovicum sine prole mascula decedere, quod filia ejus Anna (quæ fuit avia Regis Ferdinandi II.) Regni hæres sit. Similis tenoris clausula ex Reversalibus Ferdinandi I. Imperatoris Romani, & Bohemiæ Regis, de Anno 1541. adjecta, in qua itidem cavetur tunc demum liberam fore electionem, si nemo ex semine & stirpe Regia, masculini & fœminini sexus supersit. Hisce adde Hub. Miræ. *Canon. Antuerp. de Bohem. reb.* Frider. Baumann. *tract. qui inscribitur* Schlesischer Landmann / etc. Et omnium loco vid. integrum & elaboratissimum tractatum, hac de re, ex antiquis & recentioribus scriptis magnâ operâ & industriâ compilatum à viro solertissimo Dn. Melchiore Goldast. ab Heiminsfeld. &c.

Controversia ista † judicis arbitrio non fuit commissa, sed armis disceptata. Solenne enim 13
esse consuevit Regna non actionibus, sed armis vindicari, ceu prudenter monet Christophor. Forstner. *in Not. Politic. ad Cornel. Tacit. lib. 1. pag. m. 71.* Nos itaque merito de hac lite judicium nostrum suspendimus, sufficere existimantes, quod ea quæ in utramq; partem in publicis scriptis adducta, retulerimus.]

Imperium Romanum † ab initio hereditarium fuisse videtur. Augustus enim à Julio Cæ- 14
sare testamento fuit institutus. Hic rursus Tiberium, Tiberius Caligulam heredem regni reliquit. [Et ita sub Tiberio, † Cajo & Claudio,
unius quasi familiæ hereditatem imperium fuis- 15
se, finitâ vero Juliorum Claudiorumque domo, optimum quemque adoptionem invenisse scribit Cornel. Tacit. *lib. 17. annal. p. m. 527.* Philipp. Matth. *consil. Marp. 20. num. 23. volum. 1.* Quod latius persequitur *Goldast. de Majoratu lib. 3. c. 14.*] Cæso Caligula † jus electionis Principium ha-
buit, & quandoque à senatu, quandoque à po- 16
pulo electus fuit Imperator, Restaur. Castald. *de Imper. Rom. quæst. 8. numer. 3.* [Nerone tyranno immanissimo è medio sublato, prorsus à posteris Augusti & Liviæ translatum fuit. Quod Sueton. *in Galb.* hisce verbis exprimit: Progenies Cæsarum in Nerone defecit. add. Charion. *in Chron. in vit. Neron.* Quandoque † etiam mi-
litum violentâ designatione: & ita Vitellius, 17

Vespa-

Vespasianus & alii ab exercitu Imperatores proclamati, vid. Tacit. *lib. 18 annal.* Unde proculdubio natum illud Gallicum: Pape par voix, Roy par nature. Empereur par forte, hoc est, Papa fit votis, rex natura, Imperator vi.] Quan-
18 doque † etiam ex Imperatorum voluntate, Besold. *de jurid. imp. c. 9.* [Sic Theodosius junior adhuc in cunis vagiens à patre Arcadio appellatus Augustus, Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Politic. sub Anno Christi* 402. Similiter Mauricius à Tiberio socero suo, idem *sub Anno* 589. *cum similibus.* Henricus Aucepa apud status imperii Anno 936. obtinuit, exemplo Caroli M. & aliorum antecessorum, ut filius ejus Otto Imperator & successor designaretur, Witrich. *lib. 1.* Christoph. Lehman. *in Chron. Spirens. lib. 5. cap. 1. in fin.*]

19 Translato † ad Germanos imperio in Caroli Magni stirpe hereditarium planè fuit imperium, usque ad tempora Conradi I. Ducis Franconiæ, qui extincta stirpe Carolina pura electione creatus fuit, quamvis nō desint, qui existimant, Conradum novissimum Cæsarem fuisse ex stirpe Carolina, ut videre est apud, Carion. *in Chron. in vit. Conrad. & genealog. Carol Magn.*

20 Quicquid olim fuerit, hodie † imperium non successione, sed electione defertur, *Aur. Bull. Car. IV. tit. 1. & 2.* [Et est etiam ea de re textus in jure Canon. *c. venerabi. em, x. de elect.* ubi habetur, quod imperii culmen, non sanguinis propagine, sed principum electione in successores derivetur, Azori *Instit. Moral. lib. 10. cap. 3. part. 2.* Hinc Günther. lib. 1. Ligurin.

Regibus est aliis potiundi jure paterno
Certa fides, sceptrumq́; patris novus accipit heres.
Nos quibus est melior libertas, jure vetusto
Orba suo quoties vacat inclita principe sedes.
Quodlibet arbitrium statuendi regis habemus.]

21 Itaque quoties evenit, vacare imperium, † Electores convenire in unum, & Regem Romanorum in Imperatorem promovendum eligere officii & jurisjurandi necessitate obstringuntur, *Aur. Bull. tit. 1. & 2.* [Confer Wehner *practic. obs.*
22 *verb.* Wahltag / p 675.] Vacare † autem contingit imperium, non solum morte Imperatoris, *d. tit. 1 Aur. Bull* §. wann es auch darzu kommen / sed
23 etiam resignatione † in manus Electorum facta, *arg. cap. jam pridem, & in cap. ex transmissa, x. de*
24 *renunc.* item † religionis ingressu, ut testatur exemplum Lotharii I. qui Prumiensi Monasterium ingressus est, Ott. Frising. *lib. 6. Chron cap. 1.* & filiis Ludovico Imperium, Italiam & Galliæ partem Lothario tradidit, D. Helvic. *in Theatr. Histor. in vit. Lothar* Carol. V. Imper. † quamvis 25
religionem ingressus sit, tamē per hoc non contigit vacare imperium, quia resignavit idipsum Ferdinando fratri, electio Regi Romanorum, R. A. zu Augspurg / de Anno 1559. in pr. Denique † vacare contingit imperium, si propter gra- 26
vissimas causas ab imperii gubernaculis Imperator ab Electoribus removeatur, quod accidit Adolpho Nassoviensi, Cuspinian. *in vit ejus*, VVenceslao Dresser. *in millen. 6. in vit. Wencesl.* Mynsing. *resp. 19. num 6.*

CAPUT III.

DE PERSONIS ELIGENTIBUS IMperatorem, earum vocatione, electionis occasione, Loco, & aliis præparatoriis!

SUMMARIA.

1. *Qui omnibus imperat, ab omnibus eligendus.*

2. *Non solum multitudini populi, verùm & optimatum pluralitati, Principis creandi potestas adimenda.*

3. *Saluberrimè in Romano Germanico imperio Principis Romani eligendi jus & facultas ad septem Electores translata est.*

4. *Electores olim eligendi jus ita habuerunt, ut cogerentur eum eligere, quem Principes communibus suffragiis prænominassent.*

5. *Occasio Electionis est vacatio imperii, vel alia gravis & ardua causa.* 6. *Electio facta sede non vacante, ipso jure nulla.* 7. *Ex hac ratione ab Electoribus & Principibus Mülhusii Anno 1620. congregatis Palatinè in Regem Bohemiæ Electio improbata est.*

8. *Sede imperii vacante Elector Moguntinus, tanquam Collegii electoralis Decanus.* 9. *Electionem reliquis coëlectoribus quam primum intra mensem à die mortis Imperatoris, denunciat, simulq́; intimat, & ad electionem novi Imperatoris convocat.*

10. *Ex ordinatione aurea Bulla nuncii Electorum plenum. & sufficiens mandatum habere debent, non ad certam personam, vel familiam astrictum.*

11. *Electionis vota non sunt particularia, sed collegialia.*

12. 14. *Elector legitimè vocatus neq; per se, neque idoneè instructum nuncium comparens, vel comparens*

tem quidem, ante finitam tamen electionem recedens ista vice privatur voce & voto electionis.

13. *Praesentes reliquorum legitimè vocatorum absentiâ non obstante, 14. electionis actum perficere possunt.*

15. *Elector tardiùs, ante tamen finitam electionem veniens, in eo statu admittendus, in quo electio est adventus sui tempore.*

16. *Integrum est Electori suffragium suum alteri ex coelectoribus delegare, aut factam à majori parte electionem calculo suo comprobare.*

17. *Majori Electorum parte ante finitam electionem recedente praesentes ad electionis actum procedere possunt.* 18. *Ius Collegii etiam penes unum manet, reliquis vel inhabilibus existentibus, vel mortuis, vel absentibus.*

19. *Omnes & singuli legitimè ad electionis actum vocandi sunt.* 20. *Vnde aliquo ex Electoribus non citato, tota electio per illum retractari, & annullari potest.* 21. *Deficiente solennitate in actu à lege requisitâ, actus ipso jure non subsistit.* 22. *Electio facta neglectis & exclusis coëlectoribus irrita est, & nullius momenti.* 23. *Plus obest contemptus unius Principis non vocati, quàm contradictio multorum.*

24. *Electio legitimè, secundum veterem morem & Bullae tenorem expedienda. Paria sunt non fieri, vel non ritè fieri.*

25. *In Electione Ferdinandi II. Directores Bohemiae nati sunt vocationem Regis Ferdinandi nullitatis incusare, quod videlicet citatio non fuerit intimata in loco consueto sedis Regiae Pragensis.* 26. *Deinde Regem Ferdinandum non fuisse vocandum, sed Status & Directores Bohemiae. Electores virtute regni & Principatuum, dignitatem vocem, & electoralia jura in electione habent.*

27. *Nulla melior & certior est interpretatio legis, quàm ea, quae ex usu, & observantia desumitur.*

28. *Ita in controversia exorta inter Rupertum Sin. & Rupertum Iun. Palatinos decisum.* 29. *Sic Palatinus Bipontinus patruo Seniori Palatino Neoburgico Philippo in electione Matthiae Imper. Et Iohannes Luzelburgicus in electione Ludovici Bavarici Imp. Henrico Carinthiae Duci praelatus.*

30. *Iura Electoralia non personis, sed Electoralibus cohaerent.*

31. *Regibus propter aetatem minorem ad electionem inhabilibus existentibus, usus & administratio jurium electoralium non ad agnates proximiores, & Seniores, sed ad status & Proceres Regni Bohemici pertinet, atq; ita in electione Caroli V. observatum.*

32. *A Caesarianis contraria sententia acriter fuit propugnata. Respondetur ad fundamentum de intimatione in sede Regia Pragensi etiam absente Rege, officialibus Regis facienda.* 33. *Legati Moguntinenses, Ludovico Rege Bohemiae Praga non reperto protestationem interposuerunt apud officiales Regis.* 34. *Moguntinus non tenetur mittere legatos extra provinciam, non tamen id facere prohibetur.*

35. *Ille ad Electionem admittendus, qui est legitimus successor in electoratu.*

36. *Vetustis privilegiis Regibus Bohemiae, eorumq; successoribus, Electura jure hereditario collata est.*

37. *Possessio regni non defecit in Rege Ferdinando II.*

38. *Homagii receptio infallibilis est superioritatis tessera, quae per sese ipsum inducit quasi possessionem superioritatis.*

39. *Ius, & facultas propriâ autoritate ingrediendae possessionis jam ante assignatae, per mortem Matthiae vacantis Ferdinando Regi competiit.* 40. *Dolo, vel vi impedito ingredi possessionem, vel verbalis traditio sufficit.* 41. *Civiliter possidens propriâ autoritate clandestinum. Vel violentum invasorem & detentatorem expellere, & naturalem possessionem adipisci, vel recuperare potest.*

42. *Imperator Matthias Regi Ferdinando, de Electoratu regni Bohemiae investituram contulit, eaq; investiturâ jus & dignitatem electoralem transtulit.*

43. *Investitus de juribus in corporalibus, & jurisdictionalibus, unicum actum jurisdictionalem exercens, eò ipso totius jurisdictionis quasi possessionem acquirit.*

44. *Non statim, ut quis vi, aut metu Electoratu dejicitur, ideò jus & dignitatem Electoralem amittit. Exemplo Rudolphi Palatini, & Henrici Moguntini Electoris.* 45. *Vi de possessione dejectus aut impeditus, perinde habendus, ac si possideret.*

46. *Improba possessio nullum possidenti praebet titulum.*

47. *Per vim, metumvè gesta rata haberi non solent.*

48. *Non videtur possessionem habere, qui eam ita nactus est, ut retinere non possit.*

49. *Possessio vitiosa sine dubio auferenda est possessori.*

50. *Regula etiam praedonem in possessione sua esse tuendum, non procedit, si ex actis vel evidentia rei constet, possessorem esse praedonem, vel illegitimum invasorem.*

51. *Subditi, qui non possident jus Regis, sed ipsi potius possidentur, maximè post præstitum homagium, notoriè incapaces sunt jurium Regis.*

52. *Exempla recentiora, ubi designatus & coronatus Regis Bohemiæ successor, ad Electionem vocatus & ad missus fuit, Rege adhuc vivo, & in possessione regni actuali existente, habentur in Maximiliano II. & Rudolpho II.*

53. *Ad Exempla à Directoribus adducta, quomodo responsum fuit à Cæsarianis.*

54. *Ad Legationem Ludovici Regis minorennis à Directoribus oppositam, quomodo Cæsariani replicârint.*

55. *Æquo lectori judicium hac de controversia committitur. Nec enim privatæ decisionis est hæc quæstio.*

56. *Locus electionis est Francofurtum qui non nisi Collegarum consensu propter graves causas mutari debet.* 57. *Imperatores ferè omnes à tempore Caroli IV. Francofurti electi sunt.* 58. *Rudolphus II. cum unanimi omnium Electorum consensu, in comitiis Ratisbonensibus electus, & coronatus est.*

59. *Cum quo comitatu Electores Francofurtum introire debeant.*

60. *Quæ Francofurtensibus præstanda, vigore juramenti injunguntur.*

61. *Electores Francofurtum ingressi statim sequenti die in æde D. Bartholomæi conveniunt.* 62. *Benè & competenter universa geruntur, si principium fiat decens & amabile Deo.* 63. *Ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superædificium.*

64. *Hodiè dum Pontificii missam celebrant, protestantes Principes in proximum conclave, vel Sacellum recedunt, donec illa peracta sit.*

65. *Peractis sacris Electores ad altare conveniunt, ubi Moguntinus Elector primus juramentum præstat, de idoneo eligendo Imperatore Rom.*

66. *Hoc juramento præstito Moguntinus ab aliis quoq; Electoribus juramentum exigit.*

1 Quamvis à ratione † non sit absonum, ut qui omnibus imperat, ab omnibus eligatur, *arg. cap. 29. de reg. jur. in 6.* R. A. zu Eßlingen/ de Anno 1516. §. Und in Betrachtung/ ibi: ein gemein Werck mit gemeinem Raht fürzunehmen unnd zu handeln. Nihil

2 tamen salubrius † ad bella civilia declinanda excogitari posse Politici autumant, quam ut non solum multitudini populi, verum & Optimatum pluralitati, Principis creandi potestas adimatur, Bodin. *6. de repub. cap. 5.* Heig. *illustr. q. 3. p. 1. num. 73.* ideoq; in Romano-Germanico imperio † saluberrimè secundum antiquam & 3
laudabilem consuetudinem imperii, *Aur. Bull. tit. 1. in pr.* ad septem Principes Electores eligendi Principẽ Romanum jus & facultas translata, *Aur. Bull. d. tit. 1. & 2.* R. A. *de Anno 1566. in princ.* Restaur. Castald. *de Rom. Imper. q. 8. num. 5.* [Cardin. Rusch. *pp. concl. 39. verb. Imperator. nu. 3.*] Heig. *illustr. q. 3.* de quorum origine & juribus infra suo loco uberiùs agemus.

Electores olim † eligendi jus ita habuisse existimat, Besold. *de reg. success. diss. 3. conclus. 5.* ut 4
tamen cogerentur cum eligere, quem Principes communibus suffragiis prætaxassent, id est, prænominassent, *idq; ex Albert. Stadens. & auct. spec. Saxon. lib. 3. tit. 57. ibi:* Die aber zu dem ersten in der Wahl benant sind/ die sollen nicht wehlen nach ihrem Muthwillen wen sie wollen/ sondern welchen die Fürsten alle zu einem König erwehlen/den sollen sie auffs allererst bey Namen nennen und kiesen/ *uti & ex spec. Suevic. & jur. municip prob.* add. Heig. *p. 1. q. 5. n. 66. & seqq.* [Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Polit. sub Anno. 1152 in vit. Frider. I. Imper.* Lehnmann. *in Chron. Spirens. lib. 5. c. 71. & 74.*]

Occasio † Electionis est vacatio imperii, vel 5
alia gravis & ardua causa, quæ quot modis contingat, præcedenti c. dictum est. [Quamobrem electio † facta sede non vacante, ipso jure nulla 6
c. 1. & 2 de concess. præbend. Nicol. Boër. *decis. 1. nu. 6. junct. num. 40.* Ant. Fab. *in Cod. in rer. Sabaud. judic. lib. 1. tit. 3 defin. 43.* Et ex hac etiam ratione † Electores & Principes Mülhusii Anno 1610. 7
congregati, in literis ad Palatinum 21. nov. & 11. vet. Martii datis, ejusdem in Regem Bohemiæ electionem improbarunt, daß in dem Königreich Böhmen/ der Zeit/ als die letztere Wahl vorgangen/ keine ledis vacantia, sondern dasselbe mit einem angenommenen/ gekrönten unnd beschwornen König/ dem die Stände auch die schuldige Huldigungspflicht geleistet/ versehen gewesen. Sigismund. Latom. *in continuat. histor. de Anno 1620. pag. 9.* Hoc tamen fallit, si is qui rerum potitur, in futuri successoris electionem consentiat, per tradita infra *c. 14. de Reg. Roman.*] Vacante autem sede † imperii, Archiepiscopus 8
& Elector Moguntinus, tanquam collegii Electoralis Decanus, Restaur. Castald. *de Imper. q. 9. num. 6.* Germaniæ Archicancellarius, R. A. de Anno 1555. §. So sich dann abermahls/ ibi: seine Liebd/ als Ertz-Cantzler deß Reichs/ electionem † reliquis 9
collegis coëlectoribus quam primum intra mẽsem, a die mortis Imperatoris, denunciat, *Aur. Bull. tit. 1. §.* Wann es auch darzu kommen/ simulq; intimat,

intimat, ut intra trium mensium spacium à die
datarum literarum Francofurti ad Mœnum ad
electionem novi Imperatoris conveniant, vel le-
gales suos nuncios cum idoneâ instructione sine
mora mittant, *d. tit.* 1 §. Auch setzen vnd ordnen/ & §.
Vnd welcher Churfürst.
10 Idonea † autem non censetur instructio, si
missus nuncius vel ad certam personam vel fa-
miliam sit adstrictus, siquidem ordinatio Bullæ
vult, ut tales nuncii habeant plenum & suffi-
ciens mandatum, mit allem vollkommen Gewalt / d. §.
Auch setzen / Item genugsamb Gewalt / d. §. Vnnd welcher.
11 Cum enim electionis vota † non sint particula-
ria, sed collegialia, hoc est, collegialiter ferenda
in ipso Electorum conventu, prævià diligenti
deliberatione, [Henning. Göden. *consil.* 1. *num.* 8.
Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 50.] ex dele-
gantis arbitrio ita restringi non debent. Si verò
12 † Elector legitimè vocatus, neque per se, neque
idoneè instructum nuncium compareat, ista vi-
ce ptivatur voce electionis, *d.* §. Vnd welcher
13 Churfürst / *tit.* 1. absentium † siquidem legiti-
mè vocatorum ratio non habetur, adeò ut præ-
sentes eorum absentiâ non obstante, electio-
nis actum perficere possint, *l. rescriptum, ff. de pact.*
Zas. *in paratit. eod. num.* 34. *ubi id limitat.* Bart. *in*
l. 1. *num.* 3. *de alb. scrib* VVesenb. *in paratit. quod cu-*
jusq. univers. nu. 4. R. A. zu Speyer / de Anno 1529. §.
Vnd damit ein solche / in fin. R. A zu Regenspurg / de An-
no 1541. §. Wir auch Churfürsten / Fürsten / ibi: Wo aber
Jemand vngehorsamb seyn / vnd zu solchem Tag die seinen
nicht abfertigen würde / so sollen nichts destoweniger die Er-
schienenden im Handel fortfahren / vnnd was die Notturfft
erfordern / bedencken / berathschlagen vnd schliessen / &c in §. seq.
vnd was also beschlossen vnd verkündet / das sollen die Abwe-
sende gleichwol wie andere zu halten vnnd zu vollenziehen
pflichtig vnnd schuldig seyn. Add. R. A. de Anno 1542 §.
Vnnd daß aber in diesem / ibi: Vnnd solcher jhr Beschluß die
Abwesende nicht weniger binden / als ob sie selbst zugegen we-
14 ren / vel si quidem per se † aut idoneum compa-
reat, ante tamen finitam electionem recedat,
pro ista vice vocem & votum perdit ibid. Quod
& communi juri Canonico conveniens est, quo
etiam recedens, vocem, quam in electione habe-
15 bat, amittit, *c. licet, x. de elect.* Si verò † elector
tardiùs ante tamen finitam electionem veniat,
in eo statu admitti debet, in quo electio est ad-
ventus sui tempore, *text. Aur. Bull. tit.* 2. §. Wann
aber sie oder ihrer mehrer / in fin. ibi: daß derselbige in solchem
Stande zu der Wahl gelassen / darinn er zu zeiten seiner Zu-
kunfft gestanden.
16 [Integrum etiam esse, Electori, † suffragium
suum alteri ex Coelectoribus delegare, seu fa-
ctum à VVenceslao in electione Adolphi Cæsa-
ris: aut factam à majore parte electionem suo
calculo comprobare, scribit & probat Dn. Gol-
dast. *de jur. Regn. Bohem. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 6. *in*
notat.]
Quid verò si † non unus & alter, sed major 17
Electorum pars ante finitam electionem rece-
dat, anne præsentes ad electionis actum proce-
dere possint? ita putat Buxtorff. *in dissert. Aur.*
Bull. conclus. 25. 1. propter generalitatem textus
nostri. 2. ne illorum absentia vergat in grave Rei-
publ. detrimentum, *contra l.* 45. *C. de decurionib.*
3. Quia ita observatum in electione Ruperti, qui
quatuor tantum adfuisse testatur, Trith. *in Chron.*
Spon. Anno 1400. 4. Quod in fine termini à le-
ge statuti, nedum pauci, sed etiam unus de colle-
gio eligere possit, *l.* 7. §. *decurionibus, ff. Quod cu-*
jusq. univers. cum jus † collegii etiam penes unum 18
maneat, si reliqui vel inhabiles, vel mortui, vel
absentes sint, *l.* 7. *in fin. quod cujusque univer. d.* §.
in decurionibus & ibi Bart. Jas. *& Dd. add.* Arum.
in discurs. super Aur. Bull. discurs. 1. *quæst.* 34. Hæc
autem quæ dicta sunt, ita procedunt, si omnes
& singuli † legitimè ad electionis actum voca- 19
ti sint, quod vult ordinatio bullæ, d. §. Auch se-
tzen vnd ordnen / ibi, allen seinen Geistlichen vnnd
Weltlichen Mit-Churfürsten / solche Wahl durch
sein offen Brieff vnd Botten soll verkünden. Un-
de si aliquis † ex Electoribus non sit citatus, to- 20
ta electio per illum retractari & annullari po-
test, *d. text. fac. c. quod sicut, cap. in genesi, x. de elect.*
quia quoties † deficit solennitas in actu à lege 21
requisita, actus ipso jure non subsistit, Geil. 1. *ob-*
serv. 124. *n.* 4. *& in tract. de pignor. obs.* 1. *num.* 2. *cujus*
rei exempla collegit. Buxtorff. *in dissert. Aur. Bull.*
conclus. 18. Et Electio † facta neglectis & exclu- 22
sis coelectoribus irrita est & nullius momenti,
c. obeuntibus, in fin. dist. 63. *d. cap. quod sicut.* Petr.
Gregor. Tholosan. *in syntagm. jur. univers. lib.* 17.
cap. 12. *num.* 32. [Et plus obest † contemptus unius 23
Principis non vocari quam contradictio multo-
rum, Petr. de Andl. *lib.* 2. *cap.* 2. Henning. Göden.
consil. num. 7. *per text. in c. venerabilem de elect.* Cita-
tio † autem legitimè secundùm veterem morem 24
& tenorem Bullæ expedienda. Paria namq; sunt
non fieri, vel non ritè fieri, *princ. Instit. de hered.*
qua ab intest. defin. l. non putavit, §. *non quavis, ff. de*
bon. possess. contr. tab.
Conati sunt in nupera Electione Directores
Bohemiæ † in literis ad Electorem Mogunti- 25

dum de dato 13. Julii Anno 1619. exaratis, vo-
cationem Regis Ferdinandi, moderni Imper-
rat. gloriosissimi, nullitatis incusare, quod vi-
delicet citatio non fuerit intimata in loco con-
sueto sedis Regiæ Pragensis, quæ intimatio ab-
sentibus Regibus, semper solita Præsidibus Re-
giminis Pragensis fieri. Deinde Regem Ferdi-
26 nandum † non fuisse vocandum, sed Status &
Directores Bohemiæ, idque vigore Aureæ Bull.
cap.7. & 20. ubi cavetur, quod Electores virtute
Regni & Principatuum, dignitatem, vocem &
Electoralia jura in Electione habeant, & quod
ea non possint in alium cadere, præter illum, qui
Electoratum cum terra, & ipso actu possideat,
idque non solùm expressè in prædicta aurea Bul-
la cautum, sed ante & post eam usu & observan-
27 tia obtinuisse. Nulla autem † melior & certior
est interpretatio legis, quàm ea quę ex usu & ob-
servantia desumitur, *l. sed & e 135. l. si de interpre-
tatione 37. & l. sequent ff. de legib.* Mandell. *consil.
61. n. 9. & consil. 64. num. 31.* Herman. Vult. 3. *consil.
Marp. 35. nu. 94.* utpote quæ ab effectu descendit,
Cravett. *consil. 836. num.* 10. & executionem dis-
positionis arguit, *l. 6. §. si is qui, ff. de acquir. hered.*
Anton. Fab. *in Cod rer. in Sabaud judic. lib. 2.
tit. 8. defin. 1. in not. num. 7.* ac formam & solenni-
tatem inducit, Signor. *consil. 51.* Cardin. Tusch.
pp. conclus. 59. verb. observantia diuturna, & c nu. 7.
per eamque omnis tollitur dubietas, Cacheran.
decis. Pedemont. 136. in fin. Ita autem in contro-
28 versia exorta inter Rupertum seniorem † & Ru-
pertum juniorem Palatinos decisum fuisse, &
Electoratum Ruperto seniori ideò adjudicatum
fuisse notum esse, quòd nimirum is in possessio
ne sive usu suo, Palatinatum & Archidapiferiam,
cum vasallagiis, aliisque pertinentiis habuerit,
super quibus vox & Electio Comitatus Palatini
fundata, non attento, quod pro Ruperto junio-
re tanquam ex primogeniti linea descendente,
prærogativa, non postremo loco habenda, mili-
29 taverit. Similiterque † non ita pridem Palati-
num Bipontinum, patruo seniori Palatino Neo-
burgico Philippo in perficiendo munere & ex-
peditionibus Electoralibus, ex hac sola ratione,
quod in possessione administrationis Tutelæ
Electoratus fuerit, in electione D. Cæsaris Mat-
thiæ Anno 1612. prælatum fuisse constare. Ex
eadem ratione, quondam Johannem Lutzelbur-
gicum, tanquam actu possessorem Regni Bohe-
mię, in electione Ludovici Bavari Imperatoris,
Henrico Carinthiæ Duci prælatum, & ad Ele-
ctorale Collegium fuisse admissum, non obstan-
te quod hic antea à statib. Regni Bohemiæ Rex
publicatus, & aliquot annis jus Regis, de con-
sensu Procerum exercuerit, & in possessione fue-
rit, quia jura Electoralia, † non personis, sed 30
Electoralibus cohæreant, & statibus Bohemicis
in privilegiis ipsorum specialiter & proprietariè
concredita sint. Idque etiam indè confirmari,
quod Regibus † propter ætatem minorem, ad 31
electionem inhabilibus existentibus, usus & ad-
ministratio jurium Electoralium, non ad Agna-
tos proximiores & seniores, sed ad solos status &
Proceres Regni Bohemici pertinuerit, atq; ita in
electione Caroli V. Imper. observatum, ad quam
non Regis Polonię Sigismundi, tanquam patrui
& agnati senioris Regis Bohemiæ Ludovici ad-
huc minoris Legatus, sed statuum Regni Lega-
tus, illo posthabito, contradictione non obstan-
te ad consilium Electorale & alios eò pertinen-
tes actus, admissus fuerit.

Atqui Ferdinandum II. Regem, tempore
Electionis imperialis, non fuisse in possessione
vel quasi administrationis Regni Bohemiæ, neq;
unquam actu administrasse, ideoque tanquam
non possidentem Regnum Electorale, non fuis-
se admittendum.

Verùm à Cæsarianis † contraria sententia
actitet fuit propugnata. Et quidē ad hoc, quod 32
de intimatione in sede Rege Pragensi, etiam ab-
sente Rege, officialibus Regis facienda, adductum
erat, responsum fuit, ipsum fundamentum in
aurea Bulla non habere, sed potius ex verbis ejus
apparere ipsis Electoribus faciendam esse in-
timationem, non inspecto an in ordinario resi-
dentię loco reperiatur Elector vocandus nec ne,
quamvis Elector Moguntinus, qui jus hoc con-
vocandi habet, necessitate adstrictus non sit, et-
iam aliò literas & Legatos suos, quàm ad locum
residentiæ mittere. Sic cùm prædictus Ludovi-
cus † Anno 1519. ad actum Electionis per Lega- 33
tos Moguntinos vocandus esset, nec tamen Pra-
gæ repertus, Legati Moguntinenses protestatio-
nem apud officiales Regis Pragenses hoc modo
interposuerint: Wiewol der Churfürst keines weges schul-
dig oder pflichtig / an einig andere Orte / dann gen Prag / die-
weil die Königl. W. derozeit ausserhalb deß Königthumbs
zu Böheimb were / solche Verkündigung unnd Erforderung
zuthun / hetten sie doch Befelch / seine Königl. W nicht aus
Gerechtigkeit / sondern allein auß freundlichem und günstigem
Willen / auch Persönlichen zu besuchen: Wolten damit dem

Straffe

Stifft oder Churfürstenthumb Meintz kein Einbruch oder Neuerung zugefügt oder fürgenommen haben / darvon sie abermahls protestirten / ceu ex instrumento insinuationis de Anno 1619 in tractat. qui inscribitur Kurtzer unnd warhaffter Bericht / auff die drey von den widersetzlichen Böhmen / an Chur Meintz und das Churfürstliche Collegium abgangene und zu Franckfurt eingekommene Schreiben / &c. demonstratur. Ex hisce quidem infertur Moguntinum † non teneri mittere legatos extra provinciam, non tamen eundem id facere prohiberi. Quinimò si tunc Legatos misit in Hungariam ad Ludovicum, cur non & Viennam ad Ferdinãdum Regem. Deinde alius planè tunc fuit status Regni Bohemiæ, cùm Ferdinandus Rex citandus erat, siquidem Directores prædicti, officialibus Regis & Locum tenendi, omne jus & potestatem interverterant, tantò minus id egissent, ut ad Ferdinandum illa intimatio pervenisset, quin potius eam suppressissent.

34

Alterum quod attinet, de possessione Electoratus, advertendum esse 1. alleg. cap. 7. & totum ejus contextum arguere illum ad Electionem admittendum, † qui est legitimus successor in Electoratu. Atqui Ferdinandus Rex in conventu Regni publico 7. die Junii Anno 1617. à statibus Regni Bohemiæ tanquam nepos Regis Ferdinandi & Reginæ Annæ fuit declaratus & proclamatus successor legitimus & Rex, assentientibus & applaudentibus omnibus qui præsentes fuerant, Proceribus. Cui accedit, † quod vetustis privilegiis, Regibus Bohemiæ, ipsorumq; successoribus, & nulli alii Electuræ, jure hereditario collata sit, uti deducitur ex Rudolph. I. privilegio de Anno 1290. 6. Cal. Octobr. idq; postmodum à Carol. 4. ejusq; successoribus confirmatum fuisse.

35

36

37 Neque etiam † possessionem Regni defecisse in Rege Ferdinando II. Nam posteaquam Status Bohemiæ, eum legitimum successorem Regni declarârunt & proclamârunt, & Coronâ Regiâ insigniti fecerunt, eiq; se subjectionis & fidelitatis juramento adstrinxerunt, hoc ipso quasi possessio superioritatis & juris Regii in eum translata fuit. Est enim homagii receptio † infallibilis superioritatis tessera, quæ per se solùm inducit quasi possessionem superioritatis, adeò ut omnis qui hoc præstat, propriâ & quidem juratâ ac immotâ confessione se subditum constituat, non secus ac si quis fateatur, se teneri pro aliquo, Baldus *in l. 2. num. 56. vers. sed ego, Cod. de servitut.* Tileman. de Benign. *Decis. Cameral. Syntagm. 4. vot. 6. nu. 128.* Vid. *infra hoc lib. class. 5. cap. 5. numer. 3. & seqq.* Deinde † jus & facultatem propriâ auctoritate ingrediendæ possessionis, jam antea assignatæ, per mortem Regis Matthiæ planè & plenè vacantis, & sanguinis propagine, statuum declaratione, coronatione, & homagii præstatione, ei competiisse, arg. eorum quæ tradit Rebuff. *in tractat. de miss. in possess. num. 6. & seqq.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judic. lib. 7. tit. 7. de fin. 9. numer. 3. per text. in c quid sit investit. c. 2. ext. de consuet.* Rom. *sing. 136.* Sed facti violentiâ in quibusdam locis suo uti impeditum fuisse. Quoties autem quis, † dolo, vel vi tyranni aut rebellium impeditur ingredi possessionem, tunc vel verbalis traditio sufficit, *argum. l. si finita, §. illud quæritur & §. si quis metu, junct. § ult. ff. de damn. inf. c. contingit, x. de dol. & cont.* Bald. *in l. 2. C ne uxor pro marit.* Tiraquell. *de jur. constit. possess. part. 3. limitat. 17. num. 7.* Villalob. *in comm. opin. lit. P. num. 108. & 109.* Ex eaque ad minimum civilis inducitur possessio. Juris autem est, † quod civiliter possidens, propriâ auctoritate clandestinum vel violentum invasorem & detentorem expellere & naturalem possessionem adipisci vel recuperare possit, per gl. communiter approbatam, *in l. 1. §. interdictum,* tradit referens apud Meichsner. *decis. Camer. 13. n. 253 tom. 3.* Rosenth. *de feud cap. 9. concl. 2. nu. 9. per l. clam. possidere, §. qui ad nundinas & ibi Dd. ff. de acquir. possess.*

38

39

40

41

Preterea quàm plurimos ex statibus fuisse adhuc in devotione Regis Ferdinandi, qui eum Regem suum & Dominum agnoverant: non paucos verò violentiâ invasorum aliud quàm sentirant, profiteri coactos fuisse.

Insuper Cæsarem Matthiam † Regi Ferdinando, de Electoratu, Archipincernatu & aliis dignitatibus regalibus eidem annexis jam pridem investituram contulisse, eaq; investiturâ jus & dignitatem Electoralem transtulisse, secundùm tradita Innocent. *in c. ex literis de consuet.* Dd. *in l pradia cum servis ff. de acquir. possess.* Hart. Hartmanni *pract. obs. tit 54. obs. 6. n. 7.* Mynsing. *4. obs. 61.* Ludolph. Schrader. *de Feud. part. 5. c. 2. num. 16.* Quinimò investitus † de juribus incorporalib. & jurisdictionalibus, exercens unicum actum jurisdictionalem, eo ipso, totius jurisdictionis, quasi possessionem acquirit, Hart. & Jas. *in l. 3. in princ. ff. de acquir. possess. arg l. si licitii, 8. §. fin. ff. quemadm serv. amitt.* Schrad. *d. cap. 2.* 42 43

Atque

At recipere homagium à Regni Proceribus & subditis quod Ferdinandus Rex fecerat, quin actus sit jurisdictionalis & quidem praecipuus, nemo ibit inficias. Neque rebellionem & resistentiam subditorum, jus Regium legitimè quaesitum & collatum absorbere aut tollere posse.
44 Non enim statim, † ut quis vi aut metu Electoratu dejicitur, ideò jus & dignitatem Electoralem amittit, confer Arum. *in Aur. Bull. discurs. 6. ad c. 20.* ubi id confirmat exemplis Rudolphi Palatini, & Henrici Moguntini Electoris, quorum ille ex metu in Angliam aufugit, hic verò à Balduino Electore Trevirensi Electoratu vi dejectus fuit: neutrum tamen propterea Electutam perdidisse. Nam vide possessione ejectus aut im-
45 peditus, † perinde haberi debet, ac si possideret, cùm ex interdicto unde vi, recuperandę possessionis facultatem habeat, *l. si quis vi in princ. ff. de acquir. possess. l. non videtur eod. tit.* Matth. de Afflict. *decis. Neap.* 403. *n.* 21. Improba enim pos-
46 sessio, † nullum possidenti praebet titulum, *l.*
47 *improba*, 7. *Cod. de acquir. possess.* Neque † per vim metumvè gesta rata haberi solent, *tot. tit. ff. quod met. caus. argum. l. un. C. non licere habitat.* Nec vi-
48 detur possessionem habere, † qui eam ita nactus est, ut retinere non possit, Matth. de Afflict. *d. de-*
49 *cis.* 403. *num.* 21. Ac possessio vitiosa † (qualis est subditorum contra Dominos) sine dubio auferenda est possessori, Grammat. *decis.* 81. *num.* 12. Meichsner. *decis. Camer.* 13. *n.* 306. *tom.* 3. Et quam-
50 vis aliâs dici solet, † etiam praedonem in possessione sua esse tuendum, tamen id limitatur, non procedere, si ex actis vel evidentia rei constet, possessorem esse praedonem, vel illegitimum invasorem, Innocent. & Abb *in c. cum Ecclesia sutrina de caus. possess. & propr.* Cravett. *cons.* 248. *n.* 6. Menoch *remed.* 2. *recuper. nu.* 113. cùm is non tàm possidere, quàm alium in sua possessione turbare censeatur, Rebuff. *ad constit. Reg. tom.* 3. *tit. de mater. poss. art.* 1. *gloss.* 3. *nu.* 31. Meichsner. *decis. Ca-*
51 *mer.* 9. *num.* 142. *tom.* 3. Atqui subditi, † qui non possident jus Regis, sed potius possidentur, maximè post praestitum homagium, notoriè incapaces sunt jurium Regis, vitiosè possident, nec legitimi possessores dici possent, Barr. *in l. quod meo in pr. col. fin. ff. de acquir. possess.* Carol. Molin. *in consuetud. Paris. tit.* 1. §. 35. *n.* 13. Vid. *supr. hoc lib.* 1. *class.* 1. *cap.* 5. *n.* 30. Praeterea adducta fuerunt ex-
52 empla recentiora. † designatum & coronatum Regis Bohemiae successorem legitimum, ad Electionem vocatum & admissum fuisse, quamvis Rex adhuc vivus & in possessione regni actuali fuerit, Siquidem Maximilianus II. Imperator designatus Bohem. Rex An. 1562. die Novembr. 14. per Electorem Moguntinum Danielem, tanquam Rex & Elector, **Als ein König zu Böheimb vnd Mit-Churfürst auß Pflicht vnd Gebühr**, uti recensentur verba denunciationis, ad electionem Romani Regis Francofurtum fuit evocatus, ac electioni interfuit, non obstante, quod Ferdinandus Pater in vivis & in actuali possessione & administratione regni extiterit. Similiter Rudolphus II. vivo adhuc & in regimine regni Bohemiae constituto Maximiliano II. tanquam designatus & coronatus Rex & successor Anno Christi 1575. ad Electionem Regis Romani admissus, Electorali munere perfunctus, Decretumque Electionis unà cum aliis coelectoribus 27. Octobris die Sigillo suo confirmavit. Ideoque tantò magis Ferdinandus II. jam dum rebus humanis exempto Caesare Matthia, regniq; sceptris ad se planè & plenè devolutis, sede omninò vacante tanquam coronatus, unctus & approbatus Bohem. Rex ad electionem vocari & admitti omninò debuit.

Ad exempla à Directoribus adducta à Caesarianis responsum fuit, † ea huc planè non quadrare, & ad illos casus pertinere, quando inter ipsos agnatos & aequalis conditionis Principes controversia exstitit. Hîc verò litem praetensè motam fuisse Regi non ab agnatis ejusdem conditionis, & viris Principibus, sed ab ipsis subditis, qui planè incapaces sunt jurium Electoralium, idq; confirmatur ex ipsa Aureae Bullae dispositione, quae continet jus constitutum inter Electores Principes, non verò inter hos & eorum subditos, ideoque rectè illis opponi potuisse exceptionem inhabilitatis, & quod non essent capaces praedictorum jurium, quae exceptio in omni etiam privilegiato spolii judicio attendi solet, per ea quae multis deducit Menoch. *remed. recuperat.* 15. *numer.* 433. *& seq.* Matth. Afflict. *decis.* 361. *num.* 16. Meichsner. *decis. Camer.* 9. *num.* 178 *tom.* 3. 53

Quantum verò attinet Legationem Ludovici Regis adhuc minorennis, à Directoribus oppositam, ad id replicarunt Caesariani; † ex actis videlicet apparere tunc temporis non statum Bohemiae, sed ipsum Regem Ludovicum fuisse ad Electionem evocatum. Legatos etiam à solo 54

Rege

Rege literas salvi conductus exhibuisse, earumque tantùm intuitu conductum consecutos, & credentialibus à solo Rege datis instructos accessisse. Et quamvis insuper etiam mandatum à Statibus Regni Bohemiæ secum attulerint, ex actis tamen & protocollis apparere, id ratione litis à Sigismundo Poloniæ Rege, tanquam patruo & tutore Regis Ludovici motæ, accidisse, eâq; ante electionis actum sopitâ, solius Regis & ejus tantùm nomine Legatum ad Electorale Collegium admissum fuisse. Ideoq; hoc exemplum tanquam planè singulare & heterogeneû, non potuisse obstare Regi Ferdinando II. cui neq; ætatis defectus, neque ullus alius ad competitionem habilis obstitit. Hæc ita pro & contra Francofurti in ipsa Electione invictissimi Imperatoris nostri Ferdinãdi ventilata, & à Cæsarianis in scriptum breve (exceptis quæ passim allegationibus juris illustrãdi gratiâ adjecimus) redacta & sub tit. Kurtzer vnd wahrhaffter Bericht/auff die drey von den widersetzlichen Böhmen/an Chur Meintz/vnd das gantze hochlöbliche Churfürstliche Collegium zu Franckfurt einkommene Schreiben/typis Francofurti cum licentia super Anno 1619. typis excusa publici juris facta sunt. Nos æquo lectori judicium committi-
55 mus. † ex qua parte sanior ratio & fundamenta militaverint meliora & justiora, cum non sit privatæ decisionis isthæc quæstio.]

56 Locus electionis † designatur Francofurtum *d. §. auch setzen/tit. 1.* qui cum publica legis auctoritate designatus, non nisi de collegarum consensu, propter graves causas mutari debet, quod Saxoniæ Elector contra electionem Ferdinandi Coloniæ factam objecit; vid. Sleidan. *lib. 8. de Anno 1531. pag. 223.* [Adeoque Imperatores ferè
57 omnes † à tempore Caroli IV. Francofurti electi sunt. Et quamvis Ferdinandus prædictus Coloniæ in Regem Romanorum designatus fuerit, abdicationem tamen imperii à Carolo V. fratre per Legatos, in manus Electorũ, Francofurti 24. Februar. Anno 1558. factam constat, & in Ferdinandum translatum, qui ibidem ab Electoribus proclamatus Imperator 18. Martii, dicto Anno. Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Politic. sub Anno 1558.* Godlev. *de abdicat. Carol. V.* vid. R. A. zu Augspurg/de Anno 1559. in princ.
58 Rudolphus tamen II. Imperator † in Comitiis Ratisbonensibus 27. Octobr. Anno 1575. electus & 1. die Novembr. coronatus est. Idem Gualth. *in Chronolog. sub Anno 1575.* Thuan. *lib. 60.* Arumæ. *de Comit. cap. 5. num. 18.* Idq; cum de unanimi omnium Electorum consensu factum sit, nullum habuit dubium.] Ne tamen Francofurtensibus oneri sint nimis, constitutum est, † 59
ut Princeps Elector civitatem Francofurtensem tantummodò cum 200. equitibus tempore electionis introire possit, in quorum numero 50. armatos, vel pauciores, non tamen plures habere potest, *d. §.* Wann es auch darzu kommen/ *in fin.* Francofurtensibus autem vigore juramenti, quod desuper præstare coguntur, hæc duo † 60
injunguntur. 1. Ut universos & singulos Principes Electores ab invasione alterius, & si quid inter eos emerserit, etiam ab omni homine cum omnibus eorum hominibus, quos ipsi & eorum quilibet in præfata ducentorum equorum suorum numero adduxerint, fideli studio & diligenti solertiâ protegant, nisi perjurii, Banni & amissionis omnium privilegiorum pœnam incurrere velint, *§.* Wir befehlen/ *d. tit. 1. 2.* ut per omne tempus illud, quo super electione tractatur, ultra præiaxatum Electorum Comitatum neminem in urbem intromittant, intromissosq; exire faciant sub eadem pœna, *§.* die vorgenandte Bürger/ *eod.*

Postquam verò Electores Francofurtum ingressi sint, statim sequenti † die diluculo ad in- 61
vocationem nominis divini in æde D. Bartholomæi conveniunt, *Aur. Bull. tit. 2. in pr.* Tunc enim bene † & competenter universa geruntur, 62
si principium fiat decens & amabile Deo, *Nov. 6.* Et ubi Christus † non est fundamentum, nullum 63
boni operis est superædificium, *c. Principatus 1. quæst. 1.*

Quod verò de Missâ ab omnibus audienda adjicitur, id pro illius temporis moribus factum fuit. Hodiè verò, cum Protestantes † Principes 64
talem cultum à verbo Dei alienum esse edocti sint, dum Pontificii Missam celebrant, in proximum conclave vel sacellum recedunt, donec illa peracta sit, uti in nupera D. Matthiæ Imperatoris & quorundam prædecessorum electione factum esse testantur scriptores, *confer Arum. super Aur. Bull. disc. 2. conclus. 6. Buxtorff. ibid. conclus. 27.*

Peractis † sacris Electores ad altare conve- 65
niunt, ubi Moguntinus Elector primus jurat, quod per fidem, quâ Deo & S. Imperio adstrictus est, secundum omnem discretionem suam, Dei

P adju-

adjutus auxilio, velit eligere temporale Caput populo Christiano, id est, Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat, idoneus, & quod vocem suam dare velit absque omni pacto, stipendio, pretio & promisso, &c.
4 *Aur. Bull. tit.* 2. §. Ich Ertzbischoff. [Henning.
66 Göden. *consil.* 1. *num.* 11.] Hoc juramento † præstito, Moguntinus ab aliis quoque Electoribus idipsum, secundum formam & ritum *in Aur. Bull.* præscriptum exigit, *vid. d. tit.* 2.

CAPUT IV.

DE PERSONÆ ELIGENDÆ *Qualitate.*

SUMMARIA.

1. *In Imperatorem eligendus idoneus, qui tàm animi, quàm corporis bonis pollet, & secundum morem patriæ regni capax esse potest.*

2. *Non nisi Germanus ad imperii fastigium admittendus.*

3. *Otto III. Imp. speciali lege cavit, ut soli Germani, non nisi Germanum eligant.*

4. *Mos fidelissima vetustatis omni vita humana lege valentior.*

5. *Propter virtutem & fortitudinem Germanorum in persona Caroli M. ad Germanos translatum est imperium.*

6. *Non magis idoneus, quàm ex ipsa Germania omnium virtutum cultrice, eligi potest.*

7. *Germani unde dicti. Germani læta bello gens. Nemo Germanis bellum impunè intulit.*

8. *Decus imperii hac occasione ad exteros non transfertur.*

9. *Germanus linguam moresq; Germanorum melius novit, quàm peregrinus.*

10. *Princeps externus, quia moribus, & ingenio differt, eam erga populum repræsentare non potest benevolentiam, ac si esset indigena.*

11. *Alienigenam Dominum nemo lubens patitur. Placidius est suis parere.*

12. *Peregrini imperium rarò stabile. Vix ulla est Natio, quæ diu ferat peregrinum.*

13. *Subditi desiderant præsentiam Regis, & multum lætantur de ipso.*

14. *Carolo V. rebus imperii turbatis absente, & Hispaniis commorante status conqueruntur in comitiis Eslingensibus.*

15. *Germanus non solum is est, qui in Germania natus, sed & cujus pater Germanus est. Vel qui vivo avo Germano, etiam extra Germaniam natus.*

16. *Non tàm inspicitur locus, in quo, quàm per sona, ex quibus quis nascitur.* 17. *Natus ex Germano, ubicunq; nascitur, Germanus erit.* 18. *Exemplo Ferdinandi I. & Caroli V.* 19. *Friderici II. Imperat.* 20. *Richardi.*

21. *Sive eligendus per patrem, sive matrem à Germanis originem ducat.*

INter alia jurat Moguntinus, † quod velit eli- 1
gere Imperatorem idoneum: idoneus autem censetur is, qui tam animi, quàm corporis bonis pollet, & secundum morem patriæ, regni capax esse potest. Inter alia patriæ mos † exigit, 2
ut non nisi Germanus ad imperialis dignitatis fastigium admittatur. Quamvis enim Aurea Bulla hoc non requirat † & disponat, attamen 3
ante eam Ottonem III. speciali lege cavisse, ut soli Germani & non nisi Germanum eligant, multorum scriptorum auctoritate probat, Gerlac. Buxtorff. *in dissert. Aur. Bull. conclus.* 31. *lit. D.* Arum. *discurs.* 6. *de jur. publ.* [Sim. Pistor. *inter consil. Modestin. Pistor. consil* 1. *vol.* 2. *à num.* 12. *usq; ad* 28. ubi multis rationibus eleganter firmat.] cui respondet consuetudo † & mos fidelissimæ 4
vetustatis, quæ vitæ humanæ lege omni valentior, Duat. *ad l.* 1. §. *est autem pactio, ff. de pact.*

Neque ratione idipsum caret: Cum enim propter virtutem † & fortitudinem Germano- 5
rum in persona Magnifici Caroli ad Germanorum gentem translatum sit imperium, *c. venerabilem, x. de elect.* indignum esset, aliunde quærere Regem, & priscæ germanorũ virtuti, qua omnibus ferè antecellunt populis & nationibus, aliquid detrahere. Si itaque idoneus eligendus, † 6
unde quæso magis idoneus, quàm ex ipsa Germania, omnium virtutum cultrice, eligi poterit, quod & rerum gestarum evidentia, & ipsius nominis arguit notatio. Dicti enim sunt Germani
† quod sint germen, & viri gente & mente no- 7
biles, ut dicit Abb. *ad d. cap. venerabilem, de elect.* Vel quasi germman/ à fortitudine prompta. [Sunt enim Germani læta bello gens, attestante Cornel. Tacit. *annal. lib.* 20. *p. m.* 727. quorum non est fugere, ut ait Barth. Romulejus *in l. ut vim. num.* 6. *ff. de justit. & jur.* Regner. Sixtin. 2. *consil. Marp.* 16. *num.* 46. Et neminem Germanis bellum impunè intulisse, testis iterum Tacitus, unde Rythmi veteres nati:

Welcher

Welcher im Krieg will Unglück han/
Der fang es mit den Teutschen an.

Gerhard. Mercat. *in descript. German. fol.* 214. ubi
plura laudis encomia refert.] Vel quod sint qua-
si Germani fratres. Sicut enim frater germanus
non facilè deserit fratrem: ita & germani in præ-
lio & in periculis constanter suis adhęserunt, nec
facile quempiam suorum deseruerũt. [Vel quod
à Romanis quondam sint appellati, quasi fratres
Gallorum, teste Johan. Sleidan. *Comment. lib.*
24. p. m. 773. vel etiam à fide & fidelitate. Hinc
Claudian. Poët. *in Panegyr. stilicon. dicto*, Fidem
constantem, Germanam, appellat.] Joh. Andr.
Germanos derivat à gigno, gignis, propter fe-
cunditatem in generando: Est enim patria mul-
tum generativa, refert Restaur. Castald. *de Im-
per. q. 7. n.* 23.

Aliam rationem adfert Moguntinus apud
8 Sleidan. *in elect. Carol. V. Imperat.* ne videlicet †
decus imperii hac occasione ad exteros transfe-
ratur, *lib. 1. Comment.*

9 Præterea Germanus † linguam moresq; Ger-
manorum melius novit quàm peregrinus, quod
utique ex utilitate Reipub. est, unde præcipuè æ-
stimanda est electio, *l. un. C. si propter inimic. creat.*
fact. sit. Confer Mynsing. 4. *obs.* 30. [Utcunque
10 enim Princeps externus † benè rem gerat: tamen
quia moribus & ingenio differt, eam erga popu-
lum repræsentare non potest benevolentiam, ac
si esset indigena. Ideoq; faciles oriuntur dissen-
siones, aliunde pro tuitione adducuntur mili-
tum copiæ, qui honoribus & facultatibus aucti,
magnum in se multitudinis provocant odium,
ceu multis persequitur Philip. Comin. *histor.*
lib. 8. in fin. Hinc Curt. *lib.* 7. Alienigenam Do-
11 minum, † inquit, nemo lubens patitur, & placi-
diùs est suis parere. Et vix ulla Natio est, quæ
gloriosis factis nomen suum extenderit, nisi du-
ctu atque auspicio suorum Principum, suorum-
que ductorum, idq; Assyriorum, Persarum, Ma-
cedonum, Romanorum, Francorum, Vandalo-
rum aliorumq; Martiorum populorum exem-
plis illustrat Forstner. *in Not. Polit. ad Cornel. Ta-
cit. lib. 2. in princ pag. m.* 117.]

12 Ad hæc peregrini † imperium [rarò stabile.
Vix enim est ulla natio quæ diu ferat peregrinũ,
Comin. *lib. 8. in fin.*] Et præterea incommodum,
propter absentiam quæ inde timetur. Quis enim
tam stupidus, ut sua curare non malit, quàm
aliena ? quis autem populus patienter imperia
legatorum laturus est ? inquit Bodin. *l. de repub.*
c. 5. p. 1128. [Subditi verò † desiderant præsen- 13
tiam Regis & multum lætantur de ipso, dixit
Bald. *in c. 1. de major. & obedient.* Et ideò Vasco-
nes, Regi Anglię, non nisi ipso præsente, subesse
se fatentur, ut not. *in l. 1. de offic. Præsid.* Matth. de
Afflict. *decis.* 265. *num.* 11. 12.] Hinc Carolo V. † 14
rebus imperii turbatis absente, & Hispaniis com-
morante status conqueruntur in Comitiis Es-
lingensibus R. A. zu Eßlingen/ de Anno 1526. §. ibi: daß
ihre Majestät auff solche Versamblung in eigener Person er-
schienen/ in Betrachtung/ daß solches gantzer Christenheit/ dem
Römischen Reich/ vnd sonderlich Teutscher Nation zu viel gu-
tem gereichen / vnnd in der schweren sorglichen Last / darinn
Teutsche Nation jetzund stehet / nicht ein geringer Trost seyn
würde/ *add. §. seq. ibid.* alias rationes adfert Arum.
super Aur. Bull. discurs. 2. *q.* 3.

Germanus † autem non solum is est, qui in 15
germaniâ natus, verum etiam cujus pater ger-
manus est, *arg. l. adsumptio, § filius ff. ad Municip.*
l. 1. *§.* 1. *eod.* vel qui vivo avo paterno Germano,
etiam extra Germaniam natus: quia † non tam 16
inspicitur locus, in quo quis nascitur, quàm
personę, ex quibus nascitur, *l. cum satis, in pr. C. de
agricol. & censit.* adeoque natus † ex germano, u- 17
bicunque nascatur, Germanus erit, Bartol. *ad l.*
1. num. 4. ff. ad municip. [Et Galli filius in Hi-
spania natus censetur Francigena, vid. Nicol.
Boër. *decis.* 13. *num.* 30. 31. *&* 33. *ac passim per tot.*]
Sic Ferdinandus † vivo avo Imper. Maximil. in 18
Hispania natus, [non minus quàm Carolus fra-
ter qui Gandavi in Belgio natus, Thuan. *lib.* 1.
histor. fol. m. 4.] pro germano habitus fuit, quam-
vis titulum infantis Hispaniæ retinuerit, Infant
in Hispanien/ R. A. de Anno 1555. in pr. & de An-
no 1557. 1559. ac passim. Pariter Frider. II. Impe-
rator † licet in Sicilia natus, quia tamen Henri- 19
cum VI. Imperatorem patrem habuit germa-
num, ad imperium fuit admissus. Cario *in Chron.*
in vit. Frider. II. Peuzer. *in ejusd. vit.* [Richar-
dus quamvis nativitate erat Anglus, † quia ta- 20
men sanguinis propinquitate Germanos atti-
nebat, ad imperium fuit vocatus, Azori. *Instit.*
Moral. lib. 10. cap. 3. part. 2.] quæ de Carolo V. mo-
ta controversia, vid. apud Sleid. *lib. 1. in elect. Ca-
rol.* [Idq; obtinere, † sive eligendus per patrem 21
sive matrem à Germanis originem ducat, scribit
Johan. Azori. *Instit. Moral. d. lib. 10. c. 3. part.* 2. ubi
id probat exemplo Alphonsi Regis, Castellæ, qui
genus maternum ex Germaniæ Imperatoribus
traxerat.]

CAPUT V.

DE MODO ELECTIONIS, ET ordine votandi.

SUMMARIA.

1. *Exacto, & præstito ab Electoribus, & absentium nunciis jurejurando ad electionem proceditur.*

2. *Ad perficiendam electionem majoris partis consensus sufficit, nec necesse est omnes consentire.* 3. *In collegiis major pars sufficit.* 4. *Quod & in comitiis obtinet.*

5. *Ratio dubitandi. Quod omnes tangit, ab omnibus approbandum.* 6. *Resp. distinguendo. Quædam communia sunt pluribus, ut universis, & tunc quod facit major pars, omnes facere videntur.* 7. *Quædam sunt communia pluribus, ut singulis, & tunc quod facit major pars, omnes facere non videntur.*

8. *Alia dubitandi ratio. Concors electio videri non potest, quando non omnes consentiunt.* 9. *Respondetur ad eam.* 10. *Verbum concorditer non refertur ad singulos, sed ad collegium, vel majorem ejus partem.*

11. *Alia ratio dubit. Frustrà id urgetur, cujus eventus nihil operatur.* 12. *Respondetur ad eandem. Electio facta à minori parte est ipso jure nulla.*

13. *Si contingat duos eligi, alii opinantur, quod eo casu alter alterum cum exercitu in agro Francofurtensi expectet, & vel prælio adversarium vincat, vel sponte alter alteri cedat.* 14. *Hunc modum inveteratum potiùs errorem, quàm rationabilem morem fuisse constat. Ideoq; hodiè propter Auream Bullam in nulla consideratione habendus.*

15. *Ordo votandi in Electione Imperatoris.* 16. *Exquisitis votis omnium Electorum à Moguntino, ipse Moguntinus à coëlectoribus requisitus aperit votum suum.*

17. *Hodiè hic votandi ordo ex consuetudine immutatus, & Moguntinus in electione primum habet suffragium.* 18. *Hujus Ratio, dignior de collegio primum habet votum, & Moguntinus Decanus est collegii Electoralis, cui regulariter debetur jus primæ sententiæ.*

19. *In aliis imperii particularibus conventibus alius ordo observatur.*

20. *In consiliis & collegiis prudentum à junioribus, & loco ultimis, ordine successivo exploranda sunt sententia. Ejusq; Ratio.*

21. *Per literas vota transmissa nullum sortiuntur effectum.* 22. *De Iure communi absentes de capitulo vota sua per literas dare non possunt.*

23. *Vota debent esse pura, non alternativa, incerta, aut conditionalia.*

24. *Ex numero Electorum unus eligi, & si tria habeat suffragia, seipsum eligere, suaq; voce majorem numerum facere potest.* 25. *Secus est, si uni concedatur eligendi potestas, is enim seipsum eligere nō potest.*

26. *Cautela pro eo, qui votando se ipsum eligere, vel ab aliis factæ electioni consentire vult.*

EXACTO & præstito † ab Electoribus & absentium nunciis jurejurando, ad electionem proceditur, neque ex urbe Francofurtensi discedere Electoribus fas est, nisi prius major pars ipsorum tēporale Caput Christiano populo elegerint, id est, Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, §. Vnd wann die Churfürsten/ *Aur. Bull. tit.* 2. Sufficit † itaq; ad perficiendam electionem majoris partis consensus, nec necesse est omnes consentire, d. §. Vnd wañ die Churfürsten/quia Electores eligunt ut collegiū [Hen. Goden. *consil.* 1. *nu.* 6. 7. ubi dicit ad substantiam electionis spectare, ut simul conveniant collegialiter.] In collegiis autem † id est regulare, ut major pars sufficiat, *l. quod major, ad municip. l.* 160 *de reg. jur.* Restaur. Castald. *de imp. q.* 11. *nu.* 8. Ant. Fab. *in C. rerum in Sabaud judic. lib.* 1. *tit.* 7. *def.* 2. [Card. Tusch. *verb. Imperator*, *concl.* 39. *num.* 5.] ipsum etiam in Comitiis † obtinet, R. A. zu Trier vnd Cöln/ de Anno 1512. §. es sollen auch die Churfürsten/ ibi: oder der mehrer theyl auß jhnen/ & de Anno 1521. §. würde sich auch/ & de An. 1576. §. da dann die Sachen/ [adde quæ dixi infra hoc *lib. Class.* 5. *c.* 8. *n.* 62. & *seqq.*]

Pro ratione tamen dubitandi facere videtur notissima juris regula, quod omnes tangit, id ab omnibus † approbari æquum est, *c. quod omnes de reg. jur. in* 6. Verùm respondetur distinguendo: Quædam sunt communia † pluribus, ut universis, & tunc quod facit major pars, omnes facere videntur, ut in nostro casu, ubi electio ad universos pertinet, quod satis probatur *ex text. Aur. Bull. tit.* 4. §. 1 *ibi:* vnd wann sie alle/ vnd die da wöllen an die Statt vnnd Zeit/ da die Wahl geschehen soll/ zusammen/ hoc est. Omnibus invicem congregatis. Quædam † verò sunt communia pluribus, ut singulis, & tunc quod facit major pars, omnes facere non videntur, & ita post Dyn. *dist.* Bart. *ad d. l. quod major. n.* 1.

Nec

Nec præterea adversatur, quod Imperator eligendus concorditer, cui congruit, Reichs Abscheid / de Anno 1566. in princ. ibi: durch unser unnd deß H. Reichs Churfürsten einhellige Wahl. Concors autem
8 electio † videri non potest, quando quibusdam discrepantibus non omnes consentiunt, ut declarat *gloss. in c. cupientes, in §. adhæc, in verbo con-*
9 *cordem de elect. in 6.* Nam concordia † hic requiritur non respectu singularum personarum, sed respectu actus ad cujus perfectionem etiam concordia majoris partis sufficit, ut est text. in §. Wann aber sie oder ihrer Mehrertheyl der einen also erwehlet / so soll man solche Wahl darfür halten und schetzen / als ob die von ihnen allen einmütigklich vollbracht worden sey / *tit. 2. Aur.*
10 *Bull.* Verbum itaq; concorditer † einmütiglich / non refertur ad singulos, sed ad collegium, vel majorem ejus partem.

Denique non obstat, frustra necessarium esse omnium & singulorum convocationem & citationem, si non omnium necessarium sit suffra-
11 gium: Frustra namque † id urgetur, cujus eventus nihil operatur, *l. si quis ita præscripserit, 33. ff. de hered. instit.* Anton. Fab. *in Consult. de Ducat. Montisferr. part. 1. p. 233.* R.: Licet omnibus compe-
12 tat jus conveniendi, † non tamen de substantia electionis omnium requiritur consensus, sed sufficit majoris partis, per text. antea alleg. Est itaq; argumentum à separatis, quod nihil stringit in præsenti. [Electio verò facta à minori parte est ipso jure nulla, *c. auditis, de elect.* Nic. Boër.
13 *decis. 1. numer. 17.* Si verò contingat duos eligi, † seu factum aliquoties testantur historiæ? sunt qui opinantur, quod eo casu alter alterum cum exercitu in agro Francofurtensi expectet, & vel prælio adversarium vincat, vel sponte alter alteri cedat. Qui hoc modo imperium obtinet, eum in urbem recipi & Regem Romanorum salutari. Taleq; certamen fuisse inter Henricum Thuringiæ Landgravium & Conradum Friderici II. filium. Item inter Ludovicum Bavarum & Fridericum Austrium. [Item inter Güntherum Comitem Schwartzburgicum & Carol. IV. scribit Matth. Dresser. *de urbib. German. in descript. urb. Francofurt.* Dillich. *in Chron. Hassiac. part. 1 in descript. civit. Francof. p. m. 56. & 57.* Verùm iste mo-
14 dus, † cum præter calamitosum eventum, nihil ferat secum, puro inveteratum potius errorem quàm rationabilem morem fuisse. Et testatur ipse Dresserus *in millen. 6. part. 3. p. m. 390. & seq.* non in agro Francofurtano, sed alio prælio litem fuisse multos post annos compositam. Cum verò hodiè juxta aur. Car. IV. Bullam, nemo nisi legitimè, & ad minimum, à majori parte electus, ad imperium admittitur, & is qui à minori parte eligitur, pro non electo habetur, per tradita supra, res hæc in nulla consideratione habenda est. Contrariam sententiam vanitatis esse arguit Besold. *in tract. de success. & elect. fol. 189. & in Thesaur. pract. verb.* Franckfurt / vid. Lehman. *in Chron. Spirens. lib. ult. cap. 34.*]

Ordo autem votandi hic est: Moguntinus, † 15
tanquam electoralis collegii Decanus, & non alius, singulorum vota exquiret sequenti ordine. 1. Ex Archiepiscopo Trevirensi, cui id jus more vetusto competit. 2. Ex Archiepiscopo Coloniensi. 3. à Rege Bohemiæ, [*vid inf. hoc lib. 2. Class. 4 cap. 3. n. 26.*] 4. à Comite Palatino Rheni. 5. à Duce Saxoniæ. 6. à Marchione Brandeburgensi.

Exquisitis votis † omnium Electorum à Mo- 16
guntino, Principes sui consortes ipsum vice versa requirent, ut & ipse intentionem suam exprimat & ipsis aperiat votum suum, *Aur. Bull. tit. 4. §.* Wann und wie offt / *cum §§. seqq.* Hic tamen vo-
tandi ordo in persona † Moguntini videtur ho- 17
die ex consuetudine immutatus, ita ut Moguntinus in electione primū habeat suffragium. Goldast. *in replic pro Imp. c. 13. p. 173.* Et in electione Caroli V. observatum testatur Sleidan. *lib. 1.* [Cu-
jus ratio est, † quod dignior de collegio primum 18
habeat votum, Præposit. *in c. Episcopos, dist. 17. col. 2.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. part. 5. consid. 19.* Matth. de Afflict. *decis. 1. n. 6.* Et ib. Thom. Grammat. *in addit. lit a.* Tum etiam quia Moguntinus est Decanus Collegii Electoralis, cui regulariter debetur jus primæ sententiæ, idque ita in Collegio Cardinalium, obtinere testatur, Onuphr. Panvin. *de Episcopat. tit. & Diacon. Card. p. m. 733.* Quamvis in aliis imperii particularibus con-
ventibus † aliter observatum viderim. Nam in 19
conventu Ratisbonensi Electorum & quorundam Principum de Anno 1613. in consultationibus Elector Moguntinus, aliorum Electorum vota usque ad Saxoniæ Electorem exploravit, suam verò ultimo loco exposuit sententiam, cum brevi omnium aliorum votorum recapitulatione. Et quamvis Moguntinus etiam Brandeburgensis Electoris Legatos de voto interrogare voluerat & alios eum sequentes Principes ibidem congregatos, tamen hoc admittere noluerunt Legati Saxonici, dicentes aliter usu recep-

ptum esse: ideoque hic ordo explorandorum vo-
torum ibidem fuit servatus: Moguntinus com-
pellavit primo Trevirensem, deinde Colonien-
sem (quamvis Legati Trevirenses, cum Electo-
re Coloniensi, qui ipse præsens adfuerat, in ses-
sione & votis alternarint) & sic deinceps usque
ad Saxonem inclusivè: Deinde reddito voto Sa-
xonico, Legatus Saxonicus interrogavit, Lega-
tos Brandeburgicos, aliosque ad consilium vo-
catos Principes aut eorum Legatos. Omnium
tandem exquisitis sententiis, suam ultimo loco
ut supra dictum addidit sententiam Moganti-
nus cum indicatione quonam major pars ten-
deret. Quando verò aliquid à Moguntino de
novo addebatur, denuo omnium fuere explora-
tæ sententiæ, eo quo dictum est modo & ordine.
In aliis verò consiliis & collegiis Prudentum,
20 † à junioribus, vel qui ultimum locum occu-
pant, & sic deinceps ordine successivo exploran-
das esse sententias tradit Nicol. Lyra *in Exod. c.
23. in gl. verb. nec judicio*, ne videlicet juniores &
inferiores formident declinare à sententia ma-
jorum, & ita in deliberationibus, Theologos
universitatis Parisiensis observare solere. Et ita
etiam in senatu Neapolitano servati testatur,
Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 1. num. 7.* Et de Ro-
ta Romana post Bald. & Rom. scribit Chassan. *in
Catal. glor. mund. part. 1. consid.* 19. Forstner. *in Not.
Polit. ad Cornel. Tacit. lib. 1. pag. mihi* 213. ubi no-
tat, in Republ. Romana primitùs moris fuisse,
dicendæ in senatu sententiæ initium fieri à Cos.
& iis, qui alios in dignitate anteibant, Gell. *lib.*
14. *cap.* 7. quod postea mutatum, & primi rogati
sententiam, qui nondum gesserant Magistratus,
ne primi cæteris dicendi libertatem subtrahe-
rent, vel auctoritate, non judicio, in suas partes
traducerent, add. Tacit. *lib. 3. annal.*] Per lite-
21 ras autem vota † transmissa nullum sortiuntur
effectum, cum ut supra dictum, convocatis &
congregatis in unum locum Electoribus colle-
gialiter sint interponenda, & per Moguntinum
exquirenda & colligenda, ut ita ponderatis o-
mnium rationibus, ex diversis quodammodò
animi motibus in eam facilius conspirare pos-
sint sententiam, quæ ad gloriam Dei & Reipubl.
salutem collimet. Et propterea jure communi,
absentes † de capitulo vota sua per literas dare
22 non possunt, *c. si quis justo. §. absens de elect. in 6.*
Boër. *decis. 1. num. 41.* [Ant. Fab. *in Cod. rer. in Sab-
aud. judic. lib. 1. tit. 2. defin. 40.*]

Vota præterea debent esse pura, † non alter- 23
nativa, incerta aut conditionalia, qua de re vid.
Buxtorff. *in Aur. Bull. conclus.* 43. Ex numero au-
tem Electorum † non solum unus eligi potest, 24
verum etiam si tria habeat suffragia, seipsum
eligere, suaque voce majorem numerum facere
potest, per text. *in tit. 2. §. fin. Aur. Bull. fac. l. 4. ff.
quod cujus univers.* [Caspar. Anthon. Thessaur.
quæst. Forens. 3. *numer.* 3. *lib.* 1. Cardin. Tusch. *pp.
conclus.* 595. *num.* 3. *lit.* P. Johan. Azori. *Inst. t. Mo-
ral lib. 10. cap. 4. circ. fin. part. 2.*] Cujus rei recen-
tia habemus exempla in Maximilian. II. Rudol-
pho II. & præsente gloriosissimo Imper. Mar-
thia. Secus tamen erit, si uni † concedatur eli- 25
gendi potestas: is enim seipsum eligere non pos-
set, *l. 4 ff. de tutor. & curat. dat. l. præses, 5. de offic.
præsid.* Wesenbec. *in paratit. ff. quod cujus univers.
nom num.* 5. [Cæpoll. *cautel.* 96. *num.* 1.] tum quia
de eo non intelligitur esse actum, *l. qui cum tu-
toribus, 9 de transact. l. inquisitio*, 18. *Cod de solut.*
tum quia seipsum sponte ingerens fieret suspe-
ctus, *l. quæ omnia*, 25. *in pr. ff. de Procur.* [Ideoque
pro cautela traditur: † Quando aliquis ex ele- 26
ctoribus spem habet, se electum iri, quod tunc,
modo commodè possit, primus non sit in vo-
tando, sed potius aliorum vota exspectet, & si
per alios eligatur, electioni factæ potius consen-
tiat, vel si cogatur primum votum proferre, il-
lum eligendo nominet, quem verisimiliter nul-
lus, vel minor pars eligit; quia si postea eligatur
ab aliis, posset recedere variando à priori voto, &
consentire electioni de se factæ. Cæpoll. *d. cautel.
69. per allegata ibid.*]

CAPUT VI.

DE TEMPORE ELECTIONIS.

SUMMARIA.

1. *Tempus Electionis perficiendæ sunt 30. dies, in-
tra quos si electionem non perficiant Electores, panem
manducent, & aquam bibant, nec Francofurto exe-
ant, nisi prius electo capite.*

2. *Mora in Electionibus hujusmodi propter in-
terregni incommoda est periculosa.*

3. *Ipsis vicariis imperii electioni præsentibus, fa-
cilè Respubl. damni aliquid sentire potest.*

DE tempore electionis ita sancit Bulla: Si in-
tra 30. dies † à die præstiti juramenti con- 1
tinuò

tinuò numerandos, electionem perficere distulerint, ex tunc panem manducent, & aquam bibant, & nullatenus civitate Francofurtensi exeant, nisi prius per ipsos, vel majorem eorum partem temporale caput eligatur, §. Wo sie aber das verziehen / *tit.* 2. *Aur. Bull.* idq; ad imitationem juris Canon. quod eandem pœnam Cardinalibus electionem protrahentibus infligit, *c. ubi periculum, de elect. in 6.* Nec sine ratione; quia
2 mora † in electionibus ejusmodi propter interregni incommoda est periculosa, ut dicit Speculat. *lib.* 4. Batt. *t. tit. de Elect. n.* 1. Nostro præsertim casu, ubi ipsi quoq; Vicarii imperii intersunt ele-
3 ctioni, facile † Respub. damni aliquid, si longior mora accederet, sentire posset, Arum. *in Aur. Bull. discurs.* 2. *concl.* 11.

CAPUT VII.

DE EFFECTU ELECTIONIS.

SUMMARIA.

1. *Imperator à Septemviris electus, ipso electionis jure dignitatem imperialem, & summæ potestatis plenitudinem acquirit.*

2. *Electus Romanorum Rex, peractâ statim electione omnibus & singulis Electoribus omnia ipsorum privilegia confirmare & renovare debet.* 3. *Quæ confirmatio non nisi Regiâ authoritate fit, ideoq; in Imperatorem ipso electionis jure collata est.*

4. *Electio electo idem tribuit jus, quod successio successori.*

5. *Omnia acta, atq; gesta ab Imperatore legitimè electo ante coronationem perinde rata ac firma sunt, ac si post coronationem celebrata fuissent.*

6. *Electus in Regem Roman. ante coronationem potest omnia, quæ Imperator potest post eam.* 7. *Etiam legitimare potest ante coronationem. Argumentum à contrario sensu in jure est firmissimum.*

IMperator à Serenissimis imperii Septemviris
1 electus † ipso electionis jure, Dignitatem imperialem & summæ potestatis plenitudinem acquirit, confer Reichs Abschied / de Anno 1566. in pr. ibi: Durch unser unnd deß Heiligen Reichs Churfürsten einhellige Wahl / zu Röm. König / und angehenden Römischen Keyser ordentlicher weise erkorn / und solche hohe Dignitet und Würde auff uns genommen / ipso itaque electionis jure nactum se imperialem dignitatem fatetur Maximil. II. Imper. Mich. Ulcurrun. *de regim. mund p.* 2. *quæst. pr.* 1. *num.* 25. Restaur. Castald. *de Imper. quæst.* 46, *num.* 7. Pautmeister. *de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. Sixtin. 1. *de regalib. c.* 4. *num.* 14. idque vel inde etiam patet, quod is qui modo præmisso in regem
Romanorum electus † fuerit, peracta statim ele- 2
ctione, universis & singulis Principibus Electoribus, omnia ipsorum privilegia, & quicquid ipsi ab imperio, usque in diem electionis suæ obtinuerunt, absque contradictione confirmare & renovare debet, §. Und dieweil von alter / *tit.* 2.
Aur. Bull. Quæ confirmatio, † cum non nisi re- 3
gia authoritate fieri possit, necesse omninò est, eam in Imperat. ipso electionis jure collatam esse, neque coronationem, aut Pontificiam ad hoc requiri inaugurationem.

Electio namque electo † tribuit idem jus, 4
quod successio successori. At ei, qui ad regnum natus, eveniente successionis casu, statim debetur Regis nomen etiam ante Coronationem, Arum. *in Aur. Bull. discurs.* 2. *conclus.* 20. ideoque
omnia † acta atque gesta ab Imperatore legi- 5
timè electo ante coronationem, perinde rata & firma sunt, ac si post coronationem celebrata fuissent, *gloss. in c. legimus verb. imperat.* Batt. *in consil. ad reprimendum vers. reges.* Bald. *in l. bene à Zenone, numer.* 3. *Cod. de quadr. præscript.* Schrad. *de Feud. p.* 4. *cap.* 1. *numer.* 11. *Speculat. in tit. de rescript.* §. *fin. vers. neque quod est obtentum.* [Eamq; veram & communem juris esse conclusionem,
quod electus in Regem Romanorum, † ante co- 6
ronationem possit omnia, quæ Imperator possit post eam, multis firmat Paul. Paris. *consil.* 1. *num.* 4. *volum.* 2. *per gloss. commun. in c. legimus, dist.* 93. Hostiens. *in c. super quibusdam de V. S.* dicens, ita servari & ita fuisse judicatum per Principes Alemanniæ, Johan. Andr. *in addit. ad specul. tit. de success. ab intest.* §. 1. *verb ex facto.* Idq; generaliter in omnibus supremis Principibus verum esse multis comprobat Anton. Quet. *consil.* 1. *n.* 16. 17. 18. Et hanc communem opinionem communi firmati observantiâ scribit Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 35. *ubi allegat alios.*] Et quod le-
gitimare possit † ante coronationem notat Cyn. 7
ad d. l. bene à Zenone, C. de quadr. præscript. Forster. *lib.* 6. *de success. ab intest. cap.* 34. *num.* 29. idq; etiam non obscurè probari potest, *ex d.* §. Und dieweil / *tit.* 2. *Aur. Bull.* ubi caverunt, quod ante confirmationem privilegiorum Electoralium electus Rex Rom. ad nullum actum imperialis administrationis procedere possit. Ergò postquam confirmaverit, poterit ad alios administrationis imperialis

perialis

perialis actus procedere, quod argumentum à contrario sensu ductum in jure nostro est firmissimum.

Caput VIII.
DE CORONATIONE IMPERATORIS.

SUMMARIA.

1. *Corona usus apud Reges antiquissimus.* 2. *Reges Tyrrhenorum usi sunt coronâ aureâ. Coronationis usus magis ad ostentationem, quàm ad necessitatem usurpabatur.*

3. *Inaugurationis vel coronationis adjuncta & insignia sunt Corona, Diadema, Sceptrum, &c.* 4. *Sceptrorum origo.*

5. *Papa utitur Tyarâ aureâ, cum triplici corona. Et quare.*

6. *Coronæ & coronationis usus ad Principes Romanos derivatus, adhuc hodie usurpatur.*

7. *Rotunditas coronæ imperialis, & mundi figura in ejus extremitate quid significet?*

8.9. *Coronatio non est causa, sed Symbolum adjunctum regni translati.*

10. *Verbum proclamationis copulatur verbo coronationis, ad declarandum effectum coronationis.* 11. *Non rarò copula. Et, stat declarativè, inter duo idem importantia.*

12. *Non ideò Rex est, quia coronatur, sed ideò coronatur, quia Rex est.*

13. *Olim coronæ tres Imperatori imponebantur, ferrea, argentea, aurea.* 14. *Ferrea ab Archiepiscopo Coloniensi, Aquisgrani, imponebatur.* 15. *Ferro fortitudo significatur, quâ rebelles comminuuntur.* 16. *Argenteâ ab Archiepiscopo Mediolanensi.* 17. *Aureâ Romæ à Papa coronabatur Imperator.*

18. *Ritus & ceremoniæ coronandi, & inungendi non sunt sine mysterio & effectu.*

19. *Sententia hanc coronationis solennitatem ad præcisam necessitatem redigens, olim publicâ imperii sanctione tempore Ludovici Bavari Imp. explosa est.* 20. *Multi Imperatores citra imperii sui diminutionem eam neglexerunt, inter quos Rudolphus Habsburg.* 21. *Maximilianus I.* 22. *Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias.*

23. *Rex Romanorum idem potest ante, quod post coronationem.* 24. *Qui coronat, nihil novi juris electo tribuit, sed quod tributum est, festivè significat.*

25. *Gallorum Regi Archiepiscopus Rhemensis.* 26. *Polonorum Regi Archiepiscopus Gnesnensis, Bohemorum Regi Pragensis Archiepiscopus coronam imponit.*

27. *Imperio nihil inde, nisi onera magnis sumptibus subeunda emerserunt.*

28. *De jure feudali vasallus tenetur comitari Dominum suum ad coronationem.* 29. Der Römer Zug.

30. *Carolus V. Bononiæ coronam suscepit.*

Coronæ † usus apud Reges antiquissimus, 2. *Sam.* 12. *v.* 30. 2. *Chron.* 13. *v.* 13. Reges Tyrrhenorum † usi sunt corona aurea, sella eburnea, & sceptro in summitate aquilam habente, Keckerman. *disput. Polit.* 2. *concl.* 12. [vid. Garf. *de expens. & melioras. cap.* 4. *num.* 53. *& seq.*] unde coronationis promanavit usus, qui magis ad ostentationem, quàm necessitatem usurpabatur, Marf Patav. *c.* 11. *&* 12. *in defens.* Commissio † quippe regni, jam videlicet translati: certis symbolis insignita dicitur inauguratio vel coronatio, cujus adjuncta & insignia sunt Corona, Diadema, Sceptrum, amictus purpureus, fasces, de quibus Halycarnass. referente Keckerm. *d. loc.* Chassan. *in catal. glor. mund part.* 5. *consid.* 22. [De Sceptris scribit Justin. *lib* 43. † Per ea tempora Reges, hastas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixêre. Nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres hastas coluêre: ob cujus religionis memoriam, adhuc Deorum simulacris hostæ adduntur, hactenus Justinus. Jojada constituto Rege Joa, imposuit ei Diadema & librum Legis dedit in manibus tenendum, & per illud significabatur divina perfectio, per hunc verò utriusq; tabulæ custodia, 2. *Chron.* 23. *& quæ ibi not.* Osiand. *in gl.* add. quæ de Sceptro & Diademate scribit Chassan. *d. part.* 5. *consider.* 23. Garf. *de expens. d. cap.* 4. *num.* 53. *& seq.* Joh. Lorin. *in commentar. in lib. Num.* *cap.* 17. *v.* 2. *fol.* 644. *colum.* 2.]

Papa utitur † Tyara aurea cum triplici corona, ex eo, quod à Constantino, Asiæ, Africæ & Europæ Ecclesiarum caput prætensè sit constitutus, & ad declarandum extremæ potestatis signum, quam in cœlum, terram & infernum sibi vindicat.

Iste coronæ & coronationis usus † ad Principes Romanos derivatus adhuc hodie usurpatur, §. Vnnd nach dem er mit Keyserlichen Insulen getrönet/ tit. 2. *Aur. Bull.* Rotunditas † autem coronæ imperialis & mundi figura in ejus summitate nihil aliud

aliud significat, quàm quod imperium sit præci-
puum totius orbis regnum. Unde apparet, co-
8 ronationem † hanc non esse causam, sed ad-
junctum symbolum regni translati; Majestatem
9 † namque sacram, quæ Imperatori per impe-
rium electione collatum inest, tanquam mate-
riali visibili declarat, & velut signum, prædicans
admirandam illam potestatem, adhibetur, ut
pulcrè scribit Paurmeist. *lib. 2. de jurisd. c. 4. nu. 5.*
Quod non obscurè innuit Maximilian. II. Im-
per. *d. recess. de Anno* 1566. *in pr. ibi*, Und löblichem
Brauch nach / offentlich zu einem Röm. König proclamirt
10 und gekrönet / ubi verbum proclamationis † co-
pulatur verbo coronationis ad declarandum ef-
11 fectum coronationis. Non enim rarò copula, †
ET. resolvitur in expositivam, & stat declarativè
inter duo idem importantia, Jason. *ad l. 32. num.
3. de legib.* Sichard. *ad l. 2. num.* 3. C. *quæ sit long.
consuet.*
12 Neque ideò Rex † est, quia coronatur, sed
propterea coronatur, quia est Rex, ut dicit *auct.
Apolog. Cathol. pro Navarr. pag.* 111. *& seq. & ex eo*
Arnis. *de jur. Majest. c. 6. n. 7. lib.* 1.
13 Coronæ † olim tres Imperatori imponi sole-
bant, ferrea, argentea & aurea, Restaur. Castald.
de Imper. q. 33. nu. 4. gl. in Clem. 1. de jurejur. Zoan.
de Imperat. Roman. num. 248. [Chassan. *de glor.
mund. p. 5. consider. 27.* qua de re latissimè agit Jo-
han. Azori. *Institut. Moral. lib. 3. cap. 5. part. 2.*]
14 Primam † recipit ab Archiepiscopo Coloniensi
Aquisgrani, R. A. de Anno 1521. in princ. ibi: Unser
Krönung zuforderst in der Statt Aach / wie sich inhalt der
gülden Bull / und der heiligen Gesetz gebühret / empfangen ha-
ben. Et hanc quidem dicunt esse ferream: ferrum
5 † namque fortitudinem significat, qua rebelles
comminuere debet, Schneidw. *in coment. instit.
ad rubr. num. 6.* quod tamen negat Buxtorff. *in
dissert. aur. Bull. concl. 46. lit. F. ubi probat istam co-
ronam, qua Imper. Aquisgrani coronatur, non esse
ferream, sed auream, ex puro & puto auro confectam,
cujus ocularem testem adducit* H. Balb. *de coronat.*
6 Secunda † corona est argentea, quam ingres-
sus Italiam recipit ab Archiepiscopo Mediola-
nensi, qua mundities & claritas, quæ in Impera-
tore esse debet, designatur, Schneidew. *d. loc.* Re-
staur. Castald *d. q. 33. n. 7.*
7 Tertia est aurea, † qua coronatur à Papa Ro-
mæ, *c. venerabilem, & ibi CC. de elect.* R. A. 1530.
in pr. ibi, unnd unsere Kayserliche Krönung / welche wir zu
Rom hetten holen können.
8 [Ritus isti, & ceremoniæ † coronandi & in-
ungendi non sunt sine mysterio & effectu, cum
ea quæ in oculos incurrunt, magis nos afficiant,
ut eleganter pluribus explicat, Oldendorp. *de
action. beneficiar. vers. sic & corona, qua reges inve-
stiuntur p. m.* 911. Et de modo & processu coro-
nationis Imperatoriæ prolixè agit Petr. de Andl.
de Imper. Rom. lib. 2. cap. 6. ibidemq; Marquard.
Freher. *in Not.* Henning. Goden. *consil.* 1.]
Hanc tamen coronationis solennitatem Ro-
mani Præsules ad præcisam † aliquam necessi- 19
tatem redigere, exindeq; imperii auctoritatem
dependere voluerunt, [vid. quæ latissimè tradit
Johan. Azori. *Institut. Moral. lib.* 10. *cap.* 5. ubi et-
iam refert Catalogum omnium Imperatorum
à Pontifice Romano Coronatorum] quæ sen-
tentia jam olim publica imperii sanctione, tem-
pore Ludovici Bavari Coloniæ promulgata, ex-
plosa est, cujus tenorem retuli, *supra Class. 2. q. 3.*
Multiq; Imperatores † citra imperii sui dimi- 20
nutionem eam neglexerunt; Rudolphus Habs-
purgensis nunquam Italiam vidit, nedum coro-
nationem Romæ accepit, causamq; cur ad Ni-
colai Papæ instantiam Romam ingredi recusa-
ret, apologetico illo scitè exprimere solitus:
*me vestigia terrent, omnia adversum spectantia, nul-
la retrorsum.* Idem fecit Maximilianus I. † Im- 21
perator, qui cum videret imperii Majestatem i-
psis ordinibus inesse, coronationem Papalem
susq; deq; habuit, Bodin. *2. de repub. cap. 6. p.* 351.
Pariter † eam neglexit Ferdinand. Maximilian. 22
II. Rudolph. II. [Johan. Azori. *d. lib.* 10. *cap.* 5.]
& Divus Matthias gloriosiss. Imperat. à quibus
tamen imperium augusto titulo sine contro-
versia laudabiliter administratum fuit, & adhuc
hodiè gloriosè administratur. [Et quod idem
possit Rex Romanorum † ante quod post coro- 23
nationem, ex Bald. *consil. 326. & seq.* tradit Car-
din. Tusch. *pp. conclus. 36. num. 3. verb. Imperator.*
Et dicant contrarium asserentes? Si ideò Impe-
rator non est, quia à Papa non est consecratus;
quis consecravit Augustm & omnes ab eo Au-
gustos usque ad Carolum M. nisi ille per quem
Reges regnant, & potentes justa decernunt, in-
quit Albert. Krantz. *in vaticin. de ruin. Imperat.
Rom.* Et refert Johan. Wolff. *lection. memorabil.
centen. 15. sub Anno* 1530. *fol.* 963. Contrarium
defendere conatur Azori *d. lib. 10. c. 6.*]
Nam qui coronat, nihil novi † juris electo 24
tribuit, sed quod tributum est, festivè magis,
quàm de necessitate significat, 2. *Chron.* 13. *v.* 11.

Q Sic

25 Sic licet Gallorum Regi Archiepiscopus † Rhe-
mensis coronam imponat, Sleidan. *lib.* 19. *Com-*
mentar. nemini tamen dubium est, quin ante
consecrationem Rex imperii possessione ac pro-
prietate potiatur, non quidem hereditario aut
paterno jure, multò minùs etiam Pontificum
aut patrum beneficio, sed lege regia inquit Bo-
26 din. 1. *de repub. c.* 9. *p.* 166. Polonorum † Regi Ar-
chiepiscopus Gnesnensis, Bohemorum Pragen-
sis coronam imponit; confer Arum. *in Aur. Bull.*
discurs. 2. *concl.* 10. *ubi prolixius hac de re agit.*

Nec quicquam imperio inde, nisi incommo-
27 da † onera magnis sumptibus subeunda emerse-
28 runt. Nam de jure communi Feudali † Vasallus
tenebatur comitari Dn. suum, ut ibi coronetur,
aut aliquem æquè acceptabilem Domino mit-
tere, nisi mediate fructuum feudi illius anni
carere vellet, ut notat Alvarott. *ad §. similiter de*
capitul. Conrad. 2. *F.* 40. De jure verò Saxonico,
Soll ein jeglicher mit seinem Herrn/ der deß Reichs Lehengut
von jhm zu Lehen hat/ so den Römischen König gen Rom be-
gleitet/ ziehen/ oder soll die Fahrt lösen mit dem zehenden
Pfund deß Zinses/ den er jährlichen von jhm hat/ Lehenrecht/
c. 4. Zobel. *differ. jur. Civ. & Saxon. p.* 3. *differ.* 24.
29 Ex usu autem imperii, † & novissimis imperii
constitutionibus alius fuit præstitutus modus,
nemblich der Römische Zug auff 20000 zu Fuß/ vnd 4000.
zu Roß/ sechs Monat angeschlagen/ vnd einem jeden Stande
deß Reichs nach Gelegenheit seiner Güter ein Anzahl/ wie
viel er zu Roß vnd Fuß daran schicken/ oder für jeden zu Roß
zwölff/ vnd zu Fuß vier Gülden am Gelt Monatlich erlegen
vnd bezahlen muß/ aufferlegt/ R. A. zu Wormbs/ de Anno
1521. §. Auch haben vns/ & § Item haben wir vns/ qui
sumptus rectius in bellum Turcicum, vel alios
necessarios imperii usus impendi possunt. Ca-
30 rolus V. † tamen legitur coronam illam susce-
pisse Bononiæ, R. A. zu Augspurg/ de Anno 1530. in pr.
ibi: Vnnd vnsere Keyserliche Krönung (welche wir wol zu
Rom hetten holen mögen) zu Bononien empfangen. De cu-
jus coronationis ritu & solennibus, vid. Cæle-
stin. *in Histor. August. Confess. fol.* 15. *ubi & in seq.*
fol. recitat Formulam juramenti à Cæsare Ca-
rol. V. Pontifici præstiti.

CAPUT IX.

DE CAPITULATIONE ET IURE-jurando quod pro confirmatione ejusdem ab Imperatore exigitur. Et num hæc cum Principis Majestate pugnet, latè differitur, rejectis Arnisæi rationibus.

SUMMARIA.

1. *Electus Imperator in capitulationem ab Electoribus propositam jurare tenetur, ut intelligant Proceres, se non in Domini cujusdam acerbioris, sed in Patris perbenigni potestatem venire.*

2. *Capitulatio est Legis Regiæ renovatio.* 3. *Formula Legis Regiæ.*

4. *Hæc Capitulatio in sacris aliquando vocatur fœdus cum populo.*

5. *Capitulationis articuli remissivè.* 6. *Capitulatio, ut sanctiùs observetur, jurisjurandi accedit religio.*

7. *Imperator Anastasius ante mille annos ante coronationem jurejurando certa capita promisit.*

8. *Capitulationis pactiones Majestatem Principis non evacuant, aut absorbent.* 9. *Sed pertinent ad salutem imperii, ex qua ipsius Imperatoris autoritas, salus & felicitas dependet.* 10. *Nec juramento interposito aliquid detrahitur Majestati Principis.*

11. 12. 13. 14 15. 16. 17. 18. 19. *Rationes dubitandi.*

20. *Rationes decidendi. Iuramentum ab Imperatore justè exigi, sanctè præstari, & religiosè observandum, juri & æquitati omninò consentaneum.* 21. *Hoc ipsum totius orbis Christiani usus, in viridi observantia positus comprobat.*

22. *Rex Hispaniarum in inaugurationе juramēto se suis obstringit. Iurat item Belgicis ordinibus, & maximè Brabantis.* 23. *Olim Brabantiæ, & Belgiæ Principes jurejurando se obstrinxerunt statibus.*

24. *Qui cogitat servare, non detrectet jurare.*

25. *Galliæ Rex in actu unctionis jurejurando se obligat, & primò jurat. Quo sacramento prius præstito, status deinde ipsi fidem suam obstringunt.*

26. *Ita Hungariæ.* 27. *Angliæ.* 28 *Bohemiæ.* 29. *Daniæ* 30. *Poloniæ.* 31. *Sueciæ Reges jurant, & jurejurando se suis devinciunt.*

32. *Venetorū Dux senatui populoq; Veneto jurat.*

33. *Nulla Christiani orbis regna hodiè extant, quorum Reges sine solennibus juramentis ungantur.*

34. *Nulla gens præter Turcicam, tàm stupida ac barbara, quæ non in inaugurando Rege aliquam ab illo conservandi regni fidem, ac jusjurandum exigat.*

35. *Respondetur ad rationes dubitandi. Ad 1. Iuramentum pro salute & utilitate Reipubl. à summo Principe interpositum majestatem ejus non lædit.* 36. *Iuramentum est religiosa adsertio, sive species quædam adorationis, seu cultus divini.*

37. *Nullum præsentius testimonium promissæ fidei, quàm divini Numinis. Tùm juramus, cùm Deum testem invocamus.*

38. *Omnium gentium ultima fides, jusjurandū.*

39. *Religiosus cultus, & divini nominis invocatio Principis Majestatem non infringit.*

40. *Prin-*

40. *Principis regimen à Deo dependet, ejusq; regimini conformari debet.* 41. *Deus fœdus cum Ecclesia percussum jurejurando confirmavit.*

42. *Princeps pro salute Reipubl. diu noctuq; suis consiliis, suisq; laboribus excubare debet.*

43. *Ad 2. Princeps imago quidem & exemplar Dei est in terris, Homo tamen, qui labi & errare potest. Difficile est in summa illa fortuna non abripi licentiæ ventis.*

44. *Iuramentum conscientiæ fortius frenum injicit, quàm nuda promissio.* 45. *Solidius subsistit, quod juramenti interpositione roboratur.*

46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. *Iuramentum quid operetur.* 53. *Deorum injuriæ. Diis curæ sunt. Impia, & detestanda vox; Pueros nucibus, viros juramentis fallendos, &c.*

54. 55. *Quilibet requisitus à magistratu tenetur veritatem dicere. Testi injurato non creditur.*

56. *Majorem vim juramenti non esse, quàm pacti nudi, procedit, quoad producendam actionem, non verò quoad conscientiæ arctandæ obligationem.*

57. *Iuramentum, pacto adjectum efficit, ut id sit firmius, & minùs inde resilire liceat, quàm à pacto.*

58. *Ad 3.* 59. 60. *Iuramentum, & simplex loquela differunt, de jure Canonico, & civili.* 61. *Non omnis falsa loquela est perjurium.*

62. *Metus divini Numinis plus operatur juramentum, quàm simplex promissio* 63. *Pietas perjuria nescit. Turpissimum est. Principem, vel Magistratum eo ipso ore mentiri, quo Deum jurando invocavit.*

64. *Ad 4. Cautela abundans, videlicet, jurisjurandi religio, non nocet. Nullum vinculum ad adstringendam fidem arctius est juramento.*

65. *Ad 5. Iuramentum quidem non auget obligationem, eam tamen jurisjurandi vinculo confirmat.*

66. *Accessio stipulationis nudo pacto robur addit, ut quicquid pacto comprehensum est, validius debeatur.* 67. *Stipulationibus cautior quis & securior redditur.*

68. *Ad 6. In ultimis voluntatibus ambulatoria hominis debet esse voluntas, usq; ad extremum vitæ halitum. In contractibus quod semel placuit, amplius displicere non debet.*

69. *Nemo sibi ipsi legem dicere potest, à qua recedere non liceat, per modum imperii, potest tamen per modum conventionis.*

70. *Ad ult. Princeps ex certa causa, flagitante Reip. utilitate, cum consensu Procerum legem abrogans, in illam legem, & juramentum non committit.*

71. *Iuramentum intelligitur sub clausula, rebus in eodem statu permanentibus.* 72. *Ex causa de novo superveniente etiam à jurejurando citra crimen perjurii recedere licet.*

73. *Ex nova causa contraveniens transactioni vel sententia, non dicitur contravenire transactioni vel sententiæ.*

74. *Iuramentum pro utilitate Reipubl. interpositum, in ejusdem perniciem non est detorquendum.*

75. *Finis in omni actione inspiciendus.*

76. *Inducta ad certum finem, non debent operari contrarium.*

77. *Magistratuum juramenta non sunt præcisa, sed secundum æquitatem temperanda.*

78. *Formula Capitulationis Cæsareæ.*

ELECTO Imperatori Capitulatio, † hoc est, 1
certa capita, articuli & conditiones de repub. Roman. utiliter pro more majorum, & secundum leges imperii fundamentales administranda, ab Electoribus proponuntur, quas, antequam confirmetur, se servaturum jurejurando pollicetur. [Ut Proceres imperii intelligere possint, se non in Domini cujusdam acerbioris, sed in Patris, ejusque perbenigni potestatem venire, uti notavit, Jul. Pflug. *de Republ. Germ. p. m.*
25. Et hæc Capitulatio † nihil aliud est, quàm 2
Legis Regiæ renovatio. Atq; ita populum Roman. ab antiquo singulis electis successoribus Imperatorum, Legem Regiam renovasse, exprimendo singulis, quam potestatem eis conferrent, scribit Tiber. Decian. *resp.* 19. *nu.* 124. *vol.* 3. Idque videri posse testatur, in formula legis Re-
gæ † latæ pro Vespasiano Imperat. repertæ in 3
Basilica Lateran. in tabula ænea, quæ habetur in libro Epigram. Roman. cujus prima verba, (nam reliqua temporis vetustate absumpta) hæc esse. FOEDUSVE CUM QUIBUS VOLET, FACERE LICEAT, ITA UTI LICUIT DIVO AUGUSTO, TIBERIO CÆSARI AUGUS. TIBERIOQUE, CLAUDIO CÆSARI, AUGUSTO GERMANICO. Uti & clausula illa adjecta, ut antea acta rata & firma sint, vid. Dec. *all. loc.* Plin. *in Panegyr. Traj. Imp.* de eo scribit, quod in rostris juratis, & religione se legibus subjecerit.
Et hæc Capitulatio † in sacris aliquando vo- 4
catur fœdus cum populo. Sic David cum ungeretur ab universo Israël, dicitur fœdus percussisse cū senioribus populi, quod fœdus nihil aliud fuit in effectu quàm Lex regia seu Capitulatio,

2.*Sam.cap.5.v.3.* **Et** *2.Chron.cap.23.v.3.cum simil-*
lib. vid. Johan. Lorin. Jesuit. *in commentar. lib.2.*
Reg.cap.2.n.5. vid. etiam quæ novissimè notavit
Arumæus *de Comitiis cap.3.n.51.& cap.4.num.21.*
5 *& seqq.*] Hujus capitulationis † articulos re-
censet 25. Anton. Coler. *de jur. Imper. Germ. sect.*
33. vid. Sleidan. *lib.1.pag.mihi* 28.& 29. ubi recen-
set capitulationem Caroli V. Vix enim unquam
Princeps vel Imperator ad reipub. gubernacula
vocatur, quin ea annectatur conditio, ut bene
rempub. regat, & more majorum imperet. Quod
6 ut eò sanctius † observetur, jurisjurandi acce-
dit religio, prout clausula promissionis Impera-
toriæ ostendit, Solches alles / vnd jedes besonder / wie obste-
het / haben wir obbemelter Römischer König den gedachten
Churfürsten geredet / versprochen vnnd zugesagt / bey vnsern
Königlichen Ehren / Würden vnd Worten / im Namen der
Warheit / thun dasselbige auch hiemit vnnd in Krafft dieses
Briefes / immassen wir dann deß einen leiblichen Eyd zu Gott
vnd dem heiligen Evangelio geschworen. Hoc jusjurandum
à legatis Caroli V. nomine ejus fuit præstitum,
Sleidan. *lib.1.d.pag.29.*

[Etiam ante mille annos legitur Imperator
7 Anastasius † antequam coronaretur jurejuran-
do inter alia promisisse, se, dum imperaret, nul-
lum novum dogma in Ecclesiam introducturū,
sed decreta concilii Chalcedonensis rata habi-
turum, quamvis id in promovendo Eutychia-
nismo parum sanctè servarit, ut ex Cedr. Zonar.
Marcell. & Niceph. testatur Gualther. *in Chro-*
nolog. Ecclesiastico-Politic. sub Anno Christi 511. *in*
descript. Anastasii.]

8 Istæ tamen capitulationis pactiones, † qui-
bus immensæ potestatis jura coarctantur, Ma-
jestatem Principis non evacuant aut absorbent,
ut sinistrè Bodinus suspicatur: Siquidem, ipso
Bodino teste, *quò plus detraxeris imperio Principis*
(neq; verò in eam partem peccari potest,) eò justius est
imperium, ut Theopompus Rex, ephoris potestate
concessa, dixisse fertur, in meth Hist.c.6.p.mihi 263.
9 *edit. Lugdun.* Pertinent † enim ejusmodi pactio-
nes ad salutem imperii, ex qua ipsius Imperato-
ris auctoritas, salus & felicitas dependet.

10 Multò minus † per juramentum servandarū
harum pactionum gratiâ interpositum, aliquid
detrahitur Majestati Principis, ut opinatur Ar-
nis. *de jur. Majest. lib.1.c.6.n.5.*

Suæ tamen opinionis rationes adfert [quas-
dam ex subjectis, quas additis similibus illustra-
re voluimus.] 1. Juramentum, quod dignita-
11 tem regiam † lædit vel minuit, pro nullo habe-
tur, *c. intellecto, x. de jurejur. l. non dubium, C. de*
legib. Hoc autem juramentum tale est, per quod
adstringitur Principis potestas. Ergò.

2. Si justum est illud, † quod Princeps pro- 12
mittit, tenetur illud præstare, etiamsi non juret:
Quia non major vis est jurisjurandi, quàm pa-
cti, *l. Stichum, 95. §. naturalis, ff. de solut. l. non so-*
lum. §. injuriarum, in fin ff. de jurejur. jurisgentium,
§. & genera, ff. de pact. Ad quid igitur exigetur à
Principe juramentum, cum ex pacto † jureju- 13
rando confirmato non nascatur actio, contra
eum, qui jusjurandum fallit, *l. si quis major, 41.*
C. de transact.

3. Deus non facit † differentiam inter jura- 14
mentum & simplicem loquelam, *cap. juramenti,*
22. quæst. 5. gloss. ad cap. pervenit in verb. remissio-
nem fidei, de fidejuss. Geil. 2. *obs.* 59. *num. ult.* Cujac.
22. *obs.* 7.

4. Principis † verbum, multorum instar te- 15
stium esse debet, *cap. cum. à nobis de testib.* Myn-
sing. 5. *observ.* 34. *num.* 1. [Et omnes existimant,
injurato potius Regi, quàm omnibus juratis fi-
dem adhibendam esse, ex Isocrate scribit Chas-
san. *de glor. mund. part.5. consid* 21.4.] Et ipse pro-
cedit † sola veritate inspecta, *l. omnium, C. de te-* 16
stam. Zas. *in l. quæ quisq; nu.11. de edend.* Menoch.
arbitr. q 76. n.2.

5. Juramentum non auget † obligationem 17
l. fin. C. de non num pec.

6. Nemo sibi legem † ponere potest, à qua 18
recedere non liceat, *l si quis, 22. in princ. de legat.*
3. c. significasti de elect. Bart. *in l. cum precariò de*
precar. Hering. *de Fidejussor. cap.7. n.14.* Ergò nec
Imperat. per juramentum ita se adstringere po-
terit, quo minus ei à pactionibus illius regni re-
cedere non liceat.

Deniq; pro hac sententia ita colligit Bodinus:
Ex duobus alterutrum † necesse est, scilicet 19
Principem, qui jurat in leges patrias, aut non
habere summam potestatem, aut perfidum &
perjurum esse, si vel unam legem abrogarit: ut
certè leges interdum antiquare, non modò u-
tile, sed etiam necessarium est, pro locorū, tem-
porum ac personarum infinita varietate, &c. *lib.*
1. de repub. c.8. p.147.

Verum hisce non obstantibus, tale juramen-
tum justè exigi, † sanctè præstari, & præstitum 20
religiosè observandum esse, juri & æquitati o-
mninò consentaneum esse statuo. Nullam enim
unquam ita bardam ac stupidam gentem fuisse
arbitror,

arbitror, quæ non Regem suum ad fidem & tutelam regni jurandam in inauguratione adegerit, inquit Horoman. *de Feud. c. 29. vid. Spec. Saxon.*
21 *lib. 3 art. 54.* Quod ipsum notorius † totius orbis Christiani usus, in viridi observantia positus, comprobat.

22 Nam post Imperatorem, ita Rex nostræ † ætatis in orbe Christiano potentissimus Hispaniarum, quando inauguratur, ante omnia juramento se suis obstringit, *Auct. libell. de jur. Magistr. in subdit. fol. 63.* jurat idem Rex Belgicis ordinibus & maximè Brabantis, Richar. Dinoth. *lib. 1. de bell. civ Belg fol 4. 9. 13.* [Et ita etiam olim
23 † Brabantiæ & Belgiæ Principes, jurejurando se obstrinxisse statibus, privilegiorum capitula sarta recta conservaturos, refert Pantal. Can-
24 did. *in Epitom. rer. Belgic. p. 45.*] Qui enim † cogitat servare, non detrectat jurare.

25 Ita & Galliæ † Rex cum solemni actu ungitur, jurejurando se obligat, cujus formam veterem aliaq; eo pertinentia luculenter exponit, *Auct. pracit. libell. de jure magistr. fol. 73.* Et quemadmodum Reges alii, ita & Gallus, quando inauguratur primò jurat: Quo sacramento prius præstito, status deinde ipsi fidem obstringunt suam, *auctor pracit. libell. de postrem. motib. Gallia fol 13.* Quod & ante paucos annos ita servatum fuit, cum Henricus IV. modernus Galliæ & Navarriæ Rex, Henrico III. successit.

26 Ita & Rex Ungariæ † jurejurando se obligat, Bonifac. *de repub. Vngar decad 4. lib. 9. fol 661.*

27 Ita & Reges Anglorum † non aliter initiantur, quàm si prius jurejurando promiserint, se leges patrias minimè violaturos, Bodin. *de repub lib. 1. c. 8.*

28 Ita & Bohemiæ † Rex quando inauguratur, solenniter per juramentum se devincit, & inter cætera jurisjurandi capita Hussitis non secus quàm Catholicis tutelam suam præsidiumque sacramento obstringit, *pracit. lib. de postr. motib. Galliæ fol. 7.*

29 Ita & Danus jurat, † cujus juramenti formam Lauterbeccius in seinem Regenten Buch/ prosequitur.

30 Ita & Rex Poloniæ † jurat. [Martin. Cromer. *lib. 2. histor. Polon. p m. 97. edit. Colon.* cujus summam hanc recitat: Quod videlicet secundum Leges & Instituta majorum regnaturus sit, suum cuique ordini & homini jus privilegiumque & beneficium à prioribus Regibus collatum, salvũ conservaturus, neq; de Regni finibus & bonis quicquam diminuturus, quin amissa etiam ab aliis recuperaturus.] Ita & Rex Sueciæ † jura- 31
mento se suis devincit, & formam quidem juramenti moderni Regis Sueciæ solemnem septem insignia capita complectentem, Anno 1545. Dresdæ typis excusam, & pluribus à Davide Chytræo *in Chronico Anni 93. 94. 95. & E. 4.* expositam esse constat. vid. Althus. *Politic. cap. 19. num 43.* [Sic & de Venetorum Duce primo, nomine Paulutio, † quod is inito Magistratu An- 32
no Christi 92. ab urbe condita 82. jurarit Senatui populoq; Veneto, se omnia rectè curaturũ, quæ pro reipub. & Veneti nominis Dignitate essent, scribit Petr. Marcell. Anton. *de vit. Princip. Venet. in vit. Paulut.* Qui mos quin ad posteros derivatus sit, dubitandum non est.]

Neque ulla † Christiani orbis regna mon- 33
strari hodie possunt, quorum Reges sine solemnibus juramentis ungantur: naturali scilicet ratione qua jus gentium constat. Et ad exemplum Celsissimi illius atque supremi Regni Filii Dei, quod fœdere & pactis correspectivis sancitum constat. [Nullamq; gentem præter Turcicam † tam stupidam, barbaram ac pecudum 34
potius quàm hominum similem esse, quæ non in inaugurando Rege, aliquam ab illo conservandi Regni fidem ac jusjurandum exigat. Teste Dieter. *de sum. summi Imper potestat. concl. 74. ex Hetem.* Fusiùs de hac materia nuper diligenter congesta vid. apud Bruning. *in erudita sua disputat. de homag. conclus. 418. & mult. seqq.*]

Ad 1. arg. R. juramentum pro salute & utilitate reipub. à summo Principe interpositum, † 35
majestatem ejus non lædit. Nam juramentum † 36
est religiosa adsertio, seu species quædam adorationis cultusq; divini, cum obtestatione nominis divini, Rittershus. *in Novell. p. 9 c. 20. num. 3.* Treutler. *p. 1. disputat. 22 th. lit. A.* [Cum enim nullum sit præsentius testimonium promissæ fidei, † quàm divini Numinis, fit ut tum jurare 37
dicamus, cum Deum testem invocamus, undè & sacramentum dicitur, quasi sacræ rei arctissimum vinculum. Johan. Oldendorp. *Class. 1. act. 9. in pr.* Hinc Plin. in Panegyr. Trajan. dict. *jurat, inquit, Cæsar in legem attendentibus Diis: Nam cui magis, quàm Cæsari attendant? jurat observantibus, non ignarus alioqui nemini religiosius quod juraverit custodiendum, quam cujus maximè interest, non pejerare.* Et omnium gentium, † ul- 38

timam fidem jusjurandum esse, scribit Dionys. Halycarnass. *lib. 6. antiquit. Roman.*] Religio-
39 sus itaque cultus † & divini Numinis invocatio ad licitum & bonum finem usurpata, Principis Majestatem non infringit.

40 Quinimò, cum Principis regimen † à Deo Opt. Maxim. dependeat, ejus regimini quoad fieri potest, conformari debet. At ipse Jehova [qui est caput omnium principatuum ad *Colos. 2. v. 10.* Rex Regum & Dominus Dominantium, *Apocal. 17. v. 14. & cap. 19. v. 16. 1. ad Tim 6. v. 15.*]
41 fœdus † cum Ecclesia percussum jurejurando per [semetipsum *Genes. 22. v. 16. Esai 45. vers. 25.* in nomine suo magno, *Ier. 44. v. 26.* per animam suam, *Ier. 51. v. 14.*] Et per vitam suam, sanctitatē, *Psal. 89. v. 36. Amos 4. v. 2.* & dexteram elevatam præstito confirmavit, *Esa. 62. v. 8.* Si itaque ipse Jehova pro salute Ecclesiæ juravit, cujus tamen Majestas est ineffabilis, quare id recusabit Princeps pro salute reipub. pro qua multas insomnes
42 † debet trahere noctes, *Nov. 8. in præfat.* diu noctuq; suis consiliis, suisq; laboribus excubare, *l. fin C. de quadrien. præscript.*

43 Ad 2. re. Princeps quidem † qui est imago & exemplar Dei in terris, sine juramento ad conservandam imperii felicitatem & promovendū bonum publicum tenetur: Sed tamen homo est, qui labi & errare potest. [Philip. Comin. *in præfat. ante Commentar.*] Difficile est in summa illa Fortuna non abripi licentiæ ventis, inquit Lips. *in præfat. Polit.*

44 Itaque è re & Principis & Principatus est, † si jurisjurandi freno ad officii carceres summa illa potestas revocetur: juramentum namque conscientiæ fortius frenum injicit, quàm nuda
45 promissio. Omne enim † quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum juramenti interpositio hoc roborat, *text. in c. 1. 22 q. 1.* Jura-
46 mentum † siquidem habet vim clausulæ omni meliori modo, Angel. *consil. 94. nu 4.* Castrens. *in l fin. num. 2. Cod de non num. pec.* Cævall. *consil. 41. nu. 17. part 1.* Vincent. Honded. 2 *c. consil. 42 n. 31.* Mynsing 5 *obs. 53. nu 2* Hering. *de fidejussor. c. 24. num. 108* [Cacheran. *decis 75. num. 7.*] consensum
47 † expressum & specialem demonstrat, Bald. *in l. 1. nu. 4. C mandat.* Dec. *consil. 375. n. 4.* Paris *consil. 72. num. 18 part. 1.* Cævall. *q. 410 n. 1. lib 3.* vim ex-
48 primit † veritatis, Pet. Fab *in l. res judicata, n. 10 de reg. jur.* & per jusjurandum cum Deo con-
49 tractum † censetur, [*c. debitores, x. de jurejur.* Natt *consil. 506. n. 14.* juxta illud Prophetæ, mihi jurabit omnis lingua, *Esa. 45. v. 23. in fin.*] cui votum omninò reddendum est, *Ps. 75. v. 12. Num. 30. v. 3. l. 2. C. de reb. cred. cap. etsi Christus, de jurejur.* Zas. *in l stipulationes non dividũtur, n. 40. de V. O. & cons. 426. n. 15. vol 2.* Paris *cōs. 107. n. 9. vol. 1.* adeoq;
animæ † frenum injicit, Port. *consil. 5. n. 40.* Paris. 50
consil. 69. n. 31. part. 1. Gail. 1. O. 27. *n. 3.* & religionis vinculum † continet, quod sine religionis 51
contemptu violari nequit, Oldrad. *cons. 258. n. 2.* Castrens *in d. l. fin. nu. 2. C. de non num. pec.* centuramque spiritualem † non observanti infligit, 52
Matth. Wesenb. *consil 23. n 25.* Ernest. Cothman. 4 *cons 3 n 86.* [Indeq; Gentiles saniores censuerunt, † jusjurandum perinde æstimandū, quàm 53
si Jovem fefellisset, Deorumq; injurias Diis curæ esse, scribit Cornel. Tacit *lib. 1. annal.* Impia & detestanda vox est illa cujuscunq; sit: *Pueros nucibus, viros juramentis fallendos*; Uti nec melioris notæ illa: *Si jusjurandum, violandum, regnandi causa violandum esse.*]

Præterea si ideò Principis juramentum non esset necessarium, † quia etiam sine juramento 54
ad id, quod justum est, tenetur, juramenti nullus vel exiguus foret usus in Politia Christiana. Nam quamvis quilibet † requisitus à Magistratu te- 55
neatur veritatem dicere, *c. quisquis, 8. Caus. 11. q 3.* testi tamen injurato non creditur nostris legibus, *l. 9. Cod. eod.* Nec stringit, quod non major vis † sit juramenti, quàm pacti nudi; quia hoc 56
procedit quoad producendam actionem, non verò quoad conscientiæ arctandæ obligationem. Neque juramentum pacto † adjectum o- 57
tiosum omninò est, sed hoc efficit, ut id sit firmius, & minus inde resilire liceat, quàm à nudo pacto, *cap. cum contingat, verb. firmando, de jurejur. c. quamvis verb. firmatum de pact. in 6.* Sixtin. *lib. 1. de regalib. c. 5. n. 102.*

Ad 3. re. licet assertio ista, quod juramentum non plus operetur, † quàm simplex loquela, ju- 58
ris Canonici autoritate nitatur, vero tamen consentanea mihi non videtur. Nam juramentum pertinet † ad primam decalogi tabulam: 59
simplex loquela ad secundam, & quidem octavum præceptum. 2. differunt definitionibus † 60
juramentum est religiosa assertio, vel species quædam & cultus adorationis, cum obtestatione nominis divini; simplex autem loquela non item. Et etiam de jure civili & Canonico simplicem loquelam à juramento differre satis evincitur,

ior, l. 1. & Auth. sacr. amicitia puberum, C si advers. vend. fac. c. debitores, c. ad nostram, c. cum contingat
61 de jurejur. 3. Non omnis falsa loquela † est perjurium, ut patet ex mendacio Abrahami, Gen. 5. v. 12 & cap. 20. v. 2. Isaaci, Genes. 26 v. 7. Josephi Gen. 44. v. 1 Obstetricum, Exod. 1. v. 18. Denique ipse Christus differentiam facit inter simplicem loquelam & juramentum, Matth. 5. vers. 34. [Vid. Bernhard. Graevae. 2. pract. conclus. 59. ubi late & eleganter deducit, quod nec promissio cũ interpositione fidei, bey Fürstlichen Gräfflichen/ec. Ehren/ idem operetur, quod juramentum, nisi addatur, bey dem Wort der Warheit/ per quod intelligitur substantiale verbum veritatis.]

62 Et quamvis † nuda etiam promissio sit servanda in foro conscientiae, metu tamen divini Numinis, l. quae sub in prss. de condit. instit. plus operatur juramentum, quam simplex promissio, c. debitores de jurejur. Waremund. ab Ehrenberg/
63 lib. 2. de foeder. c. 1 nu. 126. Nam pietas † perjuria nescit, Aristot. 1. Rhetor. c. 15. [Hinc Sophocl. in hypo lam.

At posito jurejurando cautior & diligentior
Animus fit: à duobus enim sibi cavet,
Et ne laedat amicos, & ne peccet in Deos.

Turpissimum enim foret, Principem vel Magistratum, eo ipso ore mentiri, quo Deum jurando invocavit, Plat. lib. 2. de legib.] Neque inde magis, quod & falsiloquium & perjurium sit prohibitum, efficitur, utrumq; esse idem, ac si dicerem, furtum est prohibitum, & idololatria est prohibita, Ergò furtum est idololatria.

Ad 4. ℞. Quamvis verbum Principis instar
64 multorum testium esse debet, † tamen cautela abundans videlicet jurisjurandi religio ex modò traditis nõ nocet, argum. l. testamentum, C. de testam. l. non solent. de reg. jur. Vincent. Honded. 2. cons. 49. num. 31.] eum nullum vinculum ad adstringendam fidem arctius esse possit, Johan. Oldendorp d. act 9. Class. 1.

Ad 5. ℞. Juramentum quidem non auget ob-
65 ligationem, † hoc est, non efficit, ut plus censeatur esse in obligationem deductum, quam ipsa conventionis & pacti lege comprehensum, eam tamẽ jurisjurandi vinculo confirmat, Dec. consil. 403 num. 7. Natt. cons. 108 n. 9. Sard. consil.
66 315. num. 27. Sic accessio † stipulationis nudo pacto robur quidem addit, nõ quidem ut amplius quicquam aut minus ex stipulatione debeatur, quàm ex pacto, si id expressum non fuerit: Sed ut quicquid pacto comprehensum est, qualecunq; id sit, validius debeatur. Duar. ad l. 1. in fin. ff. de pact. [Hinc Ulpian. Hoc, inquit, agitur in stipulationibus † ut quis cautior sit & securior interposita stipulatione, l. 1 ff de praetor stipul. Joh. Oldendorp. Class. 1. act. 7. quod tanto magis in juramento obtinebit.] 67

Ad 6. ℞. 1. illum textum loqui de ultimis voluntatibus, quia ambulatoria hominis † esse 68 debet voluntas usq; ad extremum vitae halitum, l. 4. de adimend. vel transfer. legat. aliud verò in actibus inter vivos, ubi, quod semel placuit, amplius displicere non debet, cap. quod semel, de regul. jur. in 6. nec à conventionis ritè initae lege resilire fas est, l. 1. de pact. cum grave sit, fidem fallere, l. 1. de constitut pecun. 2. ℞. Nemo potest sibi ipsi † legem dicere, à qua recedere fas non sit 69 per modum imperii, potest tamen per modum conventionis, quae conventio lex appellatur, l. lex vectigalis, ff. de pign. & hypoth. l. legem quam dixisti, C. de pact.

Ad ultimum argumentum, quod est Bodini. ℞. illud caret consequentia legitima. Nã quando † Princeps ex certa causa, flagitante reipub. 70 utilitate legem priscam cum consensu procerum abrogat, in illam legem & juramẽtum non committit, confer R. A. de An. 1566. §. Ist weiter unser Anzeig / junct. §. seq.

Nam juramentum † intelligitur sub clausula, rebus in eodem statu permanentibus, cap. cum 71 inter P. x. de renunciat. Dauth. ad cap. quamvis, sub n. 10. de Pact. in 6. Geil. 1. de PP. cap. 4. n. 45. ideoq; ex causa † de novo supervenieute etiam à jurejurando citra crimẽ perjurii recedere licet, c. quemadmodum, x. de jurejur. Alciat. in c. cum contingat eod. Ferdinand. Vasq. de succ. ff. creat. libr. 2. §. 18. n. 80. vid. supra Cl. 1. cap. 5. circ. fin. quemadmodũ ex nova causa † contravenieus transactioni vel 73 sententiae, nõ dicitur contravenire transactioni vel sententiae, text. in l. si de certa, C. de transact. & in l. cum quaeritur de excepc. rei jud. Batt. in l. aut facta, §. causa, ff. de poen. 72

Praeterea cum tale juramentum pro utilitate † reipubl. sit interpositum, absurdum esset id- 74 ipsum in ejusdem perniciem detorqueri, l. quod favore, C. de legib. Finis namque, in omni actione † quo se dirigat, inspici debet, Decian. 3. cons. 4. 75 num. 32. Menoch. consil. 1. num. 31. Neq; inducta † ad certum finem debent operari contrarium; 76 Jam verò, si ex causa de novo emergente non liceret

ceret abrogare legem priscam; juramentum pro utilitate Reipubl. præstitum, in ejus verteretur perniciem. Præterea notabile est Baldi dictum, *ad l.3. C. ex quib. caus. infam. irrog.* quod scilicer
77 Magistratuum juramenta † non sint præcisa, sed secundum æquitatem temperanda, quod referr & sequitur Sichard. *ad d. l. 3. n.* 12. ubi hoc dictum magnopere esse notandum in tota vita.

[FORMULAM CAPITULATIONIS Cæsareæ à Nicolao Bell. in Laurea Austriaca relaram, lib. 3. p. 237. & seqq. subjicere volui.

1. Ihr Keys. Majest. wölle in zeit solcher J. Königl. W. Ampts vnd Regierung die Christenheit / vnnd den Stul zu Rom / auch Bäpstliche Heiligkeit vnd die Christliche Kirche / als derselben Advocat in gutem trewlichem Schutz vnnd Schirm halten: Darzu insonderheit in dem H. Reichs Frieden / Recht / vnd Einigkeit pflantzen / vnd aufrichten / so wol an den Armen als den Reichen. Doch haben die Weltliche Churfürsten hieran nicht wöllen gebunden seyn.

Güldene Bull / Religion vnd Prophanfried / auch andere Reichs Gesetz vnd Ordnungen.

2. Ihr Majest. solten vnd wolten auch sonderlich die vorgemelte güldene Bulle / den Frieden in Religion / vnnd Prophansachen / auch den Landfrieden sampt der Handlung desselben / so auff jüngst zu Augsp. im 55. Jahr gehaltenen Reichstage auffgericht / angenommen vnnd verabschiedt / verbessert / auch in denen darauff gefolgten Reichs Abschieden widerholt vnd confirmirt worden / stet vnd fest halten / handhaben / vnnd darwider niemand beschweren / oder durch andere beschweren lassen. Vnd die andere deß heiligen Reichs Ordnungen vnnd Gesetz / so viel dem obgemelten angenommen Reichs Abschied im 55. Jahr zu Augspurg auffgerichtet / nicht zu wider / confirmiren / ernewern / vnnd wo noth dieselbigen mit Raht jhrer Maj. vnd deß H. Reichs Churfürsten vnd anderer Stände / bessern / wie das zu jederzeit deß Reichs gelegenheit erfordern wird.

Teutscher Nation / deß Reichs vnd dessen Stände / Wesen / Freyheit / Recht vnd Gerechtigkeit.

3. Vnnd in allwege solten vnd wolten J. Maj. die Teutsche Nation / das heilige Römische Reich / vnnd die Churfürsten / als die fordersten Glieder desselben / auch andere Fürsten / Graffen / Herrn vnd Stände / bey jhren Hochheiten / Würden / Recht vnd Gerechtigkeiten / Macht vnd Gewalt / jeden vnd nach seinem Standt vnd Wesen bleiben lassen / ohne jhr vnd männiglichs Eintrag vnd Hinderung. Vnd jhnen darzu jhre Regalia vnd Obrigkeit / Freyheiten / Privilegia, Pfandschafften vnd Gerechtigkeit / auch Gebräuch vnd gute Gewonheit / so sie bißhero gehabt haben / oder in Vbung gewesen seyn / zu Wasser vnnd zu Land / in guter beständiger Form / ohn alle weigerung confirmieren vnnd bestätigen. Sie auch darbey als ein erwehlter Römischer König / handhaben / schützen vnnd schirmen / doch männiglich an seinem Rechten vnschädlich.

Churfürsten Collegial-Tag / Gemeine vnd Reinische Churfürst. verein.

4. Ihr Maj. liessen auch zu / daß die gedachte sechs Churfürsten / je zu Zeiten / nach vermög der güldenen Bull / vnd gelegenheit deß H. Reichs / zu jhrer Notturfft / auch so sie beschwerliche obliegen haben / zusammen kommen möchten / daßselbige zu bedencken vnd zuberahtschlagen. Daß jhr Mayestet auch nicht verhinderen / noch irren / vnnd derhalben kein Vngnad oder Widerwillen gegen jhnen / sämptlich noch sonderlich / schöpffen vnd empfahen / sondern sich in denen vnd andern der güldenen Bull gemäß / gnediglich vnnd vnverweißlich halten solten vnd wolten. Gestalt J. Mai. dann auch der Churfürsten Gemeine / vnnd sonderbahre Rheinische Verein / als welche ohne das mit Genehmhaltung vnd Approbation der vorigen Keyser rühmlich auffgericht / so wol in diesen / als allen darin begriffenen Puncten / auch jhres theyls approbiren vnd confirmiren thun.

Bündnuß vnd Empörung wider die Churfürsten.

5. J. Majest. solten vnd wolten auch alle vnziemliche hässige Bündnussen / Verstrickung vnd Zusammenthuung der Vnderthanen / deß Adels vnd gemeinen Volcks / auch die Empörung vnd Auffruhr / vnnd vngebührlich Gewalt gegen den Churfürsten vnnd andern fürgenommen / vnd die hinfüro geschehen möchten / auffheben / abschaffen / vnnd mit jhrer / der Churfürsten vnd anderer Stände Raht vnnd Hulff daran seyn / daß solches wie sichs gebührt vnnd billich ist / in künfftiger Zeit verbotten vnd vorkommen werde

Bündnuß mit frembden Nationen oder Reichsständen / in Händeln deß Reichs.

6. Ihre Mai. solten vnd wolten auch für sich selbst / als erwehlter Römischer König / in deß Reichs Händeln / auch kein Bündnuß oder Einigung mit frembden Nationen / noch sonst im Reich machen / sie hetten dann zuvor die sechs Churfürsten deßhalben an gelegene Wahlstatt zu ziemblicher Zeit erfordert / vnd jhren Willen sämptlich / oder deß mehrentheils auß jhnen / in solchem erlangt.

Abgedrungene Güter.

7. Was auch die Zeit hero einem jeden Churfürsten / Fürsten / Herrn vnd andern / oder dero Voreltern vnd Vorfahren / Geistliches oder Weltliches Stands / dergestalt ohn Recht / gewaltiglich genommen oder abgedrungen / solten vnd wolten J. M. der Billichkeit nach / wie sich im Recht gebührt / wider zu dem seinen verhelffen / Bey solchem auch / so viel er Recht / handhaben / schützen vnd schirmen / ohne alle Verhinderung / Auffhalt vnd Säumnuß.

Vnveräusserte vnd veräusserte Reichs-Güter.

8. Zu dem vnd insonderheit solten vnnd wolten J. Mai. von dem heiligen Römischen Reich vnd desselben Zugehörungen / nicht allein ohn Wissen / Willen / vnd Zulassen gemelter Churfürsten sämptlich nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen / noch in andere weg veräussern oder beschweren / sondern sich auch auffs höchst bearbeiten / vnnd allen möglichsten Fleiß vnnd Ernst fürwenden / daß das jenige / so davon

kommen /

kommen / als verfallen Fürstenthumb / Herrschafften / vnnd andere auch confiscirte merckliche Güter / die zum theil in anderer frembder Nationen Hände / vngebührlicher weise gewachsen / zum förderlichsten wider dazu zu bringen / zuzueignen / auch darbey bleiben zu lassen. Furnemlich auch / dieweil Ihrer Maiestät vorkompt / daß etliche ansehnliche dem Reich angehörige Herrschafften vnnd Lehen in Italia oder sonsten veräussert worden seyn sollen / eigentliche Nachforschung derentwegen anstellen / wie es mit solchen Alienationen bewandt / vnd die eingeholte Bericht / zu Churfürstlichen Meyntzischen Cantzley inner Jahrsfrist / von Dato anzurechnen / vnfehlbarlich einschicken. Auch in diesem / wie obigen allem / mit Raht / Hülff vnd Beystandt / der sechs Churfürsten vnnd der andern Fürsten vnd Stände jederzeit annehmen / was durch J. M. vnd sie für rathsamb / nützlich vnd gut angesehen / verglichen seyn wird. Doch männiglich an seinen gegebenen Privilegien / Recht vnd Gerechtigkeit vnschädlich. Vnd ob Ihre Mai. selbst oder die ihrigen ichtes / das dem H. Reich zuständig / vnd nicht verliehen / noch mit einem rechtmäßigen Titul bekommen were oder würde / innehetten / das sollen vnnd wollen Ihre Mai. bey ihrer schuldigen vnnd gethanen Pflicht / demselben Reich / ohne Verzug / auff ihr der Churfürsten gesinnen / wider zu Handen wenden / zustellen vnd folgen lassen.

Nachbarlicher Fried vnnd frembd Kriegsvolck.

9. Es sollen vnd wollen J. Maj. darzu in Zeit bemelter ihrer Regierung / fried vnnd nachbarlich gegen den anstossenden vnd Christlichen Gewalt enthalten. Kein Gezänck / Fehde noch Krieg / inn oder ausserhalb deß Reichs / von desselben wegen anfahen oder vornehmen / noch einig frembd Kriegsvolck ins Reich führen / ohne Vorwissen / Raht vnd Bewilligung der Reichs Stände / zum wenigsten der sechs Churfürsten. Da auch von einem oder mehr Ständen deß Reichs / dergleichen vorgenommen / vnnd ein frembd Kriegsvolck in das Reich geführt würde / dasselbige mit Ernst abschaffen. Wo Ihre Maj. aber von deß Reichs wegen / oder das H. Römische Reich angegriffen vnd bekrieget würden / alßdann mögen J. Mai. sich dargegen aller Hülff gebrauchen.

Reichstäge / Cantzleygelt / Stewer vnd andere Beschwerde.

10. Deßgleichen sie die Churfürsten vnd andere desselben Reichs Stände mit den Reichstägen / Cantzleygelt / Nachreisen / Aufflagen vnd Stewren / vnnohtdürfftiglich / vnnd ohn redliche tapffere Vrsachen / nicht beladen noch beschweren. Auch in zugelassenen Fällen / die Stewer / Aufflage vnnd Reichstäge ohne Wissen vnd Willen der sechs Churfürsten / nicht ansetzen noch außschreiben. Vnnd sonderlich keinen Reichstag ausserhalb deß Reichs Teutscher Nation fürnehmen oder außschreiben. Auch die von dem Reich vnd desselben Ständen eingewilligte Stewer vnnd Hülffen / zu keinem andern Ende / als darzu sie gewilliget worden / anwenden.

Hoff- vnd Reichsämpter.

11. Sie sollen vnd wollen auch Ihr Königliche vnnd deß Reichsämpter / am Hoff vnd sonst im Reich / auch mit keiner andern Nation / dann gebornen Teutschen / die nicht niedern Stands noch Wesens / sondern namhafftige redliche Leute / von Fürsten / Graffen / Herrn / von Adel / vnd sonst niemand als die Ihrer Maj. vnd dem H. Reich mit Pflichten vnnd Diensten verwandt seynd / bestellen / auch die obbenante Empter / bey ihren Würden / Gefällen / Rechten vnnd Gerechtigkeit bleiben / vnnd denselben nichts entziehen oder verwenden lassen / in einige weg / sonder Gefährd.

Zung vnd Spraach.

12. Dazu in Schrifften vnd Handlungen deß Reichs / kein ander Zung noch Spraach brauchen lassen / dann die Teutsche oder Lateinische Zung / es were dann an Orten / da gemeiniglich ein andere Spraach in Vbung were vnnd im Brauch stünde / dann alßdann möchten J. M. sich vnnd die ihrigen derselben daselbsten auch behelffen.

Tagleistung ausser Reichs vnnd Citation vor frembd Obrigkeit.

13 Ihre Maiestet sollen vnd wollen auch die Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Graffen / Herrn / vom Adel / auch andere Ständ vnd Vnderthanen deß Reichs / mit rechtlichen oder gütlichen Tagleistungen / ausserhalb Teutscher Nation / vnd von ihrer ordentlichen Obrigkeit nicht dringen / erfordern noch fürbescheiden / sondern sie alle / vnd jeden insonderheit / im Reich / laut der Gülden Bull / auch wie deß heiligen Reichs Ordnungen vnd Gesätz vermögen / bleiben lassen.

Frembde vnd Rothweilisch Gericht.

14. Insonderheit auch / demnach die Churfürsten im Reich / als die fürnembsten Glieder desselben / vor andern Ständen nicht allein in Krafft der Gülden Bull / sondern auch durch andere hohe Privilegia / von allen frembden / zuforderst aber dem Rothweilischen Gericht / so wol für sich / als ihre Vnderthanen vnd Zugewandten / gefreyet seynd / nichtsdestoweniger aber durch desselben Hoffgerichts Processe / je zu weilen derer Vnderthanen / molestirt werden / in alle wege versehen / daß solches bey gedachtem Hoffgericht abgestellet / vnnd da hinfüro eines oder andern Churfürsten Vnderthanen oder zugethanen / mit dergleichen Processen fernere Molestation geschehe / verstatten / daß sie nicht allein die Proceß nicht annehmen sollen / sondern auch die Churfürsten / diejenigen / so vber Verwarnung sich der Insinuation solches Proceß nicht müssigen wollen / mit Straff ansehen mögen / vnd wollen oder sollen.

Bäpstliche Handlung contra concordata Principum.

15. Vnd als vber vnd wider die Concordata Peincipum, durch auffgerichte Verträg zwischen der Kirchen / Bäpstlicher Heiligkeit / oder dem Stul zu Rom / vnd Teutscher Nation / mit vnförmlichen Gratien / Rescripten / Annaten der Stifft / so täglich mit Mannigfaltigung vnd Erhöhung der Officien am Römischen Hoff auch Reservation / Dispensation / oder in andere weg in Abbruch der Stifft / Geistlichkeit vnnd andern / wider gegebene Freyheit / darzu zu Nachtheil deß Iuris patronatus, vnd deß Lehenherrn / stättig vnd ohnunterlässig / öffentlich gehandelt wird / derhalben auch vnleidliche / verbottene Gesellschafften vnd Contract oder Bündnüssen / als J. M. berichtet, fürgenommen vnd auffgerichtet werden / Das sollen vnd wollen Ihre Maj. mit ihrer / der Churfürsten vnd anderer Stände Raht / bey ihrem H. Vatter dem Bapst vnd Stuel zu Rom / bestem Vermögens abwenden vnnd fürkommen / auch darob vnd daran seyn / daß die bemelte concordata Principum vnd auffgerichte Verträg / auch Privilegia vnd Freyheiten / gehalten / gehandhabt / vnd denselben festig-

sich gehalt vnd nachkommen werde. Jedoch was Beschwerung darinn befunden/ vnd Mißbrauch entstanden/ daß dieselben/ vermög deßhalben gehabter Handlung zu Augspurg der mindern Zahl im 30 Jahr gehaltenen Reichstags/ abgeschafft/ vnd hinfürters dergleichen ohne Verwilligung der Churfürsten nicht zugelassen werde.

Wucher grosser Kauffgesellschafft.

16. Ihre M. solten vnnd wolten auch die grosse Gesellschafft der Kauffgewerbsleut/ so bißher mit jrem Gelt regiert/ jhres willens gehandelt/ vnnd mit Wucherung viel Vngeschicklichkeiten dem Reich/dessen Inwohnern vnd Vnderthanen mercklichen Schaden/ Nachtheil vnd Beschwerung zugefügt/zufügen/ vnd noch täglich zuthun begehren/ mit jhrer/ der Churfürsten vnnd anderer Stände Raht/ nach dem/ wie deme zu begegnen hiebevor auch bedacht vnnd fürgenommen/ aber nicht vollstreckt worden/gar abthun.

Auffrichtung vnnd Erhöhung der Zölle.

17. Ihre Maj. solten vnd wolten auch insonderheit/dieweil die Teutsche Nation vnd das heilige Römische Reich zu Wasser vnd zu Land/ zum höchsten vorhin damit beschweret/ nun hinfüro keinen Zoll von newem auffrichten oder erhöhen/ ohn besondern Raht/ Wissen/ Willen/ vnnd Zulassen der bemelten sechs Churfürsten/wie vor vnd offt gemelt.

Reverß gegen die Churfürsten vber erlangte Zollbegnadung.

18 Deßgleichen wolten J. Maj. auch diejenigen Ständt/ denen von jhren Vorfahren/ Römischen Keysern/ mit Verwilligung deß Reichs Churfürsten/mit dieser Maß vnd Vorbehaltung entweder newe Zöll gegeben/oder die Alten erhöhet/ oder prorogiert worden: Daß sie jetzt gedachte Churfürsten/ jhre Vnderthanen/ Diener/ zugewandte/vnd andere gefreyete Personen/ auch derselben Haab vnnd Güter/ mit solchen von newem gegebenen/ erhöheten vnd prorogierten Zöllen/ nicht beschweren/sondern an allen vnnd jeden Orten jhrer Fürstenthumb vnd Landen mit jhren Wahren vnd Gütern Zollfrey durchpassiren/ verfahren vnd treiben lassen/sich auch sonst der Zöll Erhöhung halber gewisser verschriebener Massen verhalten/ vnnd darüber vermittelst eines sondern verglichenen Reverses gegen die Churfürsten/kräfftiglich verbinden solten/ aber solche Reverse noch nicht von sich gegeben: Mit allem Ernst dahin ermanern vnd vermahnen sich hierinnen d' Schuldigkeit zu bequemen/vnnd angeregten Reverß/ ohne längern Verzug herauß zu geben/vnd den Churfürsten einzuhändigen. Denen aber/ so ins künfftig/ obgeschriebener massen newe Zöll oder der Alten Ersteigerung vnnd Prorogation erhalten haben/ wollen Ihre Majest. vor Herausgebung solcher Reverß jhre Königliche Concessiones keines weges außfertigen/noch ertheylen lassen.

Licenten frembde Außläger vnd Krigs-Schiffe auff dem Rhein.

19. Vnd dieweil männiglich bekandt wie hoch fürnemlich der Rheinstrom wegen vieler hohen vnd schweren/an vnterschiedlichen Orten deß vntern Rheins/ bey den vorig gewesenen Kriegsempörungen/angestellter Licenten beschwert/ also daß die Rheinischen Churfürsten/ beneben jhren Vnderthanen vnd Angewandten/ dahero in mercklichen Abgang jhrer Einkommen vnnd Nahrung gerahten/ darzu fast alle Commercien/auff solchem Rheinstrom erliegen bleiben: Vber das auch bey kurtzer Zeit vnterschiedliche Außläger vnd Kriegs-Schiff/vnersucht vnd vngefragt der Rheinischen Churf. in jr hohes Regal auff den Rheinstrom auß d' Niderlanden geführet worden/dadurch aber d' Kauff Handels vñ Schiffman mit noch weitern Exaction vnd abnemen beschweret worden/ solche Außläger vnd armierte Schiff auch bißhero über alles ersuchen/anlangen/ erinnern vnnd vermahnen der Churfürsten/bevorab der Rheinischen/ nicht wollen abgeführet werden/solten vnd wolten Ihre Majest. chest müglig/auff Mittel vnnd Weg/so wol für sich/als auch mit Raht der sechs Churfürsten/trachten/ wie man solcher Außläger von deß Reichs Boden ledig/vnd deren künfftig gesichert/so wol auch die Licenten abgeschafft werden möchte

Promotorial an die Churfürsten in Zoll Sachen.

20. Vnd da jemand bey J. Maj. vmb newe Zoll Begnadigung vnd Erhöhung der alten vnd vorerlangten Zölle suppliciren vnd anlangen würde/ so solten vnd wolten J. Maj. jhme einige Vertröstung/ Promotorial vnnd vorbittende Schreiben an die Churfürsten/ nicht geben oder auffgehen lassen.

Eygen gewaltige newe Zöll.

21. Auff den Fall auch einer oder mehr/ was Stands oder Wesens der oder die weren/ einigen newen Zoll in jhren Fürstenthumben/ Landschafften/ Herrschafften vnd Gebieten/ für sich selbst/ ausserhalb J. Maj. Begnadigung vnnd der Churfürsten Bewilligung angestelt/ vnnd auffgesetzt hetten/ oder künfftig also anstellen vnd auffsetzen wurden/ den oder dieselben/ so bald J. Maj. dessen für sich selbst in Erfahrung kommen/oder von anderen Anzeig davon empfangen/solten vnnd wolten J. M. durch mandata sine clausula, vnd in alle andere mügliche Weg/ davon abhalten/ vnd gantz vnd zumahl nicht gestatten/daß jemand de facto vnd eygenes fürnehmens/ newe Zöll anstellen/ für sich dieselben erhöhen oder sich deren gebrauchen vnd annehmen möge.

Entscheidung derer mit den Churfürsten streittiger Zollsachen.

22. Vnd were es sach/ daß in solchen Fällen/newer Zöll vnd Auffschlagen halben/ dadurch der Churfürsten Zöll geringert vnd geschmählert werden möchten/die Churfürsten zu Rechtlichen Ansprüchen active oder passive gerichten/ demnach solche Zoll Regal vnd Privilegia/ allein von Römischen Keysern vnnd Königen mit Bewilligung der sechs Churfürsten im Reich ertheilt vñ gegeben werden/ vnd also derer darüber einfallender Streit/Entscheidung vor niemand anders/ als J. Majest. gehörig/solten solche Rechtliche Ansprachen vor dero außgeführet vnd erledigt werden/ vnd kein Churfürst schuldig seyn/sich derenthalben/ weder an J. Maiest. vnd deß Reichs Camergericht oder andern Gerichten mit ordinariis actionibus anstrengen zulassen. Gestalt J. Maj. dann hierüber bey gedachtem Cammergericht/ gebührende Erinnerung vnd Verfügung zu thun/ nicht vnterlassen wollen.

Zollfreyhung vnd Fürderungs Brieff.

23 Vnnd nachdem etliche Zeit her die Churfürsten am Rhein/mit vielen vnd grossen Zollfreyhungen/vber jhre Frey-

heit

heit vnnd Herkommen/ offtermahls durch Fürderungsbrieffe vnd in andere Wege/ ersucht vnd beschwert worden/ das sollen vnd wollen J. Mai. als vnerträglich/ abstellen/ fürkommen/ vnd zumahl nicht verhengen/ noch zulassen/ fürters mehr zu üben/ noch zugeschehen.

Freyer Lauff schwebender Rechtfertigungen.

24. Vnd insonderheit so sollen vnd wollen J. Maiest. ob einiger Churfürst/ Fürst/ dieserer oder anderer seiner Regalien/ Freyheiten/ Privilegien/ Rechte vnnd Gerechtigkeiten halten/ daß die jhme geschwächt/ geschmälert/ genommen/ entzogen/ bekümmert vnd betrübt worden/ mit seinem Gegentheil/ vnd widerwertigen zu gebürlichen Rechten kommen/ oder jhn fürzufordern sich vnderstehen wolte/ oder auch anhängig gemacht hetten dasselb/ vnd auch alle andere ordentliche schwebende Rechtfertigungen nicht verhindern noch verbieten/ sondern den freyen starcken Lauff lassen.

Vergewaltigung der Stände.

25. Ihre Mai. sollen vnnd wollen auch die Churfürsten/ Fürsten/ Prelaten/ Graffen/ Herrn vnd andere Ständ deß Reichs/ selbst nicht vergewaltigen/ solches auch nicht schaffen/ noch andern zuthun verhängen: Sondern/ wo jhre Mai. oder jemand anders zu jhnen allen/ oder einem insonderheit zusprechen hetten/ oder einige Forderung fürnehmen/ dieselben sampt vnd sonders Auffruhr/ Zwitracht/ vnnd allen Vnraht im H. Reich zuverhüten/ auch Friede vnd Einigkeit zuerhalten/ zur Verhör vnd gebührlichem Rechten/ stellen vnnd kommen lassen/ vnd mit nichten gestatten/ in deren oder andern Sachen in was Schein oder was Namen es geschehen möchte/ darin sie ordentlich Recht leyden mögen/ vnd deren erleiten faynd/ mit Raub/ Nahm/ Brandt/ Fehden/ Krieg/ oder anderer Gestalt zubeschädigen/ anzugreiffen vnd zu vberfallen.

Acht vnd Oberacht.

26. J. Mai. sollen vnd wollen auch fürkommen/ vnd keines weges gestatten/ daß nun hinfüro niemand/ hohes oder niederiges Stands Churfürst/ Fürst/ oder anderer ohne vrsach/ auch vnverhört in die Acht vnd Oberacht gethan/ bracht oder erklärt werde: Sondern in solchem ordentlicher Proceß vnd deß H. Römischen Reichs vorauffgesetzte Satzung/ nach außweise deß H. Reichs im gemelten 55. Jahr reformierten Cammergerichts Ordnung/ vnd darauff erfolgter Reichs Abschied in dem gehalten vnnd vollzogen werde/ doch dem beschädigten seyn Gegenwehr/ vermög deß Landfriedens/ vnabbrüchig.

Verschriebene Stewer der Reichsständt/ vnd andere Gefäll.

27. Vnnd nach dem das H. Römische Reich/ fast vnnd höchlich in Abnehmen vnd Ringerung kommen/ so sollen vnd wollen J. Mai. neben andern die Reichsstewer der Ständen vnd andere Gefäll/ so in sonderer Personen Hand gewachsen vnd verschrieben/ widerumb zum Reich ziehen/ auch eine gewisse Designation in wessen Händen dieselben jetziger Zeit seynd/ inner sechs Monadten/ den nechsten zur Mentzischen Churfürstlichen Cantzley einschicken/ vnd nicht gestatten/ daß solches dem Reich vnd gemeinem Nutz/ wider alle Rechte vnd Billichkeit entzogen werde. Es were dann daß solches mit rechtmässiger Bewilligung der sechs Churfürsten geschehen were.

Verledigte Lehen.

28. Wann auch Lehen dem Reich vnd J. Mai. bey zeit jhrer Regierung eröffnet/ vnd ledig heimfallen werden/ so etwas märckliches ertragen/ als Fürstenthumb/ Graffschafften/ Herrschafften/ Stätte/ vnd dergleichen/ die sollen vnd wollen J. Maiestet ferner niemand leihen/ auch niemand einige Expectantz oder Anwartung darauff geben/ sondern zu Vnderhaltung deß Reichs jhrer/ vnd jhrer Nachkommen der König vnd Keyser/ behalten/ einziehen vnd incorporiren/ biß so lang dasselbige Reich wider zu Wesen vnnd Auffnehmen kompt. Doch Ihr Mai. von wegen jhrer Erblande/ vnd sonst männiglichen an seinem Rechten vnnd Freyheiten vnschädlich.

Erhaltung vnnd Empfahung der Reichs-Lehen.

29. In allwege aber wollen J. Maiest. jhren zum besten angelegen seyn lassen/ alle dem Römischen Reich angehörige Lehen/ in vnd ausserhalb desselben gelegen/ auffrichtig zu halten/ vnd derowegen zu verfügen/ daß sie zu begebenden Fällen gebührlich empfahen vnd renovirt werden/ vnnd nicht vnempfangen bleiben. Da auch/ nach Erhebung zum Römischen König J. M. deren eins oder mehr/ vns angehend befinden/ sollen vnd wollen J. Maiest. das oder dieselben/ vnweigerlich empfangen lassen. Oder wann das nicht bequemlich geschehen könte/ deßwegen der Herrn Churfürsten/ zu Sicherung deß Reichs/ gebührenden Reverß vnd Recognition zustellen.

Reichs Gerechtigkeit auff ererbtem Gut.

30. Auff den Fall aber zu künfftiger Zeit/ Fürstenthumb/ Graffschafften/ Herrschafften/ Pfandschafften vnnd andere Güter dem heiligen Reich mit Dienstbarkeit/ Reichs Anlagen/ Stewren vnd sonsten verpflicht/ dessen Jurisdiction vnterwürfflich vnnd zugethan/ nach absterben dero Inhaber/ Ihre Maj. durch Erbschafft heimfallen oder auffwachsen vnd Ihre Maj. die in jhren Händen behalten oder anderen zu kommen lassen würden/ oder da J. Maj. dergleichen allbereit in Handen hetten/ davon soll dem H. Reich sein Recht vnd Gerechtigkeit/ Anlag/ Stewer vnnd anderer schuldiger Pflicht wie darauff hergebracht/ hindan gesetzt/ aller prætendierenden Execution/ geleyst/ abgericht/ vnd erstattet werden.

Erobert Gut.

31. Wo Ihre Maj auch mit Raht vnd Hülff der Churfürsten vnd anderer Stände deß Reichs/ ichtwas gewinnen/ vberkommen oder zu handen bringen würden/ das alles sollen vnd wollen J. M. dem Reich zuwenden vnnd zueygnen. Wo J. Mai. aber in solchem ohne der Churfürsten vnd anderer Stände Wissen vnd Willen/ ichtwas fürnehmen/ darinnen sollen sie J. Maj. zu helffen vnverbunden seyn/ vnd J. Maj. nichts destoweniger das jenige/ so dieselbe in solchem erobert oder gewonnen hetten/ oder gewinnen wurden/ vnd dem H. Reich zustünde/ dem Reich wider zustellen vnd eignen.

Müntz Gebrechen.

32. Vnnd nach dem bißher im Reich viel Beschwerung vnd Mangel der Müntz halben gewesen vnnd noch seyn/ wollen Ihre Mai. denselben zum fürderlichsten mit Rahe der Churfürsten/ Fürsten vnnd Stände deß Reichs zuvor kommen/ vnnd in beständige Ordnung vnnd Wesen zu stellen/

möglichen Fleiß vorwenden / auch zu dem End die jenigen Mittel/ so in Anno 1603. vnnd auff vorigen Reichstagen durch Churfürsten/ Fürsten / vnnd andere Reichs Stände in gemein betracht/ in gute Obacht nehmen/ vnd was ferner zuträgliches zu Abwendung solcher langgewehrten Vnrichtigkeit bedacht werden möcht/ zumahl nichts vnterlassen.

Begnadung mit Müntzfreyheit vnd Auffhebung mißbrauchter Privilegien.

33. Ihre Maj. solten vnd wolten auch hinfüro ohne Vorwissen der sechs Churfürsten / niemands / weß Stands oder Wesens er sey / mit Müntzfreyheiten begaben oder begnadigen / auch wo wir beständig finden / daß die jenigen Stände/ denen solches Regal vnd Privilegien verliehen/ dasselbe dem MüntzEdict zugegen/ mißbraucht/ jhnen dasselbige/ vermög der Disposition in den hierüber verfasten Constitutionibus nicht allein suspendiren / sondern die jenige/ welche dasselbig Regal nicht mit der Churfürsten Bewilligung erhalten/ dessen gantz priviren/ vnd ohne Vorwissen der Churfürsten/ darzu nicht restituiren/ vornemlich aber bey den Stätten/ so dem Reich immediatè nicht/ sondern den Reichsständen vnterworffen / revociren / cassiren / vnnd hinfüro ferner nicht ertheilen/ auch sonst den geringern Ständen mit dergleichen oder andern hohen Privilegien / ohne Miteinwilligung der Churfürsten/ viel weniger zu derselben Privilegien Verhinderung oder Abbruch/ nicht willfahren.

Succession vnd freye Wahl.

34. Vnd insonderheit solten vnnd wolten Ihre Maj. sich keiner Succession oder Erbschafft deß obgemelten Römischen Reichs anmassen/ vnterwinden/ noch in solcher gestalt vnterziehen/ oder darnach trachten/ auff sich selbst / jhre Erben vnnd Nachkommen/ oder auff jemand anders vnterstehen zu wenden / sondern Ihre Majest. dergleichen jhre Kinder/ Erben vnd Nachkommen / wolten die gemelten Churfürsten / jhre Erben vnd Nachkommen/ zu jeglicher Zeit / bey jhrer freyen Wahl eines Römischen Königs/ dieselbe so offt sie es einem Käyser zu behuff/ oder sonst dem heiligen Reich nothwendig vnnd nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers mit / oder wann derselbige auff angelegte Bitt der Churfürsten ohn gnugsame erhebliche Vrsachen verweigert werden solte/ ohne eines regierenden Käysers Consenß vnnd Bewilligung vorzunehmen.

Gerechtigkeit der Vicariat.

35. Auch die Vicarien / wie von alters her auff sie kommen/ die Gülden Bull / Bäpstliche Recht / vnnd andere Gesetz oder Freyheiten vermögen/ so es zu Fällen kommen / vnnd die Notturfft vnd Gelegenheit erfordern wird / bey jhrem gesonderten Raht/ in Sachen das H. Reich belangend / geruhlich bleiben/ vnd gantz vnbedrängt lassen. Auch nicht nachgeben/ daß die Vicariat vnd deren iura, sampt was demselben anhängig/ von jemand disputirt oder gestritten werde. Wo aber darwider von jemand etwas gesucht / gethan / oder die Churfürsten in dem gezwungen würden / daß doch keines was seyn soll/ das soll alles nichtig seyn vnd dafür gehalten werden.

Handlung der gewesenen Vicarien.

36. So wolten vnd solten I. M. auch alles das / so durch die zwey deß H. Reichs Churfürsten vnd Vicarien / in mitler weile/ so das vacieret / laut der Gülden Bull / nach vermög deß Reichs Ordnung / gehandelt vnd verliehen / genehm halten/ auch confirmiren vnd ratificiren in der allerbeständigsten Form/ wie sich dasselbe wol ziemet vnd gebührt.

Röhmische Königl. vnnd Käyserliche Cron vnd Residentz.

37. Ihre Maj. solten vnd wolten auch die Römische Königliche Cron / wie Ihro als erwehltem Römischen König/ wol geziemet/ empfahen. Wenigers auch nicht sich / zu Empfahung der Käyserlichen Cron/ befordern/ vñ bey allen denselben das/ so sich derhalben gebührt/ thun / auch Ihre Königliche Residentz / Anwesen vnnd Hoffhaltung in dem heiligen Römischen Reich Teutscher Nation/ allen Gliedern / Ständen vnd Vnderthanen desselben/ zu Ehren / Nutz vnnd Gutem/ das mehrentheils / so viel möglich / haben vnnd halten. Alle vnd jede Churfürsten/ jhr Ampt zu versehen/ zu obgemelter Crönung erfordern / sich auch in dem allem dermassen erzeigen vnd beweisen / daß jhrenthalben in aller Müglichkeit kein Mangel gespüret vnd vermerckt werden soll.

Rescript. Mandat/ vnd Bäpstliche Indult/ wider deß Reichs Freunden vnd Gesetz.

38. Ihre Maj. wolten auch in dieser jhrer Zusag/ der Gülden Bull / deß Reichs Ordnung / deß obangeregten Friedens in Religion- vnd Prophansachen/ auch den Landfrieden sampt Handhabung desselben/ vnd andern Gesetzen/ so jetzt gemacht/ oder künfftiglich durch Ihre Mai. mit jhrer der Churfürsten/ Fürsten / auch anderer Stände deß Reichs Raht / möchten auffgerichtet werden / zuwider kein Rescript oder Mandat/ oder nichts anders beschwerliches außgehen lassen / oder zu geschehen gestatten/ in einige weise vnd weg. Dergleichen auch für sich selbst/ wider solche Güldene Bull / vnnd deß Reichs Freyheit/ den Frieden/ sampt Handhabung desselben / von einiger hohen Obrigkeit nichts erlangen / noch auch ob von sich etwas dergleichen auß eigener Bewegung geben were oder würde/ nicht gebrauchen/ in keine weise/ sonder alle Gefährde. Ob aber diesen oder andern vorgemelten Articuln vnd Puncten einiges zuwider erlangt oder außgeben würde / das alles soll krafftloß/ todt vnd ab seyn. In massen Ihre Mai es auch/ jetzo alßdann vnd dann als jetzt / hie cassiren / tödten vnd abthun, vnd wo Noth/ der beschwerten Parthey derhalben nohtdürfftige Vrkund oder brieffliche Schein zu geben vnnd widerfahren zu lassen/ schuldig seyn solten/ arge List vnd Gefährde hierinnen außgescheiden.

Audientz/ Expedition/ Lehen / Churfürst. Bedencken/ Käys. Geheimen vnd Reichs Hoffraht.

39. Ihre Maj. solten vnd wolten auch deß H. Reichs Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen/ so wol jhren Bottschafften vnd Abgesandten / jederzeit schleunige Audientz vnnd Expedition ertheilen. Denselben jhren Lehenbrieff vnnd Lehen/ nach dem vorigen Tenor vnweigerlich widerfahren lassen. In wichtigen Sachen / so das Reich betreffen / bald anfangs der Churfürsten Rahts vnd Bedenckens sich gebrauchen/ Insonderheit aber jhren Geheimen vnnd deß Reichs Hoffraht/ mit Fürsten/ Graffen/ Herrn/ vom Adel/ vnnd andern ehrlichen Leuten/ nicht allein auß jhren / auch mehrentheils denen/

so im

so im Reich Teutscher Nation/vnnd andern Orten/erzogen vnd geboren/darinn begütert/der Reichssachen wol erfahren/ gutes Namens vnd Herkommens seyn/also bestellen/damit männiglich schleunig vnpartheyische justitia administriret werden möge.

Reichs Hoffrahts Ordnung/Visitation vnd Reformation.

40. Genantem ihrem Hoffraht wollen J. Maj. auch gewisse Ordnung vnd Jurisdiction verfassen/die alte revidiren/ vnd bey nechster Reichsversamblung den gesampten Churfürsten/zu ihrem Gutachten vbergeben. Denselben auch Jährlich/oder in zweyen Jahren einmahl mit Zuziehung deß Ertzbischoffen zu Meyntz/als Ertz-Cantzlern/visitirn/vnd sonderlich das jüngst zu Nürnberg/durch die Churfürsten verfassete Bedencken zu Beförderung der Justitien/insonderheit in acht nehmen vnd dasselbig förderlich ins Werck richten.

Churfürsten Amptsverweser vnnd Erbämpter am Keys. Hoff.

41. Dieweil J. Maj. auch sonderlich gebührt/deß heiligen Reichs Churfürsten als J. Majest. innersten Glieder vnnd Hauptseulen deß Reichs/vor männiglichen in sonderer hoher Consideration zu halten/so wollen J. Maj. die Verfügung thun/wann derselben Amptsverweser vnnd Erbämpter bey ihren Hoff begriffen/daß dieselben jederzeit/vnnd insonderheit/wann vnd so offt J. Maj. auff Reichs-Wahl-vnnd andern dergleichen Tägen ihren Keyserlichen Hoff begehen/oder Sachen fürfallen/darzu die Erbämpter zu gebrauchen seynd/ in gebührlichen Respect gehalten/vnnd ihnen von ihren Hoffämptern keines wegs vor-vnd eingegriffen/oder da je auß gewissen Vrsachen ihre Stelle/mit berührten ihren Hoffämptern jeweils ersetzet werden soll/wollen J. Majest. doch/daß ihnen den Churfürstlichen Amptsverwesern vnd Erbämptern einen weg als den andern/die von solchen Verrichtungen fallende Nutzbarkeiten/weniger nicht als ob sie dieselben selbst verricht/vnnd bedienet/vnweigerlich gefolgt/vnnd gelassen werden

Verpflichtung deß Keys. Geheimbden vnd Reichs Hoffrahts auff diese Capitulation.

42. Damit auch ihre so wol der Geheimbde/als Reichs Hoffraht/dieser Capitulation gewisse wissenschafft haben/vnd in Rahtschlägen vnd sonsten sich darnach richten mögen/wollen J. Maj. ihm nicht allein dieselbe vorhalten/sondern auch bey Leistung ihrer Dienstpflicht ernstlich einbinden/dieselbe/ so viel sie einen jeden berührt/vor Augen zu haben/vnd darwider weder zuthun noch zu rahten. Solches auch iren Dienstsyden/mit außdrücklichen Worten/einverleiben lassen.

Keyserlich Eydlich Gelübdnuß.

43. Solches alles vnnd jedes besonder/wie obstehet/het J. Mai. obgenanter Römischer König/den gedachten Churfürsten geredt/versprochen/vnnd bey ihren Königlichen Ehren/Würden vnnd Worten/in Namen der Warheit zugesagt/Thun dasselbe auch hiemit vnd in Krafft dieses Brieffs/ lumassen J. Majest. dann daß mit einem leiblichen Eyde zu Gott vnd dem H. Evangelio geschworen/dasselbe stet/fest/ vnverbrochen zuhalten/dem trewlich nach zukommen/darwider nicht zu seyn/zu thun/noch zuschaffen/gethan werden/in einige Weisse oder Weg/wie die möchten erdacht werden.

Vhrkundt.

Dessen zu Vhrkund hetten Ihre Maj. dieser Brieff sechs/ in gleichem Laut gefertigt/vnd mit ihrem anhangenden Insigel besigelt/vnnd jedem obgenanten Churfürsten einen zustellen lassen.]

CAPUT X.

AN ET QVATENVS PRINCEPS, antecessoris sui leges, facta, conventiones, contractus observare teneatur?

SUMMARIA.

1. *Princeps Antecessoris sui leges merè civiles & ex-positivas respicientes utilitatem privatam observare non tenetur.*

2. *Nemo successori, qui eandem numero Majestatem habet, per modum imperii & jurisdictionis legē ferre potest.* 3. *Majestas semper eadem est, & nunquam moritur. Par in parem superioritatem non habet.*

4. *Princeps successor leges imperii fundamentales ac publicam utilitatem directò concernentes, qualis hodie aurea Bulla, &c. servare tenetur.* 5. *Quia ad harum observantiam Capitulationis promissione, & jurisjurandi religione obstringitur.* 6. *Hisce legibus Reip. fundamenta innituntur, per quas Princeps Reipubl. unitur.* 7. *Hæ leges, tanquam vinculum & fundamentum istius consociationis, observāda sunt.*

8. *Princeps jure hereditario succedens antecessoris contractum servare obstringitur.* 9. *Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.*

10. *Heres non potest venire contra factum defuncti, cujus hereditatem agnovit.* 11. *Vna quodammodo persona censetur heres cum defuncto.*

12. 13. *Limitantur prædicta.*

14. *Contractu existente nulla ratione culpæ, per contrahentem potest allegari nullitas.*

15. *Heres iis casibus potest venire contra factum defuncti, quibus ipse defunctus contra factum proprium venire potuit. Et in his, in quibus defunctus non potuit disponere pro lubitu.*

16. *Quibusdam casibus plus aut minus juris habet heres, quàm defunctus.*

17. *Hoc casu qui contraxit cum Principe, fraudatus dici non potest.*

18. *Princeps lege Regiâ vel pactis gentilitiis, ipso sanguinis non hereditatis jure succedens, per contractum prædecessoris non obligatur.* 19. *Causam ab an-*

teceßore non habens, nec ejus nomine gravandus.

20. *Francisci I I. Gallıarum Regis ad Helvetios Patris debita repescentes rescriptum.*

21. *Rex tenetur jura regni, & honorem coronæ illibatum servare.* 22. *Et præsentium tantum rerum, non etiam post mortem gerendarum administrationem habet.* 23. *Facultas indulgendi delicta alicui concessa Principem concedentem tantum ligat, non ejus successorem. Princeps non potest in præjudicium successorum regalia concedere.*

24. *Res restitutioni subjecta, integra, ac in eodem statu, quo accepta est, restituenda.*

25. 26. *Fallentia* 1. *Contractus ad utilitatem, & dignitatem Reipub. celebratus, morte contrahentis non extinguitur, sed inferam redundat posteritatem.* 27. *Dignitas non moritur, sed semper durat.* 28. *Ideoq; nec contractus ejus gratiâ celebratus extinguitur Contractus Principis pro bono pacis initi, successores in dignitate obstringunt.*

29. *In causis publicam utilitatem, & dignitatem concernentibus, non tàm Princeps, quàm imperium per Principem contrahere censetur.* 30. *Quæ nomine dignitatis contracta sunt, nō tàm in personam, quàm in rem contracta sunt.*

31. *Declaratio* 1. *Prædictæ fallentiæ.* 32. *Ampliatio primæ fallentiæ.* 33. *Declaratio* 2. *prædictæ fallentiæ.*

34. *Fallentia* 2. 35. *De modico non curat Prætor.*

36. *Principum contractus, debent esse immoti.*

37. *Princeps suorum antecessorum pactis, conventionibus & gestis venerationem præstet, & ea custodiat.*

38. *Successor Principis contraveniens factis antecessoris sui, sibi ipsi contravenire dicitur.*

39. *Successor tenetur prædecessoris sui contractum licitum observare.* 40. *Licitus censetur contractus, si non enormiter lædat.*

41. *Miserrima foret Principum conditio, si vel omninò non contrahere, vel id cum metu futuræ rescissionis facerent.*

42. *Fallentia* 3. *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

43. *Feudum à Principe datum à successore sine causa revocari non potest.* 44. *Beneficium Principis licitum, quale est feudum, decet esse mansurum, nec recipere debet diminutionem.*

45. *Liberalitas Principis freno non coërcenda. Principis est, multa & magna donare.*

46. *Temerarium, & absurdum, per astutam interpretationem beneficia Principum non ad augmentum, sed ad diminutionem convertere.*

47. *Proprium Regum ac Principum munus, de quamplurimis benè mereri.*

48. *Successor per modum electionis non aliter, nisi prædictis casibus ad prædecessorum leges, facta & contractus tenetur.*

49. *Successor quocunq; successionis genere, semper quantum sine magna Reipubl. jactura fieri potest, venerationem præstet his, quæ ab antecessoribus constituta sunt. Exempla Tiberii Cæsaris, & Numæ Pompilii.* 50. *Ratio hujus elegans exprimitur.*

51. *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

PRo resolutione hujus quæstionis distinguē-
di sunt aliquot casus: 1. Princeps antecesso-
ris † sui leges merè civiles & positivas, respi- 1
cientes principaliter utilitatem privatam, obser-
vare obstrictus non est. Quia sicut nemo † per 2
modum imperii & jurisdictionis sibi ipsi legem
ferre potest, ita nec successori, qui eandem nu-
mero Majestatem habet. Hæc namque semper
eadem † est, & nunquam moritur, Bald. *in cap.* 3
Canonum statuta, *n.* 38. *de Constitut.* neq; par in
parem sibi superioritatem sumere & arrogare
potest: Successor enim Regis non est inferior
suo prædecessore, [per ea quæ tradit Cacheran.
decis Pedem. 139. *n.* 6.]

Secundò, leges imperii seu regni fundamen-
tales, ac publicam utilitatem directò concernē-
tes, † quales hodie in imperio sunt aurea Ca- 4
roli IV. Bulla, constitutiones de pace religiosa
& prophana, multiq; alii recessus, qui se fundant
in Capitulationibus imperii, vel similē causam
publicæ utilitatis continent, successor servare
tenetur, [Cardin Mantic. *de tacit. & ambig. con-
vent. lib.* 27 *tit.* 5. *num.* 4] tum quia ad earum † 5
observantiam capitulationis promissione, & ju-
risjurandi religione obstringitur, per ea quæ su-
pra dicta sunt: tum quia † hisce legibus reipub. 6
fundamenta innituntur, & per eas Princeps rei-
pub. unitur. Itaque ut salva † sit unio hæc, ob- 7
servandæ sunt hæ leges tanquam vinculum &
fundamentum istius consociationis, confer Bo-
din. 1. *de repub. c.* 8. Hotom. *illustr. q.* 1. Heig. *illust.
q.* 5. *nu.* 2. vid. Buxtorff, *in dissert. Aur. Bull. concl.* 7.

Tertiò, in Contractibus rursus aliquot casus
distinguendi sunt. 1. Quo jure Princeps ad re-
gnum accedat. Aut enim Princeps succedit jure
hereditario, † & tunc antecessoris contractum 8
servare

servare obstringitur, Bodin. *1. de repub. c. 8. p. 164.* [Bald. *in tit. qui feud. dar. poss nu. 35. & in l. digna vox in fin. C. de leg.* Cacheran. *decis. Pedem. 139.*
9 *nu. 11.*] quia ex qua † persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet, *l. ex qua persona, 149.*
10 *de regul. jur.* neque heres † potest venire contra factum defuncti, cujus hereditatem agnovit, *l. cum à matre. 14 C. de rei vindic. l. si ab eo, Cod. de liber. caus. l. venditrici, Cod. de reb. alien. non alienand.* VVesenbec. *consil. 11. num. 14.* Hieronym. Schurff. *3. consil. 17. num. 6.* quia una quodammodo per-
11 sona † censetur heres cum defuncto, Nov. 48. *in princip.* Itaque sicut proprium factum quis impugnare non potest, ita nec antecessoris sui, Jacob. Schult. *in addition. ad Modestin. Pistor. p. 4. quæst. 140. num. 6. & num. 8.* Hillig. *in notat. ad Donell. lib 20 cap. 2. lit. N.* [Et ita de Rege Neapolitano firmat Matth. de Afflict. *decis. 17. n. 5.* ex ratione, quod regnum illud sit hæreditarium, in quo non convenit venire contra factum defuncti.] Dissent. Oldrad. *consil. 94.* Ancharan. *in c. licet, nu. 17. de vot. ad fin. quos allegat & sequitur* Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib. 1. cap.*
12 *18. num. 48.* Horum tamen sententiam † putarem ita procedere, si ille contractus omninò esset intolerabilis & inofficiosus, ac cum destructione regni conjunctus, & tum ne eum quidem successorem ad ejus observantiam teneri, qui jure hereditario ad regnum pervenit: tum quia
13 prædecessor † ita contrahendo lædere censetur coronã, [confer Carol. Molin. *in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 53. in fin. & seq.*] ex quo propter culpam vitio nullitatis contractus laboraret, quo casu ipse contrahens retractare & revocare cum posset. [*c. intellecto x. de jurejurãd.* Felin. *in c. 1. num. 5. de probat.* Roland. à Vall. *consil. 2. n. 95. & 97.* Cacheran. *d. decis. 139.*]
14 Nam quando contractus dici potest nullus † ratione culpæ, tunc per contrahentem potest allegari nullitas, Bald. *in l. acceptam. column. pen. C. de usur.* Cacheran. *decis. Pedim. 180. num. 1. 3. &*
15 *seqq.* Heres autem venire † potest contra factum defuncti iis casibus, quibus ipse defunctus contra factum proprium venire potuit, Anton. Fab. *in C. rerum in Sabaud. judic. lib. 4. tit. 11 defin. 4 n. 2. in notat.* [Cravett. *consil. 200. num. 7. per Auth. hoc amplius, C. de fideicom.* uti & in his in quibus defunctus non potuit disponere pro lubitu, Paul. de Castr *consil. 197.* Crav. *d. consil. 200. n. 7.*] imò
16 quibusdam † casibus plus aut minus juris habet heres, quàm defunctus, Anton. Fab. *d. tit. 11. defin. 1. num. 5. in notat.*

Hoc casu qui contraxit † cum Principe, non 17
potest dici fraudatus, quia scivit vel scire debuit, juris auctoritate talem contractum improbari, & legem jam positam super conditionibus ejusmodi contractuum, *arg. l. qui fundum, §. servus, ff pro empt.* Andr. *in c. 1. num. 14. de capit. Corrad.*

Aut præterea Princeps succedit † lege Regia, 18
vel pactis gentilitiis, ipso sanguinis & non hereditatis jure, & tunc per contractum prædecessoris non obligatur, *l. 22. §. 1. ff de adoption. l. 3. vers. qui verò non à patre, sed à genere & c. ff. de interdict. & relegat. l. un. vers ex his enim, C. de imponend. lucrativ. descript.* Nov. 22. *cap. 35.* Geil. 2. *Obs. 86. n. 17. & 87. n. 1.* Cothman. *consil. 74. n. 77. & seqq.*

Qui enim causam non † habet ab antecesso- 19
re, nec ejus nomine gravari debet, *dd. jurib. fac. l. ab eo, C de fideicomm. l. si quis demum, in pr. & §. 1. ff. locat. l. lex vectigali, 33. de pign. & hypoth.*

Hinc Franciscus II. Galliarum Rex † ad 20
Helvetios patris debita reposcentes rescripsit: *Tametsi debita paterna solvere non tenemur, cum hæc sceptra non hereditario jure habeamus sed Regia lege, quæ jam inde usque à primis Francorum Regibus la*[t]*a, ad maris proximos imperium detulit, & non aliter nos obligari patitur, quàm ad ea fœdera pactavé, quæ cum exteris Principibus ac populis, ad hujus imperii utilitates & commoda à majoribus nostris contracta fuerunt: nihilominus tamen ut patris optimi & carissimi fidem religiosè tueamur, legitima ejus debita exsolvere decrevimus. Harum literarum tenorem refert,* Bodin. *d. c. 8. p. 165.* quod maximè in alienationum contractibus & inofficiosis concessionibus procedit. [Ludovicum XI. Galliæ Regem, maximas facultates & opes donasse Ecclesiis, sed eas quoniam immodicæ fuerant vim nullam obtinuisse, scribit Philipp. Comin. *lib. 9. Comment. p. m. 652. in fin. & pr. seq.*]
quia Rex † tenetur jura regni & honorem coro- 21
næ illibatum servare, cum regni procuratio, nõ autem concessio, hoc est, concedendi alteri facultas & potestas ei data sit, Andr. *in cap. 1. num. 14. de cap. Corrad.* Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib. 1. c. 18 num. 15. ubi subdit num. 17.* quod
Principatus † & Monarchiæ fuerint introductæ 22
& ordinatæ de jure gentium, non solum ipsis, qui tunc aderant, sed & pro eorum posteris, quibus malè provisum esset, si liceret unicuique

Princi-

Principi, pro tempore alienare jura regni: siqui-
dem præsentium tantum rerum, non etiam post
mortem gerendarum administrationem habet,
c.2.x.de donat. Unde facultatem indulgendi de-
23 licta concessam alicui, † Principem concedeu-
tem tantum ligare, non verò ejus successorem
tradunt. Cacheran. *decis. Pedemont.* 101. *num.* 12.
Ruin. *consil.* 91. *num.* 2. *volum.* 1. Prosp. Farinac *de
inquisit. tit.* 1. *q.* 6. *nu.* 8. ubi addit, Principem non
posse in præjudicium successorum regalia con-
24 cedere. Nam hæc jura † sunt restitutioni subje-
cta: in his verò est generale præceptum; ut res
restitutioni subjecta, integra ac in eodem statu,
quo accepta est, restituatur, Petr. Anton. de Petr.
de fideicommiss. q. 15. *num.* 289. Peregrin. *de Fidei-
comm. art.* 10. *num.* 28. Tyraquell. *de retract. ligna,
§. fin. num.* 69. [Cravett. *consil.* 144. *num* 4. *& seq.*]
Gœdd. *in respons. jur. de restitut. Baron. Wallend.
num.* 33.
25 Fallit tamen † hæc declaratio. 1. si ad utili-
tatem & dignitatem reipub. contractus celebra-
tus sit, [vel sub nomine dignitatis, per ea quæ
tradit ex Bald. Cacheran. *decis.* 139. *sub num.* 1.]
26 tum quia talis contractus † morte contrahen-
tis non extinguitur, sed in seram redundat Po-
steritatem, *cap. si gratiosè de rescript. in* 6. R. A. *de
An.* 1555. §. Solches vñ jedes wie obgeschrieben/
ibi: für uns und unsere Nachkommen/stet/fest vñ
unverbrüchlich/rc. *cum. similib.* Bodin. *d.c.*8.*p.*166.
Ruin. *consil.* 46. *n.* 13. *vol.* 1. Heig. *illustr. q.* 19. *nu.* 10.
Dn. D. Gothof. Ant. *disp. Feud.* 7. *th.* 1. *lit. E. in no-*
27 *tat.* tum quia † dignitas non moritur, Nov. 81. *c.
illud quoq;* 2. sed semper durat, Buxtorff. *in Aur.
Bull. conclus* 37. *lit. C. in notat*: ideoque nec con-
28 tractus † ejus gratia celebratus extinguitur, Ty-
raquell. *de jur. primogenit. q.* 35. *num.* 19. *& seqq.*
Arnis. *de jur. Majest. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 13. [Cardin.
Mantic. *de tacit. & ambig convent. lib.* 27. *tit.* 5. *n.* 1.
ubi pro regula ponit: Quod contractus Princi-
pis pro bono pacis initi, successores in dignita-
te obstringant] tum quia in his causis concer-
29 nentibus publicam † utilitatem & dignitatem,
non tam Princeps quam imperium per Princi-
pem contrahere censetur, Treutler. *p.* 1. *disp.* 6.
th. 7. Syting. *de pac. religion. conclus.* 19. tum quia
30 quæ nomine † dignitatis contracta sunt, non
tam in personam, quàm in rem contracta sunt,
Bald. *in cap. ult. ant. fin. de sentent. & re judic. &
consil.* 159. *lib.* 3. [Indeq; magis realis quàm per-
sonalis censetur ejusmodi dispositio. Declara 1.
† hanc fallentiam primam procedere, in his quæ 31
ab antecessoribus in dignitate concessa sunt, per
viam contractus, secus autem esse in concessis
per modum simplicis gratiæ vel expectativæ, per
tradita Nicol. Everhard. Jun. *consil.* 1. *sub nu.* 24.
vol. 1. Craver. *consil.* 241. *n.* 17. *versic. & præmissas
conventiones.* Tiber. Decian. *resp.* 25. *num.* 43. *&
seqq. vol.* 1. vid. Alexand. Trentacinq. *var. resolut.
lib.* 3. *tit. de pact. resol.* 1. *num.* 8. Ampila † eandem 32
primam fallentiam tanto magis procedere, si in
contractu addita sint verba, pro se, & successo-
ribus, Decian. *d. resp.* 25 Nicol. Everh. Jun. *alleg.
mod. loc.* ubi id pluribus comprobat, & in specie
eam tractat quæstionem, quatenus successor
Imperatoris in imperio. Expectativam vel gra-
tiam simplicem à prædecessore collatam, si con-
ditio eo vivente non extiterit, ratam habere &
consummare teneatur. Declara 2. prædictam
fallentiam, † quod in dubio præsumatur aliquid 33
sub nomine dignitatis factum esse, per ea quæ
traduntur, in den gerichtlichen actis die Stadt
Braunschweig betreffend/rc. *fol* 61. *in pr. ubi vid.*]
Fallit 2. si de re † exigua agatur, Bart *in l.* 34
prohibere, § planè. ff. quod vi aut clam, text. in c. 1. *de
donat. fac. l. Julianus, §. fin ff. de legat.* 1. *quam alle-
gat.* Garf. Mastrill. *d. c.* 18 *num.* 1. *& n.* 18. [Carol.
Ruin *consil.* 91. *num.* 3 *lib.* 1. Regner. Sixtin. *consil.
Marp.* 36. *num.* 87. *vol.* 1.] tum quia de modico † 35
non curat Prætor, *l.* 14. *ff de integ. restit. l.* 9 *in fin. l.*
10. *de dol mal. l.* 54. *de contrah. empt. arg. l. si debito-
ri, ff. de jud.* [Geil. 1. *obs.* 151. *nu.* 13. *&* 2. *obs.* 29. *sub
n.* 8.] E. multò minus Princeps: tum quia Prin-
cipum † contractus, quo ad fieri potest, debent 36
esse immoti, Canonist. *ad c.* 1. *x. de probat. Dd. ad l.
digna vox, C. de legib.* Rol. à Vall. *consil.* 66 *n.* 33.
& seq vol. 2. Decian. *resp* 41. *n.* 6. *vol.* 2. tum quia,
sicut Princeps † bonus cupit mandata, contra- 37
ctus & gesta sua à suis successoribus observari, ita
conveniens, ut ipse suorum antecessorũ pactis,
conventionibus, mandatis & gestis veneratio-
nem præstet & ea custodiat, *text. in c. justitia*, 25.
q. 1. *c. si ea*, 25. *q.* 2 Gœdd. *in respons. jur. de restit.*
Baron. Vallend. *num.* 21. *ubi ex* Bald. Roland. à
Vall. dicit, quod successor Principis † contra- 38
veniens factis antecessoris sui, dicitur contra-
venire sibi ipsi, quia semper est unum idemque
imperium, Et nemo censetur illam velle eligere
viam, per quam gesta à se corruant. Tum deni-
que † quia successor tenetur Prædecessoris sui 39
contractum licitum observare, Bald. *in l. qui se,
totum.*

volum 9. C. und. lib Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem videndum, circ. fin. vers. quid si Imper.
40 *vel Rex*. Licitus autem † censetur, si non enormiter lædat, *c. 1 in verb. prædecessores tuos, ubi Dd. not.*
41 *de probat*. Jas. *consil.* 10 *num. 1. vol. 3.* aliàs servilis † & quodammodo misertima foret Principum conditio, si vel omninò non contraherent vel id cum metu futuræ rescissionis facerent, Anton. Corset. *de potest reg pag. 5. n. 4.*
42 Fallit 3. in contractibus ratione † officii celebratis, Bald. *in l. 1. de constitut. Princip.* Gothofr. Anton. *d disput. 7. th. 1 lit. E.* quia officium suum, nemini debet esse damnosum, *l. sed et si suis, ff. testament. quemadmod ager.* [Sic legimus Josuam promissiones, officii ratione factas, à Mose antecessore in regimine exactè observasse & adimplevisse, *cap.* 17. & passim in lib. Jos. & ibi Osiand. *in gloss. ad v. 4. gl. 3.*] Ideoque Feudum [licet sit
43 gratiosa concessio] à Principe † datum, à successore sine causa revocari non potest, [*c. 1. de nat. Feud. sin culp. non amitt.* Jas. *in l. si pecuniam, vers. per ista infero, ff. de condict. caus. dat. caus. non sec.* Dec. *consil.* 400. *n.* 11. Regner. Sixtin. *1. consil. Marp. 9 n. 85 & seq.* Hier. Treutler. *consil. 59 n. 62. junct. num. 64 & seqq. vol. 1.*] tum quia de natura & officio Principis est infeudare, ut inquit Bald. *in l. 1. lect. 1. ff de constit. Princip.* Rosenthal. *de Feud. c.* 10.
44 *conclus.* 38. *num.* 37. tum quia beneficium † Principis licitum, quale est Feudum, decet esse mansurum, Curt. Jun. *consil. 1. num. 29. & consil.* 138. Petr. Gregor *de concess. Feud. p. 1. q. 7. c. imperialis de prohib. Feud. alien. per Lothar. c. imperiales, de prohibit. Feud. alien. per Frideric.* Ant. Fab. *in Consult. de Ducat. Montisferrat pro Duc. Sabaud. part. 1. f.* 58 [Geil. 2. *observ* 55. *n.* 2 nec recipere debet diminutionem Matth. de Afflict. *decis. 2. num.* 2. adde Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 24. num.* 8.
45 Cum liberalitas Principis † freno non subsit, aut coërceri debeat, *l. pen. C. de donat. int. vir. & uxor. l. sancimus, §. exceptio, C. de donat. l. hac saluberrima, C. de præpos. agent. in reb.* Et ad Principem spectar, multa, magnaq; donare, §. *ut autem lex, in Auth. de non alienand. aut permut. reb. Eccles.* Tiber. Decian. *d. resp. 25 num. 60. & seq. vol. 1.* Nicol. Everh. Jun. *d. consil. 1. num.* 31. Indeque Imperator ipse
46 testatur, † Temerarium & absurdum fore, per astutam interpretationem beneficia Principum, non ad augmentum sed diminutionem convertere, *l. fin. circ. med. C. de præpos. agent. in reb.* Bald. *in l. un. §. cum autem, C. de caduc. toll.* Nicol. Reusner. *consil. 1. n. 55. lib. 1.* Ac proprium esse Regum & Principum munus, † de quam plurimis benè 47 mereri, inquit Philip. Comin. *lib. 2. Commentar. p. m.* 377.]

Tertiò, quæ de successore ex lege Regia dicta sunt, etiam procedunt in successore per modum electionis; † Quia nec is aliter, nisi prædictis 48 casibus tenetur, ad prædecessorum leges, facta, & contractus, Vult. 1. *Feud.* 10. *sub n. 16. & auctores supra allegati.* [In genere tamen & pro coronide notandum. † Quocunque successionis genere 49 quis in regno vel imperio succedat, ut semper *vid. Goedd. 4. consil. Marp. 16 n. 116. & seqq. & n.* 125. ubi quod hodie feuda Principũ Imperii censeantur hereditaria aut mixta quantum sine magna Reipubl. jactura fieri potest, venerationem præstet his, quæ ab antecessoribus constituta sunt. Atque inde laudatur Tiberius Cæsar, quod omnia facta, dictaq; Augusti, vice legis observarit, teste Cornel. Tacit. *lib. 4. annal.* Numa Pompilius, quicquid Legum ac rituum à Romulo antecessore traditum, in honorem auctoris, immotum reliquit, Dionys. Halycarnass. *lib. 2. antiquit. Rom.* Et hujus ratio exprimitur elegans, † *in c. ju-* 50 *stitia, 25. q. 1.* ubi dicitur: Si Princeps gesta & placita sua à successoribus observari cupit, conveniens est, ut & ipse prædecessorum suorum gestis atque placitis venerationem præstet, eaque observet & custodiat, Tiber. Decian. *d. consil. 25. nu. 47. volum. 1.* Nicol. Everhard. Jun. *d. consil. 1. n.* 31. Sic & Gregor. Magn. rescripsit: Si ea, inquiens, destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor sed eversor esse justè comprobarer, *c si ea, 25. quæst. 2.* Cui congruit illud Salvatoris: † Omnia quæcunque vultis, ut vobis fa- 51 ciant homines, eadem & vos illis facite, *Matth. 7. v. 12.* Et illa naturæ lex: Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Confer præter allegatos supra, Herman. Vult. 3. *consil. Marp. 35. n. 115. 116. & seq.* Ernest. Gothm. 2. *respons. 52. n. 231. & aliquot seqq.* Vid. Alex. Trentac. *variarum resolut. l. 3. tit. de pact. resolut. 1. n. 8.*]

CAPUT XI.
DE IURIBUS IMPERATORI competentibus.
SUMMARIA.

1. *Imperator Romanus ipso electionis jure, jura Principis acquirit.* 2. *Qua consistunt in summa & absoluta imperii potestate.* 3. *Absoluta potestas dici-*

tur, quod à nemine, nisi à Deo, & ad neminem, nisi ad Deum se referat.

4. *Iura Principis dicuntur Majestas.* 5. *Suprema jurisdictio, & potestas illa absoluta, est ipsa forma, & substantialis essentia Majestatis.* 6. *Aliquando dicitur potestatis plenitudo.* 7. *Reservata Caesarea.* 8. *Sacra sacrorum.*

9. *Majestas propriè & strictè soli Imperatori competit.* 10. *Nulli Principi tanta debetur Majestas, quanta Imperatori.* 11. *Imperialis fortuna omnes alias supereminet.* 12. *Omnia jura de Principe loquentia propriè Imperatori conveniunt.*

13. *In imperii conventibus nulli Regi Majestatis, sed saltem regia dignitatis titulus attribuitur.* 14. *Ferdinandus Romanorũ Rex Imperatori fratri Majestatem tribuit, sorori verò Reginæ Hungariæ non item.* 15. *Vox illa Majestatis in Germania nullibi, quàm in aula Imperatoris auditur.*

16. *Non impropriè tamen etiam aliis Regibus, populis, & civitatibus neminem nisi Deum recognoscentibus competit, qui suprema potestatis, ac Majestatis jura sibi vendicant.* 17. *Omniaq; Imperatori concessa, ipsi quoq; usurpant.*

18. *Rex Hispaniæ in suo regno Imperator dicitur.* 19. *Ratione hereditariæ successionis plus juris habere videtur.*

20. *Impropriè, & abusivè illis appellatio Majestatis tribuitur, qui jura regalia quidem habent, superiorem tamen recognoscunt, ut sunt Electores & Principes imperii.*

21. 22. 23. *Vocabula hac, propriè, non impropriè, Et non propriè, seu impropriè, plurimùm, & quomodo inter se differant.*

24. *Notanda singulares Romanorum Imperatorum denominationes.* 25. *Antiquitùs militum Duces Imperatoris nomen adipiscebantur; Iulio Cæsari deinceps tanquam peculiare summi imperii cognomentum tributum fuit.* 26. *Hoc ipsum usu postea accedente omnibus inviolatum permansit Principibus.*

27. *Cæsar Augustus dictus, quasi qui major esset homine. Ea qua maximo honore digna, & sacra sunt, Augusta dicuntur. Octavianus primus à senatu Augustus salutatus.*

28. *Hoc itidem nomen omnibus successoribus, tanquam summa potestatis sacrum, relictum fuit.*

29. *Augusti nomen unde dicatur.*

30. *Cæsaris nomen in successores derivatum, dignitatis imperialis axioma proprium, & solenne permansit. A Iulio Cæsare ortum habet denominatio ista.* 31. *Olim Reges Palæstinorum Abimelechi, Reges Ægyptiorum Pharaonis perpetuum nomen usurparunt. Hodiè Æthiopum Monarcha omnes Iohannes Belul, quod est pretiosus, communi nomine vocantur.*

32. *Iulium Cæsaris appellationem à cæso utero sortitum esse. Alii autumant, quod ex utero matris cæsus fuerit.* 33. *Alii à Cæsarie, cum qua natus. Alii ab oculis cæsiis, quos ultra humanum morem vigentes habuit, appellatum fuisse putant.*

IMperator Romanus, tanquam summus universi orbis Christiani Magistratus & caput, ipso electionis jure, † jura Principis nanciscitur 1
& acquirit. Jura autem Principis † consistunt in 2
summa & absoluta imperii potestate: Sicut summum est, supra quod poni nihil potest: ita etiam summa potestas dicitur, quam nulla alia in terris
præcellit. Dicitur etiam absoluta, † quasi in se 3
revoluta, quod à nemine nisi à Deo, & ad neminem, nisi ad Deum se referat, Novell. 18. *c. 4. in fin.* ibi, *hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui nobis imperii coronam imposuit.*

Et hæc jura Principis † uno verbo dici pos- 4
sunt Majestas, Dieter. *de summ. summ. imper. German. conclus.* 11. Suprema † namque jurisdictio 5
& potestas illa absoluta, est ipsa forma & substantialis essentia Majestatis, Carol. Mol n. *in consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 2 *gl.* 4. *nu.* 16. *&* 18. Covarruv. *practic. qq. cap.* 4. Quæ aliquando † potestatis 6
plenitudo dicitur, Bald. *in l.* 2. *C. de servit. & aqu.* Matt. *de jurisd. p* 4 *cas.* 195. *num.* 21. *& n.* 34. quod & in novissimis imperii constitutionibus usurpatur, die Römische Käyserliche Macht vnd Vollkommenheit/ Aur. Bull. tit. 3. R. A. zu Speyer / de Anno 1529. sub tit. Keyserl. constit. wie Brüder oder Schwester Kinder / etc. & sub tit. constit. wider die Widertäuffer / R. A. zu Augspurg/ de Anno 1530 §. Nach dem auch an etlichen Orten/ item reservata † Cæsarea die Käyserliche Hochheit vnd Re- 7
servaten/ R. A. zu Regenspurg/ de An. 1576. §. dardurch daß/ Cacheran. *decis.* 29. *numer.* 5. Molin. *ad consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 1 *gloss.* 5. *num.* 55. Roland. à Vall. *consil.*
42. *n.* 32. item sacra † sacrorum secund. Bald. *in c.* 8
intellecto, de jurejur. Everhard. *in loc. legal. à plenitud potestat.* in quæ nemo intromittitur, præterquam solus Imperator, Covarr. *d. c.* 4. *n.* 1. Molin. *d. loc.* Rol. à Vall. *consil.* 1. *n.* 134. *vol.* 2. Natt. *consil.* 636. *n.* 169. *& seq.*

Competit ergò Majestas † propriè & strictè 9
loquendo soli Imperatori, §. 1. *ubi Dd. instit. de publ. judic.* quia nulli Principi † tantam deberi 10
Maje-

Majestatem, quantam Imperatori dicit. Purpur.
in l. quicunq; numer. 116. ff. de offic. ejus cui mand. ju-
11 *risd.* Et imperialis † fortuna omnes alias super-
eminet, *l. cum multa in fin. Cod. de bon. qua liber.*
12 Proindeq; jura omnia † de Principe loquentia
propriè Imperatori conveniunt, Specul. *tit. de*
Appellat. §. videndum restat, in princ. lib. 2. & post
eum Sigism. Scacc. *de appell q. 16. limit. 1. n. 2. & ibi*
allegat.

Et inde etiam fieri puto, quod in imperii con-
13 ventibus † nulli Regi Majestatis, sed saltem re-
giæ dignitatis titulus attribuitur, die Königliche
Würde zu Böhem / Reichs Abschied zu Eßlingen / de Anno
1526. §. Und seynd diß die Churfürsten / die Königliche Wür-
de zu Hungern / Reichs Abschied zu Regenspurg / de Anno
1527. §. Und als die Wolgeborne / Item die Königliche Wür-
de von Engellandt / d. recess § Und als auff gehaltenen Tag
[die Königliche Würde in Hispanien / R. A. zu Erfurt / de
Anno 1567 §. Ferner zum andern. Item seine Ld. der König
in Hispanien / R. A. zu Augspurg / de Anno 1566. § Und
14 dieweil deren etliche.] Sic & Ferdinandus † Romano-
rum Rex Imperatori fratri Majestatem tribuit,
Sorori verò Reginæ Hungariæ non item, R. A.
zu Nürnberg / de Anno 1542. §. Darauff wir dann sampt
den Käyserlichen. [Et plerunque Reges in literis ad
Imperatorem datis, hoc modo eum affantur,
E. Käyserliche Majestät und Liebden: Cæsar verò tantum
prædicato, Ewer Liebden utitur.] Quamobrem vox illa
15 Majestatis † in Germania nullibi, quàm in aula
Imperatoris auditur, Arum. *de jur. publ, discurs. 7.*
p. 74. in fin.

16 Non impropriè † tamen & ad imitationem
Imperatoris, etiam aliis Regibus, populis & ci-
vitatibus neminem, nisi Deum, sive de jure sive
de facto superiorem recognoscentibus compe-
tit, qui in suis regnis & rebuspub. ad similitudi-
nem Imperatoris, supremæ potestatis & Maje-
statis jura sibi vendicant, Bart. *in l. hostes. ff. de*
captiv. & postlim. Matt. *de jurisd p. 1. c. 28. num. 16.*
Zas. *de Feud, p. 5. n. 4.* Rosenthal. *de Feud. c. 5. concl.*
10. gl. a. Vult. *de Feud. lib. 1. c. 5. num. 7.* Sixtin. *1. de*
regal. c. 4 numer. 15. & seq. [Cardin. Tusch. *practic.*
conclus. 337. verb. Rex potest in suo regno multa.]
17 quia omnia † Imperatori concessa, ipsi quoque
usurpant, Bart. *in l. 1. §. de qua restitutione, ff. de*
postul. Oldrad. *consil. 231.* Ludolph. Schrad. *de*
18 *Feud p. 4. cap. 1. num. 44.* Unde regem † Hispaniæ
in suo regno dici Imperatorem scribit, Barthol.
Bertazol. *consil. 366. num. 27.* Boër. *decis. 178. num.*
19 9. imò ratione hæreditariæ † successionis plus
juris habere videtur, Schrader. *d. loc, nu. 45.* Sixt.
d. loc, num. 17.

Impropriè verò vel non propriè seu abusivè
Majestatis † appellatio tribuitur illis, qui jura 20
quidem regalia & territorialia habent, superio-
rem tamen recognoscunt, quales sunt, Electo-
res & Principes imperii, quibus non nisi im-
propriè & abusivè Majestas tribui potest. [Sic &
olim Prætoris contempta Majestas vindicari di-
cebatur, *l. si familia. ff. de jurisd.*]

Observandum autem plurimum, inter se dif-
ferre † vocabula hæc: *Propriè, non impropriè, &* 21
non propriè seu impropriè. Propriè id dicitur, quod
secundum naturam rei dicitur, & quo nihil di-
ci potest significantius, & cum aliqua res specia-
li sibi nomine, & deinde etiam cum aliis com-
muni appellari potest, illud quod peculiarius si-
bi est, id ejus est proprium, cujus rei exemplum
habemus, *in l. 6. ff. de adulter.* ubi adulterium pro-
priè in nuptam committi dicitur. *Non impropriè*
† autem aliquid de aliqua re dicitur, quando ali- 22
quam habet similitudinem, analogiam & con-
venientiam cum propria nominis significatio-
ne, nec tamen propria est, cujus rei exemplum
desumi potest, *ex l. 1. §. si vir aut uxor, ff ad SCtm*
Syll. Non propriè † vel impropriè id dicitur, quod 23
proprietati dictionis illius, cui attribuitur con-
trarium est, cujus rei exemplum habemus, *in l.*
propriè, 83. de V. S. ubi JC. ait, propria bona dici
non posse, quę plus incommodi, quàm commo-
di habent, *ad d. l. 67. ff. eod tit. vid. in aliis termin. lo-*
quent. Forster. *de successf. ab intest. cap. 17. nu. 16. lib. 1.*

[Postremo loco non omittendæ, † singulares 24
Romanorum Impp. denominationes, multis an-
norum centuriis, in singularem supremæ Ma-
jestatis præeminentiam consecratæ, nulla inter-
ruptione interveniente, hucusque continuatæ
nullisq; aliis Regibus istâ solennitate unquam
attributæ. Et quidem primò, † quamvis anti- 25
quitùs, Duces militum, qui rem benè gesserant,
Imperatoris nomen adipiscebantur, Cornel.
Tacit. *lib. 3. annal.* ubi de Tiberio, quod confe-
cto bello, prisco erga Duces, qui rem benè gesse-
rant, honore, *Imperator à Legionibus salutatus sit:*
Julius tamen Cæsar, firmata sibi in Repub. pote-
state, hoc nomen alia ratione, ad summam sibi
in ea significandam potentiam, pro Regis vel
Dictatoris appellatione, quarum illa Bruti, hæc
Antonii Consulum Legibus sublata, & odiosa
erant, usurpavit. Onuphr. Panvin. *lib. 1. Roman.*
Princip. Quamobrem Imperatoris Nomen tan-
quam peculiare summi imperii cognomentum

ei tributum fuit. Dio *lib.* 43. Andr. Knich. *de autocrat.c.1.num.* 121. *& seq.* Petr. de Andl. *de Imper.Rom.lib.* 1. *c.* 7. Et notat singulatiter Panvin.
26 *d.loc.* † quod militum Duces hoc nomen adepti, aliis prænominibus id postposuerint, Julius verò Cæsar eo tanquam prænomine usus sit, hoc modo: IMPERATOR, CÆSAR, AUGUSTUS. Et hoc ipsum usu postea accedente, omnibus inviolatum permansit Romanorum Principibus.
27 Accessit deindè & hoc, † ut ex Munatii Planci sententia, Cæsar, Augustum se dici passus sit, quasi qui major esset homine, quod ea quæ in maximo honore digna & sacra sint, Augusta dicantur, Onuphr. Panvin. *d. lib.* 1. *Rom. Princip.* Quamvis Octavianus, qui primus Senatus voluntate, imperium singulare obtinuerat & auxerat, primus etiam à Senatu Augustus consalutatus sit, Petr. de Andl. *d. lib.* 1. *c.* 7. Et hoc iti-
28 dem Nomen, † propter Majestatem & dignitatem, omnibus successoribus, tanquam convenientissimum summæ & absolutæ potestatis factum, consectatumque relictum fuit. Hinc Sueton. *in Tiber.Cæsar.* & de eo inquit: Ne, AUGUSTI, quidem nomen, quanquam hereditarium, ullis nisi ad Reges, ad Dynastas addidit, e-
29 pistolis. Augustum autem, † vel ab augendo vel ab augurio, seu avium garritu, seu gestu, cui veteres Romani multa tribuebant, derivatum: hinc Ennius

Augusto augurio, postquam inclyta, condita Roma est.

Et Ovid. lib. 1. Fastor.

Sacra vocant Augusta patres, Augusta vocantur
Templa Sacerdotum, ritè dicata manu.
Hujus & augurium dependet origine verbi
Et quodcunq; sua Juppiter auget ope.

30 Similiter Cæsaris Nomen, † in successores derivatum, Dignitatis imperialis axioma, proprium & solenne permansit, nec ab aliis Regibus unquam usurpatum, Petr. de Andl. *de Rom. Imper. d. lib.* 1. *c.* 7. *add. quæ scripsi infr. hac class. & lib. c.* 14. *num.* 2. *& seqq.* Ortum autem habet illa denominatio à Julio Cæsare, primo Romanorum Imperatore, à quo in Augustum, quem Julius adoptaverat, quivè eo interfecto, in imperio succedebat, & postea in successores universos deri-
31 vata, Cario *in Chronic. lib.* 2. Sic & olim † Reges Palæstinorum Abimelechi: Reges Ægyptiorum Pharaonis perpetuum Nomen usurpasse ex sacris constat, *Genes. c.* 20. 26. 39. *& seqq.* Similiter Reges Latinorum cognomento Silvii, dicti, à Silvio Æneæ filio, Petr. de Andl. *lib.* 1. *de Imper. Rom cap.* 5. A quo & Romani originem petunt Dionys. Halycarnass. *Antiquitat. Roman. lib.* 1. Sic & hodie adhuc Æthiopũ Monarchæ omnes, Johannes Belul, quod est pretiosus seu altus, communi nomine vocantur, Phil. Nic. *de Regn. Christi, lib.* 1. *p. m.* 65. *in fin.* Unde autem Julius hãc Cæsaris appellationem primum sortitus sit, non eadem omnium est sententia. Constat illos qui cæso utero matris in lucem venerunt, Cæsares vel cæsones appellatos fuisse, teste Plin. *cap.* 9. *lib.* 7. Solin. *cap.* 4. *in Polystrate.* Et inde etiam quidam Cæsarem † ita appellatum autumant, 32
quod ex utero matris cæsus fuerit, ut vult Bald. *in proœm. ff. num.* 26. *versic. secundo, quæro, colum.* 2. Jas. *in l. quod dicitur, in princ. ff. de liber & posthum.* Cæpoll. *consil.* 50. *sub numer.* 4. *vers. nec repugnat, col. ult.* Quod tamen impugnat Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 9. *num* 24. ex ratione, quod legitur, matrem Julii Cæsaris fuisse vivam, quando is Pontificatum Maximum petiit, cui osculanti, cum ad comitia descenderet, prædixisse fertur, domum se, nisi Pontificem, non reversurum, referente Sueton. *in cap.* 13. eoque tempore mortua dicitur, quo iu Gallia bellum gerebat, ex eodem Suet. & Tiraq. probat Pacian. *all. modo loco*, Cuspinian. *in vit. Jul. Cæsar.* Cum vero experimenta non desint, quandoque partum ex utero cæsum, sine matris internecione, dubium est an illa Paciani ratio sufficiens sit ad impugnandam Baldi opinionem. Alii putant à Cæsarie † eum 33
qua natus: Alii ab oculis cæsiis, quos ultra humanum morem vigentes habuit, appellatum fuisse, ut refert Spartian. *in vit. Ælii veri, in princ.* Confer Johan. Lorin. *in Commentar. in lib. Numer. cap.* 6. *v.* 5.]

CAPUT XII.

DE SOLUTA LEGIBUS PRINcipis potestate.

SUMMARIA.

1. *Secundum excellentiam Imperatori Majestate tributâ, etiam tribuuntur ea, quæ Majestati sunt connexa, & consequentia. Consequens Majestatis est soluta legibus potestas.*

2. *Causa ordinat causatum, & effectus rerum ex causis colliguntur.*

3. *Nefas*

3. *Nefas est asserere, Imperatorem Romanum legibus solutum non esse. Non tamen promiscuè quibusvis.*

4. *Legibus divinis Principem solvere, planè impium. Inferior non est solutus legibus superioris.*

5. *Nec legibus naturalibus vitæ ac morum honestatem concernentibus solutus est Princeps. Tyrannus leges civiles mutare potest, jura verò naturalia prorsus tollere nullo modo potest.*

6. *Natura vinculum Principis autoritatem superat. Natura superior Principe. Ius naturæ potentius, quàm jus creaturæ.*

7. *Iure naturæ Princeps non considerandus ut Princeps, sed ut homo, hocq; respectu prorsus non est alienus à conditione humana.*

8. *Naturale jus, sicut & divinum superat omnes leges positivas humanas.*

9. *Princeps in contractibus jure privatorum utitur.*

10. *Princeps non ligatur lege legis, ligatur tamen lege conventionis. Ipse Deus ex conventione ligatur.*

11. *Principem ut mutuæ fidei vindicem, firmius arctiusq; obligari convenit.* 12. *Multoq; magis abstinere debet ab illicitis, quàm privatus.*

13. *Ad casum insolitum refertur, si Princeps conventionum est nescius.* 14. *Est & esse debet Princeps semper supremus æquitatis terminus.*

15. *Princeps semper de jure gentium contrahere velle præsumitur.* 16. *Ex contractu adeò obligatur, ut nec plenitudo potestatis, nec ulla urgens clausula eum eximat.*

17.18. *Legibus regni, fundamentalibus Princeps solutus non est.* 19. *Eumq; illis solvere, nihil aliud esset, quàm regni jura convellere, & imperium totum pessundare.*

20 *Pessimus Principibus dominatio; Egregiis libertas placet.*

21. *Leges merè civiles & positivæ quæ sint.* 22. *In his autoritas Principis & legislatoris pro ratione est.* 23. *Et sufficit in his statuentium arbitrium.*

24.58. *Legibus hisce merè civilibus, & positivis Princeps solutus est.*

25. *Populus translatâ omni potestate in Principem, eum legibus hisce solutum esse voluit.*

26. *Ex primordio tituli posterior formatur eventus. Quod mutatum non est, cur stare prohibetur?*

27. *Iuri Veteri tam diu standum, donec jus novum probetur.* 28. *Mutatio & correctio juris non præsumitur.* 29. *Res non facilè à suo principio degenerat.* 30. *Iuris correctio odiosa.* 31. *de Principis potestate disputare, sacrilegii instar.*

32. *Imperator in testando ad testamentarias, in judicando ad judiciarias solennitates precisè non adstringitur.* 33. *Ejus præsentia omnes solennitates supplet.* 34. *Quod fit coràm Principe, toto jure fieri intelligitur.*

35. *Princeps ordinem judiciarium de jure positivo introductum servare non tenetur.* 36. *Coràm Principe magis habet locum veritas, quàm rigor judiciorum.* 37. *Sententiam sine scriptis proferre potest.* 38 *Alterare, & præposterare juris ordinem.* 39. *Ferre sententiam non conformem libello.* 40. *Processum nullum vel injustum potest habere ratum, modò causæ meritâ sint justa, & super iis plenè & sufficienter cognoverit.*

41. *Curia Principis est Lex animata in terris. Multa summo Principi permittuntur, quæ ab aliis inferioribus judicibus fieri nequeunt.*

42. *Adhuc hodiè in aula Cæsarea ordo judiciarius in arduis causis non observatur.* 43. *Ejus ratio redditur.*

44. *Multa contra juris rationem ob tranquillitatem & concordiam recepta sunt.*

45. *Princeps demùm ratione publicæ utilitatis, & ubi ordo judiciarius esset perniciosus, præsumitur ordinem negligere.*

46. *Concedere privilegia summæ est, & legibus solutæ potestatis.* 47. *Imperator solus adhuc hodiè dat, & confirmat privilegia Regibus, Principibus, & aliis.* 48. *Concedit regalem dignitatem.* 49. *Potest dispensare contra jus commune, & confirmare actum de jure civili invalidum.*

50. *De jure communi viventis nulla est hereditas. Non entis nullæ sunt qualitates. Improbus esse censetur, qui de viventis hereditate cogitat.*

51. *Imperator pro conservandis illustribus familiis, earum pacta tuetur, & confirmat.*

52. *Causa hujus dispensationis est publica utilitas, & familiarum conservatio.*

53. *Publicæ utilitatis favore, ea quæ publicè utilia sunt, non includuntur in his, quæ de lege prohibentur.*

54. *Imperator omnia jura statuta, &c. quæ contra pacem & utilitatem publicam sunt, de plenitudine potestatis tollit.*

55. *Quoties Principi justa causa apparet, restitutionem in integrum, etiam post lapsum tempus decernere potest.*

56. *Sacrilegii instar est, leges violare, & negligere.*

57. *Imperator veniam ætatis concedere potest. Exemplo Ottonis Ducis Brunsvicensis, Christiani IV. Daniæ*

Daniæ Regis, Georgii Landgravii Hassiæ, Caroli Lotharingiæ Ducis.

59. *Princeps animata lex est, veri, germaniq́ juris viva effigies.* 60. *In dubio jure communi potiùs, quàm plenitudine potestatis uti præsumitur.* 61. *Et publicam utilitatem proprio commodo præferre.* 62. *Nec usquiam à jure communi recedere velle, nisi magna subsit causa.* 63. *Aut actus, quem gerit, aliter sustineri non possit.*

64. *Non omnes leges & Statuta Principi summo conveniunt.*

65. 66. 67. *Actu potestatis plenitudinem requirente, in dubio potiùs præsumitur uti voluisse plenitudine potestatis, ad hoc, ut actus valeat, quàm pereat.*

68. *Modò privilegia Principis non tendant in præjudicium tertii.* 69. *Ius alteri quæsitum Princeps auferre non potest.* 70. *Ita interpretanda beneficia Principis, ne cuiquam injuria inferatur.*

71. *Principum beneficia largissimè interpretanda.* 72. *Respicientia tamen præjudicium tertii, strictè interpretanda.*

73. *Imperator immunitatem à collectis Turcicis non nisi justissimis ex causis indulgere potest.*

74. *Imperator in rerum acquisitione jure privatorum uti semper præsumitur.*

75. *Iuris ratio non patitur, ut inde nascatur occasio injuriæ, unde jura oriuntur.*

76. *Princeps ex imperfecto testamento nihil capit.* 77. *Præsumitur velle, quod jura volunt.*

78. *Sublevandus potiùs quis, quàm prægravandus Principis autoritate.*

79. *Testamento non facto, vel non legitimè facto, hereditas ad legitimos successores pertinet.*

80. *Principe ex testamento non legitimè facto capiente, prægravantur heredes ab intestato venientes.*

81. *Intentio Principis talis esse præsumitur, qualis est legum candor, & juris naturalis æquitas.*

82. *Princeps potestatis potiùs, quàm tempestatis plenitudine utatur.*

83. *Qui tenent supremam potestatem, debent observare summam honestatem.*

84. *Rescripta contra jus elicita perindè habentur, ac si concessa non essent.*

85. *Princeps pro lubitu contra jus omne dispensare, & quadrata rotundis mutare non potest.*

EX quo Imperatori præeminenter & secundum excellentiam Majestas tribuitur, ne-
1 cesse est. ea etiã † tribui, quę Majestati sunt connexa & consequentia, *l. 1. ff. de jurisd.* Consequens autem Majestatis est soluta legibus potestas: Siquidem Majestas causa est solutę potestatis, quæ sine effectu esse & constitui non debet; quia cau-
sa † ordinat causatum, Sen. Socin. *cons.* 24. *n.* 11. 2
vol. 1. & effectus rerum ex causis colliguntur, *l.* 2. §. *fin. cum l. seq. ff. de don.* Geil. 2. *obs.* 1. *n.* 8. Quam-
obrem nefas esse puto asserere Imperatorem † 3
Romanum legibus solutum non esse. Hæc tamen assertio non promiscuè de quibusvis legibus intelligenda.

Nam leges divinas † morales quod attinet, iis 4
Principem solvere velle planè impium est, cum inferior non sit solutus ll. superioris. Ergò nec Princeps LL. divinis, juxta illud: Rex leget in libris legis omnibus diebus vitæ suæ & non deflectet ab eo, *Deuter.* 17. Sed faciet secundum omne quod scriptum est in eo, *Ios.* 1. *v.* 8. *Psal.* 1.

Idem judicium esto de legibus naturalibus, † 5
quæ vitæ honestatem morumq́ue integritatem concernunt. 1. quia hæ divina quadam providentia sunt constitutæ. §. *penult. instit. de I. N. G. & C.* & cum ipso genere humano à rerum Natura prodita, antequam vel Princeps vel Principatus esset, §. *singulorum*, 11. *institut. de rerum divis.* Hinc mater Dionysii Siciliæ Tyranni, cum conatus esset filius illi stuprum inferre, dixisse fertur: Tyrannum quidem leges Civiles posse mutare, sed jura Naturalia prorsus tollere nullo modo posse. [Mynsing *ad* §. *ult. nu.* 3. *instit. de jur. Nat. Gent. & C.* Et quantum ad mores formandos attinet, jus naturale à divino non discrepare, notat Oldendorp. *ant. Class. in præfat. de vid. jur. arg* §. *ult. inst. de jur. N. G. & C.*]

2. Quia Naturæ † vinculum Principis au- 6
ctoritatem superat, Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 7. adeoq; natura superior Principe, [Bald. *in c.* 1. §. *notandum, nu.* 2. *qui Feud. dar. poss.* ubi dicit, jus naturæ potentius esse, quàm jus creaturæ, Molin. *de primogen. Hisp. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 17. Joh. Oldendorp. 2. *consil. Marp.* 3. *num.* 13. ubi dicit, sole clarius esse, quod Imperator subjectus sit juri naturali, hoc est, Deo omnipotenti, qui jus naturale cum genere humano produxit, *l.* 1. *ff. de acquir. rer. dom.* vid. etiam Jacob. Schultz. *quæst.* 70. *nu.* 138 *& seqq. part. l.* 2.]

3. Quia respectu juris naturalis Princeps non
† considerandus, ut Princeps, sed ut homo: [Et 7
hoc respectu prorsus non est alienus à conditione humana, ceu Principum & Regum sapien-
tissimus

tissimus monet Salomon *Sapient. 7. v. 1. & seqq.*]
adeoq; licet Princeps solutus sit lege positiva, nō
tamē est solutus dictamine rectæ rationis, Bald.
in l. 2. C. de servit. & aq. Hieron. Schurff. 1 *cons. 59.*
num. 7. [Est enim animal rationale, Rol. à Vall.
consil. 1. nu. 27. & 28. lib. 2. Parif. *consil. 1. n. 8.* Regn.
Sixtin. *consil. Marp. 9. n. 76. & seq. vol. 1.* Et natura-
8 le jus, sicut & divinum † superat omnes leges
positivas humanas, *c. non licet Imperatori distinct.*
10. Menoch. 2. *arbitr. cas. 421. n. 81.* Ergò & illam,
quæ dicit Principem solutum esse Legibus, ut &
ipsam Legem Regiam, qua latâ, populus omne
jus in Principem contulit, vid. Jac. Schult. *quæst.*
70. n. 134. & seqq part. 2.]

Idem de jure gentium, [quod multo fortius
& potentius est facto Principis, Decian. *resp. 123.*
n. 73. Regner. Sixtin. *consil. Marp. 14. n. 110. vol. 2.*]
quo conventionum fides, pacto & contractus ni-
9 tuntur, sentiendum; tum quia in contractibus †
Princeps jure privatorum utitur, Bald. *in l. ex im-*
perfecto, C. de testam. Covart. *pp. qq. c. 19. nu. 3.* Petr.
Greg. Tolosan. 8. *de republ. c. 8.* Zas. *ad l. 2. §. eodem*
tempore, num. 21. de orig. jur. [Caspar. Anton. Thes-
saur. *quæst forens. 100. n. 16. lib. 1.* Geil. 2. *obs. 55. nu. 7.*
Gylman. *in symphorem. supplic. part. 1. tit. 2. sub nu.*
10 134. *fol. 102.* Quamvis enim Princeps † non lige-
tur lege legis, tamen ligatur lege conventionis,
alias nemo secum contraheret, inquit Bald. *in*
l. 1. ff. de constit. Princip. & in l. Princeps, ff. de legib.
quem ad hoc allegat Anton. Quett. *consil. 12. nu.*
6 & seq. add. Vulr. 3. *consil. Marp. 35. num. 114.*
Imò quod ipse Deus ex conventione ligaretur,
ex Magistr. sentent. scripsit Bald. *in l. 1. in princ. ff.*
de pact. Tiber. Decian. *resp. 2. nu. 100. vol. 1.*] tum
11 quia Princeps mutuæ † fidei vindex, ideoque
firmius arctiusque eum obligari convenit, Bod.
1. *de repub. cap. 8 pag. 156. & seqq.* Multoque magis
12 † debet abstinere ab illicitis quàm privatus, *l.*
pen ubi idem Bald. *C. de hered. instit.* adeò ut vel
sola mutatio voluntatis in supremo Principe, vi-
deatur indigna ejus Majestate. Anton. Faber. *in*
Consultat. de Ducat. Montisferr. part. 1. fol. 11. Unde
13 ad casum † insolitum refertur, si princeps con-
ventionum sit nescius, Alexand. 3. *cons. 97.* Cyn.
in l. rescripta, C. de precib. imper. offer. [Est enim &
14 esse debet † Princeps semper supremus æquita-
tis terminus, Bald. *in tit. de Pac. Constant. §. si qua*
vero civitatum, versic. bona fide. Herman. Vulr. *con-*
sil. Marp. 35. n. 88.] Quamobrem semper de jure
15 gentiū † contrahere velle præsumitur, ut in ter-
minis de pactis inter Regem Francorum & Re-
gem Angliæ dicit, Bald. *in l. digna vox in fin. &*
ibid. Bart. num. 2. C de legib. Matt. *de jurisd p. 1. c. 34.*
num. 2. Et quod Princeps † ex contractu cate- 16
nus obligetur, ut nec plenitudo potestatis, nec
ulla urgens clausula eum eximat, dicit Philipp.
Dec. *cons. 151. colum. 3. qui alleg.* Bald. Castrens. &
alios, Ancharan. *cons. 65.* Socin. *cons. 164. quos al-*
leg. Zas. 1. *cons. 10. n. 6.* Hieron. Schurff. *cons. 50. n. 4.*
[Et hanc communem esse omnium jurisperito-
rum opinionem testatur post alios Chassan. *de*
glor mund. part. 5. consider. 36. Matth. de Afflict. *de-*
cis. 282. n. 7. Idq; multorum auctoritate firmat &
declarat Alex. Trentacinq. 3. *resolut. tit. de pact.*
resol. 1. n. 1. & seqq. Johan. Azor. *instit. moral. lib. 5.*
cap. 11. vers. in hac itaq; controversia part. 1.]

Sunt præterea leges regni, † quæ fundamen- 17
tales dicuntur, exinde quod per has fundamen-
ta Reipubl. & consociationis civilis colligantur,
hoc est, per quas Princeps tanquam caput, im-
perii proceribus tanquam piis membris unitur
in modo regiminis & administrationis publicæ.
Hisce legibus, cum eas in ingressu regni † Prin- 18
ceps, antequam confirmetur, mutua cum pro-
ceribus conventione & jurejurando interposito
servare promittat, solutus non est, quia hisce,
tanquam arcta catena & spiritu quasi vitali Rei-
publ. nervi continentur. Ideoque fundamentali-
bus † & dominandi legibus Principem solvere, 19
nihil aliud esset quàm regni jura convellere, ca-
put à membris avellere, & imperium totum pes-
sundare. [Quod Bonus & Pius Princeps neque
optat neque intendit, † Pessimis Principibus 20
velut sine fine dominationem: ita egregiis, Mo-
DUM LIBERTATIS, placere, scribit Cornel.
Tacit. *lib. 20 annal. p. mihi 723.*] Aliud verò di-
cendum est de legibus merè civilibus & positi-
vis. Sunt autem leges merè † civiles & positi- 21
væ, quæ ab omni necessitate & probabilitate ra-
tionis naturalis sejunctæ sunt, ut cum ex tem-
porum spaciis actus legitimos vel metimur vel
decidimus, Zas. *in parat. nu. 11. ff. de postul.* tales et-
iam sunt leges de solennibus testamentorum,
quoad 7. testes, signa & subscriptiones cum si-
milibus. In his namq; auctoritas † Principis & 22
legislatoris pro ratione est, *arg. l. puto junct. l. 1. §.*
initium, ff. de postul. ubi justa ætas putatur 17. an-
norum fac. R. A. zu Nürmberg / de Anno 1524. §. vnd soll
das Persönlich sitzen / ibi: Auch 13. Wochen für ein viertel
Jahr gerechnet werden. Et sufficit † in his si statuen- 23
tes di-

tes dicant, hoc justum esse arbitramur, ut ex Francisc. de Seal. dicit Bald. *ad d. l. t.*

24 Quoad has itaque leges † supra tradita assertio, Principem legibus solutum esse, procedit. In
25 primordio † namque Principatus Romani, populus translata omni potestate in Principē, eum legibus hisce solutum esse voluit, *l. Princeps. ff. de legib.* & supra omnes ll. auctoritatem obtinere, *Nov. 105. c. 2. in fin.* ita ut quæcunque ex usu Reipub. essent, liberè agere posset, *§. sed & quod Principi & ibi* Mynsing. *& Dd. instit. de jur. Nat. Gent. & Civ.* [Et de Romulo scribit Tacitus: Nobis Romulus, ut libitum imperitaverat, *lib. 3. annal*]
26 Ex primordio † autem tituli posterior formatur eventus, *l. un. ubi g' off. C. de imponend. lucrat. descript. l. potior, l. qui balneum, ff. qui potior. in pign.* Cravett. *conf. 1000. n. 33.* Roland. à Vall. *consil. 76. n. 20.* Et quod mutatum non est, quare stare prohibebitur, *l. sancimus, 17. C. de testam.*

27 Nulla autem lex † nulla constitutio extat in cōtrarium, ideoque juri veteri tam diu standum, donec novum jus probetur. Mutatio †
28 namque & juris correctio non præsumitur, *l. 1. §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cog. l. eum qui, ff. de probat.* Menoch. *1. præsumpt. 9. num. ult.* tum
29 quod non facile à suo principio † res degeneret, D. Petrin. Bellus. *de re utilit. part. 10. tit. 2. nu. 34.* Johan. Gœdd. *in respons. jur. de restitut.* Baton. Val-
30 lend. *nu. 280.* tum quia † juris correctio odiosa, *cap. 1. in fin. de fil. presb. in 6.* tum quia de Principis
31 † potestate disputare sacrilegii instar est, *l. disputare, C. de legib.*

32 Quis enim adhuc assereret † in testando ad testamentarias, in judicando ad judiciarias solennitates Imperatorem præcisè adstringi, Zas. *ad d. l. Princeps, num. 3. ff. de legib.* Geil. *1. observ. 42. num. 1. & 1. obs. 56.* Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. cap. 5.*
33 *nu. 41.* quia ejus præsentia † omnes solennitates supplet, *l. omnium. Cod. de testam.* Innocent. *in c. 1. de lit. contestat.* Roma. *in l. si quis arbitratu, col.*
34 *3. ff. de V. O.* Et quod fit coram † Principe, toto jure teste fieri intelligitur, *d. l. omnium. 19. illis verbis:* qui nobis mediis & toto jure teste succedit, Anton. Fab. *in consultat. de Ducat. Montisferr. pro Duce Sabaud. part. 1 p. 30.* Et propterea ordinem
35 judiciarium † de jure positivo introductum servare non tenetur, Felin. *in c. in causis, x. de re jud.* Jas. *in l. certum, colum. penult. C. und. legit.* Bald. *in c. 1. si de investit. lis oriatur.* Thessaur. *decis. 15. nu. 3.* proindeq; in Majestatis suæ consistorio neglectis juris apicibus ex æquo & bono proceditur, quemadmodum tradunt interpretes uno quasi ore omnes, Zas. *in d. l. Princeps, numer. 3. ff. de legib.* Andr. Geil. *1. obs. 42. num. 1. 2. 3. & obs. 87. numer. 6.* Tob. Paurmeister. *lib. 2. de jurisdict. imper. Rom. c. 5. num. 41.* Nicol. Everhard. Jun. *consil. 63. n. 31. vol. 1.*
quia coram Principe † magis habet locum ve- 36
ritas, quàm rigor judiciorum, Bald. *in l. rescripta, C. de precib. imper. offer.* ideoque sententiam sine
scriptis † proferre valet, Bart. *in extravag. ad* 37
reprimendum super verb. de plano, Restaur. Castald. *de Imperat. q. 110. num. 18.* Don. Gars. Mastrill. *de*
Magistratib. lib. 3. c. 4. num. 6. potest alterare † & 38
præposterare juris ordinem, Bart. *& alii, in l. naturaliter, §. nihil commune de acquir. poss.* Thessaur.
decis. 15. [Potest ferre sententiam † non confor- 39
mem libello, Asin. *in prax. judic. §. 3. c. 6. nu. 4.* per ea quæ notat Bartol. *in l. Æmil. ff. de minor.* Sixt.
2. consil. Marp. 14. n. 45.] potest de plenitudine † 40
potestatis habere ratum processum nullum vel injustum ex defectu ordinis & modi procedendi, modò causæ merita sint justa, Felin. *in c. in causis, colum. pen. ad fin. vers. similiter dicit Abbas, de re judic.* Don. Gars. Mastrill. *d. loc. n. 37.* [Et super iis plenè & sufficienter cognoverit, M. Anton. Natt. *consil. 18. n. 5.* Hinc Speculat. *lib. 2. part.*
1. rubr. de Fer. §. 1. nu. 9. dicit: † Quod nulla lex 41
possit curiam Principis coarctare, cum illa sit Lex animata in terris, *per Authent. de consulibus, §. pen. in fin.* Et multa summo Principi permittuntur, quæ ab aliis inferioribus judicibus fieri nequeant, *l. 1. § quæstioni & §. ult. ff. de quæst. l. Divi fratres & utrobiq; Dd. ff. de pœn.* Sixt. *2. consil. Marp. 14. n. 49. vol. 2.*]

Et quod † adhuc hodie in aula Cæsarea ordo 42
judiciarius in arduis causis non observetur, quotidiana experientia satis abundeq; testatur, adeoq; sæpè lapsis & purificatis terminorum præjudiciis, novi termini conceduntur, altera etiam parte reclamante. Cujus rationem reddere so-
lent, quod Imperator † in arduis illis & gravissi- 43
mis causis, inter personas illustres & imperii status ac proceres vertentes, procedat tanquam pater inter filios non attento juris rigore, sed potius imperii tranquillitate, pace & concordia, ut motus & turbæ evitentur, fac. R. A. de Anno 1532. in pr. ubi Carol. V. inquit: Nach dem unser Gemüth/ Meinung und Begierd für allen andern allezeit sonderlich dahin gestanden/ und noch/ daß wir gern thun alles dasjenige/ so unser Kayserlichen Höhe unnd Ampt zustehet/ auch unsers besten unnd höchsten Vermögens/ alles fürzunehmen

geneigt

gedeiet/das zu Wolfahrt guter Ordnung / Fürstand deß H. Römischen Reichs / der löblichen Teutschen Nation / dienen vnd fruchtbar seyn mag. Add. R. A. de Anno 1548. in
44 pr. & passim. Multa namque † contra juris rationem recepta esse ob solam pacis cōservationem, tranquillitatem & concordiam, constat *l. hoc modo*, 64. §. *fin. ff. de condit. & demonstrat. l.* 3. *Cod. de Primipil.* Bart. *in l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib.* 11. Zas. 2. *consil.* 1. *num.* 23. imò pro beneficio habendum, si aliquid ratione pacis & quietis contra jus factum sit, ut dicit Bald. *in tit. de Pac. Constant.* §. *hoc quoq; nos ad fin. fac. gloss. c. hoc*
45 *quippe*, 3. q. 6. Et ita etiam superius tradita † Dd. limitant, quod Princeps demum ratione publicę utilitatis, & ubi solennitas, rigor & ordo judiciarius esset perniciosus, præsumatur ordinem negligere, D. de Pont. *dec.* 33. *n.* 19. Menoch. *consil.* 2. *n.* 118. *vol.* 2.

46 Præterea concedere privilegia † est summæ & legibus solutæ potestatis, Crivet. *co. fil.* 640. *nu.* 2. *consil.* 973. *numer.* 19. *post gloss. in c. decet, de reg. jur. in* 6. Vals. *illustr. controv. c.* 1. *num.* 6. *& seq.* Cacheran. *decis.* 116. *numer* 5 & 11. Boër. *decis.* 178. *num.* 8. Borcholt. *de Feud. c.* 5. *num.* 37. [Herm. Vult. *consil.*
47 *Marp.* 35. *num.* 107.] Imperator autem solus † adhuc hodie dat & confirmat privilegia Regibus, Principibus & aliis, *Aur. Bull. tit.* 8. & *tit.* 11. *l.* 1. §. *fin. l.* 3. *ff. de constit. Princip.* Roland. à Vall. *consil.* 4. *num.* 47. *volum.* 3. Natt. *consil.* 636. *nu.* 135. Schon-
48 borner. 5. *Polit. c.* 16. & cui is concessit † regalem dignitatem ac potestatem exercendi, Principis jura, quoad subditos in suo territorio, Bart. *in l. infamem*, 14. *ff. de public. judic.* Zas. 1. *consil.* 1. *numer.* 21. Schurff 3. *consil.* 18. *num.* 2. Geil. *de pignor. cap.* 6. *numer.* 10. Knich. *de sublim. & reg. territ. jur. cap.* 1. *num.* 179.

49 Potest dispensare † contra jus commune, & confirmare actum de jure civili invalidum, cujus rei exemplum habemus in confraternitatibus & pactis successoriis illustrium personarum & familiarum. Nam quamvis de jure communi
50 viventis † nulla sit hæreditas, *l. hæreditas*, *Cod. de pact. convent.* adeoque de ea pacisci fas non sit, *l. pactum, l. licet, & l. fin. C. de pact. l. fin. de suis & legitim. l. stipulatio hoc modo cum similib. de V. O.* tum quod non entis nullæ sint qualitates, *l.* 1. *ff. de injust. rapt. irrit. fact. testam.* tum quia ejusmodi pacta sunt contra bonos mores, & adimunt liberam testandi facultatem, *d. l. pactum, C. de pact. l. fratres*, §. *idem, ff. pro soc.* inducunt votum captandæ mortis & sunt plena tristissimi & periculosissimi eventus, *d. l. fin. C. de pact.* adeoque improbus esse censetur, qui de viventis hæreditate cogitat, *l.* 2. §. *interdum, ff. de vulg. & pupill. substit.* attamen Imperator † pro obtinenda pace & concordia ac conservandis illustribus familiis, ejusmodi illustrium familiarium pacta tuetur & confirmat tollendo jus commune, ut formula Imperatoriæ confirmationis in pacto confraternit. illustriss. S. DD. & LL. H. ostendit, quæ ita habet: Vnd darauff daß solche mit Erbschafft Gemeinschafft / Sammungen / ewige Brüderschafft vnnd Einungen/ewiglichen / stet/ fest vnnd unzubrochen bleiben / in allermassen/als darvor begriffen ist / so sehen / erkennen vnnd leutern wir/mit gutem Vorrath / rechtem Wissen / mit Käyserl. Gesetze/ das ewiglich taugen soll / vnnd auch von Käyserlicher Macht/Vollkommenheit / daß alle vnnd jegliche vnsere Vorfahren an dem Römischen Reich/ Römische Käyser vnd Könige / beschriebene vnnd vnbeschriebene Rechte / Gesetze/ Behaltungen/ Vbung vnd Gewonheit der Landen / vnd alles was den den vorigen Partheyen oder ihren Mannes/ Leibs / Lehens Erben/ Erbens Erben vnd Nachkommen / besampt oder besonder ewiglichen als darvor begriffen ist / durch Gewonheit/Behaltunge oder Sitten ihr beyder Fürstenthumben vnd Landen / oder sonsten dahin weisen an allen oder jeglichen der vorgeschriebenen Articuln vnd Puncten/ nun vnd hernach in ewigen zukünfftigen Zeiten / einigerley Hinderung / Irrsal oder Schaden bringen möchten / als ferine sie solche obgeschriebene Sachen vnnd Stücken ewiglich antühren mögen/ vntüglichen / vnkräfftig vnd vnmächtig seyn vnnd bleiben sollen/vnd obgenanten Partheyen vnd deren Erben vnnd Erbes Erben ewiglich keinen Schaden bringen sollen oder mögen/ in keine Weise. [Confer Bernhard. Giæv. *pract. concl.* 1. *n.* 52. *lib.* 2.] 51

Dictum autem est causam hujus dispensationis † esse publicam utilitatem & familiarum 52 conservationem, quæ ratio *in d. confirmat. Carol. IV.* his verbis exprimitur: ibi, vnnd sonderlich/daß dasselbe H. Römische Reich mit Besserung vnd Einmütigkeit seiner Fürsten fertiglichen gemehret vnnd gestercket werde. Tantus enim publicæ † utilitatis favor 53 est, ut ea quæ publicè utilia sunt, non includantur in his, quæ de lege prohibentur, Jason *in l. cætera*, §. *sed & si quis de legat. qui alleg. l. si quis in gravi.* §. *utrumq; ff. ad SCtum Syll.* Bart. *in l. quemadmodum, C. de agricol. & censit.* Imò Imperator † omnia jura, statuta, privilegia, pacta & fœdera, quæ contra pacem & utilitatem publicam sunt, de plenitudine potestatis tollit. [Tiber. Decian. *resp.* 19. *n.* 153. *vol.* 3.] R. A. zu Wormbs/ de Anno 1521 sub tit. Ordnung deß Landfriedens / §. Wir setzen auch hindann alle vnd jegliche Gnad / Privilegia / Freyheit / Herkommen / Bündnüß / auß Römischer Käyserlicher Macht vnd Vollkommenheit / R. A. zu Augspurg / de Anno 1530. §. Vnd nach dem wir in vnserm / & §. Vnnd meinen/ 54

T setzen

ſetzen vnnd wollen / ibi: vnangeſehen aller anderer Abſchied/ & in § Nach dem auch præcedent ibi: Meinen wir / auß Käyſerlicher Macht vnnd Vollkommenheit / daß alle vnd jede Ordnung / Statut / Satzung / etc. todt / krafftloß vnnd nichtig ſeyn ſollen / Reichs Abſchied zu Augſpurg / de An. 1551. Vnd nach dem newen / ibi: ſo wollen wir alle Ordnungen / Gebräuche / Gewonheiten / etc. ſo dieſer Ordnung zu wider / auß Röm. Käyſ. Macht vnd Vollkommenheit / rechtem Wiſſen / vnnd eigener Bewegnuß hiermit auffheben / abthun / caſſiren vnnd vernichten.

55 [Similiter iis caſibus, † quibus ſive ob lapſum temporis, ſive alia ratione lex civilis, teſtitutionem in integrum denegat, ſemper intelligitur excepta ſuprema Principis auctoritas & poteſtas, ita ut quoties eidem juſta cauſa appareat, nihilominus reſtitutionem decernere poſſit, per ea quæ tradit Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judicat. lib. 2. tit. 32. defin 2. num. 6. & 7.* quia jure poſitivo non ligatur, ſed ei licitè derogare poteſt, ut poſt alios etiam ſcribit Andr. Geil. *2. obſ. 117. num. 7.*]

Diſpenſare autem ita contra leges, & jus com-
56 mune tollere non poſſet Imperator, † ſi legibus ſolutus non eſſet, quia ſacrilegii inſtar eſt leges violare & negligere, *l. ſacrilegii, 5. C. de diverſ. reſcript. l. 1. C. de crim. ſacril.*

57 Pariter Imperator veniam ætatis concedere † poteſt, *l. 1. & tot. tit. C. de his qui ven. ætat impetrar.* quod adhuc hodie in viridi obſervantia uſurpatur. [Wenceslaum Imperatorem Anno 1398. Ottoni Duci Brunſvicenſi, Ottonis filio, veniam ætatis hiſce formalibus conceſſiſſe: Wir haben dem Hochgebornen Otten Hertzogen zu Braunſchweig / vnſerm lieben Oheimen vnd Fürſten / die Jahre gegeben / alſo daß er mündig ſeyn / vnd ſeine Hertzogthumb vnd Lande ſelbſt verweſen / jhme ſelber Räthe kieſen / vnnd Helffer nehmen ſoll vnd mag / teſte Hering. *de Fidejuſſor. cap. 7. n. 109. & numer.* 110. ubi quod moderno Daniæ Regi Chriſtiano IV. ætatis ſuæ Anno 17. glorioſiſſimus Imperator Rudolphus II. per ſolenne decretum ætatis veniam indulſerit 26. Aprilis Anno 1593. Sic & modernus inviĉtiſſimus Imper. Ferdinand. II. ad petitionem quondam Illuſtriſſimi & Celſiſſimi Principis, Domini LUDOVICI Haſſiæ Landgravii, inclytæ recordationis, filio ejuſdem primogenito, Domino GEORGIO Haſſiæ Landgravio, &c. Domino meo Clementiſſimo, ejuſque Liberis, & deinceps omnibus ex corpore Domini impetrantis deſcendentibus heredibus, maſculis, ad quos juxta familiæ ſtatutum regimen Principatus perventurum eſt, hoc privilegium conceſſit, ut quilibet ex illis, quem ordo ſucceſſionis ad regimen admittit, quamprimum 18. ætatis annum adimpleverit, ad inſtar Electorum adminiſtrationem principatus ac ſi legitimam ætatem complevisset, ſuſcipere poſſit, ſublatis ex plenitudine poteſtatis, omnibus in contrarium diſponentibus juribus & ſtatutis, idq; privilegium ita conceſſum & Aurea Bulla adpenſa roboratum fuit 18. Novemb. Anno 1615.] Pariter Carolum Lotharingiæ Ducem poſtulatum Epiſcopum Metenſem indultum veniæ ætatis ad conſequendam inveſtituram & adminiſtrationem Epiſcopatus, ſuperioribus annis in aula Imperatoris Pragæ, impetraſſe conſtat, Thom. Michaël. *de juriſdict. concl. 32.* Ex quibus præter alia ſatis patet, adhuc hodie Imperatorem † legibus ſolutum eſſe merè civilibus & 58
poſitivis.

Verùm cum Princeps † animata ſit lex, Nov. 59
105. c. 2 *in fin.* Geil 1. *obſerv.* 42. *nu.* 3. fons juſtitiæ, *Clement. unic. de probat,* [*gloſſ. notab. in l. relegati. 2 verb. ex aliqua, ff. de pœn,* Geil. 2. *obſ.* 35. *ant. n.* 5. & *obſ.* 58 *per tot. & ibid.* Græv.] juris cuſtos, *l. fin. de legib.* juris amicus, *l. 3. Cod. de precib. Imper. offer.* legum ſervus, *l. digna vox, Cod. de legib.* ac veri germanique juris viva effigies, Zaſ. 2. *conſil.* 10. *nu.* 15.
in dubio † jure communi potius, quàm pleni 60
tudine poteſtatis uti præſumitur, *l. 43. de vulg. & pupill ſubſtit. l. 35. C. de inoff. teſtam. l 4 C. de legib.* Hartman. Piſtor. *lib 2. p. 2. quæſt. 20. num. 21. & ſeq.* Bald. *in l. bene à Zenone, C. de quadrienn. præſcript.* Schrader. *conſ 19. num. 46. vol. 1.* Sixtin. *de regal lib. 1. c. 5. n* 47. Menoch. *præſumpt. 12. num. 1. 2.* & pu-
bl. eam utilitatem † proprio commodo præfer- 61
re, R. A. de Anno 1548. in pr. ibi: den gemeinen Nutzen dem vnſerigen vorgeſetzt / [neq; enim omnia quæ licent, expediunt juxta doctrinam Apoſtoli 1. *ad Corinth.* 10. *v.* 23.] nec uſpiam à jure
communi recedere velle, niſi magna † ſubſit cau- 62
ſa, Neviz. *in ſylv. nupt lib. 6 n.* 57. Alex. *conſil. 2. nu.* 6 [Mynſing 4. *obſerv.* 8. *n.* 3.] & ratio tuendæ majeſtatis vel publicæ utilitatis id flagitet, aut actus
† quem gerit, aliter ſuſtineri non poſſit, Ca- 63
ſtrenſ. *ad l. 3. & ibi Dauth. C. de teſtam.* Dn. D. Gothofred. Ant. *affinis meus p. m honorandus in diſp. Feud.* 1 *th. 1. lit. b.*

[Nec etiam omnes Leges & Statuta † Princi 64
pi conveniunt ſupremo per tradita, Joh. Oldendorp. *Claſſ. 1. act. 1. verſ. omnes enim hodie magiſtratus, & c & verſ ſeq.* Nec etiam omnes leges poſſunt accommodari omnibus, neq; Reipub. utile foret,

fore, eum omnibus omninò legibus adstrictum fore.]

66 Si enim actus potestatis plenitudinem † requirat, tunc in dubio potius præsumitur uti voluisse plenitudine potestatis ad hoc ut actus potius valeat, quàm pereat, Castrens. *cons.* 114. *num.* 5. *vol.* 1. *quam alleg.* Geil. 2. *obs.* 142. *nu.* 16. [Bernh. *Græv. practicar. conclus.* 56. *consid.* 3 *lib.* 2.] utputa si pro utilitate Reipub. veteres leges abrogandæ, & utiliores promulgandæ, legibus soluta potestate utitur, aliàs eas abrogare non posset. Similiter, quando alicui ex certa causa ætatis veniam concedit, *d. l.* 1. & *tot. Cod. de his qui æt. at. ven. impetrar.* utitur plenitudine potestatis; Quia ille actus aliter sustineri non posset contra leges posi-

67 tivas. Idem est † si aliquem propter singularia merita jure cōmuni eximat & privileg is ornet, *l.* 1. §. *fin l.* 3. *ff. de constit. Princip* §. *sed & quod Princeps, vers. planè & ibi Dd instit. de I. N. G & C.* ma-

67 ximè † si ex certa scientia & plenitudine potestatis concessio facta sit ob bene merita præcedentia. Jason *in l. ex hoc jure, vers. quartus notabilis effectus ff. de just. & jur.* Menoch. 2 *præsumpt.* 13. *num.* 4. quam nec absentis ignorantia, nec præsentis moratur contradictio, per ea quæ tradit Roland. à Vall. *consil.* 4. *num.* 47. *vol.* 3. Natt. *cons.* 65 *num.* 135. modò ejusmodi privilegia Princi-

68 pis non tendant † in præjudicium tertii, eum nec adjiciendo clausulam motu proprio tertio præjudicare velle præsumatur, *arg. l nec avus, C. de emancip liber. l rescripta, C. de precib imper. offer.* Mynsing. *consil.* 19. *num.* 13. [& *obs.* 8. *num.* 5. *cent.* 4. Marpurg. 2. *consil.* 26. *num* 52. & *seq.*] quia jus

69 alteri quæsitum † Princeps auferre non potest, per ea quæ pulcrè tradit Zas. *d. cons.* 10. *num.* 7. 8. & *seqq. fac. c. si motu proprio de præbend. in* 6. Bald. *in cap. ad audientiam de rescript.* Geil. 2. *obs.* 1. *n.* 14. & 56. *n.* 2. [*Et obs.* 66. ibique Græv. Caspar. Anth. Thessaur. 1 *quæst forens.* 100. *n.* 14.] & ita interpre-

70 tanda † beneficia Principalia, ne cuiquam injuria inferatur, Ant. Fab. *in C. rerum in Sabaud. jud. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 22.

71 Et quamvis aliàs Principum † beneficia largissimè interpretanda, *l fin. de constit. Princip. l. ex facto, in princ. de vulg & pupill. substit.* quatenus ta-

72 men † respiciunt præjudicium seu damnum tertii, debent strictè interpretari, *text. in l.* 40. *ff. de administr. tut. gl. in l fin. de Constit Princ. per text. in l.* 2. §. *meritò*, & §. *si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ.* Schrader. *de Feud p.* 4. *c.* 1. *n.* 31.

Fuit aliquando † disputatum, an Imperatori 73 fas sit immunitatem à collectis Turcicis pro placito petentibus indulgere? Et quidem cum harum remissio universo præjudicet imperio, eam non nisi justissimis ex causis admittendam opinatur, Thom. Mich. *de jurisd. concl.* 27.

In propria porrò utilitate † & rerum acquisitione, jure privatorum communi uti semper 74 præsumitur, neq; in his voluisse quicquam credendus est, quod velle justè non potuit, *l. si quando*, 35. *Cod. de inoffic. testam.* [*Fac. l.* 2. §. *meritò*, & §. *si quis à Principe, ff ne quid in loc. publ.* Geil. 2. *obs.* 55. *num.* 7.] Neque juris † ratio patitur, ut inde 75 nascatur occasio injuriæ, unde jura oriuntur, *l. meminerint, Cod. unde vi*, Anton. Fab. *in C rerum in Sabaud. judic. lib.* 1. *tit.* 11. *de fin.* 1. *nu.* 4. Et ita accipiendum esse puto, † quod ex imperfecto te- 76 stamento non capiat, *l. ex imperfecto, C. de testam.* quia Princeps justitiæ plenus † velle præsumi- 77 tur, quod jura volunt, Bertazol. 2. *cons.* 366. *n.* 27. Gothman. 4. *consil.* 12. *num.* 141. [Et non nisi ex justa causa aliquid facere, Mascard. *de probat. conclus.* 1227. *num.* 21. Regn. Sixtin. 2. *consil. Marp.* 14. *n.* 54.] ut aliquis potius subleveetur, † quàm præ- 78 gravetur Principis auctoritate, Bald. *in l.* 2. *C. de Commun. rerum alien.* jam verò jura volunt, ut ex testamento imperfecto nihil capiatur, *tot. tit. instit. quib. mod. testam. infirm. tot. tit. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam.* Ergò nec Princeps præsumitur capere velle ex tali testamento. Siquidem testamento † non facto, vel quod perinde est, 79 non legitimè facto, hæreditas ad legitimos successores pertinet, *princip instit.* & *tot. tit. de hæredit. quæ ab intestat. defer. cum simil. ib.* Si verò Princeps † ex testamento non legitimè facto cape- 80 ret, prægravatet hæredes ab intestato venientes, quibus jam jus quæsitum est, quod utique iniquum esset.

Intentio namq; Principis † talis esse præsumi- 81 tur, qualis est legum candor & juris naturalis integritas, ut ex Bald. & Zas. tradit Geil. 2. *obser.* 76 *n.* 11. Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 44. [Caeheran. *decis.* 90. *n.* 18.] Curare namque Princeps debet † ne dilectionem proximi 82 offendat, neve tempestatis potius quàm potestatis plenitudine utatur, ut dixit Zas. *d. cons.* 10. *n.* 7. Hieron. de Cævall. *in specul. commun. opin q.* 906. *num.* 23. [Quod latè & eleganter persequitur, Nicol. Reuss. 1. *consil.* 1. *à numer.* 127. *usq. ad fin.* Qui enim tenet supremam potestatem † debent 83

T 2 observa-

observare summam honestatem & æquitatem, ac esse ceu regula, ex Bald. scribit Card. Tusch. *pp. concl. 669. n. 16. verb. Princeps.*]

84 Quamobrem Principibus † summam Majestatem usurpantibus placuit, rescripta contra jus elicita perinde haberi, ac si concessa non essent, *l. 2. l. ult. C. si contra jus, &c.* [Quod eleganter advertit Plin. in Panegyr. Trajan. dicto inquiens: *in rostris quoq; simili religione ipse te legibus subjecisti: Legibus Cæsar quas nemo Principi scri-*

85 *psit.*] Ideoque insanientium † potius, quàm jurisprudentium loquelam esse, qui asserunt Principem pro libitu contra jus omne dispensare, & quadrata rotundis mutare posse, ut ex Valasc. dicit Sixtin. *de regal. lib. 1. c. 5. n. 5.* Dauth. *de testam. ad explic. l. ex imperfecto, C de test. nu. 1. in addition.* Pruckm. *in §. soluta potestas, c. 3. n. 3. & 4.*

Caput XIII.

DE RELIQVIS MAIESTATIS juribus, & quatenus Imperator Dominus Mundi.

SUMMARIA.

1. 2. 3. *Majestatis jura in quibus consistunt.*

4. *Dominatus universalis totius mundi juris divini & humani auctoritate probari videtur.*

5. *Census solutio, est subjectionis probatio.* 6. *Et arguit quasi possessionem jurisdictionis.*

7. *Imperator mundi Dominus.* 8. *Et totus mundus ejus provincia dicitur. Ipse Imperator terrarum hominumq; Dominus.*

9. 10. 11. 12. 13. *Rationes dubitandi, quibus contrarium asseritur.*

14. *Varie respondetur. Generalitas illa restringenda est ad orbem Romanum, qui imperio Romano subest.*

15. *Ob medium inhabile generalis locutio non operatur, nisi in quantum potest.*

16. 17. *Universales istæ locutiones non simpliciter, sed Synecdochicè accipiendæ, totus mundus pro majori mundi parte.*

18. 20. 21. *Triplex constituitur territorium imperii Romani.* 19. *Imperatoris officium est, ut universum terrarum orbem imperio Romano subjiciat.*

22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. *Positâ ita restrictione ad Romanum imperium, quatenus & quomodo Imperator omnium Dominus, omniaq; ejus esse dicantur.*

30. *Imperator potestatem illam habet à Deo Deus Imperatori non dedit potestatem auferendi alicui rem, vel jus suum.*

PRæterea Majestatis jura consistunt partim in supremo imperii jure, de quo præcedentibus duobus capitibus actum, partim in universali totius mundi dominatu † & jurisdictione in 1 Legis generalis, † qua omnes tenentur, pro- 2 mulgatione & interpretatione: Belli & collectæ generalis † indictione: Novorum vectigalium 3 erectione, *de quibus incidenter supra Class. 2. c. 2. quadam dicta, & similia* vid. Thom. Mich. *de jurisd. conclus. 11. & seq.* Schonborner. 5. *Polit. c. 10.* Arnis. *tot. tract. de jurib. Majestat.*

Dominatum universalem quod attinet, ille juris † divini & humani auctoritate probari vi- 4 detur, *Luc. 2. vers. 11.* ubi dicitur exiisse decretum à Cæsare Augusto, ut totus orbis censeretur; At census solutio, est † subjectionis probatio, *cap.* 5 *quanta de censib.* Bald. *in l. solent, §. ult. de offic. proconsc. c. magnum, 11 q. 1. l. competit. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* Bodin. *1. de repub. c. 10.* Wesenb. *consil. 27. n. 10.* Et arguit † quasi possessionem jurisdictio- 6 nis. *cap. licet causam de probat.* Gylman. *in symphor. supplic. tom. 1. tit. 1. vot. 5. n. 9.*

De jure civili † est, *text. in l. deprecatio, ibi:* ego 7 quidem mundi Dominus, *ff. de L. Rhod. de jact. pr. constit. de Iust in. C. confirm. Nov. 105. cap. 2. in fin. l. bene à Zenone vers. qui enim, C. de quadr. præscript. l. sed Divus, 6. §. est autem, ibi:* universo orbi, *ff. de excusat.* Jas. *in l. 1. nu. 10. C. de summ. Trin.* Castald. *de imper. Rom q. 52.* Anton. Fab. *in Consult. de Ducat. Montuferr. pro Duce Sabaud. fol. 40. Hinc* Bart. *in l. hostes. ff. de captiv. & postlim. revers. dicit contrarium affirmare forte hæreticum esse propter dictum illud, Luc. 2.* Et totum mundum † ejus esse 8 provinciam, asserit Surd. *consil. 479. nu. 10. vol. 4.* Don. Garf. Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. c. 3. n. 5. & seqq.* ipsumq; hujus mundi machinæ Dominum, dicit Sigismund. Scacc. *de judic. lib. 2. c. 9. nu. 1609.* Franc. Zoannet. *de Rom. Imper. num. 149.* [ac terrum potentem, terrarum hominumque Dominum Latin. Pacat. *in Panegyr. Theod. August. dicto.*] Verùm non desunt, qui huic assertioni contradicunt, dicentes, ridiculum † fore statuere 9 Imperatorem Dominum totius mundi, cum plurimas orbis terrarum partes & regiones nunquam habuerit, [qua de re admodum prolixè & per multas paginas differit, multisq; rationi-

bus

bus & argumentis, præcedentem assertionem impugnat Chassan. *Catal. glor. mund. part. 5. consid. 28. per tot.*] adde Besold. *de jurisd. Imper. Rom. c. 6.* & ad textus adductos dicit Oldrad. quod sint testimonia domestica, & quod Imperator deponat in propria causa, contra *l. nullum, C. de testib.* Oldrad. *consil. 69. num. 6.* [Et ita etiam respondet Alciat. *ad l. 1. Cod. de sum. Trinit.*] Hinc Chassan. *Catalog glor. mund. part. 2. consid. 51.* falsè ridens dicit, quod dictio *mundus, in d. l. deprecatio,* sit intelligenda de mundo muliebri, & sic pro ejus ornatu, ut in *tot. tit. ff. de aur. & argent. legat.* quem refert Hieron. de Cævall. *in spec. commun. opin. q. 906 n. 29.*

10 Et præterea ita quidem inferunt, † si Imperator est Dominus totius mundi, id est vel de jure naturali, vel civili. Non de naturali seu gentium, quia nunquam totum orbem terrarum occupavit, præsertim cum constet, nostris temporibus plurimas repertas esse nationes, quæ antea omninò fuerunt incognitæ: Et priscis tempori-
11 bus † constat innumeras gentes potissimum ultra Euphratem Romano imperio nunquam fuisse subditas, sed multas fœderatas æquali jure, multas iisdem formidabiles, cum quibus pacem fecisse gavisi fuerint, *ut ex l. non debito l. 5. §. in pace, de captiv. & postlim. reversl. l. mercatores, C. de commerc. l. 2. de offic. præfect. prat. Afric.* refert Steph. Forcat. *in Cupid. jurisp. c. 9.* [Et quod Scythia, Sarmatia & ultra Euphratem fluvium universus Oriens, nunquam paruerint Romano imperio, post alios testatur, Alciat. *ad d. l. 1. C. de sum. Trinit.*]
12 Non de jure Civili; † quia tunc vel per electionem, vel successionem totius orbis dominatum adeptus esset, Neutrum verò dici potest, Ether. Muhr. *in disp. de jurisd. c. 1. concl. 12.* [Insuper non
13 desunt textus juris, † qui id ipsum satis apertè arguunt, quod non omnia regna Romano imperio paruerint, sed aliis Regibus & Rebuspublicis subjecta fuerint, *text. in l. mercatores, ibi: tam imperio nostro, quàm Persarum Regi subjectos, & ibi: ne alieni regni, quod non convenit, scrutentur arcana, C. de commerc. & mercator. & l. 1. Cod. de offic. præfect. Praef. Afric. l. 2. C. de vet. jur. enucl. l. postliminium, in princ. verb. inter nos ac liberos populos, regesq; & ff. de captiv. & postlim. rev.* Adde *l. 1. in verb. quos clementiæ nostræ regit imperium, Cod. de summ. Trinit.* ubi Alciat. in Comment. scribit. Relativum, quos, indicat aliquas fuisse gentes, quæ non paruerint Imperatori Romano.]

Pro conciliatione horum variè respondent Dd. Quidam dicũt generalitatem illam restringendam esse ad orbem † Romanum, hoc est, qui 14
Romano subest imperio, *l. 2. C. de jurejur. propter calumn. dand.* [Confer Knich. *de autocrat. Roman. Imp. cap. 1. n. 34. & aliquot seqq.* Johan. Azor. *instit. Moral. lib. 10. cap. 7. part. alter. circ. fin. Tom. 2. Fac. text. in l. mercatores, C. de Commerc. & Mercator. Et l. Romana, ibi: Barbara autem gentis Eunuchos, extra loca nostro imperio subjecta factos, C. de Eunuch.*] quia ob medium † inhabile generalis locutio 15
non operatur, nisi in quantum potest, Eberh. à Middelb. *in Topic. legal. loc. 5. n. 1.*

Quidam verò dicunt, universales istas locutiones non simpliciter, † sed synecdochicè es- 16
se accipiendas, ut totus mundus & similes dictiones pro majori mundi parte, non quidem per se, sed contemplatione rerumpublicarum & regnorum aliorum intelligantur, *arg. l. majore, 156. & ibi* Alciat. & Gœdd. *de V. S.* ubi majore parte anni possedisse intelligitur, etiamsi duob. mensibus tantum possedit, non quod bimestre majus anni sit tempus, sed respectu adversarii, qui paucioribus diebus possederit. Vix enim alia fuit antea Respub. † cujus imperium amplioribus finibus fuit circumscriptum, quàm Roma- 17
norum, per ea quæ supra Paurmeist. *lib. 2. de jurisd. c. 1. num. 21.* ubi triplex constituit territorium imperii Romani.

1. Totum † orbem, quod quoad jus acqui- 18
rendi intelligit, Bocer. *de investitur. Feud.* ubi dicit boni Imperatoris † officium esse, ut univer- 19
sum terrarum orbem imperio Romano subjiciat, quod colligitur ex *Proœm. instit. §. quoniam utrumq; & Nov. 12. in pr. ibi:* patriam nostram augere cupientes.

2. Imperii territorium dicit non possessione, † sed jure æstimandum, ut non solum illæ pro- 20
vinciæ, quę actu imperio parent, sed & illæ, quæ causam possessionis sibi mutantes, ab imperio defecerunt & se exemerunt, ut sunt regna Hispaniæ, Galliæ, &c. *de quibus supra Cl. 1. c. 8.*

3. Propriè imperii territorum † appellan- 21
tur provinciæ istæ, quæ etiamnum actu imperio sunt subjectæ, *d. c. 1. num. 21. 22. 23.* aliter hoc explicat Covarruv. *in c. peccatum, part. 2. §. 9. num. 5. ubi vid.* Roland. à Vall. *consf. 88. num. 7. vol. 1.* Michaël Ulenrrun. *de regim. mund. p. 2. q. 3.* Sed posita ita restrictione † ad Romanum imperium, 22
Imper. omnium erit Dominus, & omnia ejus esse

esse censentur, *d.l bene à Zenone*, non quidem ra-
23 tione rerum singularium † sed respectu universi,
non privato moderamine, sed publica tutela, *c.*
24 *1. in pr. de Instin. C. confirm.* non ad quæstum † &
lucrum suum, sed pro utilitate imperii procu-
randa, *l. pracipimus, Cod. de appellat.* nō secundum
25 privati arbitrii libidinem, † sed secundum legum
ordinem & præscriptum, *l. omnes de legib. l. 1. in pr.*
26 *de summ. Trinit.* non dominio † & proprietate.
sed imperio & jurisdictione, *ut inquit* Seneca:
[Robert. Marant. *disput. 8. num.* 27. Nicol. Ever-
hard. Jun. *consil.* 41. *num.* 81. *vol.* 1. ubi dicit, quod
ratione dominii particularis seu rerum particu-
larium, Imperat. se Dominum mundi profiteri
non soleat; cum illud dominium, singulariter
ad singulos pertineat, *l. 1. §. ha autem res, ff. de rer.*
27 *divis. §. singulorum, Instit. eod.*] non usu, † sed uten-
di potestate, si Reipub. flagitet utilitas vel neces-
sitas, Geil. 2. *obs.* 56. Covarr. 3. *var. resol. 6. num. 6.*
28 Vasq. *illustr. controvers. c. 5.* non re, sed spe, † si for-
te privatus decedat sine hærede, *l. 1. de jur fisc. l. 1.*
C. de bon. vacant. Deniq; non ad expilationem,
29 † sed Reipublicæ sustentationem, *c. 1. in pr de con-
cept. ff. Ezech.* 46. v. 18. ubi dicitur: non accipiet
Princeps de hæreditate populi per violentiam,
sed de possessione sua hæreditatem dabit filiis
suis, *vid.* Cothmann. *in C. lib. 1. tit. 1. q. 3.* [Habet
30 enim illam potestatem à Deo, † *Auth quomod.
oport. Episcop. in princ. Coll.* 1. Et quæ dicta supra
Class. 1. c. 2. Sed Deus Imper. potestatem peccan-
di non dedit, *c. Imperatores, quasi* 3. Ergo nec au-
ferendi alieni rem vel jus suum, *c. cum tu, de usur.
c. si res, 14. q. ult.* Nicol. Everh. Jun. *consil. 7. n. 13.*
ubi passim multa eleganter scripsit, de universa-
li Imper. dominio, *numer. 10. & seqq. junct. d. con-
sil. 41. n. 81.*]

CAPUT XIV.

DE REGE ROMANORUM ejusq; jurisdictione & juribus.

SUMMARIA.

1. *Rex Romanorum proximum ab Imperatore obtinet locum.* 2. *Olim dicebatur Cæsar, qui erat designatus augustæ Majestatis heres.*

3. *Cæsaris appellatio secundaria in Rom. imperio potestatis nomen fuit. Cæsares quasi Principum & Augustorum filii, & designati Majestatis successores.* 4. *Cæsares ab ipsis Augustis eligebantur ad regendam provinciam, cum titulo Cæsaris, & spe successionis post mortem Imperatoris.*

5. *Declaratio Cæsarum non contulit imperii dignitatem, sed gradum ad imperium fecit.*

6. *Augusti & Cæsares quomodo differant.*

7. *Hodiè Cæsaris appellatio Imperatori tribuitur.*

8. *Augustorum successores, vel jam in Augustum promovendi, Reges Romanorum dicuntur.* 9. *Vacante imperii sede, indubitati Imperatoris & imperii successores.*

10. *Gallis Regis filius natu maximus, aut successor Delphinus vocatur. Anglis Princeps de Wallis dicitur proximus Regis successor.*

11. *Rationes dubitandi.* 12. *Viventis nulla est hereditas.*

13. *Præpostera regnandi libido facilè inducit votum captandæ mortis.*

14. *Plures Orientem, quàm Occidentem solem adorant.*

15. *Futuri Principes diliguntur, ubi ad imperium accesserint, exosi habentur.*

16. 18. *Romæ Cæsarum temporibus capitale fuit, de futuris à morte Imperatoris contingentibus disceptare.*

17. *Elisabetha Angliæ Regina noluit quenquam se vivente successorem cernere.*

18. *Crimen læsæ Majestatis incurrit, qui vivo Imperatore ad imperii sceptra anhelat.* 19. *Et illi, qui vivo Rege, de faciendo Rege tractant, Majestatis læsæ rei fiunt.*

20. *Cæsares non semel rebellasse Augustis historiæ referunt.*

21. *Imperatore demum mortuo, aut imperio vacante ad electionem novi Regis procedendum.*

22. *Rationes decidendi. Tolerabilia censentur, quæ vetus consuetudo comprobat.* 23. *Consuetudo obtinet vim veritatis.* 24. *Dirigit, & informat omnes actus mundi.*

25. 26. *Ut olim, ita & hodiè vivo Imperatore Rex Rom. eligi potest. Exemplo Ludovici Pii, Caroli M. Filii.* 27. *Ottonum. Henricorum. Friderici II. Wenceslai, Maximiliani I. Ferdinandi, Maximiliani II. Rudolphi II.*

28. *Rex Romanorum vivo Imperatore eligi potest, tali Electioni consentiente Imperatore.*

29. *Sine crimine læsæ Majestatis vivente Pontifice, conventicula de Pontificatu fieri non possunt.*

30. *Respondetur ad rationes dubitandi. Ad 1. spes futuræ successionis viventis constitui potest.*

31. *Ad 2. Consentiente eo, de cujus successione agitur,*

agitur, votum captandæ mortis non præsumitur 32. *Consentiendo quis testatur, nullum sibi imminere votum captandæ mortis.*

33. *Ad 3. Volenti non fit injuria. Non spectandum, quid homines faciant, sed quid facere debeant.*

34. *Non designato successore, vivo Principe, Populo propter interregni incommoda non cavetur.* 35. *Interest Reipubl. ne successor in incerto sit. Tristibus eventibus prospiciendum.*

36. *Duobus simul ad imperium, vivo Principe contendentibus, mentio heredis seu successoris facienda non est.* 37. *Vnus ex istis, vel alius à Principe successor eligendus, ejusq; imperium Procerum consensu firmandum. Exemplo Davidis, Salomonem in Regem ungi curantis.*

38. *Ad 4.* 39. *Invito Principi obtrudi non potest successor.*

40. *Ad 5. Affectando imperium crimen læsæ Majestatis quis incurrit.*

41. *Ad 6. Vnius inclusio non est alterius exclusio, eandem rationem habentis, præsertim lege loquente indefinitè, & generaliter.*

42. *Indefinita locutio à lege prolata æquipollet universali.*

43. *Leges ita interpretandæ, ne inde absurdus oriatur intellectus.*

44. *Ab exemplis legitimum argumentum non sumitur quoad juris cõstitutionem, sed quoad juris constituti existentiam.*

45. *Leges firmantur, quando moribus utentium comprobantur.*

46. *Transitio ab electione Regis Rom. ad jus ejusdem vivo Imperatore.*

47. *Rex Romanorum electus perpetuus imperii Vicarius.* 48. *Absente, vel impedito Imperatore omnia jura Imperatoria exercere potest.*

40. *Non solum Imperatoriâ, sed propriâ autoritate & nomine.* 50. *Absente Imperatore conscribit comitia, tàm suâ, quàm Imperatoris autoritate.* 51. *Sub pœna Banni imperandi potestatem usurpat.* 52. *Vtitur plenitudine potestatis.* 53. *Indicit collectas* 54. *Habet jus indicendi vel exequendi Banni Imperatore absente.*

55. *Electus Roman. Rex ordinariam habet jurisdictionem, eiq; annexam administrationem imperii cum Imperatore.*

56. *Rex Roman non tanquam nudus locum tenens, sed proprio & suo jure omnia ordinat Et proprio nomine, ut perpetuus imperii Vicarius, jurisdictionem exercet.*

57. *Rex Romanorum dicitur caput imperii, vivo adhuc Imperatore alternativè, non copulativè.* 58. *Pragmaticas imperii sanctiones promulgat.* 59. *Supremi judicii ordinationem præscribit.* 60. *De majoribus ac Regalibus feudis infeudat.* 61. *Concedit Regalia, aliaq; jura & privilegia.* 62. *Mandatum cum libera in prædictis casibus habere censetur.* 63. *Omniaq; absente Imperatore potest, quæ ipse Imperator præsens facere posset.*

64. *Mortuo Imperatore ipso jure plenaria administratio imperii in ipsum devolvitur.*

65. *Ferdinandus Rex, comitiis Anno 1555. præfuit, tanquam plenipotentiarius, & Commissarius Caroli V. Imper. Fratris, & jure proprio, tanquam Rex Roman.*

66. *Majestas & jurisdictio Regis Romanorum, præsente & non impedito Imperatore suspensa quodammodo, & delitescit.*

67. *Rex Rom. unum cum Cæsare tribunal habet, nec appellatur ab uno ad alium.*

68. *Crimen læsæ Majestatis æquè in Regem Rom. atq; in Imperatorem committitur.*

69. *Discrimen inter utrumq; Imperator Regi Romanorum tribuit saltem titulum* seiner Liebden; *Hic verò illi adscribit Majestatem.*

70. *Rex Romanorum Imperatorem Dominum suum appellat.*

PRoximum ab Imperatore † locum obtinet 1
Rex Romanorum, Sixtin. *de regalib. lib.* 1 *c.*
4. *num.* 9. Quem hodie Romanorum Regem nominamus, † olim dicebatur Cæsar, qui nec Im- 2
perator, nec imperii particeps erat, sed designatus Augustæ Majestatis hæres, *l. fiscus*, *§. fin. ff. de jur fisc. l. etsi. C. de malefic. & Mathemat.* Gujac. 12. *obs.* 15. *in fin.* Cothman. *ad rubr. C. num.* 57. Ita
† enim à memoria Diocletiani & paulò etiam 3
antea, Cæsaris appellatio secundariæ in Rom. imperio potestatis nomen fuit, ut Cæsares, quasi Principum & Augustorum filii atque designati Majestatis successores imperio cooptarentur, Albert. Krantz. *in metrop lib.* 4. *cap.* 1. Vacc. *ad Proœm pand in verb. Augustus.* Dauth. *ad l fin. n.* 71. *C. de pact.* [*& in tractat. de testament. num.* 255. Andr Knichen. *de autocrat. Roman. Imperat. cap.* 1. *num.* 133. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 20. *& seq.* Albert. Gent. *disputat.* 4. *de Crim.*
læs. Majest.] Et hi Cæsares † ab ipsis Augustis eli- 4
gebantur, ad regendam aliquam Provinciam cum titulo Cæsaris, & spe successionis post mortem

tem Imperatoris, ut ex Ammian. Marcellin. & M. Anton. Sabellic. tradit Restaur. Castald. *de Imper. Rom. q. 41. n. 2.*

5 Declaratio † tamen Cæsarum non contulit imperii dignitatem, sed gradum ad imperium fecit, ut veluti per manus ab eo, qui Augustus fuerat, imperii regimen acciperet, ut ex Oros. *lib. 7. c. 16. tradit idem* Castald. *d. loc.* [Et breviter de ea re ita scribit Andr. Aleiatus: Inter Augustum &

6 Cæsarem id interest: † quod Augusti dicantur qui nunc regnant, & à Senatu Imperatoris nomine honestati sunt: at Cæsares dicuntur, qui ab ipso Augusto electi sunt ad regnandam provinciam aliquam cum Cæsaris honore tantum, donec Augustus vixerit, post ejus mortem successuri in imperio, *in annotation. ad tit. C. de excus. artic fol. mihi* 105. Hodie tamen aliter res habet. Nominari quidem ab Imperatore, sed non nisi ab Electoribus eligi potest Rex Romanorum.]

Nostris præterea moribus Cæsaris appellatio

7 † Imperatori tribuitur, & quod fuit olim nomen certi individui proprium, postea generis & dignitatis nomen factum est gloriosum, Volaterran. *lib. 14. Comment.* Corn. *cons. 3.* Bald. *in proœm. ff. col. 3. in pr.* Joh. Fab. *in proœm. instit. verb. Cæsar.* [Hoq; etiam Alemannica lingua, Romanis Principibus hoc nomine dicato, primo Kæsar, pro Cæsar, deinde Käyser dici cæpit. Petr. de Andl. *de Rom. Imper. lib. 1. c. 7.* adde quæ scripsi supra *in Appendice cap 12 circ. fin.*]

Sed cum semper

Natura novas deproperat edere formas,

8 hodie † Augustorũ successores, vel ii, qui jam jã in Augustum promovendi sunt, Reges Romanorum dicuntur, *Aur. Bull. tit* 2. §. Ich Ertzbischoff/

9 Qui vacante † imperii sede, sine controversia indubitati successores Imperatoris & imperii dicuntur, uti Ferdinand. Imper. de se loquitur, in R. A. de Anno 1559. in princ. ibi: vnnd als hiebevor erwehltem/ bestätigtem vnd gekrönten Römischen König/ auch ihrer Liebden vnd Käyserlichen Maiestät im fall der Erledigung deß Käyserthumbs vnzweiffentlichem rechtem successori: ideoque statim à morte Imperatoris administrationem suscipiunt, uti Maximil. II. fatetur, Reichs A. de Anno 1566. in pr. ibi: Daß wir gleich alsbald nach tödtlichem Abgang gedachtes vnsers geliebten Herrn vnd Vatters/ vns der administration deß erledigten Käyserthumbs vnterfangen. [R. A. de Anno 1567. §. Aber doch da sie sich/ ibi: Als ihrer Ld. vnnd Käyserlichen Maj. Nachfolger am Reich. Galli natu maximum Regis fi-

10 lium, † aut si non sit filius, designatum Regem, hoc est, eum qui Regi successurus est, Delphinum vocant, ad quem ea pertinet Regio, quæ Delphinatus dicitur. Joh. Sleidan. *in illustrat. & descript. Gall. post Commentar.* Comin. *In Anglia* Princeps de Wallis, proximus Regis successor perpetuo nomine honoratur.]

Verùm pro ratione dubitandi facere videtur, quod commodum & rationi consentaneum † 11 non sit, vivo Imperatori hæredem designare.

1. Quia viventis † nulla est hereditas, *l. heredi-* 12 *tas, C. de pact. convent.*

2. Quia præpostera regnandi † libido facilè 13 inducat votum captandæ mortis, *l. fin. C. de pact.*

3. Per talem electionem videtur periclitari auctoritas Imperatoris; siquidem ita comparatum est, ut plures † *Orientem* quàm *Occidentem* 14 *solem* adorent, *ut* Pompej. Syllæ *dixit*, Plutarch. *in vit. Pompej.*

[Tiberium Imperatorem, non abditâ ambage Macroni exprobrasse; OCCIDENTEM ab eo deseri, ORIENTEM spectari, testatur Cornel. Tacit. *lib. 5. annal.* Philippus Burgundiæ Dux, † cum audivisset, filium Carolum non in- 15 gratum esse Gandavensibus, respondit, perpetuam eorum esse consuetudinem, ut futuros quidem principes diligant, ubi autem ad imperium accesserint exosos habeant. Philip. Comin. *lib. 10. Commentar. p. m. 679 ubi circ. a fin* hanc præmittit maximam, ita in rebus humanis comparatum esse, ut quorum augescere videmus potentiam: eos magis observemus quàm illos, qui in supremo gradu positi, non possunt amplius progredi.]

4. Ideoque Romæ Cæsarum † temporibus 16 capitale fuit, si quis de futuris à morte Imperatoris contingentibus disceptaret: tantum abfuit, ut vel verbulum de successione mutire auderent, *ut ex auctor. discurs. de reb. Gallic. fol. 11. refert* Dauth. *ad d. l. fin. num. 69.* [Iunium Scribonianum in exilium actum quasi finem Principis, per Chaldæos scrutatus, scribit Cornel. Tacit. *lib. 12. annal.*]

Sic Elisabetha † Angliæ Regina noluit quen- 17 quam se vivente ac spirante successorem cernere, & brevi moritura fossam aperire ideoque Anno 1581. coactis populi ordinibus interdictum est, subjecta læsæ Majestatis pœna, de imperii successore sermones serere, Bodin. *lib. 6. de repub. cap. 5.*

5. Crimen læsæ Majestatis incurrere † vide- 18 tur,

tur, qui vivo Imperatore ad imperii sceptra an-
helat. Hinc cum Philippus Magnificus Hassiæ
Landgravius ab Henrico Duce Brunsvicense in-
cusabatur, quod imperialem dignitatem ad se
transferre conaretur, in apologia suæ defensio-
nis ita respondit: Es gibt Hertzog H. vor / wir wollen Käy-
ser seyn / und schreiben uns den Gewalt selber zu. Das ist war-
lich etwas und ein Ding / dardurch man noch Käyser und Kö-
nig bewegen möchte. Wir wissen je wol / daß es ein ... n læ-
sæ Majestatis were / bey leben deß Käysers / nach dem Käyser-
lichen Gewalt zu trachten / quæ defensio extat apud Hort-
ledder in Reichshandlung / *lib.4 cap.7.n.43.*

19 [Imò non solum is, qui vivo Imperatore ad
imperium anhelat, sed & illi qui tractant, de fa-
ciendo Regem, Rege vivo, Majestatis læsæ Rei
fiunt, Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 7. cap. 4. nu. 5.*
in fin. Corrad. *in pract. rubr. de læs. Majest n. 3. in fin.*
Prosp. Farin. *de crim. læs. Maj. q* 113. *n.* 54. Prætetea
20 Cæsares, † quos nunc Romanorum Reges ap-
pellamus, non semel rebellasse Augustis exempla
prostant. Albinum Severo, Julianum Constanti,
alios aliis se opposuisse memorat Alberic. Gen-
til. *de crim. Majest. disp.* 4. Henricum filium contra
Henricum patrem arma sumpsisse & eum tan-
dem regno pepulisse ex historia notum. Confer
Cuspin. *in vit. Henr. Imper.*]

6. Facit text. *in Aur. Bull. tit.* 1. §. Wann es auch
21 darzu kommen / ubi constituitur, tunc demum, †
cum de Imperatoris obitu innotuit, ad electionē
novi Regis procedendum, aut quando contin-
git sacrum vacare imperium, §. Wann und wie
offt / *tit. 4. Aur. Bull.* Ex quibus textibus colligitur,
vivente Imperatore, & non vacante imperio ad
electionem regis Roman. procedi non posse.

Hisce tamen non obstantibus, cum tolerabi-
22 lia † ea censentur, quæ vetus consuetudo com-
probat, *text. in l. Imperatores de pollicitat l. non tan-*
23 *tum §. fin de decurion.* quia consuetudo † obtinet
vim veritatis, Bald. *in l* 1. *C. de servitut.* Sichard. *ad*
d. l. 1. n. 7. eod. Geil. 1. O. 85. *n.* 7. æquiparaturq; re-
giæ auctoritati; Alber. Riminald. *cons.* 135. *vers li-*
24 *ceat, vol.* 2. quæ dirigit & informat † omnes actus
mundi, Molin *in Comment. C. lib. 1. tit. 1. concl. de*
stat. & consuet. local.

25 Certissimum est, ut olim ita etiam hodie, †
vivo Imperatore Regem Romanum eligi posse:
[Fac. *tit. de pac. constant tenend in principio*, ubi
habetur: Nos Fredericus Imperator, & filius no-
ster, Henricus Romanorum Rex. Idque multis
firmat Anton. Quett. *consil.* 1. *sub num.* 21. *vers.*
Ego vero puto, &c. Faciunt etiam huc allegatæ
novissimæ constitutiones imperii supra *n.* 8. *v.*]
Ut enim anteriora tempora prætercam, translа-
to ad Germanos imperio, Carolus Magnus Lu-
dovicum Pium Regem coronavit, eodemq; mo-
do posteri successores subornatur, Carol. Sigon.
de reb. Italic. lib. 4. in histor. Carol. M. Postquam ve-
rò extincta stirpe † Carol. Imp. suffragiis Princi- 26
pum creari cœpissent, sæpè convocatis imperii
Romani Electoribus Imperatores quempiam
vel filium vel fratrem, se præsente in Romanum
Regem eligi curarunt.

Hoc modo † Ottones, Henrici, Fridericus 27
II. Wenceslaus, Maximil. I. Ferdinand. I. Maxi-
mil. II. Rudolphus II. imperii successores vivis
Imperatoribus sunt destinati, Muscul. *de success.*
anomal membr. 1 *Class* 1. *conclus.* 3. *lit.* P [vid. C. S-
pinian. *in Henric. IV.* Wehner *in observat. verb.*
Wahltag / *pag.* 675. Dresser. *in Millenar 6. in vita*
Henrici VI. Maximil. I. Imperatorem, Carolum
Nepotem, in Comitiis Augustanis Anno 1519.
Electorib. commendasse, ut eum Regem Roma-
norum crearent, nec tamen tunc temporis obti-
nuisse, scribit Thuan. *l. 1. Hist* qui tamen mortuo,
eodem Anno 1519. Maximiliano, ab imperii se-
ptemviris Imperator electus est, Joh. Sleid *lib.* 1.
Comment. Thom. Hubert. Leod. *in vit. Frid. II.*
Elect. Palatin. lib. 4. & lib. 5.] Quod autem Rex
eligi possit vivo Imperatore, ita procedere † pu- 28
to, si Imperator tali electioni consentiat: Si verò
Imperator reclamet, aliud dicendum est, qua de
re vid. Arnm. *de jur. publ. discurs.* 5. [Quò perti-
net, † quod traditur de Pontifice, qui, licet cum 29
Cardinalibus, de successore deliberare possit,
Alberic. de Rosat. *ad l. fin n* 6. *C. de pact.* attamen
crimen hæresis, seu potius læsæ Majestatis esse
volunt, si vivente eo conventicula fiant de Pon-
tificatu, Bald *ad l quoniam*, *C. de testib.* Alciat. *ad*
l fin n. 17. Dauth. *ibid n.* 33. *C. de pact.*]

Ad 1. dubitandi rationem R. viventis quidem
† propriè hereditatem non esse, spem tamen suc- 30
cessionis futuræ constitui posse viventis dubium
non est, *l. non aliter. ff. de adopt. §. fin. Instit de legi-*
tim adgnat. success.

Ad 2. R. Votum captandæ mortis ex pacto
successorio non præsumitur, † quoties is, de cu- 31
jus successione agitur consentit, *l. fin. & ibi Dd.*
C. de pact. Cravett. *consil* 42. *in fin.* Treutler. *vol.* 1.
disput. 6. thes 8. *lit. d.* [Anton. Fab. *in Cod rer. in*
Sabaud. judicat. lib. 2. tit. 3. de fin. 10. *num.* 1.] Nam
is consentiendo † testatur, nullum sibi immi- 32

nere votum captandæ mortis, Gœdd. *de contra-*
*hend stipul c.6.n.*100.

33 Ad 3. R. † volenti non fieri injuriam. Præte-
rea non spectandum esse, quid homines faciant,
sed quid facere debeant, *L.* 12. *de offic. Præsid.* Et
34 quamvis regnanti † tutius cautum videri possit,
si vivo eo non designetur successor, populo ta-
men propter interregni incommoda non cave-
35 tur. Bodin. 6. *de republ.*5. Interest † enim reipubl.
ne successor in incerto sit: idenque tristibus e-
ventibus, qui ob incertitudinem successo-
rum metuendi, prospici utile est, Mantic.
de conjectur. ultim. volunt. lib. 5. *cap.* 16. *num.*7.
36 Duobus † tamen simul vivo Principe ad impe-
rium contendentibus, omninò mentionem hæ-
redis seu successoris faciendam non esse sua-
det, Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib.* 3. *cap.* 10.
37 [Cui obviam itur, † si unum ex istis vel alium, i-
pse Princeps successorem eligat & ejus impe-
rium cum Procerum consensu firmet. David Rex
Prudentissimus, animadvertens filiū Adoniam,
qui tamen Regno non erat destinatus, factâ con-
spiratione & malis artibus sibi id vindicare vel-
le, Salomonem, per Sacerdotem, in Regem ungi
curavit, ejusq; solium vivus roboravit. 1. *Reg.c.*1.
& 1. *Paralipom.cap.*24. Quod nisi fecisset, magni
tumultus & factiones, eo mortuo, in populo e-
venissent. Hinc Plin. *in Panegyr. Trajan. dict.* In
Principe, inquit, qui electo successore fato con-
cessit. una itemq; certissima divinitatis fides est,
bonus successor.]
38 Ad 4. R. ideò capitale † Romæ fuisse Cæsarum
temporibus, si quis de futuris à morte Imperato-
ris contingentibus disceptaret, quia ex solius
Imperatoris potestate & voluntate hæc depen
39 debat. Exemplum † de Regina Angliæ loquitur
extra terminos nostræ quæstionis, siquidem &
nos statuimus, invito Principi obtrudi non posse
successorem. [Ipsa enim Elisabetha, paulò ante
mortem, Jacobum VI. Scotiæ Regem, successo-
rem designavit, & ad eum hereditario jure An-
gliæ coronam pertinere, coram Regni Proceri-
bus, contestata est, Gualth. *in Chronol. Ecclesiasti*
co-Politic sub Anno 1603.]
40 Ad 5. respondetur, crimen † læsæ Majestatis
utique eum incurrere, qui privato affectu, con-
tra ordinem juris publici, imperii dignitatem,
vivo Imperatore, affectat: Qui verò volente Im-
peratore ab Electoribus ad imperii fastigium
vocatur, is privato affectu imperialem dignita-
tem non ambit, sed per legitimos tramites dela-
tam suscipit.

Ad 6. respondetur, licet in adducto illo §. ille
tantum casus includatur, si ex morte Imperato-
ris contingat vacare imperium; † non tamen al- 41
ter casus excluditur, cum unius inclusio non sit
alterius exclusio eandem rationem habentis,
Cæphal. *consil.*257. Hippol. Riminald. *consil.*698.
n. volum. 7. præsertim si alibi lex loquatur inde-
finitè & generaliter: Jam verò *in d.tit.*1. *Aur. Bull.*
in pr. lex loquitur indefinitè & generaliter, hisce
verbis. Wir erkennen vnnd setzen mit diesem gegenwertigem
Keyserlichem Gebott / ewiglich zu wehren / auß rechtem wissen
vnd Vollkommenheit vnsers Keyserlichen Gewalts / wie offt
vnd wann es in künfftigen Zeiten noth / oder sich begeben wür-
de / zu erwehlen einen Römischen König zum Keyser zu ma-
chen / daß sich die Churfursten zu solcher Wahl / etc. Commu-
nis autem & ab utriusque juris interpretibus re-
cepta regula † est, quod indefinita locutio à le- 42
ge prolata æquipolleat universali, *gl in cap ut cir-*
ca in pr. de elect. Dyn. *in rubr. de reg. jur. in* 6. Bart.
*in l si pluribus de legat.*2. Cagnol. *in l* 1. *num.*9. *de*
reg. jur. Didac. Covarruv. 1. *variar. resolut. cap.*13.
*num.*8. 2. Leges ita interpretandæ † ne inde ab- 43
surdus aliquis oriatur intellectus. At si ad solum
mortis casum electio Romani Regis restringere-
tur, hoc absurdum emergeret, quod nec eo casu
ubi inhabilis existeret Imperator, Rex Romanus
eligi posset, cujus rei exempla in Adolpho Nas-
soviensi, Wenceslao, & aliis habemus in contra-
rium. Et quamvis ab exemplis † legitimum ar- 44
gumentum non sumatur, quoad juris constitu-
tionem, *l nemo & ibi Dd. C. de sentent. & interloc.*
omn. jud. legitimum tamen sumitur argumen-
tum, quoad juris constituti existentiam, *argum.*
Clem . *de probat.* Alex *ad l.*1. *numer.*12. *vers. tertiò*
facit in fin. de offic ei, cui mand. est jurisd. Bart. *ad d.*
l. nemo, per cap. alius item, 15. *quæst.* 6. maximè si-
quidem rem declarant, *l.* 1. §. *quod vulgò. ff. de vi*
& vi arm. l ut responsum, *C. de transact. l damni*, 2.
§. *fin ff. de damn. inf.* & quasi digito demonstrant,
ac tactui subjiciunt, Bald. *consil.* 347. *vol.*1. Hip-
polyt Riminald. *consil.*602. *num.* 27. *l.* 1. *ff. de præ-*
script. verb. & quid fieri judicat. vè debet, osten-
dunt, Bart. *ad d l. nemo*, quidq; jure constitutum
sit, Innocent. *ad cap. cum Apostolica verb. datur*
intelligi, x. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capi-
tul. Leges namque † firmantur, quando mori 45
bus utentium comprobantur, inquit August. *in*
c. in istis, distinct 4.

Ex his itaque patet Regem Romanum † vivo 46
Impera-

Impetatore eligi posse, breviter etiam dispiciendum, de jute Regis electi, vivo Impetatore. Quãvis ex sola designatione administratio tegni plena commissa non videatur, Ludovic. Molin. *de Primogenit. Hispan lib.3.c.6.n.22.* Heig. *ad Proœm.*
47 *instit. num. 59.* attamen Rex Romanus † electus perpetuus imperii viearius existit, Thom. Michae'. *de jurisd conclus.29.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib.2 p.1.c.2.nu. 51.* Sebonborner. 5. *Polit. c.19.* idq; lege & auctoritate publicâ, hoc est, ipsa ele-
48 ctione imperii, ita ut absente † vel impedito Impetatore, omnia jura Impetatoria exercere possit, *Aur Bull. tit.5. Ord Cam pag. 1. tit.1. §.* Nemlich wollen die Römische Keyserliche Majestät / als Römischer Keyser / oder im fall / daß jhre Liebd und Keyserliche Majestät nicht im Reich / oder in der nähe weren / wir als Römischer König jederzeit den Cammerrichter / etc. Reichs Abschied / de Anno 15. §. Vnd sollen in obersetzten / ibi die Keysert. Majestät / oder in dero Abwesen auß dem Reich vns jhres Vorhaben / etc. [Et de Friderico Barbarossa legitur, quod filium suum Henricum VI. de consensu Principum Anno 1186. propterea in Cæsarem seu imperii consortem elegerit, ne sine Rectore esset imperium, dum ipse profectionem adornaret in Asiam, Cari. *in Chron lib. 5. in vit. Frid. Barbar.* Helvic. *in Theatr. Histor. ibid.*] idque non so-
49 lum Impetatoriâ, † sed propria auctoritate &
50 nomine. Ideoque absente † Impetatore conscribit Comitia non solum auctoritate Impetatoria, sed & proprio nomine, Reichs Abschied zu Speyer / de Anno 1512 §. So hat dem allem nach / ib: an statt vnd in nahmen jhrer Keyserlichen Majestät vnd für vns selbst / [Ordinat. Camer part. cap. 64 §. Solches alles / ibi. Auch für vns selbst als Römischer König / juncto Recess. de Anno 1555 § So sich dann abermahls / bi dessen Liebd (nimirum Elector Moguntino.) Wir an statt Keyserl. Mai. vnd für vns selbst als Römischer König / solches hiemit befehlen / cum similibus.] Quinimò non simpliciter sed etiam sub
51 pœna Banni † imperandi potestatem usurpat Reichs A. zu Nürnberg / de Anno 1542. § Vnnd damit solches alles / ibi vnd darauff bey Pön der Acht gebieten / utiturque, ple-
52 nitudine potestatis † ibid §. Würde sich aber jemand / ibi auß Römischer Keyserlicher vnnd Königlicher Macht
53 vnd Vollkommenheit / indicit † collect. d. Recess. Spirensi, de Anno 42 §. Damit auch solcher Ordnung. [Et habet
54 jus † indicendi vel exequendi Banni Impetatote videlicet absente, Andr. Geil. 1. *de pac. publ. c.6. num.9.* Ex quibus colligitur; 1. Electum Roma-
55 norum Regem, † jurisdictionem habete ordinariam, eiq; annexam administrationem imperii, eum Impetatote, cujus tamen exercitium actu secundo, Impetatote præsente & non impedito, suspensum quodammodo est & delitescit. 2. Quod ea quæ in prædictos casus, Rex Romanorum, † ordinat & sibi juxta imperii le- 56
ges vindicat, id non tanquã nudus locumtenens, sed proprio & suo jure, ex ipsa electione, collato, ordinet, & dignitati & fastigio Regali proprio asseribat, vet ea quæ tradit Ant. Queti *consil. 1. n. 24 & passim per tot. consil.* Cui accedit, quod Vicarius perpetuus, proprio nomine jurisdictionem exerceat, per ea quæ tradit Prosper. Farinac. *de crim. laes. Majest q. 117. n. 43.* Rex autem Romanus est perpetuus imperii Vicarius per adducta, *sup. hoc ipso cap n.47.*]

Et dicitur Rex Romanorum caput † impe- 57
rii, vivo adhuc Impetatote R. A. de Anno 1555. §. Vnnd im fall da die Keyserliche Majestät / ibi : an statt Keyserl. Majestät oder vnser / als der Häupter (quod tamen non copulativè, sed alternativè, ita ut Impetatore absente vel impedito Rex Roman. caput imperii sit, intelligendum est, ne aliàs monstrosum censeatur imperii corpus propter duo capita:) Pragmaticas imperii sanctiones † & constitu- 58
siones promulgat, *d. Recess de Anno 1555.* supremi judicii † ordinationem præscribit, *Ordin. Ca-* 59
mer. in Proœm. & passim. De majoribus † ac re- 60
galem dignitatem annexam habentibus Feudis, der Fürsten Fahnen oder Scepterlehen infeudat, quod tamen temporales imperii vicarii, Elector Palatinus & Saxo facere jure impediuntur, *Aur. Bull. tit.5.* Concedit † regalia aliaque jura & privile- 61
gia, Sixtin. 1. *de regalib. c.4. num.10.* [Ant. Quett. *d. consil. 1. num. 21.*] Et mandatum cum libera, † 62
prædictis easibus, habete censetur, *arg. l. prases, 12. & ibi* Batt. *num.4.* Jas. *num.7. & seq. C. de transact.* omnia † absente Impetatore potest, quæ ipse 63
præsens facere posset, *arg l.2. C. de offic ei, qui vic.* Thom. Mich. *de jurisd. d. conclus. 29.* [Adeoque mortuo Impetatote, † ipso jure, plenaria ad- 64
ministratio imperii, in ipsum devolvitur, quæ jam antea per ipsam electionem collata, quamvis quodammodo suspensa fuerit, per tradita supra hoc *cap. n.9.* Suspensio autem plenariæ usurpationis, juris competentis, non tollit jus, sed impedit plenarium exercitium, donec impedimentum sublatum sit. Quid verò si Impetator impeditus adversâ valetudine ad comitia venire non possit, extra tamen imperii fines non sit, ut constat de Carol. V. qui ad Comitia Augustana de Anno 1555. propter morbum accedere non potuit, teste Johan. Sleidan. *lib. 25. Comment.* Et refertur in ipso Recess. de Anno 1555. §. Vnd wiewol jhre Ld. vnd Keyserliche Maj. etc. De eo casu non occurrit decisio, quantum tamen ex dicto recessu, §.

damit aber derselbige/ colligere licet, Ferdinan-
65 dus Rex, † Caroli Imper. frater, tunc temporis
comitiis illis præfuit, tanquam Plenipotentia-
rius & Commissarius Imperatoris, & jure pro-
prio tanquam Rex Romanus, idque apparet ex
verbis d. §.]

66 Non tamen aliam, † sed eandem numero
Majestatem & jurisdictionem ordinariam à lege
imperii in casum absentiæ vel impedimeti Im-
peratoris tributam haber, quæ tamen præsente
vel non impedito Imperatore, quasi sub eineri-
67 bus sepulta delitescit. Ideoque unum † cum Cæ-
sare tribunal habere censetur, *cap. non putamus, de consuet in 6.* nec appellatur ab uno ad alium, *c. cum Romana, de appell. in 6.*

68 Committitur † præterea crimen læsæ Majestatis æquè in Regem Romanorum atq; Imperatorem, Bart *in extrav. ad reprimendum vers. Reges,* Restaur. Castald. *de Imper. Rom q 46. n. 3.* Schrad. *de Feud p 9. c. 4. n. 7.* Mynsing. *consil. 44. n. 10.*

Hoc tamen præter alia discriminis inter u-
69 trumq; observari, † quod Imperator Regi Roma-
norum tribuat saltem titulum, seiner Liebden/
R. A. zu Speyer/ de Anno 1544 §. Und dieweil aber wir. Rex verò Romanorum Imperatori adscribit Majestatem, *d. Recess. Spirens. de An.* 1542 §. Damit auch solcher Ordnung/ §. Würde sich aber/ R. A. zu Wormbs/ de Anno 1545. §. Wie dann auch seine Liebde/ *Ordin. Camer. p. 1. tit. 1.* & passim in imperii constitutionibus.

70 Præterea Rex Romanorum † Imperatorem Dominum suum appellat, R. A de Anno 1555. in fin. § solches alles vnnd jedes / wie obgeschrieben/ ibi: die Keyserliche Majestät vnsern lieben Bruder vnd Herrn: Imperator verò Carolus Ferdinãdum Regem Romanorum simpliciter fratrem suum appellavit, vnsern freundlichen lieben Bruder/ *dd. recessib.* alias differentias, vid. apud. Arum. *discurs. 2. ad Aur. Bull. q. 21.*

CLASSIS IV.

CAPUT I.

DE MEMBRIS IMPERII ROMANI,

hoc est statibus & Proceribus, & quæ requirantur, ut aliquis sit & dicatur status imperii, secundum hodiernum imperii stylum.

SUMMARIA.

1. *Continuatio status imperii membra ejusdem appellantur.* 2. *Status imperii quid sint.* 3. *Dicuntur etiam Proceres imperii, Ephori speciales, Cæsari immediatè subjecti.*

4. *Vt aliquis censeatur Status imperii, 4. requiruntur.*

5. 1. *In matricula seu albo imperii receptio. Matricula imperii Statum arguit.* 6. *Matricula undè dicta, Ejusq; varia significationes.* 7. *Matrice existente suspectâ, omnia inde deducta suspecta fiunt.* 8. *Olim matrices libelli dicti, in quibus Cæsareo Fisco pensitantes descripti continebantur.*

9. *Augustus Imp. Libellum manu sua perscriptum habuit, Breviarium imperii à Sueton, dictum.*

10. *Matricula pro libello etiam sumitur, in quo series & ordo quorundam hominum continentur.*

11. *Matricula imperii quid sit.* 12. *In aula Electoris Moguntini, Archicancellarii per Germaniam habetur.*

13. *Ex matricula imperii Fiscus intentionem suã habet fundatam, quæ tum semiplenam probationem, tum præsumptionem suppeditat.*

14. *Terra, quæ non reperitur in imperii matricula, nec etiam* im Anschlag deß Reichs / *non præsumitur immediatè sub imperio esse.*

15. *Ratio dubitandi. Matricula per se non probat. Nec solâ albi descriptione aliquis fit Decurio.*

16 *Ratio decidendi Descriptio in matricula quando sufficienter probat.* 17. 18. *Respondetur ad textus contrarios Privilegium juris militaris testandi iis tantum militibus concessum, qui in expeditionibus sunt occupati, vel in hostico loco reperti.*

19. *Quod aliquis non sit talis, etiam ex matriculæ inspectione patet.*

20. *Declarantur præcedentia. Matricula sola per se plenè non probat, sed præsumptivè, pro fundanda intentione, donec contrarium probetur.*

21. *Variantes reperiuntur imperii matriculæ, anteriores, & recentiores.*

22. *Brunsvicensis civitas veteribus imperii matriculis inserta reperitur, in recentioribus omissa est.*

23. *In hac incertitudine recurrendum ad illam, quæ Anno 1521. elaborata, consensuq; ordinum facta.*

24. 2. *Sessio, & votum in comitiis.* 25. *Qui ad comitia imperii, & circulorum conventus evocantur & sessionem ibi habent, pro Statu imperii habentur.*

26. *Vnico actu comparitionis vel consultationis, quasi possessio status imperii acquiritur.*

27. *Nemo admittitur ad consilium imperii, nisi consors sit imperii, eiq; immediatè subjectus.*

28. *Objectio, ad eamq; responsio. Etiam mediati inter-*

interdum ad comitia vocantur, non ut sessionem & suffragium in iis habeant, sed ad alium finem, & effectum.

29. *Necessaria illatio. Ius habet sessionis & suffragii in comitiis. Ergo est Status imperii. Quod pro cujusq; status conditione accipiendum.*

30. *Qui ad comitia non vocatur, & jus suffragiorum non habet, status imperii non habetur.* 31. *Multi sunt immediati, qui tamen non sunt status.* 32. *Nobiles in Franconia, Suevia, & ad tractum Rheni licet sint immediati, non tamen status sunt imperii.*

33. *Quoties plura conjunctim requiruntur, non sufficit alterutrum adesse, vel impleri.*

34. *Quidam Principes imperii nominantur, & tamen status imperii non sunt.*

35. *De novo in statuum numerum cooptatus, status imperii dicitur.*

36. *Locus oportunus censetur, qui adhuc vacat, hic est, postremus.* 37. *In eodem ordine dignior censetur, qui primò adeptus est in eo locum & dignitatem.*

38. *Inter habentes eandem dignitatem, ordo temporis prælationem tribuit.*

39. *Natura propter ætatis prærogativam primogenitos præfert.*

40. *Et ita inter status imperii, &c. Patrum memoriâ observatum.*

41. 3. *Indictionum & collectarum Præstatio imperio immediatè facta.*

42. *Priores duas qualitates probans intentionem fundatam habet, sine collectarum præstatione.*

43. 4. *Territorii cum omnimoda jurisdictione, immediata ab vel sub imperio possessio.*

44. *In non immediatè imperio subjectum non cadit jus superioritatis territorialis, & omnimoda jurisdictionis.*

45. *Hac in re maximè consideranda est originis ratio.*

46. *Sunt distincta status imperii, & territorii jura.*

47. *Subjectio immediata sine territorii jure subsistere potest.*

48. *Hoc 4. requisitum non est perpetuum, & in omni subjecto necessarium.*

49. *Status simpliciter sub alio statu & consorte imperii bona libera & immediata possidens, jure proprio, & imperii, ratione illorum bonorum status imperii manet.*

50. *Iure municipali, vel jure contractus, &c. res possessa, transit cum sua causa & onere.*

51. *Possessionis suæ causam mutare quis non potest, sed personam sui autoris repræsentat.*

52. *Eadem persona diverso respectu pro imperiali, & municipali considerari potest.*

53. *Sola bonorum possessio subditum non facit.*

54. *Publici juris autoritas propter solam domus, vel possessionis causam aliquem subjugari non sinit.*

55. *Persona ut Principale, trahit ad se qualitatem bonorum, ut accessorium.* 56. *Mutatâ conditione personæ, rerum status mutari videtur.*

57. *Objectio. Ratione bonorum quis sortitur forum.* 58. *Resp. ad eand. Aliud est forum sortiri, aliud subditum esse.* 59. *Ratione contractus, in loco ubi contraxit, quis forum sortitur.* 60. *Dominus feudi coram paribus curiæ forum sortitur, & convenitur.*

61. *Non solum bona in alieno possident, sed etiam domicilium habens an censeatur subditus.* 62. *Domicilium potissima subjectionis, & jurisdictionis causa. Propriè subditus quis dicitur ratione domicilii.*

63. *Dignitas personæ, & publici juris autoritas, propter rerum mutationem non mutatur.* 64. *Potentius ad se trahit minus potens.*

65. *Persona conditio potior, & dignior conditione & qualitate rerum.*

66. *Series Matriculæ imperii ex Paul. Matth. Wehnero.*

HActenus de capite imperii Romani, Imperatore videlicet, & ejus vicario perpetuo, Rege Romanorum: nune ad membra, hoc est, status & Proceres imperii Romani transitum faciemus. Hi namque status, † vulgò Stände deß 1 Reichs / membra imperii Romani in Pragmaticis constitutionibus appellantur, per ea, *quæ supra Class.* 3. *c.* 1. *adducta sunt.* De his itaq; statibus primò in genere breviter agemus. Deinde ad specialia progrediemur.

Sunt autem status † imperii, immediati impe- 2 rii cives, qui Cæsaris & communi Procerum imperii consensu in album sive matriculam imperii recepti sunt, eâ lege ut Cæsari, als ein Christlich corpus und Versamblung/ ut loquitur Maximil. I. in R. A. de An. 1512. in fin. pr. de censu imperii, in Comitiis proponenti, consilio & suffragiis adsint, & occurrente necessitate, certum censum in matricula expressum pensitent, vel subsidium militare præstent, Confer Geil. 1. *obs.* 21 *num.* 2. Matth. Steph. *de jurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 4. *n.* 27. [Et hi † 3 etiam Proceres imperii dicuntur, Dominus Meland. *in comment. ad Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 6. Tob. Paurmeist. *de jurisd. lib.* 1. *cap.* 6 *n.* 2. Ephori specia-

les. Cæsari proximè & immediatè subjecti, Just.
Reiffenb. in not. ad Recess. Deput. de Anno 1600. §.
initial. lit. e]
4 Quamobrem ut aliquis censeatur status † imperii, hæc quatuor requiruntur.
1. Ut sit in matricula seu albo imperii rece-
5 ptus, † in deß Reichs Matricul/ Nam sicut hæc
militem aut cohortalem, l. quicunq. C. de cohor-
tal. l. 13. C. de commeat. item civem & studiosum,
l. 1. l. 2. C. de primicer. Bart. in l. fin. C. de reb. cred Re-
buff. de privileg Scholar. privileg. 147. nu. 5. Ernest.
Cothm resp. Academ 14 num. 13. & respons. 18 nu.
21. & resp. 21. n 12. Mascard. de probat. conclus. 1297.
ita etiam imperii statum arguit. Frider. II. de
processib. c. 67. n. 4.
6 Dicta † autem est matricula per diminutio-
nem à Matrice, [Cujus dictionis variæ sunt si-
gnificationes, aliquando enim uterum, aliquan-
do nutricem pupillorum, & generaliter quem-
cunq; educatorem, quandoq; cothurnicum Du-
cem denotat, ut tradit Alciat. in eos qui aqua. C.
de aqu duct.] Et non ratò pro prima scriptura su-
mitur, ex qua aliæ traducuntur. Sic apud Sue-
ton. in Augusto, Palma matrix dicitur, à qua vel-
ut à matre palmites alii procedunt, Didac. Co-
varruv. pp. qq. c. 19. num. 2. [Similiter Fistulæ ma-
trices dicuntur ex quibus aliæ derivantur, l. eos
qui aqua copiam, & ibi Alciat. & Cujac. C. de aqu.
7 ductu. Ubi notandum † quod si matrix suspe-
cta sit, omnia inde deducta suspecta fieri, Anton.
Fab. in Cod rer in Sabaud judicat. lib. 4. tit. 16. defin.
14. Rutger. Ruland. de commissar. lib. 5. c 26. num. 9.
8 part. 2.] Dicebantur † etiam olim Matrices li-
belli, in quibus Cæsarem Fiscum pensitantes de-
scripti continebantur, Bud. ad l 2. de edend. Gail.
d. obs. 71. n. 5. [Johan. Lorin. Jesuit. in comment in
lib. Num. cap. 1. vers. 18. fol. 39. De Augusto Impe-
9 ratore legimus, † quod libellum manu sua per-
scriptum habuerit, in quo publicæ contineban-
tur opes, quantum civium, sociorumque in ar-
mis, quot classes, Regna, Provinciæ, tributa, lar-
gitiones, teste Cornel. Tacit. lib. 1. annal. Et iste li-
bellus, nihil aliud quam matricula imperii fuit.
Et à Sueton. in August. cap. ult. appellatur Brevia-
rium imperii]
10 Usurpatur etiam † matricula pro libello, in
quo series & ordo quorundam hominum con-
tinetur, in l. matricula, C. de agentib. in reb. Covar-
ruv. d. c. 19. num. 2. Et hæ significationes poste-
riores magis quadrant, ad nostrum propositum.

Siquidem matricula † imperii nihil aliud est, 11
quam albũ, in quo nomina civium immediato-
rum & statuum imperii [& quantum unusquisq;
ex illis, imperio, urgente necessitate pensitet,]
conscripta continentur. Eamq; in aula sua Ele-
ctor † Moguntinus, tanquam Archicancellarius 12
per Germaniam habet, & apud eum matriculæ
editio, decretis in Camera imperiali compulso-
rialibus peti solet, vnd wird auß dem Meyntzi-
schen als auß deß H. Reichs Cantzley ed ret; at-
que ita factum in causa Fiscalis Contra Bayern
vnd Dinberg/ notat. Rulant. de Commiss. p. 2. lib. 5.
c. 4. n. 11. 12. [Et huc facit text in Recess. Imp. Aug. de
Anno 1548. §. Nach dem auch etlicher anderer/
Meichsner. dec. Cam. 6. num. 18. Tom. 3.]
Quamobrem Fiscus intentionem † suam ha- 13
bet fundatam ex albo vel matricula imperii, c.
cum person. de privileg. in 6. cap. cum dilectus de relig.
domib. Gail. d obs. 21. nu. 4. quæ tum semiplenam
probationem, tum præsumptionem suppedi-
tat, ut ex multis præjudiciis patere dicit, Auctor.
decis. seu Præjudic. Cameral. verb. Matricula, ut in
causa Fiscalis Contra Spiegelberg / de Anno 1550.
item Fiscalis Contra Lemgaw / & similium, Er-
nest. Cothm ann. d resp. 28. num. 21. & resp. 21. n. 12.
Et in pleno senatu, [Anno 1550. 7. Octobr.] con-
clusum esse hujusmodi descriptionibus statuum
à Fiscali productis standum esse, [Meichsner. d.
decis. Cam. 6. sub n. 8. vers. sequitur, ut videamus.] Et
vice versa, terra † quæ non reperitur in imperii 14
Matricula, nec etiam im Anschlag deß Reichs/
non præsumitur per se esse territorium & imme-
diatè sub imperio, sed esse de alicujus Principis
provincia, & ejus superioritati subjecta, per ea
quæ tradit Johan. Gœdd. in respons. jur. de restit. Ba-
ron. Vallend. n. 212.
[Pro ratione dubitandi, † occurrunt ea quæ 15
habentur apud Gylman. in symphorem. supplicat.
Tom. 2. part. 1. volum. 5. num. 7. & seqq. matriculam
videlicet per se non probare, argum. l. Herennius,
ff. de Decurion. ubi quod solâ albi descriptione
aliquis non fiat decurio. Similiter nec scriniarii
utuntur jure militari, etiamsi nomina eorum
matriculis militum inserta sint, l. scriniarios, C. de
milit testam.
Pro ratione decidendi † notandum solam 16
descriptionem in matricula per se nõ sufficien-
ter probare, sed tunc demum si quis ritè & secun-
dum morem aut legem in ea descriptus sit, se
pro tali gerat, & præstet ea, quæ faciunt alii in-
scripti,

scripti. Bart. *in l. petitionem, C. de adv. div. jud. Dd. in d. l. scriniarios*, Jas. *in l. Barbarius ff. d. offic. prat.* Gylmann. *alleg. modo loc. numer.* 10. Ex quibus facilè respondetur † *ad d. l. Herennius*, quia ille textus expressè præsupponit, descriptionem contra legem, dum dicit; Solâ albi præscriptione, seu descriptione, minimè decurionem factum, qui secundum legem decurio factus non sit.

18 Ad 2. † *ex l. scriniarios*, desumptum dubium, respondetur, Non ideò scriniarios in testamentis faciendis jure militari non gaudere, quod non censeantur in numero militum armatorum, cum apparitores hi expressè ordines militares dicuntur, *l. 2. C. de apparit. mag. milit.* atque inde etiam peculium Castrense habeant *d. l. scriniarios:* Sed quod hoc privilegium testandi, jure militari, iis tantum militibus concessum sit, qui in expeditionibus sunt occupati, non verò his qui à castris absunt, *l. 1. l. Divus, ff. de milit. testam. l. milites, l. pen. C. eod. pr. instit. eod. tit.* Et rursus reperti in hostico loco, etiamsi revera milites non sint, rectè tamen jure militari testati possunt, *l. ult. ff. de testam. milit. l. 1. de bon. possess. ex testam. milit.* Et ita respondet referens apud Meichsner. *decis. Camer. 6. numer. 9. vers. contra ex eadem lege, Tom. 3.*

19 Præterea † quod aliquis non sit talis, etiam ex matriculæ inspectione patet, *l. quicunque, C. de cohortal. lib.* 12. ubi pro cohortali non habetur, atque ideo ad officia præsidum non admittitur, nisi nomen ejus, matriculis primitus receptum fuerit, idem de Scholari, Notario & similibus statuendum notat Bart. *in l. fin. de reb. cred.* Tiber. Dec. *resp. 66. n. 55. & resp. 119. n. 7 & seq. vol. 3.*

20 Declara præcedentia, † licet matricula sola per se non plenè probet, aliquem talem esse, probat tamen præsumptivè, pro fundanda intentione, donec contrarium probetur, vel alia non obstent, post Paul. de Castr. tenet Tiber. Decian. *9. respons. 66. n.* 55. Et hanc veram & communem esse opinionem scribit Jas. *in d. l. Barbarius n. 56. de offic. prætor.* Meichsner. *alleg. loc. nu.* 10. *ubi n.* 11. addit, id maximè procedere, si confecta sit publica seu superiori auctoritate, & ibi plura hac de materia notabilia reperies. Si autem statim de impedimento & nullitate descriptionis constaret, eo casu, ne præsumptivè quidem matricula probaret.]

21 Cum verò variantes † reperiantur imperii matriculæ, anteriores & recentiores. [Reichs A. zu Speyer/de Anno 1570. §. Wann dann darneben.] Meichsn. *tom. 3. decis. 6. f. 66.* dubitatum aliquando, quænam debeat valere, uti factum in causa deß Hertzogen von Braunschweig / contra die Statt Braunschweig/teste Besold. *de jurisd. imp. q. 8.* Brunsvicensis namq; civitas † veteribus imperii matriculis inserta reperitur, in recentioribus verò omissa est. In hac autem incertitudine ad illam † recurrendum est, quæ Anno 1521. elaborata, velut meliorem, consilio consensuq; ordinum factam, donec moderatorum judicio emendetur, R. A. de Anno 1557. §. Nach dem auch/ de Anno 66. Anno 67. §. Wann auch / & præsertim R. A. zu Regenspurg/de An. 1594. §. Wann auch bey voriger Tractation/ etc. ubi expressè ita cavetur] & passim Denaif. *in jur. Camerali tit.* 191. §. 9. Knich. *in Enclopæd. l. 7. fol.* 21. Zachar. Viet. *de exempt. concl.* 5. 22 23

Secundò requiritur, ut sessionem † & votum in Comitiis habeat, daß er Stimm und Standt im Reichsversamlungen habe/ R. A. de An. 1548. §. Wann auch ein Außgezogener. Qui enim ad comitia † imperii, circulorumq; conventus evocantur, & in sacro isto consessu pedem figere audent, pro statu imperii habentur, Geil. *d. obs.* 21. *num. 9. Auctor. Decis. Cameral verb status imperii vers. An Princeps. l. G. fol.* 325. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. pag. 1. cap. 4. num.* 45. adeò ut unico † actu comparitionis vel cōsultationis, quasi possessio status imperii acquiratur, *Viet. d. conclus.* 5. quia nemo admittitur † ad consilium & senatum imperii, nisi sit consors imperii, & pars curiæ imperialis, & sic immediatè imperio subjectus, *argum. l. honores, §. is qui, ff. de decurion. & l. 2. C. eod.* Geil. *d. obs. 21. num. 9.* 24 25 26 27

[An autem vocatio ad Comitia † sufficiat ad probationem immediatæ subjectionis, dubitari posset ex iis quæ scribit Nicol. Everhard. Jun. *consil. 41. num.* 89. ubi iteratò asserit, quod non solum immediatè, sed etiam mediatè imperio subjecti ad Comitia vocentur, quod pugnat cum fundamentis supra adductis; Ideoque non nisi sub hac distinctione id ipsum concedere, fieri quidem posse ut etiam mediatè subjecti quandoque ad Comitia vocentur, non tamen ad eum finem, ut sessionem & suffragium, in comitiis habeant, sed ad alium effectum & finem, quod utique facile accidere potest, ex variis rerum figuris. Rectè itaque & per necessarium argumentum infertur: † Hic vel ille habet jus suffragii & sessio- 28 29

& sessionis in Comitiis imperii, Ergò est status imperii, cum nemini suo nomine hoc jure uti fas sit, qui in ordinibus imperii non censeatur, Meichsner. *decis. Cam. 6. post. numer. 27. Tom. 3.* Quod tamen pro cujusq; status conditione est accipiendum. Neque enim singuli Comites jus suffragii habent, sed ut certus circulus seu corpora. Idem Meichsner. *d. loc.* ubi omninò videri potest.]

30 Quamobrem licet aliquis ut immediatus † sit in matricula, si tamen ad Comitia, & jus suffragiorum, non vocetur, status imperii non ha-
31 betur. Non enim statim † ut quis est immediatus, est etiam status; Quia multi sunt immediati, qui tamen nō sunt status, R. A. zu Wormbs/ de Anno 1564. §. Vnnd wollen wir als Römischer / etc. gegen denen so nicht Ständt deß heiligen Reichs / jedoch dem
32 heiligen Reich immediate vnterworffen/etc. Sic nobiles † in Franconia, Suevia & ad tractum Rheni die freye Reichs Ritterschafft licet sint immediati, non tamen sunt status imperii, quia jus Comitiorum non habent.

33 Quoties namque plura † conjunctim requiruntur, non sufficit alterutrum adesse vel impleri, *l. si quis ita stipulatus fuerit decem, ff. de verb. obl.*
34 *l. si heredi plures, de condit. instit.* [¶ Sunt etiam † qui nominantur Principes imperii, & gaudent titulis Principum imperii, & tamen status imperii non sunt, quorum in numero Ratzevilius in Litvania, item Transylvanus & alii Italiæ Principes, nec non qui recens ad hanc dignitatem sub tali titulo & privilegio pervenerunt, voto tamen & sessione in Comitiis carent, alia exempla vid. apud Arum. *de Comitiis, cap. 4. n. 75. & mult. seqq.*]

35 Si tamen aliquis de novo † in statuum numerum sit cooptatus, licet nullam adhuc in Comitiis actu sessionem consecutus sit, status dicitur, cui Imper. citra imperii aliorumve præjudicium, de loco opportuno prospicit, R. A. de An. 1570. circ. fin. §. Nach dem.

36 [Censetur autem Locus opportunus, † qui adhuc vacat, hoc est postremus. Ita enim regulariter obtinet, ut qui in ordinem aliquem recipitur, ei non liceat eundem turbare, & se ipsum in quem velit locum ingerere, sed referri debet in locum quem nemo dum occupavit, per tradita Johan. Fichard. *consil. Latin. 77. num. 16.* Matth. de Afflict. *Decis. Neapolit. 1. num. 8.* Et in eodem
37 ordine † dignior censetur, qui primò adeptus est in eo locum, seu dignitatem, Bart. *in l. 1. de alb. scrib.* Innocent. *in cap. tua, de Major. & obed.* Caspar. Anthon. Thessaur. 1. *quast. forens. 48 num. 5.* ubi de Senatoribus & Consiliariis Tiber Deciam. *respons. 19. num. 185. & seq.* ubi tritam dicit esse regulam, † quod inter habentes eandem di- 38
gnitatem, ordo temporis prælationem tribuat, *per l. 1. C. ut dign. ord. serv. l. 1. Cod. de Consul. lib. 10.* etiamsi posterior tempore esset major, ex aliqua alia qualitate, videlicet divitiarum, honorū, &c. Innocent. Butr. Felin *in c. statuimus, de major. & obed.* Idq; etiam naturæ conveniens, † quæ pro- 39
pter ætatis prærogativam primogenitos præfert. Cum itaque Principes, Marchiones, Comites, &c. sint tanquam filii Imperatoris, ratione collatarum dignitatum, ideoq; justum est ut inter eos etiam ordo ætatis servetur, ita ut qui primo creatus est Dux, Princeps, &c. præferatur postea creato, per notata *in c. solita, de major. & obed.* Bald *in determinimus in 2. Notab. C. de Sacrosanct. Eccles.* Deciam. *d. resp. 19. num. 185. & 187.* ubi adducit exemplum Salvatoris qui Jacobum majorem vocavit illum Apostolum, qui prior ad Apostolatum vocatus erat, & alterum minorem, licet ætate major altero esset. Plures rationes, intuitu meritorum à vetustis familiis Imperatori diutiùs præstitorum, quàm à recentioribus, cum similibus, adducit Decian. *alleg. modo loco* Et
ita etiam inter status imperii, † in diversis Co- 40
mitibus, in Principum ordinem, item in Baronibus, in Comitum ordinem receptis, patrum memoriâ observatum attestatur Fichard. *in d. consil. 77. num. 16.* Quamvis possent occurrere circumstantiæ, propter quas superior habita ratione dignitatis, potentiæ & aliarum considerationum, ex justa causa, aliud statueret, *arg. l. 1. ff. de alb. scribend.*]

Et quamvis hæ sint potissimæ qualitates, quæ etiam sufficiunt ad probandam quasi possessionem status imperii; Pro Tertio tamen eandem
arguit, si quis indictiones † & collectas imperio 41
immediatè pro rata sua quolibet tempore solverit, Reichs Abschied/ de Anno 1542. §. Wann auch ein Außgezogener/ etc. : Vnd wider ihn darbracht werden möchte / daß er je in Menschen Gedächtnuß/ in [illegible] Reichs gemeinen vnnd nicht privilegirten Hülffen contribuirt, &c. Geil. *d. observ. 21. num. 9.*

Si tamen priores duas qualitates † quis pro- 42
baverit, intentionem fundatam eum habere putarem, etiamsi probare non posset præstationem collectarum; quia fieri potest, ut aliquis privilegio vel

gio vel præscriptione sit immunis ab hoc onere.
[Maximè si ab Imperatore & statibus imperii,
pro tali sit habitus, per ea quæ tradit additiona-
tor ad Barr. *in l. Herennius, ff. de Decurion.*]

Pro quarto requirunt, ut territorium cum o-
43 mnimoda † jurisdictione & regalibus, quorum
vigore Imperatorem in suo territorio repræsen-
tat, immediatè ab vel sub imperio possideat,
Geil. *d. obs. 21. num. 9.* Gylman. *in symphorem. sup-
plic. tom. 1 p. 1. tit 3. vot. 7. num.* 18. Wehner. *in ob-
serv. pract. verb.* Standt deß Reichs. Nam in hũc
44 qui non est immediatè † sub imperio, non po-
test cadere causa juris sublimis superioritatis
territorialis, & omnimodæ jurisdictionis, quæ
est, quòd quisque Princeps & Comes in suo
territorio jura summi Principis exerceat, hoc
est, possit ea in suo, quæ Imper. in universo, Me-
noch. *consil. 75 num. 36. consil.* 307. *num.* 1. Knich.
de sublim. territ jur. cap. 1. nu. 361. *& seqq.* Schrad.
de Feud. p. 10. sect. n. 247. Wesenb. *cons. 27. n. 29.*

45 Hac tamen in re maximè consideratur † ori-
ginis ratio, si scilicet origine sit status, quamvis
fortè nulla bona immediatè habeat sub impe-
rio, quod ita consideratũ in causa Hohneck con-
tra Reineck testatur, *Auct. Decis. Camer. verb sta-
46 tus imperii.* Sunt enim distincta † status imperii
47 & territorii jura, & subjectio immediata † sine
territorii jure subsistere potest, Andr. Knich. *in
velit. Apolog. num.* 13. 14. 110. 120. 131. ideoq; hoc
48 quartum requisitum † non est perpetuum, & in
omni subjecto necessarium.

Quid verò si aliquis status teneat quidem di-
strictum aliquem immediatè ab imperio, sed ta-
men in alterius Principis vel status districtu bo-
na possideat, anne ratione illorum bonorum e-
rit subditus illius Principis, & non status imme-
diatus? Andr. Geil. *de Arrest. cap.* 6. disting. hoc
49 modo: Aut status † simpliciter ob patrimonii
amplitudinem sub alio statu & consorte impe-
rii, bona libera & immediatè à Cæsare & impe-
rio dependentia possidet jure proprio & imperii
(qualia bona plurima Archiepiscopus Mogun-
tinus hinc inde sub aliis Principibus dispersa
possidet) ratione etiam illorum bonorum status
50 imperii manet: Si verò non jure proprio † &
imperii principaliter, sed jure municipali, vel ju-
re contractos aut universalis aut particularis
successionis teneat, aliud dicendum esse, quia
res transit cum sua causa & onere, *l. cum mater,
C. de rei vind. l. traditio, de acquir. rer. Domin. cum
similib.* neque quempiam possessionis † suæ cau- 51
sam mutare posse, sed personam sui auctoris re-
præsentare, jure cõstitutum est, *l. 3. §. illud quoq.
& l. Pomponius, §. cum quis de acquir. possess* tum
etiam quòd eadem persona, † diversis respecti- 52
bus pro imperiali & Municipali considerari pos-
sit, R.A. de Anno 1548. §. auch der Graffen von
Tübingen.

Verùm non desunt rationes, quibus simplici-
ter dicendũ videtur, bonorum † possessionem
personam non afficere; quia sola bonorum pos-
sessio subditum non facit, *l. libertus, §. sola, ff. ad
Municip.* Vult. 1. *Feud c. 6. n. 5.* Meichsner. *Tom. 2.
lib. 1. decis. 6. num.* 58. neq; publici juris † aucto- 54
ritas propter solam domus vel possessionis cau-
sam aliquem subjugari sinit, inquiunt *Impp. in l.*
4. C. *de incol.* Nam persona, † tanquam princi- 55
pale trahit ad se qualitatem bonorum tanquam
accessorium, *l. in pecudum de usur. l. nam ut Prin-
cipalis de reg. jur. l fin. C. de inoffic. testam.* Petr. An-
char. *cons. 12. num. 2.* Steph. Bertrand. *consil.* 121. *n.*
3. *vol. 3.* & mutata † conditione personæ, rerum 56
quoque status mutari videtur, *l. si quis postea de re
jud.* Ernest. Corbman. *resp. Academ. 27. num. 57. &
seqq. ubi latè hoc argumẽtum examinat.* Don. Gars.
Mastrill. *de Magistratib. lib. 4. c. 5. n. 5.*

Neque huic adversatur, quòd ratione bono-
rum † aliquis forum sortiatur & conveniri pos- 57
sit coram eo, in cujus districtu bona sunt sita, *l.
pupillo, 27. de tutor. & curat. dat. ab his, l. Titium
& Mævium, 47. §. Tutores de administr. tut. l. fin. C.
ubi in rem act. c. sanè, c fin. de for. compet.* Quia hoc
argumentum omninò à separatis infertur, quia
aliud † est forum sortiri, aliud subditum esse, 58
Geil. 2. O. 36. *num.* 15. Nam & ratione contractus
† in loco, ubi quis contraxit, forum sortitur, *l.* 59
19. §. 1. *de jud. l. 65. eod. tot. tit. C. ubi de crimin. agi
oport. Nov. 15. c. 6. §. 1. Nov. 60. cap. 1.* Et vasallus
coram Domino feudi, *c. cæterum de judic.* Et Do-
minus † coram paribus Curiæ, hoc est, Vasallis 60
suis forum sortitur & cõveniri potest, si cum Va-
sallo lis sit in causa feudum concernente, *c. 1. §. si
inter de alienat. feud pater. c. 1. de feud. sine culp. non
amitt.* Clar. *in §. Feudum, c. 12 concl.* 12. Mynf. 1. O.
99. *&* 5. *obs. 75.* Zas. *de Feud. p.* 11. *num.* 11. quis ta-
men diceret propterea Dominum fieri subditum
parium.

Major est controversia, si non solùm bona
quis in alieno possideat, † sed etiam domicilium 61
habeat, anne tunc censeatur subditus. Nam do-

X micilium

62 micilium est † potissima subjectionis & jurisdictionis causa, *l. cives, C. de incol. lib.* 10. *Clem.* 1. *de for. Compet.* & propriè subditus quis dicitur ratione domicilii. Bald. *in l.* 1. *C. si à non compet. judic. c. licet ratione de for. compet.* Geil. 2. *Obs.* 35. *n.* 1. Meichsner. *d. decis.* 7. *n.* 4. *ut in causa multum celebri* Ortenburg *contra* Bayern *disputatum fuit*, Confer Matth. VVehner. *in pract. observ. verb.* Landsasserey vnd Landsassen.

63 Verum neque hoc ad inducendam † subjectionem sufficere videtur, cum dignitas personæ & publici juris auctoritas, propter rerum conditionem non mutetur, *l.* 1. *C de imponend. lucrat. descript.* cujus rei plurima refert prejudicia, *Auctor. decis. Cameral. verb. exceptiones, fol.* 128. Ziegler. *in commun. concl. ad prax. Calvol.* §. *Landsassii, nu.* 17. Sed in eo majus lumen offuscat minus illudque quasi ad se trahit, *c. in dubiis de consecrat. cap.* 1. *eod.*
64 *in* 6. & potentius † ad se trahit minus potens, eiq; communicat suam dignitatem & privilegia, *l. quæritur, ff. de stat. homin* Joh. Bapt. cost. *de quot.*
65 *& rat. q.* 94. *num.* 3. Personæ † autem conditio potior & dignior conditione & qualitate rerum, *qua de repulcrè* Zachar. Victor. *contra* Geil. *differit de exempt. concl.* 10. *& concl.* 27. Et tantum de qualitatibus, quæ arguunt & constituunt aliquem statum imperii.

66 [HUIC † CAPITI APPENDICIS loco adjicere voluimus ipsam seriem Matriculæ imperii, prout ea relata est à Paul. Matth. Wehnero *in pract. observ.*

Matricul deß H. Röm. Reichs.
Oder
Verzeichnuß deß H. Reichs Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen Anschlags.

I.
Oesterreichisch Krayß.

Oesterreich Ob vnnd Vnter der Enß / deß Monats 1218. fl. 40. kr.
Administration Tyrolischer Landen 1218. fl. 40. kr.
Steyer/ Kernten vnd Crain 1218. fl. 40. kr.
Bisthumb Trient vertritt Tyrol 532. fl.
Bisthumb Brixen vertritt Tyrol 532. fl.
Graffschafft Kirchberg vertritt Tyrol 28. fl.
Stadt Costentz 236. fl.
Summa 4984. fl.

II. Churfürstlich Reinisch Krayß.

Churfürst zu Meintz wegen deß Churfürstenthumbs bezahlt 1828. fl.
Wegen der Herrschafft Steineggloher 44. fl.
Wegen der Graffschafft Königstein. 88. fl.
Summa 952. fl.

Churfürst zu Cölln wegen deß Churfürstenthumbs deß Mon. 1828. fl.
Bisthumb zu Lüttich 1280 fl.
Bisthumb zu Freysing 464. fl.
Bisthumb zu Münster 832. fl.
Abtey Stabel 112 fl.
Ein Drittel an Hildesheimb 178. fl. 40. kr.
Summa 4694. 40. kr.

Churf. zu Trier wegen deß Churfürstenthumbs 1216. fl.
Abtey Prim 46. fl.
Summa 1280. fl.

Churfürst Pfaltzgraff wegen deß Churfürstenthumbs 1828. fl.
Probstey Seltz 24. fl.
Abtey Waldsachsen 120. fl.
Wegen Simmern 76. fl.
An Spanheimb 62. fl.
Summa 2110. fl.

Ballay Coblentz 128. fl.
Graff zu Amberg 48 fl.
Herrschafft Reineg 12 fl.
Graffschafft nider Eysenburg 56. fl.
Summa 244. fl.

III. Burgundisch Krayß.

Burgund mit seinen Landen 3656. fl.
Summa 3656. fl.

IV. Ober Sächsisch Krayß.

Churfürst zu Sachsen wegen deß Churfürstenth. 1984. fl.
Bisthumb Meissen 96. fl.
Bisthumb Merseburg 96. fl.
Bisthumb Naumburgk 96. fl.
An den sequestrirten Herrschafften in Düringen 140. fl.
Wegen deß Antheils im Voitland 304. fl.
Graffschafft zu Beuchlingen 24. fl.
Graffschafft Leißnickh 20. fl.
Herrschafft Willenfelß 20. fl.
Wegen Tautenbergk 28. fl.
Summa 2806. fl.

Churf. zu Brandenburg wegen deß Churfürstenth. 1828. fl.
Bisthumb zu Brandenburg 64. fl.
Bisthumb Haffelberg 240. fl.
Bisthumb Lebus 120. fl.
Graffschafft Heinstein vnd Viraden 12. fl.
Graffschafft Rapin 84. fl.
Summa 2384. fl.

Sachsen Weymar vnd Altenburg 456. fl.
Abtey Salfeldt 76. fl.
Graffschafft Gleichen 88. fl.
An der Graffschafft Henneberg/ dessen antheil auch die Chur Sachsen betreffendt 228 fl.
Herrschafft Brandenstein 28. fl.
Summa 869. fl.

Sachsen Coburg 316. fl.
An der Graffschafft Henneberg. 76. fl.
Summa 392. fl.

Hertzog zu Pommern. 1208. fl.
Bisthumb Camin 184. fl.
Summa 1392. fl.

Fürsten zu Anhalt 188. fl.

Abtey

Abtey Geringeroda 36.fl.

Summa 214. fl.

Graffen von Schwartzenburg der 4. Graffen. 200.fl.
Abtey Walckenried 48.fl.
An Hohenstein vnd Loher. 28.fl.

Summa 276.fl

Graffen von Stolberg für jhr drey viertel an der Graffschafft Stolberg 63.fl.
An der Königstein 20.fl.
An Honstein vnd Lohr 28.fl.

Summa 111. fl.

Reussen von Plauen samptlich 96.fl.
Graffen von Manßfeldt 120.fl.

Summa 216.fl.

V. Fränckischer Krayß.

Bischoff zu Würtzburg 1342.fl.
An der Graffschafft Henneberg. 36.fl.
Wegen Reigelsperg 28.fl.
Von der Stadt Schweinf. vbernommen 20.fl.

Summa 1456.fl.

Bischoff zu Bamberg 1088.fl.
Bischoff zu Eichstatt 768.fl.
Teutschmeister. 448.fl.
Marggraffen zu Brandenburg/zu Onoltzbach 1032.fl.
Graffen zu Castell 28.fl.
Graffen zu Wertheim 160.fl.
Graffen zu Hohenlohe samptlich 256 fl.
Schencken zu Limburg 118.fl.
Graffen zu Erbach 56.fl.
An Reinegglohr. 8.fl.

Summa 3063 fl.

Graff zu Schwartzenburg in Francken 24 fl.
Herr von Seinßheimb 28.fl.
Stadt Nürnberg 1430.fl.
Statt Rotenburg 380.fl.
Stadt Winßheim 148.fl.
Stadt Schweinfurt 186.fl.
Statt Weissenburg am Nortgaw 100.fl.

Summa 2328. fl.

VI. Bayrischer Krayß.

Ertzbischoff zu Saltzburg 1828.fl.
Bischoff zu Passaw 528.fl
Bischoff zu Regenspurg 216 fl.
Probst zu Berchtolsgaden 104.fl.

Summa 2676.fl.

Abt zu Kayserßheimb 288.fl.
Abt zu S. Haimerein 96.fl.
Abtissin zu Nidern Münstern in Regenspurg 24.fl.
Abtissin zu Obern Münster daselbst 24.fl.

Summa 432 fl.

Hertzog in Bayern 1828.fl.
Wegen der Graffschafft Haag 88.fl.
Herrschafft Hohenschwangaw 10.fl.

Summa 1926.fl.

Pfaltzgraff zu Newburg 640.fl.
Herrschafft Heidegg 88.fl.
Herrschafft Stauffenfels 36.fl.

Summa 764. fl.

Landgraff zu Lichtenberg 128.fl.
Graff zu Ortenburg 24.fl.
Herr von Wolffenstein 40.fl.
Herr zu Mexelrein 20.fl.
Stadt Regenspurg 320.fl.

Summa 532.fl.

VII. Schwäbisch Krayß.

Bischoff zu Augspurg 652.fl.
Bischoff zu Costentz 204.fl.
Abtey zu Reichenaw 40.fl.
Abtey Kembten 352.fl.
Probst zu Elwangen 132.fl.

Summa 284.fl.

Abt zu Sallmansweil 326.fl.
Abt zu Weingarten 120.fl.
Abt zu Weissenaw 80.fl.
Abt zu Petershausen 24.fl.
Abt zu Schussenried 80.fl.
Abt zu Roggenburg 64.fl.
Probst zu Wettenhausen 24.fl.
Abt zu Ochsenhausen 128.fl.
Abt zu Marchthal 44. fl.
Abt zu Elchingen. 128.fl.
Abt zu Münchrott 44.fl.
Abt zur Aursperg. 40.fl.
Abt zu Yessen 56.fl.
Abt zu Bingenbach 24.fl.
Abt zu S. Vlrich in Augspurg 20.fl.
Abtissin zu Lindaw 13.fl. 20.kr.
Abtissin zu Rotenmünster 28 fl.
Abtissin zu Borchaw 48.fl:
Abtissin zu Heggbach 20.fl.
Abtissin zu Güttenthal. 20.fl.
Abtissin zu Band 12.fl.
Balley Elsaß vnd Burgund 160.fl.

Summa 1493.fl.20.kr.

Hertzog zu Würtenberg 1828.fl.
Abtey zu Maulbrun 148.fl.
Abtey Königsbrun 52.fl.
Graffschafft Löwenstein 60.fl.

Summ. 2088. fl.

Marggraffschafft Baden 868.fl.
Helffenstein/ Wiesensteig 24.fl.
Graffschafft Oettingen Wallerstein 138.fl.
Graffschafft Oettingen zu Oettingen 138.fl.
Graff Friderich von Fürstenberg 138.fl.
Graffschafft Lupffen 120.fl.
Graffen zu Montfort 68.fl.
Die übrige Graffschafft Fürstenberg 192.fl.
Graffen zu Hohenzollern 152 fl.
Graffschafft Sultz 60.fl.
Herrschafft Brandis 36.fl.
Herrschafft Justingen 20.fl.
Graffschafft Eberstein 16.fl.
Graffen zu Helffenstein/Maßkirch vnd Zimmern 45.fl.
Herrschafft Gundelfingel 32.fl.
Die Herren Erbtruchsässen zu Walds. samptlich 312.fl.
Die Herren von Königsegg 84.fl.
Geroltzegg 20.fl.
Graffenegg 16.fl.
Die Herren Fugger samptlich 197.fl.
Stadt Augspurg 900.fl.

Vlm	500. fl.
Mämmingen	248. fl.
Kembten	156. fl.
Bibrach	196. fl.
Kauffbewern	160. fl.

Summa 5231. fl.

Yßin	180. fl.
Leutkirch	40. fl.
Wangen	80 fl.
Lindaw	196. fl.
Ravenspurg	196. fl.
Buchhorn	20. fl.
Vberlingen	312. fl.
Pfullendorff	104. fl.
Reutlingen	188. fl.
Eßlingen	220. fl.
Gemünd	176. fl.
Weil	60. fl.
Heilbrun	280. fl.
Wimpffen	88. fl.
Schwäbischen Hall	292 fl.
Dinckelspül	208. fl.
Popfingen	24. fl.
Bingen	66. fl.
Arlen	60. fl.
Nördlingen	260 fl.
Donawerd	136. fl.
Offenburg	120.
Rotweil	280. fl.
Gingenbach	60. fl.
Zell am Hammerspach	40. fl.
Buchaw am Federsee	8. fl.
Bischoff zu Wormbs	76. fl.

Summa 3590. fl.

IIX. Oberrheinisch Krayß.

Bischoff zu Speyer	456 fl.
Probstey Weyssenburg	80. fl.

Summa 536. fl.

Bisthumb Straßburg	616. fl.
Bisthumb Basel	84. fl.
Bisthumb zu Metz.	173. fl. 20 kr.
Probstey Oedenheim	40. fl.
Johanniter Meister	240. fl.
Abtey Fulda	404. fl.
Abtey Mürbach	148. fl.
Abtey Hirßfeld	60. fl.
Abtey Münster zu St. Gregorienthal	28. fl.
Hertzog zu Lotringen	1216. fl.
Hertzog von Saphoy gibt aber nichts	1186. fl.
Pfaltzgraff zu Zweybrück	302. fl.
Die Landgraffen zu Hessen in allem	1704. fl.
Graffschafft Nassaw/Sarbrück vnd Weilburg	192. fl.
Wald vnd Rheingraffen	96. fl.
Reipoldkirchen	28. fl.
Herrn von Kriechingen	40. fl.
Herrschafft Oberstein	16. fl.
Graffschafft Ochsenstein	24. fl.
Graffschafft Hanaw Liechtenberg	160. fl.
Graffen zu Leiningen	112. fl.
Graffschafft Falckenstein	40. fl.
Graffschafft Nassaw Wißbaden	64. fl.
Nassaw Sarbruggenlohr	192. fl.
Alle Graffen zu Solms	264. fl.

Summa 6.83. fl.

Graffen zu Eysenburg Büdingen	240 fl.
Graffen zu Hanaw Liechtenberg	240. fl.
Graffen zu Witgenstein	28. fl.
Graffen zu Waldeck	120. fl.
Waldbotten in Passenheim	16.
Herren von Fleckenstein	60. fl.
Stadt Straßberg	900. fl.
Franckfurt	800. fl.
Speyer	276. fl.
Wormbs	276. fl.
Colmar	168. fl.
Keysersberg	84. fl.
Türckheimb	20. fl.
Münster in S. Gregorienthal	48. fl.
Oberenheim	80. fl.
Rogheim	24. fl.
Schletstatt	144 fl.
Hagenaw	192. fl.
Weyssenburg am Rhein	112. fl.
Landaw	96. fl.
Friedberg in der Wetteraw	48. fl.
Wetzlar	32. fl.

IX. Westphalisch Krayß.

Bischoff zu Oßnabrück	351. fl.
Bischoff zu Verden	216. fl.
Bischoff zu Münden	48 fl.
Abt zu Werden	184. fl.
Abt zu Corvey	48 fl.
Abt S. Cornelii Münster	48. fl.

Summa 4100. fl.

Abtissin zu Werden	60. fl.
Abtissin zu Essin.	24 fl.
Abt zu Thorn	76. fl.
Gülich mit den zugehörigen Landen	2132. fl.
Graffen zu Ostfrießlandt	192. fl.
Graffen zu Rietberg	72. fl.
Graffen zu Nassaw Düllenberg	300. fl.
Graffen zu Sain	112. fl.
Graffschafft Viernenberg	48. fl.
Graffen zu Wied	96.
Graffen zu Oldenburg	216. fl.
Graffen zu Delmenhorst.	80. fl.
Graffen zu Bentheim/Steinfart/Deckelbrim	276. fl.
Graffen zu Diffolt	28. fl.
Graffen zu Schaumburg vnd Zemen	176. fl.
Graffen zu Spiegelberg	24. fl.
Herren zu Winneberg	12. fl.
Graffen zu der Lipp	120. fl.
Herren zu Pirmont	16. fl.
Herrschafft	12. fl.
Herren zu Gränßfeld	12. fl.
Stadt Cölln	825. fl.
Stadt Aach	204. fl.
Stadt Dormund	204. fl

Summa 7350. fl.

X. Niders

X. Nider Sächsisch Krayß.

Ertzstifft Magdeburg		1345.fl.
Ertzstifft Bremen		688.fl.
	Summa 2033.fl.	
Hertzog zu Holstein		800.fl.
Das Bisthumb Schwerin		80.fl.
	Summa 880.fl.	
Hertzog zu Braunschweig		1372.fl.
Am Stifft Hildesheim	2/3. 357.fl. 20.kr.	
Wegen Bisthumb Halberstatt		432.fl.
Wegen Grulenhaagen		60.fl.
An der Graffschafft Hoy		24.fl.
An der Graffschafft Rheinstein		24.fl.
	Summa 2269. 1/3. fl.	
Hertzog zu Lünenburg		720.fl.
Fürstenthumb Schlesien		120.fl.
Sachsen Lauenburg		216.fl.
Bischoff zu Lübeck		60.fl.
	Summa 1116. fl.	
Hertzogen zu Mechelburg		748.fl.
Wegen deß Bisthumbs Ratzenberg		60.fl.
	Summa 808.fl.	
Stadt Lübeck		960.fl.
Stadt Mülhausen		160.fl.
Northausen		120.fl.
Goßlar		120.fl.
	Summa 1360.fl.	

CAPUT II.

DE STATVVM ET MEMBRORVM *Imperii distributione in circulos.*

SUMMARIA.

1. *Apud omnes gentes ab omni ævo consueta est regnorum, & imperiorum in certas provincias, circulos & districtus distributio.*

2. *Galliæ vetus & recens distributio.*

3. *Status imperii olim in sex circulos à Maximiliano I. Imp. distributi fuerunt.* 4. *Quibus posteà ab eodem Imp. IV. additi circuli.*

5. *Carolus V. Imp. qui status cuiq; circulo subsint, determinavit. Suntq; hi circuli, Austriacus, Burgundicus, Electoricus Rhenanus, Saxonicus superior. Francicus. Bavaricus, Suevicus & Rhenanus, VVestphalicus & inferior Saxonicus.*

6. *De conventibus circulorum, eorumq; jure remissivè.* 7 *De constituendis Ducibus circulorum, eorum personis, qualitate, &c. remissivè.*

8. *Circuli habent jus Archivi, & nemo in his admittitur præter status imperii.*

9. *Deliberationes circulares in comitiis decreta ad 6. tantùm circulos contrahuntur.*

10. *Præsentatio Adsessorum itidem ad 6. Circulos pertinet.*

11. *Bohemia nulli circulorum adscribitur, nec per se circulum efficit.*

[CONsuevit ab omni ævo,† apud omnes ferè 1
gentes, ut regna & imperia in certas provincias, circulos & districtus, commodioris administrationis causa, distribuantur. Terram benedictam, ipse Jehova jussit distribui, in tres circulos sive partes æquales, *Deuteronom.* 19. v. 3.
Galliam olim Julius Cæsar † in tres partes divi- 2
sam fuisse, nimirum, Belgicam, Aquitanicam & Celticam sive propriè Gallicam, scribit *lib. 1. comment. in pr.* Hodie verò in sequentes majores provincias distribuitur; Burgundiam Ducatum, Campaniam, Picardiam, Normanniam, Britanniam minorem, Xanthones, Guiennam, Vasconiam; Languedociam, Provinciam Massiliensem & Delphinatum. Johan. Sleidan. *in illust. rer. Gall. post Commentar. Comin.* In aliis regnis & Rebuspubl. idem observatur.]

Distributi fuerunt olim status imperii in sex† 3
circulos, vulgò Kreise à Maximiliano I. Imperatore, videlicet in Francicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, VVestphalico-Belgicũ usq; ad Mosam. & Saxonicũ, R. A. Von Ordnung deß Regiments/ de Anno 1500. sub tit. wie sechs Rähte auß den sechs Kreisen/ & in ordin. Camer. Constant de Anno 1507. sub tit. Wenn das Cammergericht angehen soll. His-
ce † postea necessitate publica urgente diviso 4
Saxonico & Rhenano 4. ab eodem Maximil. I. Imperat. additi circuli, Austriacus, Burgundicus, Electoricus Rhenanus, & superior Saxonicus, R. A. zu Trier und Cölln/ de An 1512. §. Darauff haben wir/ quâ circulorum distributione postea re-
petitâ Carol. V. † qui status cuique circulo sub- 5
sint, determinavit, R. A. zu Nürnberg/ de Anno 1522. sub tit. Erklärung deß Landfridens/ hoc ordine & modo, ut *Austria* cum Comitatu Tiroli primũ.

Secundum *Burgundia* cum suis provinciis.

Tertium, *Quatuor Electores ad Rhenum*, Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis & Palatinus.

Quartum *Elector Saxonicus & Brandeburgensis*; Item Episcopi, Misnensis, Mersburgensis, Naumburgensis, Brandeburgensis, Havelburgensis, Lubusiensis, Principes Saxoniæ, Pomeraniæ, cum Comitibus & Baronibus eorum territorio adhærentibus.

Quintum *Francicum*, Episcopus Bambergensis, VVürtzburgẽsis, Lichtstadensis, Marchiones

Brandeburgenses, Prælati, Comites, Barones & civitates vicinæ.

Sextum *Bavaricum*, Archiepiscopus Saltzburgensis, Episcopus Ratisbonensis, Frisingensis, Passaviensis, Comites Palatini, Duces Bavariæ, &c.

Septimum *Suevicum*, Episcopus Churensis, Constantiensis, Augustanus, Duces VVürtenbergensis, Marchiones Badenses, &c.

Octavum *Rhenanum*, Episcopus VVormatiẽsis, Spirensis, Argentinus, Basiliensis, Abbas Fuldensis, Duces Bipontini & Simerenses, Duces Lotharingiæ, Landgravii Hassiæ, &c.

Nonum *Westphalicum*, Episcopus Padebornensis, Leodiensis, Trajectensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Duces Juliacenses cum unitis Ducatibus & Comitatibus, Comites Nassovienses, Seinenses, Isenburgenses & vicini Comites, Prælati & Civitates imperiales.

Decimum *inferiorem Saxonicum* constituunt, Archiepiscopus Magdeburgensis, Bremensis, Episcopus Hildesiensis, Halberstadensis, Lübeccensis, Mindensis & Ferdensis, Duces Brunsvicenses, Lüneburgenses, Megapolitani, Duces Holsatiæ & Slefwicenses, Prælati, Comites & civitates imperiales his finitimæ.

6 Et hi ordinariè singulis † annis semel, & necessitate flagitante sæpius conveniunt, ac de contributionibus, monetis, præsentatione adsessorum, executionibus, cõtra contumaces faciendis deliberant, Rulant. *de Commissar. lib.* 5.*c.* 4.*part.* 2.*num.* 54. Ac de horum circa pacis publicæ conservationum & executionum jure, plurima ex variis imperii constitutionibus tradit, Petr. Denaiſ. *in jur. Camer. tit.* 2*11. verb. Pacis publica conservatio & trib. seqq. & in verbo monetarii edictum*, §.13.31.*&* 33.*in verb. commercia*, §.7.*verb. moderationum causa*, §.1. [De constituendis Du-
7 cibus circulorum, † eorum personis, qualitate, jurejurando, administratione, substitutione, Adjunctis, & tota hac materia prolixè agitur in Recessu imperii Augustan. de Anno 1555.§. Vnd damit obgesetzte Ordnunge so viel stiffer/ꝛc. cum mult. seqq. ubi ipse textus inspici potest. Confer etiam ea quę tradit VVehner. *in pract. observ. verb. Kreißtage* / *p.* 445. *& seqq.* vid. quæ fusiùs & pleniùs scribit Arum. *de Comitiis, cap.* 2.*n.* 42.*& seqq.*]
8 Habent hi circuli jus † archivi, & nemo in hisce admittitur præter status imperii, Rulant. *d. loc. numer.* 55.

Hîc tamen notandum, quoties in Comitiis † 9
circulariter aliquid deliberandum decernitur, in sex tantum contrahi, referente Matth. VVehner. *in observat. pract. verb.* Stände deß Reichs/ idem est in præsentatione † Adsessorum, quæ ad 10
6. circulos pertinet, *Ordin. Camer. p.* 1. *tit.* 9. R. A. de Anno 1566. §. Vnd sollen unsere und deß H. Reichs/ Petr. Denaiſ. *in jur. Cam. tit.* 12. §.2. *verb. adsess. nominatio.*

[Bohemia licet sit membrum & feudum imperii, † nulli tamen circulorum adscribitur, 11
neque per se circulum efficit. Quamobrem aliquando in imperii Comitiis deliberatum fuisse, de duobus novis circulis, Bohemico & Borussico, constituendis, ut duodenarius numerus perficeretur, nisi tàm Bohemi, quàm Borussi ac Livonio, magno suo malo, restitissent, testatur Goldast. *de jur. Regn. Bohem. lib.* 2.*cap.* 16. *num.* 2. *in fin. & lib.* 4.*cap.* 8. *num.* 7. vid. tamen Arum. *de Comitiis, cap.* 2. *num.* 41. ubi latè contra Goldast. disputat.]

CAPUT III.

DE STATUUM DISTRIBUTIONE *in tres classes, & in specie de Electoribus, qui in prima Classe collocantur.*

SUMMARIA.

1. *Status imperii distinguuntur secundò in tres Classes, Electorum videlicet, Principum, & Liberarum civitatum.*

2. *Electores membra sunt capiti proximiora.* 3. *Supremi Patres, & senatores imperii.* 4. *Nobilia imperii fulcra, & Proceres, quorum præsidio dextera imperialis potentia roboratur.* 5. *Qui imperio caput eligere possunt.* 6. *Et Regibus comparantur.*

7. *Electores & Principes imperii Regibus tribuunt titulum Regia dignitatis.*

8. *A prima Electorum institutione Imperatores, Electoribus ad se venientibus obviam procedere soliti fuerunt.* 9. *Hic mos duravit usq; ad Caroli V. Imper. tempora, qui in comitiis Augustanis Anno* 1530. *quorundam suasu ab hac consuetudine abstinuit.*

10. *Imperator adhuc hodiè in loco Comitiorum Electores singulos in suis diversoriis visitat.*

11. *In vetustis initium facilè ignoratur.*

12. *Electores ab initio sub Ottone III. constitutu, & in quem finem; à Carolo IV. demùm confirmati, & stabiliti.*

13. Ca-

13. *Canonistæ quidam Electorum institutionem Romano Pontifici falsò adscribunt.*

14. *Henricus II. Imp. primus juxta illam institutionem ab Electoribus creatus fuisse fertur.*

15. *Electores à numero septenario appellati sunt septem viri.* 16. *Eorum tres sunt Ecclesiastici, quatuor seculares.*

17. *Archiepiscopus Moguntinus primum locum obtinet, estq; Collegii Electoralis Decanus, jus convocandi Electores habens.* 18. *Imperii sede vacante primas in comitiis tenet, & decreta generalia sancit.*

19. *Archiepiscopo Trevirensi prima vox, & votum in Electione Imperatoris competit. Hodiè aliter observari videtur.*

20. *Coloniensi Archiepiscopo competit dignitas, & officium Regi Rom primum diadema regium imponendi.*

21. *Rex Bohemiæ inter Electores seculares ex Regiæ dignitatis fastigio jure obtinet primariam.*

22. 23. 24. *Ratio dubitandi. Electoralis dignitas comparatur, & æquiparatur Regiæ, &c.*

25. *Respondetur ad rationem dubitandi. Rex Bohemiæ non solum est Elector, sed etiam Rex.* 26. *Habens dignitatem duplicem præfertur habenti unam.*

27. *Nobilis, qui Doctor aut Eques est, illi, qui Nobilis tantum est, præfertur.* 28. *Cardinalis Episcopus, Cardinali non Episcopo præfertur.*

29. *Aliud est esse tale, aliud haberi pro tali. Aliud est, Regem esse, aliud jure Regis censeri.*

30. *Comparatum comparato simile quidem, sed non idem.*

31. *Bohemiæ Rex omnes alios Reges in actibus imperii solennibus antecedit.*

32. *Quidam asserunt Regem Bohemiæ non esse vocandum, nisi alii discordent.*

33. *Hodiè ex aurea Bulla tertium votum ex Rege Bohemiæ à Moguntino Electore perquirendum.* 34. *Et ideò impunè præteriri non potest, exemplo Ladislai Regis Bohemiæ ad electionē Maximiliani I. nō vocati.*

35. *Rex Bohemiæ non est status imperii.* 36. *Imperii comitiis non interest, neq; ad ea vocatur.*

37. *Inanis de quæstione est disputatio, ubi clara constitutionis est determinatio. Cognitis reb diu non immorandum.*

38. *Rex Bohemiæ ad particularia Electorum comitia & conventus de jure vocandus.* 39. *Licet non sit status imperii, est tamen subditus imperii.*

40. *Privilegiorum concessio ex parte ejus, cui conceduntur subjectionem arguit. Privilegia regulariter subditis & non aliis dantur.*

41. *Ratio, quare Bohemiæ Rex ad comitia universalia non vocetur, ex ipsius privilegio haud obscurè apparet.*

42. *Regnum Bohemiæ contributiones ad imperii necessitates conferre, asseritur à Goldasto.*

43. *Privilegium Regem & Regnum Bohemiæ non eximit à subjectione, & recognitione imperii.* 44. *Nullum privilegium jus subjectionis absorbet.* 45. *Beneficia Regi, regnoq; Bohemiæ concessa, imperio officere non debent, citra ingrati crimen.*

46. *Bohemiæ regnum est feudum imperii.*

47. *Regis Bohemiæ dignitas non deprimitur, quòd Imperatori, & imperio Roman. fidem & obsequium præstat.* 48. *Servire Romano imperio est libertate potiri.* 49. *Rex Bohemiæ axioma Regium Imperatori acceptum fert, ut nihil tamen de majestate, & jure imperii Germ. decedat.*

50. *Regem Bohemiæ in ordine sequitur Comes Palatinus Rheni: Hunc Elector Saxoniæ. Et tandem Marchio Brandeburgensis.*

SEcundò distribuuntur, vel potius distinguuntur & collocantur status imperii † in tres clas- 1
ses, Electorum scilicet, Principum & liberarum
Civitatum. Rectè autem in prima classe † Ele- 2
ctores collocantur, qui membra sunt capiti proximiora, *Aur. Bull. tit.* 2. 6. Vnd wiewol von alter/
ibi: alle vnnd jeden Geistlichen vnnd Weltlichen
Churfürsten / so für die allernäheste Glieder deß
heiligen Reichs/ꝛc. Supremi † patres & senatores 3
imperii, die obersten Vätter vñ Rahtgeber Teutscher Nation/uti seipsos appellant apud Hortleder. in Reichshandluug/*lib.* 1. *c.* 37. *n* 511. Nobilia
imperii fulcra † & Proceres, sacrum ædificium 4
circumspectæ Prudentiæ pietate sustentantes,
Aur. Bull. tit. 3 *in pr.* quorum præsidio dextera imperialis potentiæ roboratur, *ibid.* Quive imperio † caput eligere possunt, *Aur. Bull. tit.* 1. *in princ.* 5
& *tit.* 2. §. Ich Ertzbischoff. Unde non immeritò
Regibus † comparantur, Heig. *p.* 1. *q.* 3. *num.* 51. 6
Dan. Moller. 3. *semestr.* 40. *num.* 1. Arum. *in Aur.
Bull. discurs.* 3. *conclus.* 11. ubi ex Luth. Tischrede/
cap. 38. notat, daß die Churfürsten den Königen
schreiben Ewer Liebde vnd nicht Ewer Gnaden/
denn sie sind Königen gleich geachtet.

[Hodiernis tamē moribus, Electores & Principes imperii † Regibus tribuunt Titulum Re- 7
giæ Dignitatis, Ewer Königliche Würde/ Et ita
etiam Electorale collegium in literis, ad Gustavum Serenissimum Sueciæ Regem, Ratisbona

13. Augu-

13. Augusti præsenti Anno 1630. datis, eundem RegiæDignitatis titulo affari sunt. Et cùm Sueciæ Rex in literis suis paulò antè ad Electorale Collegium missis, gravarè tulisset, quòd in inscriptione literarum anteriorum, Regium titulum denegassent, modestè in iisdem respondetunt: Id non animi alienatione, aut minuendi honoris studio, sed & more & usu, quo erga alios etiam Reges, utantur, factum esse. Regia Electorum Dignitas, uti ex multis rerum argumētis, ita etiam vel ex hoc patet, quòd à prima Ele-
8 ctorum institutione, † Imperatores, Electoribus ad se venientibus, obviam procedere soliti fuerint, cujus rei ocularis testis, Thom. Hubert. Leodi. *in vit. Frideric. II. Palat. lib. 4. circ. fin.* testimonium perhibet, ubi Maximilian. I. Imperatorem, dum Comitiorum causa Augustam venisset, Anno 1518. Ludovico, Electori Palatino, cùm non multum à civitate abesset obviam venisse refert, magna Electorum, aliorumq; Principum, Comitum & Nobilium stipatum caterva. Et hunc morem duravisse usque ad Caroli
9 V. Imperatoris tempora, † eumq; satisfecisse huic consuetudini VVormatiæ primis suæ Majestatis Comitiis: sed postea in Augustanis Anno 1630. quorundam suasu abstinuisse ab ea, allegatâ malâ corporis dispositione. Vid. pleniùs Leod. *alleg. lib. 4. cir. fin.* Hoc tamen adhuc hodie ob-
10 servatur, † ut in loco Comitiorum Imperator, Electores singulos in suis diversoriis visitet, prout ipse in Conventu Ratisbonensi, à moderno gloriosissimo Imperatore magnâ pompâ factum vidi, Anno 1622.]
11 De horum origine, † variæ sunt scriptorum sententiæ, ita ut vix aliquid certi de ea inferri possit, cùm in vetustis initium facilè ignoretur, *l. si arbiter, 28. de probat.* VVesenb. *in paratit. ff. de legib. sub n. 9.* [vid. quę novissimè hac de re scripsit Arum. *de Comit. cap. 2. num. 16. & seqq.*] Neminem tamen melius & accuratius ea de re scripsisse, quàm Heigium *in illust. q. 3. & seq.* asserit Rulant. *in tractat. de Commissar. & Commission. p. 2. lib. 5. c. 4. num. 18.* qui enumeratis & refutatis multorum sententiis, ita concludit: ab initio Ele-
12 ctores sub Ottone III. † constitutos, ut electionem deinceps de Imperatore habendam, veluti Principes Senatus moderarentur, & reliquorum auditis suffragiis, & collectis votis id tandem statuerent, quod è republ. esse cognoscerent: donec attritis familiis præcellentioribus, & morâ intestinis dissensionibus Germaniæ, & hinc perperam elicitis à studiosis factionum promiscuis suffragiis, utilissimum visum fuit, in strictius Electorum consilium rem totam revocare. Quod occultis primùm initiis cœptum & patientibus cæteris Principibus aliquot annos usurpatum, demum Ludovici Bavari, aut certè Carol. IV. sanctione promulgatâ sic stabilitum, ut ab eo tempore pacatiora comitia & suffragia circa Electiones pauciora, imperium divina sic dispensante providentia habuerit, cui sententiæ viri doctissimi in hac incertitudine & ego adhæreo. [Eandem sententiam probat Jul. Pflug. *in oratione de Repub. German. p m. 24.* Munster. *in Cosmograph. lib. 5. de German. cap. 23. fol. mihi 688.* Carion. *l. 3. Chron. in vita Otton 3.* Cuspin. *ibid.* Andr. Geil. 1. *obs. 21. n. 2.* Just. Reiffenb. *ad Recess. Deput. Spirens. de Anno 1600. ad §. initial. lit. m.* Canonistæ quidā, † Pontifici Romano Electo- 13
rum institutionem, historicâ tamen veritate refragante, adscribunt, quibus accedit Cardin. Tusch. *practic. conclus. 39. num. 3. verb. Imperator.* Joh. Azori. *institut. moralium, lib. 10. cap. 5. part. 2.*

Henricus II. Imperator † fertur primus fuis- 14
se, qui juxta illam institutionem, ab Electoribus creatus Cæsar, Dresser. *in millen. 6.* Car. *in Chron. lib. 3. in vit. Henr. II.*]

Appellati sunt etiam Electores à numero septenario, Septemviri, † sicut olim Romæ Duum- 15
viri, Triumviri, Decemviri. Ex hisce tres sunt Ecclesiastici, † quatuor seculares. 16

Inter Ecclesiasticos Archiepiscopus Moguntinus primum locum obtinet, † unde etiam col- 17
legii Electoralis Decanus dici meruit, Castald. *de Imperat. q. 8.* Buxtorff. *in dissert. aur. Bull. conclus. 15.* & jus convocandi Electores habet *aur. Bull. tit. 1. §.* Wann es darzu kommen/ & perquirendi vota ex aliis, *aur. Bull. tit. 4.*

[Id enim ad officium Decani & primū locum tenentis spectat. Sic & olim Ducem Burgundiæ, tanquam primum & proximum à Rege, Franciæ Parium Decanum dictum, scribit Chassanæus *in Catalog. glor. mund. part. 5. consider. 45.* Præterea Electorem Moguntinum, † imperii 18
sede vacante, primas in Comitiis tenere & decreta generalia sancire, scribit Goldast. *in Replicat. pro Imper. cap. 13.*]

Secundus est Archiepiscopus Trevirensis, † 19
cui prima vox & votum in electione Imperatoris ex Aur. Bull. Carol. IV. competit, *d. tit. 4. §.*

Zum

zum ersten soll er fragen / quamvis hodie aliud observari videatur, ut supra monitum.

Tertius in ordine Archiepiscopus Colonien-
20 sis, † cui competit dignitas & officium Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi, *d. tit.* 4. §. Zum andern / de quibus & hi notantur versiculi:

Treveris atate, sed rerum proprietate
Gaudet Agrippina, sed honore Moguntia prima.

21 Hunc sequitur Rex Bohemiæ, † qui inter Electores seculares, ex regiæ dignitatis fastigio, jure & meritò obtinet primariam, *Aur. Bull. tit.* 4. §. Zum dritten. Nonnihil enim regiæ dignitati decedere videri posset, si non primum locum teneret Bohemus.

Verùm huic pro ratione dubitandi adversatur, quod supra traditum, Electoralem digni-
22 tatem † comparari & adæquari regiæ: De æquiparatis autem idem est judicium. Et quando
23 una res † adæquatur ad aliam, tunc illi rei, ad quam fit exæquatio, nihil adjicitur, sed rei adæquatę attribuitur, quicquid est plus juris in ea ad quam fit exæquatio, Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *de legat.* 2. Gylmann. *in symphorem. supplic. tom.* 1. *tit.* 3. *vot.* 6. *n.* 18. [Everhard. *in topic. legal. loc. à pari, n.* 1. Sixt. *consil. Marpurg.* 21. *n.* 6.] Si ergò electoralis digni-
24 tas æquiparatur regiæ, † non videtur propterea primus locus tribuendus Regi Bohemiæ, quod sit Rex, cum & alii eadem dignitatis prærogativa censeantur.

Sed huic respondetur, quod Rex Bohemiæ nō
25 solum sit Elector, † sed etiam Rex, adeoq; non solum æquiparetur Regi propter electoralem dignitatem, sed & revera sit Rex & regia dignita-
26 te præditus. Unde habens dignitatem † duplicem, præfertur habenti unam, Petr. Calefat. *de equestr. dignit. n.* 53.

Sic in Constitutionibus imperii Politicis No-
27 bilis † qui Doctor aut eques est, illi, qui tantum Nobilis est, præfertur, R. A. zu Augspurg/ de Anno 1500. sub tit. Von Vberflüssigkeit der Kleider/ §. Item die von Adel/ so sie noch nicht Ritter oder Doctores sind/ sollen kein Golt noch Perlin offentlich tragen.

28 Sic Cardinalis Episcopus † Cardinali non Episcopo præfertur, sicut & Cardinalis Presbyter Cardinali Diacono, Clement. 2. *c. irritum, de elect. c. cleros. distinct.* 21. *cap. oportebat, dist.* 79 *quos textus allegat* Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 61. Reliqui autem electores, quamvis cōparentur Regibus, † Reges tamen non sunt, sed 29
Duces, Marchiones & Comites: [aliud namque est esse tale, aliud haberi pro tali, *l. mercis appellatione, de verb. sign.* Jas. *in l. ait Prator,* §. 1. *n.* 1 *ff. de nov. oper. nunc.* Geil. 2. *obs.* 11 *sub n* 4.] Et aliud est, Regem esse, aliud jure Regis censeri, sicut aliud est feudum antiquum esse, aliud jure feudi antiqui censeri, Ant. Fab. *in consiliis de Ducat. Montisferr. pro Duce Saband. f.* 55. *in pr.* Comparatum † 30
enim comparato simile quidem, sed non idē est, [cum nullum simile sit idem, *l. quod Nerva, ff depos.* Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1 §. 13. *gl.* 5. *n.* 46.] unde & nominibus & insigniis Regum carent, Arum. *ad Aur. Bull. discurs.* 3. *concl.* 11.

Hinc etiam Bohemus præ regibus † aliis hoc 31
præcipuum habet, ut Regem quemcunq; alium, quacunq; etiam dignitatis prærogativa fulgentem, in actibus ad Curiam imperii spectantibus, antecedat, *Aur. Bull. tit.* 6. adeò ut etiam Imperatrici sive Augustæ ea in re præferatur, *Aur. Bull. tit.* 22. Sixt. *de regal lib.* 1. *c.* 4 *n.* 20.

Secundò in dubium etiam vocatur à quibusdam, num Rex Bohemiæ pari cum reliquis Electoribus electionis jure utatur? Sunt enim, qui asserunt Regem Bohemiæ non esse † vocādum, 32
nisi alii discordent, Petr. de Mont. *tract. de potest. Pontif. rubr. de Imp. Majest. orig.* & Petr. de Andl. *de Imper. lib.* 2. *c.* 2. & velut arbitrum saltem honorarium, si paria vota discrepantia in electione fuerint, intervenire, [Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 26.] *Auct. de jur. Principat. concl.* 84. Petr. Calefat. *de equest. dignit n.* 121.

Sed quicquid olim fuerit, hodie † res satis ex- 33
pedita & manifesta est ex aurea Carol. IV. Bulla in qua tit. 3. §. Zum dritten / expressè cōstituitur, quod tertium votum ex Rege Bohemiæ Elector Moguntinus perquirere debet, ideoq; non tunc demum, quando discrepantia sunt aliorum Electorum vota, [sed ordine præscripto, interrogandus est,] aliàs enim perquisitis prius & discrepantibus aliorum votis, Regis Bohemiæ votum perquirendum esset. [Quod auctoritatibus & observantiâ firmat Dn. Goldast. *de jur. regn. Bohem. lib.* 3 *cap.* 6. *numer.* 4. Azori. *Instit. Moral. lib.* 10. *cap.* 3. *vers. quæres an Rex. Bohem. part.* 2. confer Arum. *de Comitiis, cap.* 2. *n.* 32. ubi contra Goldast. disputat, & Regem Bohem. ad conventus electionis, vulgò Wahltäge/ non verò Collegiales, vulgò Collegialtäge vocari, censet. *add. num.* 41. Et propterea impunè præteriri non potest, † 34

Marquard. Freher. *in Not. ad Petr. de Andl. lib.2. cap.3.* ubi adducit exemplum præteriti,&non vocati Ladislai Regis Bohemiæ ad Elect. Maximil. I. quod id Ladislaus graviter tulerit, pœnam præteritioni præstitutam postulaverit, & atma minatus fuerit.]

Tertiò dubium videri posset Regem Bohe-
35 miæ non esse Electorem, cùm non sit status † imperii; Omnia namque status imperii vocatur ad comitia & habet sessionem & votum in illis, **hat Stimm vnd Standt in Reichsversamblung/ R.A.** de Anno 1548. §. **Wann auch** / Geil.1.O.21.
36 *nu.6.* & alii supra alleg. Bohemiæ autem Rex † hodie conventibus & imperii Comitiis ordinariis non interest, neque ad ea vocatur, Freher. *ad Petr. de Andl.2.cap.2.* Besold. *de jurisd imper.q.8.in fin.* [vid. novissimè Arum. *de Comitiis, cap.4.n.58. & seqq.*] Si ergò nemo ad senatum & consilium imperii admittitur, qui non est status imperii, Geil. *d.observat.21.n.9.* Neque Rex Bohemiæ ad sanctius Electorum consilium admittendus vi-
37 detur. Huic dubio respondetur,† quòd inanis de ea quęstione censeatur disputatio, ubi clara constitutionis est determinatio, *l. ancilla, Cod. de furt.* neque cognitis rebus diu immorandum, Symmach. *lib.1. Epist.69.* Clara autem hac de re, est in Aur. Bull. loco supra allegato constitutio, quòd elector sit.
38 Deinde respondetur, † licèt Rex Bohemiæ ad universalia imperii Comitia nō vocetur, ad particularia tamen Electorum Comitia & conventus de jure vocandus. Et licèt propterea & hoc
39 respectu, non habeatur pro statu † imperii, est tamen subditus imperii. [Et in privilegio Frid. III. Imper. de Anno 1462. Georgio Bohem. Regi cōcesso, expressè statuitur, quòd Rex Bohemiæ, plurimis privilegiis, libertatibus & gratiis ultra alios illustres, facto imperio SUBDITOS à Romanis Principibus honorari, meruerit. Quod Privileg. refertur in prætens. Deduct. Bohem. **in den Beylagen**/ *p.41. & 42.* Idque etiam ex ejusdem Frider. Imper. investitura & juramento fidelitatis à Rege Uladislao, eidem præstito, Anno 1477. abundè patet, ubi non solùm fidelitatem sed etiam obedientiam juravit, **dem Keyser vnd dem Reich getrew / gehorsamb vnnd gewertig zu seyn / den Keyser vor seinen rechten natürlichen Herren zu halten / zu dienen / als einem Ertzschencken vnd Churfürsten deß Reichs gebühret**/ *ibid. p.54.* Et eò facit] *tit.8. Aur. Bull.* ubi ibidem Imp. Regi Bohemiæ concedit privilegia: At privilegiorum concessio † ex parte concedentis, supe- 40
rioritatem, ex parte ejus cui conceditur, subjectionem arguit, Hostiens. *in summ. de privil vers. cui concessum est, resp.1. in caus. Finariens. num.14.* Mart. *de jurisd p.1.cas.33.n.8.* Schurff.3.*cons* 43.*nu.12.* Matth. Wes.*consil.10.n.20.* Ernest. Cothman. *resp. Acad* 47 *n.45.* Bernh. Græv. *pract. concl.1.nu.1. & seqq lib.1.* Gylman. *in symphor. p.1. tit.2. sub nu. 110. fol.97. col.1.* ubi, quòd privilegia regulariter subditis, & non aliis dentur, quàm quos constitutio dantis arctare potest. Hostiens. *in sum. tit. de privileg. vers. cui concedendum*, Menoch. *in resp.4. caus. fin. num.38.* quos allegat, Gylman. *d. loc. vid. inf lib.2. Class 2. cap.8.*] Ex quo ipso privilegio † 41
ratio, quare ad Comitia universalia imperii non vocetur, haud obscurè apparet; Siquidem vigore hujus privilegii Bohemi non evocantur, sed à Regis sui jurisdictione & more regni pendent. Cum ergò imperii constitutiones eos non obligent, neque imperii contributiones necessarias præstent, non adeò ex hoc opus esset eorum in Comitiis præsentia. [Cujus tamen contrarium, † & quòd Bohemiæ regnum non minus quàm 42
alii Electoratus & provinciæ immediatè imperio patentes, contributiones ad hostilem expeditionem, aliasque imperii necessitates conferant, solidis, ut opinor, & firmis rationibus probat Dn. Goldast. *in doctissimo suo tractatu de jur. regn Bohem. lib.2.c.14.15.16. & 17.*]

Hoc tamen privilegium † Regem & regnum 43
Bohemiæ non eximit à subjectione & recognitione imperii; Quia nullum privilegium † jus 44
subjectionis absorbet, Decian. *cons.33. num.116.* Cæphal *cons.186.nu.33.* Camil. Botell. *cons.70.n.38.& seqq.* [Nec beneficia Regi, Regnoq; Bohemiæ tam benevolè, tamque liberaliter concessa imperio officere debent, † citra crimen ingrati, 45
propter quod juris civilis auctoritate revocari possent, *per l. fin. & qua ibi not.* Rip. Tiraq & alii, *C. de revocand. donat.* quod argumentum eleganter prosequitur Goldast. *de jurib. Regn. Bohem. lib.2.c.17.n.24*]

Insuper Bohemię regnum est feudum imperii,
† *arg. Aur. Bull tit.24.§* **Dann wann andere Für-** 46
stenthumb/adeoq; regem vasallum, & parem curiæ imperialis ac juramento fidelitatis obstrictū esse, apparet ex supra allatis, uti & exemplo Ottocari, qui Rudolpho I. Imperatori fidelitatem juravit, aliorumque, Buxtorff. *in Aur. Bull. d. concl.*

*dus.*88. [Quamobrem S. imperii Romani Electores & Principes, qui Anno 1620. Mülhusii congregati fuerunt, in literis ad Fridericum Palatinum datis, scribunt: Daß eine solche Rejectio (videlicet Regis Ferdinandi) in einem feudo imperii, superiorem recognoscente, ohne vorbewust deß Lehnherrn vnnd deß Churfürstl. Collegii, deme auff die weise wol frembde vnnd vnannehmliche Personen zur vngebühr auffgetrungen werden möchten / mit bestandt vnnd fug nicht geschehen könne.]

47 Neque per hoc deprimitur † Regis Bohemiæ
Dignitas, quod Imperatori & imperio Romano
48 fidem & obsequium præstat; quia servire † Romano imperio, est libertate potiri, ut ex Bald. dicit Natt. *cons.* 631. *nu.* 13. *vol.* 3. Hippol. Riminald. *cons.* 5. *nu.* 102. *vol.* 1. Don. Garſ. Maſtrill. *de Magistratib. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 2. [Idq; tanto minus, cùm axio-
49 ma Regium, Bohemiæ Rex, † Imperatori Romano, à quo primitùs illa Dignitas Bohem. Ducibus collata, acceptum ferat, quod ea lege factum, ut nihil de majestate ac jure imperii Germanici decederet, Bodin. *lib.* 1. *de Repub. cap.* 10. *Peucer. lib.* 2.]

50 Regem Bohemiæ in ordine sequitur † Comes Palatinus Rheni. Et eum Elector Saxoniæ: Tandem Marchio Brandeburgensis, *d. tit.* 4. *Aur. Bull.*

CAPUT IV.
DE VICARIATU ELECTIONIS Palatini & Saxonis.

SUMMARIA.

1. *Palatinus & Saxo va ante imperii sede Vicarii sunt imperii, vices Imperatoris in imperio gerentes, donec novus Imperater constituatur.*

2. *Cemes Palatinus in partibus Rheni, Suevia, & Franconia.* 3. *Elector Saxonia in illis locis, ubi Saxonica jura vigent, aquali potestate imperio provident, &c.*

4. *Feudorum majoris dignitatis investitura soli Imperatori, & Regi Romanorum reservatur.*

5. *Beneficia Cardinalium vacantia in curia à nemine, quàm à solo Pontifice conferuntur.*

6. *Vicarii ea judicia exercent, qua Imperator, cujus vires & personam gerunt, exercere selebat, ut sunt hodiè Camera & Aula imperialis.*

7. *In Camera tempore interregni, sub utriusq; Vicarii nomine, & Sigillo communi mandata expediuntur.*

8. *A vicariorum sententiis appellari non potest ad Imperatorem: Vicarii enim & cujus est Vicarius, idem est tribunal.*

9. *Ab Imperatore nulla datur appellatio, cùm sit is ipse, qui provocetur.*

10. *Imperator capitulatione astringitur, ea qua interregni tempore à vicariis gesta sunt, rata habere.*

11 *Iste vicariatus aliquo modo refertur ad potestatem interregiam in prisca Republ. Romana.*

12. *In Polonia interregno Archiepiscopus Gnesnensis Regis locum tenet, in solio Regis residens.*

INTER Electores, Palatinus & Saxo † præter 1
electionis jura hoc habent peculiare, ut vacante sede imperii sint Vicarii, & vices Imperatoris in imperio gerant, donec novus Imperator constituatur, *Aur. Bull. tit.* 5. ita ut Comes Palatinus † in partibus Rheni, Sueviæ & in jure 2
Franconico, [Confer Thom. Hubert. Leod. *lib.* 1. *annal. circ. fin.*] Elector verò Saxoniæ † in illis 3
locis, ubi Saxonica jura servantur, æquali potestate imperio provideant, judicia exerceant, beneficia Ecclesiastica præsentent, reditus colligant, de Feudis investiant, &c. *d. tit.* 5. [Frustra itaq; à Canonistis quæritur an sede imperii vacante ad Pontificem pertineat administratio, ceu vult Johan. Azor. *inst. moral. lib.* 10. *cap.* 3. *vers. septimò quaritur Tom.* 2.] a quibus tamen excipiuntur † Feuda majoris dignitatis der Fürsten Fah- 4
nenlehen / quorum investitura soli Imperatori & Regi Romanorum reservatur, d. tit. 5. R. A. zu Wormbs / de An. 1521. §. Ob auch Sachen fürfielen / *Ordin. Camer. p.* 2. *tit.* 7. [Similiter Beneficia
Cardinalium † licet & extra Romanam curiam 5
defunctorum vacant, in curia nec ab alio, quam solo Pontifice conferri possunt, per *extrav. qua incipit ad Regimen*, Ant. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 16.]

Quod verò de judiciorum exercitio traditur,
ea judicia † intelligenda sunt, quæ ipse Impera- 6
tor, cujus vices & personam gerunt, exercere solebat; qualia hodie sunt Cameræ & Aulæ imperialis. Et constat in Camera † nuper mortuo Im- 7
peratore Rudolpho II. tempore interregni, sub utriusque Vicarii nomine, & sigillo communi, mandata expedita esse, per ea quæ tradit Buxtorff. *in Aur. Bull. concl.* 60. *lit. c.*

Hi autem Vicarii ita judicia exerceant, ut ab
illorum sententiis appellari † non possit ad Im- 8
peratorem; tum quia à Vicario ad eum, cujus vicarius est, non appellatur, cum utriusq; idem sit

tribunal, *cap. Roma de appellat. in 6. cap. non putamus de Constitut. in 6. l. 1. 2. Cod. de offic. ei, cui vic. ali. jud.* Sgismund. Scacc. *de appellat q. 8. num. 61.*
9 tum quia a vicarii sententia † non appellatur, nisi ad eum, ad quem appellaretur, si ipse cujus vices sustinet, judicasset *l. 1. §. 1 ff. quis à quo appell.* Bart. *in l. præcipimus, C. de appellat.* Covarruv. *pp. qq cap. 4. num. 8.* Sed ab Imperatore nulla datur appellatio, cum sit is ipse qui provocetur, *l. 1. §. 1. ff. à quib. appell non licet:* tum deniq;, quia capitu-
10 latione † adstringitur Imperator, ut ea quæ interregni tẽpore a Vicariis gesta sunt, rata habeat (modò tamen legitimè gesta sint,) Anton. Coler. *de jur. Imper. German conclus. 33. art. cap. 32.* Frustra autem ad eum appellatur, qui non potest retractare sententiam ab alio latam. De horum vicariorum jure & potestate, *vid. quæ ulterius eruditè differit.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. à concl. 52. usq; ad conclusionem 76.*
11 [Iste Vicariatus † aliquo modo referri potest, ad potestatem interregiam in prisca repub. Romana. Siquidem Romulo rebus humanis subducto, Patres cõstituerunt creandum esse unum, qui cum insignibus imperii & fascibus esset, donec novus Rex fieret, isque interrex dicebatur, penes quem summa rerum, dum regia potestas vacabat, erat, Andr. Domin. Flocc. *de pot. est. Rom.*
12 *lib. 2. cap. 4.* In Poloniæ † interregno Archiepiscopus Gnesnensis, Regis locum tenet, in solio Regio residet, tanquam Legatus natus & primus inter ordines, teste Philip. Honor. *in Dissert. de Regn. Polon.*]

CAPUT V.

DE SINGULARI ELECTORIS PAlatini jure quomodo & quatenus is Imperatoris judex.

SUMMARIA.

1. *Imperator, vel Rex Romanorum super causis, pro quibus impetitus fuerit, coràm Electore Palatino conveniri potest.* 2. *Non in Palatinatu, sed in ipsius Imperatoris curia judicium instituendum, & de causa cognoscendum.*

3. *Limitatio 1. quando Imperator non tanquam Imperator, sed tanquam Archidux Austria, vel alius Principatus intuitu convenitur. Cujus distinctionis præjudicia adferuntur.*

4. *Reges Franciæ judicio suorum officialium sponte se submiserunt, & judicatum contra se, efficaciter exequi permiserunt.*

5. *Limitatio 2. In civilibus tantum & pecuniariis causis prædicta conclusio procedit.*

6. *An cognitio de Feudis ad Palatinum, an verò ad Pares curiæ spectet, controvertitur.*

7. *Rationes dubitandi. Ubi lex non distinguit, nec nobis distinguendum.* 8 *Lex intelligenda de iis, quæ ut plurimum, non quæ rarò contingunt.* 9. *Aurea Bulla constitutio facta est omnium Principum, & Procerum consensu, & approbatione* 10. *In dubio facienda est interpretatio contra eum, qui efficere potuit, ut dispositio apertius loqueretur.*

11. 12. *Rationes decidendi. Feudalis decisio specialis est, & antiqua, ut in lite feudali coràm paribus curia Dominus conveniatur.* 13. *Aurea Bulla constitutio generalis & posterior, quæ nunquam speciali derogat.*

14. *Causæ feudales specialiter ad hoc sunt privilegiatæ, ut earum cognitio ad pares curiæ spectet.*

15. *In generali dispositione non comprehenduntur isti casus, qui specialiter sunt privilegiati.*

16. *Respondetur ad dubitandi rationes. Ad 1.* 17. *Generalis textus ex speciali restringendus.* 18. *Genus ad refellendam speciam plurimùm, ad probandam tamen nihil valet.*

19. *Ad 2. Leges intelligendæ de his, quæ ut plurimùm accidunt, modo constet, legislatorem eò respexisse.* 20. *Legislator non tàm ad id, quod fiat, quàm etiam, quid fieri possit, respiciat.*

21. *Nemo facilè & temerè Imperatores convenire solet.*

22. *Durum est litigare cum potentioribus, quibus pares esse non possumus.*

23. *Non insolens est in jure, ut etiam de his, quæ rarò accidunt leges constituantur.*

24. *Iuris correctio est odiosa, neq; in dubio præsumenda.*

25. *Generalitas etiã in una specie verificari potest.*

26. *Ad 3. Nemo in dubio præsumitur, jus suum jactare & remittere.*

27. *Taciturnitas in illis casibus, in quibus quis scire potuit, jus suum salvum, & integrum sibi esse, ac permanere, nullum præjudicium adfert.*

28. *Ius speciale alicui competens per generalem legem non tollitur.* 29. *Quæ speciali jure & æquitate concessa sunt, per verba generalia, vel etiam universalia non excluduntur.*

30. *Lex non procedit, quoties ex jure jam constituto haberi potest certitudo, quam sequimur.*

Præter-

1 PRæterea Elector Palatinus † hoc jus ex vetustis imperii moribus & Aur. Bull. confirmatione habet, ut Imper. vel Rex Roman. super causis, pro quibus impetitus fuerit, coram ipso conveniri possit. [Tantam enim Comitum Palatinorum excellentiam semper fuisse, ut imperialis Majestas, si qua controversia, illi cum quopiam exstat, sub Comite Palatino judicium subeat, Thom. Hubert. Leod. *in histor. Frider. II. Pa-* 2 *latin. circ. fin lib. 1.*] Ita tamen, † ut non in Palatinatu, sed in ipsius Imperatoris Curia, ubi ipsemet præsens extiterit, judicium instituatur & de causa cognoscatur, *Aur. Bull tit. 5. §. fin.* Castald. *de Imper. q. 91. n. 8.* Thom. Michaël. *de jurisd. concl.* 31. Heig *p. 1 q 4. n* 8. Rosenth. *de Feud c. 12. concl. 3. n. 13.* [Quod à Caroli Magni tempore consuetudine introductum existimat Dn. Vult. *in l. 1. n. 4. C. ubi Senator vel Clarissim.*

Limita 1. hanc conclusionem non procedere, 3 † quando Imper. non tanquam Imperator, sed tanquam Archidux Austriæ, vel alius Principatus intuitu convenitur, per ea quæ supra *Class. 2. cap. 2. numer.* 165. *&* 166. *& seq.* Et hujus distinctionis præter supra allegata, extant præjudicia apud Barth. *sentent. Cameral. part. 3. fol. 266. lit. f.* ubi in causa quadam Regis Roman. Ferdin. I. ita pronunciatum refert: Zwischen der Römischen Königlichen Maiestät unserm Allergnädigsten Herrn / N. B. als Ertzhertzogen zu Oesterreich / von wegen der Landvogtey in V. eins / vnnd Herrn K. Graffen zu O. andern Theils: Ist Bescheid / so ferrn D. B. seines gemeinen Gewalts / von wegen hochgedachter Königlichen Maj. zu dieser Sachen beylegen wird, daß alsdann vff gethanen Rechtsatz ferner ergehen soll was recht ist / publ. Spiræ. 13. Aprilis, Anno 1551. Item in Anno 15. 0. 5. De cemb. ita pronunciatum fuit: In Sachen E. H. vnnd K. N. Principals / wider die Römische Königliche Maj. für ihr interesse, ist gebetenes Mandatum vnd Ladunge erkandt / Barth *d. part.* 3. *fol.* 214. *lit. f.* Et in Anno 1554 20. Aprilis. In Sachen der Röm. Käys. Maj. als Ertzhertzogen zu Oesterreich / wider die Gemeinde zu E. ist / &c. *d. part.* 3 *fol.* 528. & 9. Octobr. An. 1556. & Anno 1559 8 Martii, imp. absolvitur à petitione hisce formalibus: In Sachen der Weiland Herrn Graffen G. Marggraffen zu D. vnd K. Appellanten / wider die Königliche jetzt Käys. Maj. als Ertzhertzogen zu Oesterreich / Appellaten / ist allem Fürbringen nach zu Recht erkandt / daß die Urtheil voriger Instantz zu reformiren / dergestalt / daß die Käyserliche Anwälde von wegen der Käyserl. Maj. auff die Marggräffische, vorgebrachte Reconventionklage vor den Richter voriger Instantz zu Antworten nicht schuldig / vnnd daferrn vorermelter Marggraff oder sein Anwald höchstermelte Käys. Maj. derhalben rechtlicher Anforderunge zu erlassen nicht gedächte / daß ihnen solches an Enden vnnd Orten es sich gebühret hiermit vnbenommen seyn soll vid. rationes supra allegato loco adductas.

De Regibus Franciæ, † quod judicio suorum 4 officialium, nedum Curiarum Parlamenti, sed etiam Senescallorum, seu Bullivorum suorum sponte se submiserint, & quod judicatum est contra se, efficaciter exequi passi sint, imò præceperint, scribit Chassan. *in Catalog. glor. mund. part. 5. consid. 5. vers. tertiò quoniam licet.*

Limita 2. procedere hanc constitutionem, † 5 tantum in civilibus & pecuniariis causis: Nam si de statu, vel malè administrato imperio, ratio exigeretur, illa non ad Palatinum, sed Electores universos pertinet, per tradita Wehner. *in pract. obs. verb.* Außträge / *p.* 45 *&* 46.]

An verò idem in Feudalibus bonis, in quibus aliàs exorta lite inter Vasallum & Dominum coram paribus Curiæ controversia definitur, locum obtineat, † controversia non caret. Affir- 6 mativam tuetur Sixtin. *lib. 1. de regal. c. 8 n. 53.*

1. Quia textus Aur. Bull. loquitur indistinctè, † ubi ergò lex non distinguit, nec nos di- 7 stinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public. in rem act.*

2. Quod lex † intelligenda de iis, quæ ut plu- 8 rimum, non quæ rarò contingunt, *l.* 3. *& seqq. ff de legib.* rarò autem de meris allodialibus talis controversia exoritur, ideoq; etiam in jure correctorio admittitur extensio, quando aliàs effectum non sortiretur facile, legis dispositio.

3. Quod hæc Aur. Bull. constitutio facta, † 9 omnium Principum & Procerum consensu & approbatione, qui tamen Pares Curiæ sunt, idcoq; si controversias Feudales eâ constitutione contineri noluissent, utique contradixissent & effecissent, ut ejusmodi causæ Feudales exciperentur. Quamobrem in dubio hic facienda † in- 10 terpretatio contra eum, qui efficere potuit, ut dispositio apertius loqueretur, *l. veteribus, de pact. l. in contrahenda de reg. jur.*

Negativa verò magis arridet aliis, quod non ad Palatinum, † sed ad Pares Curiæ spectet talis 11 cognitio; Quia juris Feudalis decisio specialis est † & quidem antiqua, ut in lite feudali coràm 12 Paribus Curiæ Dn. conveniatur, *c. 1. §. si inter de alien. Feud. patern. cap. 1. de Feud. sin culp. non amitt.* Clar. §. *Feudum*, *q.* 90. *in pr.* Aureæ Bullæ verò constitutio † generalis & posterior, quæ nun- 13 quam speciali derogat, *l in toto jure & ibi Dd ff. de reg. jur.* Bart. *in l. sancto legum*, 141. *ff. de pœn.* Jas. *consil.* 12. *lib.* 3. Honded. *consil.* 78. *num.* 21. etiamsi specialis præcedat generalem, *text. in l. si ita*

 factro,

fuero, ff. de novat. fac. l. tertia, C. de ædilit. action. l. petens, Cod. de pact. Dec. *ad d. l. in toto, sub num. 7. de reg. jur.*

14 Facit præterea, quòd causæ Feudales † inter Vasallum & Dominum vertentes specialiter ad hoc sint privilegiatæ, ut earum cognitio ad pares curiæ spectet *ad. supra juribus*, Schrader. *de feud. p. 10. sect. 5. num. 43.* in generali verò disposi-
15 tione non comprehenduntur † isti casus, qui specialiter sunt privilegiati, *text. in l. decurionibus 3. & ibi gl. &* Bart. *Cod. de silentiar.* Bald. *in fin. circ. fin. C. si contra jus vel util. publ.* Tyraquell. *de utroque retract. p. 1 § 1 gloss. 14. num. 103. & seq.* [Meichsner. *decis. Camer. 31. num. 5. Tom. 3.* Treutl. *consil. 7. num. 49.*] Et hanc negativam sententiam tuetur post Schrader *alleg. modò loco* Rosenthal. *de Feud. cap. 12. conclus. 3. num. 15.* Borch. *de Feud. c. 10. nu. 6.* Wesenb. *c. 17.* Vulrej. *de Feud. lib. 2. cap. 2. nu. 14.* in quam sententiam etiam inclinat Buxtorff. *in dissert Aur. Bull concl. 81.* quæ & mihi verisimilior videtur.

16 Ad 1. rationem Sixtini respondetur, † licet iste textus Aur. Bull. generaliter & indistinctè loquatur, extant tamen alii textus juris Feudalis suprà allegati, qui specialiter disponunt causas Feudales inter Dn. & vasallum vertentes ad pares pertinere. Quoties verò unus textus spe-
17 cialiter † & restrictè loquitur, alter generaliter & indistinctè, generalis ex speciali restringendus est. Dn. D. Helfr. Hunn. *amicus meus singula-*
18 *ris in tractat. de interpret. jur. c. 6.* Et genus † ad tollendam quidem speciem plurimum, ad probandam tamen nihil valet, Duar. *ad l. 1. circ. fin. ff. de pact.*

Ad 2. respondeo. Quòd leges quidem intelli-
19 gendæ † de his quæ ut plurimum accidant, modò constet legislatorem eò respexisse. Deinde illa generalis dispositio satis superque verificari potest in allodialibus, etiamsi rariùs casus con-
20 tingeret, cùm legislator † non tàm ad actum, quàm ad potentiam, hoc est, non tam quod fiat, sed etiam quid fieri possit, respiciat. Solent præ-
21 terea † prudentes Imperatores prudenter præcavere, ne quis ansam habeat illos conveniendi: Sicut etiam nemo eos facilè & temerè convenit,
22 Rosenthal. *d. c. 11. num. 16. in fin.* quia durum † est litigare cum potentioribus, quibus pares esse non possumus, *l. 3. in pr. ubi gl. ff. de alienat. mut. judic. caus. fact.* Ant. Fab. *in Consult. de Ducat. Mon-*
23 *tisferr. p. 1. fol. 40.* Deniq; † non est insolens in jure, ut etiam de his, quæ rarò accidunt, leges constituantur, *text. in §. insula inst. de rer. div.* Quamobrem nulla hic opus est extensione ad inducendam juris specialiter constituti correctionem: tum quia † hæc est odiosa, *c. 1. in fin. de fil. presbiter. in 6.* neq; in dubio præsumenda, *l. sancimus,* 14
C. de testam. l. præcipimus, C. de appellat. tum quia † 15
generalitas in una etiam specie verificari potest, Jas. *in l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. & in l. 2. num. 6. & 7. ff. de liber. & posthum. fac. l. fundus qui locatus cum l. seq. ff. de fund. instr. quas alleg.* Zas. *2. consil. 1. n. 73.* Sufficit ergò generalitatem illam verificari in allodialibus.

Ad 3. R. quamvis universi proceres & Pares Curiæ imperialis adfuerint in constitutione prædictæ generalis legis atq; tacuerint, non tamen propterea censentur remisisse jus suum, † tum 16
quia nemo in dubio præsumitur jus suum jactare & remittere, Rosenth. *de Feud. c. 9. memb. 1. concl. 29. num. 1.* tum quia taciturnitas † in illis 17
casibus, in quibus quis scire potuit jus suum salvum & integrum sibi esse ac permanere, nullum præjudicium adfert, *tex. in l. sicut, § 4. non videtur, & ibi Dd. ff. quib. mod. pign. vel hypoth solv. l. Titia, §. Lucius. ff. de legat. 2. l. Gaius de pign. act.* Bart. *in l. qua dotis & ibid.* Jas. *nu. 84 ff. solut. matrimon.* Schrad. *de Feud p. 5. c. 5. nu. 5.* Vulc. *1. Feud. c. 11. n. 120.* Hering. *de fidejuss. c. 7. nu 37.* Jam verò pares Curiæ imperialis scire potuerunt, jus sibi non solùm salvum esse, sed etiam non obstante hac constitutione salvum manere; quia jus † spe- 18
ciale alicui competens per generalem legem nō tollitur, nisi constet de mente legis generalis, quòd voluerit speciei derogare, *ut notid. in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matr. per. c. contra Christum de hæret. in 6.* [Quia regulare est, † ea quæ specia- 19
li jure & æquitate concessa sunt, per verba quantumvis generalia vel etiam universalia non excludi, sed specialem & expressam derogationem desiderate, Jas. *in l. postquam liti n. 14. cum seq. C. de pact.* Car. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. gl. 5. n. 107.* Alex. Raud. *de analog. c. 22. n. 66.* Matth. de Afflict. *decis. 111. num. 9. & 11. & decis. 122. nu. 3.*] Censetur autem constare de mente legis, si in ea dicatur, non obstante lege aliqua speciali, ut ex Bart. & Alexand. *trad.* Dec. *ad d. l. in toto, nu. 8. ff. de reg. jur.* quæ clausula in præsenti lege omissa. Nec denique adversatur *alleg. l. veteribus, ff de pact.* quæ vult interpretationem faciendam contra eum, qui efficere potuit, ut dispositio apertiùs loqueretur;

Quia

30 Quia illa lex † non procedit, quoties ex jure jam constituto habere possumus certitudinem quam sequimur, Zas. *ad d. l. veterib. num. 10. de pact.* Jam verò Pares Curiæ imperialis certitudinem in jure Feudali constitutam habuerunt, Ergò ei stare voluisse censendi sunt.

CAPUT VI.

DE ELECTORUM NON PROVOCANDI PRIVILEGIO, UT & SPECIALI CONVENTICULA habendi jure.

SUMMARIA.

1. *Ab Electorum, eorumq; officialium sententiis nulla datur appellatio, nisi in casu denegatæ justitiæ.*

2. *Consuetudo vitæ humanæ lege omni valentior. Hodiè ab Electoribus appellatur, excepto Saxone & Brandeburgico, qui non appellandi jus in viridi adhuc observantia conservarunt.*

3. *Non provocandi privilegium in Electore Saxoniæ, à Ferdinando I. in Brandeburgico à Rudolpho II. confirmatum est.*

4. *Ad nullitatis querelam hoc jus non extenditur.* 5. *Appellatio & nullitas diversa, & separata sunt juris remedia, ideò uno sublato, alterum superest.* 6. *Nullitatis querela longè favorabilior, quàm appellatio.*

7. *Unius exclusio, est alterius separatam rationem habentis inclusio. Limitata causa limitatum producit effectum.*

8. *In Hassiæ Principum pacto hereditario, ne à judicibus compromissariis appellitur, nullitatis querela non continetur.*

9. *Inscijs his penes quos summa potestas est, conventus aut comitia non habenda.*

10. *Electoribus peculiariter concessum pro salute & incolumitate imperii conventus agere.*

1 HABENT ex Aurea Bull. Electores † hoc jus, ut ab ipsorum vel eorum officialium sententiis nulla detur appellatio, *Aur. Bull. tit. 11.* nisi in casu denegatæ justitiæ, *ibid. Ordin. Camer p. 2. tit. 26.* ad imperatoriæ namq; Majestatis curam & inspectionem pertinet, ut nemini jus & justitia deneget r. N. A. zu Augsp. de An. 1530. §. Weiter nach dem je die Gottes / ibi: demnach wolte uns als einem Christlichen Keyser / der Recht niemands weigern solte / nicht anders gebühren. Imò etiam nemine flagitante oppressos ex officio Cæsareo juvat, & eis jus & justitiã administrat. R. A. de Anno 1564. §. Dieweil dann solcher / ibi: uns aber als dem Haupt in alle wege gebühren wolte / ob schon gar niemand bey uns anhielte / dannoch nicht zu feyren / sondern für uns selbst die Frommen zu schützen und zu schirmen. Verùm cùm consuetudo † vitæ humanæ lege omni valentior, ut inquit, Duar. *ad l. 1. §. est autẽ pactio, ff de pact.* & Chymicâ arte nigrũ in album vertat, Andr. Knich. *de vestit. pact. lib. 2. c 4. n. 160.* Hoc jus Electorum, desuetudine quodammodo rursus inumbratum, & contrariã cõsuetudine introductũ, ut ab Electorum sententiis hodie appelletur, excepto Saxoniæ & Brandeburgensi Electore, qui illud in viridi adhuc observantia conservarunt, Treutler. *p. 2. disp. ult. th. 1. lit. e. in Auct. decis. seu præjud. Camer. in verb. privilegium.* Et cõfirmatum fuit hoc privilegium † in Electore Saxoniæ à Ferdinand. I. Imp. Anno 1559. In Brandeburgico à Rudolph. II. Anno 1586 idq; ita factum ut Saxonicum privilegium simul etiam Ducibus Saxoniç, qui non sunt Electores, indultum sit, Andr. Knich. *de Sax. non provoc. jur.* Ad nullitatis † tamen querelam 4 hoc ipsum non rectè extendi posse videtur ex stylo Cameræ, Thom. Michaël *de jurisdict. conclus.* 26. tum quia appellatio † & nullitas diversa & 5 separata sunt juris remedia: & ideò uno sublato, alterum adhuc superest, sive Privilegio Principis, sive pacto remota sit appellatio, *argum l. si expressim & ibi* Bart. *num. 10. ff. de appell. cap licet de sent. excommun. in 6. cap. inter cætras, extra de sent. & re judic.* Vant. *de nullit. tit. quis poss. dicere de nullit. n. 33.* Paurmeister. *de jurisd lib. 2. cap. 4. num. 146. & seq.* Cravett. *consil. 657. num. 45.* Honded. 1. *consil. 27. nu. 14.* [Herm. Vult. *consil. Marp. 16. n. 71.* Meichsn. *decis. Camer. 28. n. 6. Tom. 3.*] tum quia longè favorabilior † nullitatis querela quàm 6 Appellatio, ideoq; difficilius excluditur Hippolit *de Marsil. in tract. Bannitor. verb. nullitas, n. 16.* tum deniq; quòd unius † exclusio est alterius se- 7 paratam rationẽ habentis inclusio, ideoq; uno vel altero remedio provocatorio sublato, reliqua adhuc concessa censentur, *l. cum Prætor de judic. l. maritus, C. de procurat.* Wesenb. *consil. 78. n. 11.* & limitata causa limitatum producit effectum *l. in agris de acquir. dom. l. cum servo 63. de contrah. empt. sola ad nov. constitut. Sabaud. rubr. de med. & form. supplic gl. 1. num. 19.* maximè in iis quæ defensionem concernunt, Alexand. Raudens. *de Analog. c. 35. n. 2.* Cravett *cons. 203. num. 23. & seq.* Sic inter Illustriss. † Hassiæ Principes pactum 8 est hæreditarium & juratum, ut à Judicib. Compromis-

promissariis in illo pacto expressis, non detur appellatio: Nullitatis tamen querela sub eo non continetur per jura supra d.cta, *Confer acta in* Sachsen Hessen contra Hessen / *in replic. & concl. fol.* 86. *& seqq.* & ideò in eadem causa justissimè non obstante hoc pacto in aula Cæsarea recepta querela Nullitatis, atq; ita etiam in Camera observari testatur, Geil. 1. *obs.* 135. *n.* 4. *& seqq.* Mynsi. 2. O. 77. Wurmbs. *tit.* 24. *obs.* 36.

9 Illud quoque notandum, cum in omni † repub. diligenter advertere soleant hi, penes quos potestas summa est, ne insciis ipsis conventus habeantur aut Comitia, Heig. *illust. q.* 4. *n.* 44 *text. in c. conventicula*, 2. *Feud.* 53. Bodin. 3. *de Repub. c.* 7.

10 Electoribus † tamen concessum est peculiariter, ut absq; specialis veniæ impetratione, pro salute & incolumitate imperii conventus agere possint, *Aur. Bull. c.* 12. Plura de Privilegiis & juribus Electorum qui desiderat, adeat ipsam Bullam, & quæ ad eam commentatus est Buxtorff. & post eum Dominic. Arum.

CAPUT VII.

DE ELECTORALIS DIGNITATIS *& officiorum Electoralium dependentiâ, & num ea sit à Pontifice Romano?*

SUMMARIA.

1. *Electoralis dignitas inseparabiliter adhæret ipsi Electoratui, ducatui, seu ditioni.* 2. *Nec dividi ullo modo potest, sed semper ad Primogenitum in secularibus ipso successionis jure devolvitur, &c.*

3. *Adulatorium est, illud Iohan. Azor. Electorum jus & dignitatem Pontificis Rom. niti autoritate, indeq; dependere.*

4. *Dignitates istæ annexæ Principatibus adeoq; jus Electuræ, non à Pontifice, sed ab Imperatore Rom. in feudum conceduntur.*

5. *Ecclesiastici prærogativam Electuræ obtinent, non ut Ecclesiastici, sed ut ditionum amplissimarum Domini.*

6. *Electores ipsum Electoratum habent ab Imperatore, non à Pontifice.*

7. *Seculares Electores, Archi Pincerna, Dapifer, Marschallus, Camerarius officia imperialia, cum annexis suis commodis, ab Episcopo Bambergensi in feudum recipiunt, non verò ipsa feuda Electoratus.* 8. *Origo hujus rei ad Henricum II. Imp. refertur.*

9. *Electores in exercendis officiis his habent hodie suos vicarios & subofficiarios.*

10. *Ecclesiastici Electores tres Archicancellariorum officia subeunt. Moguntinus per Germaniam, Trevirensis per Galliam & regnum Arelatense, Coloniensis per Italiam.*

11. *Posteriorum duorum Cancellariorum munus quodammodo expiravit, & nihil ferè, nisi nomen restat.*

12. *Duplex hodiè Archivum imperii censetur, unum in aula Electoris Moguntini, alterum in Camera imperiali, cui præest Moguntinus Cancellarius Germaniæ.*

HOc tamen prætereundum non est, Electoralem dignitatem † inseparabiliter adhærere ipsi Electoratui, Ducatui, seu ditioni, *Aur. Bull. tit.* 20. quia ipsa Electio ratione Regnorũ, Ducatuum & Electoratuum competit. *Aur. Bull. tit.* 7. *ibi:* wegen jhrer Reich vnd Fürstenthumb / & ita, qui non habet ipsum Electoratum, elector non est, licet patre Electore natus sit. Neque etiam dividi † potest ullo modo, sed semper ad pri- 2
mogenitum in secularibus ipso successionis jure devolvitur, *Aur. Bull. tit.* 24. in Ecclesiasticis verò eo ipso, quod in Archiepiscopum quis horum Archiepiscopatuum eligitur, electoralis dignitatis jura nanciscitur.

[Quamobrem adulatorium apparet, † quod 3
scripsit, Joh. Azori. Electorum imperii Romani jus & dignitatem, Pontificis Romani niti autoritate indeq; dependere, eumque illos hoc jure Electuræ ad tempus suspendere vel in totum privare posse, *lib.* 10. *instit. moral. cap.* 3. *versic. Quinto quæritur, part.* 2. *Et vers. quæres an Roman. Pontifex possit Electores jure eligendi privare. Et vers. prædictis colligitur posse Pontificem ad tempus jure eligendi privare.* Sunt enim istæ, † ut dictum est, Dignita- 4
tes annexæ Principatibus istis amplissimis, quos non à Pontifice, sed Imperatore Romano, cum omni honore, dignitate, adeoq; etiam jure Electuræ, non autem à Pontifice Romano recognoscunt, & per quàm humiliter & devotè in feudum accipiunt.]

Ecclesiastici † autem prærogativam hanc E- 5
lecturæ obtinent, non tanquam Ecclesiastici, sed ut ditionum amplissimarum Domini, Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. *in pr. num.* 71. Heig. *illustr. quæst.* 4. *num.* 53. Habent namque Electores ipsum Electoratum † non à Pontifice, sed ab 6
Imperatore.

Officia tamen secularium, † Archi-Pincernæ, 7
Dapife-

Dapiferi, Marschalli, Camerarii, cum annexis commodis suis ab Episcopo Bambergensi recipiunt in feudum, vide Buxtorff. *in aur. Bull. conclus.* 87. De cujus rei origine Freher. *in addit ad*
8 *Petr. de Andl. de Rom. Imper. lib. 2. cap. 15. verb. sub Camerarius*, testatur, Henricum II. † seu claudum, eùm Comitatum Bamburgensem in Episcopatum erexisset, & summis privilegiis dotasset, pro maxima in eum locum affectione sanxisset, ut quatuor Electores officia sua imperialia, non verò ipsa feuda Electoratus ab Episcopatu isto acciperent, Ziegler. *in communibus conclus. ad*
9 *aur Pract. Calvoli, §. Landsassi. n. 54.*

Quomodo autem & quando Electores † isthæc officia exerceant, exprimitur *in Aur. Bull. tit.* 25. Habent autem hodie vicarios & subofficiarios: Bohemi vicarius est Pincerna de Limpurg. Palatini Dapifer de Walpurg. Saxonis Baro de Pappenheim. Brandeburgici Comes de Hohen-
10 zollern / Cluten. *in syllog. rerum quotid.* Ecclesiastici † autem tres Electores more vetusto Archicancellariorum officia subeunt, ita ut Moguntinus per Germaniam: Trevirensis per Galliam & regnum Arelatense: Coloniensis per Italiam Archicancellarii munere fungatur. [De horum officiorum origine confer Herm. Kirchner. *lib. 1. de Dignit. Cancellarii c. 3. num* 8 *& seq.* Just. Reiffenberg. *ad Recess. Deputat. de Anno* 1600. §.
11 *gloss. a.*]

Verùm deficientibus duobus regnis, † Galliæ scilicet totius, & parte Italiæ, posteriorum duorum Cancellariorum potestas quodammodo exspiravit, adeò ut nihil ferè, nisi nomina restare videantur: Unde postea omnia, quæ ad Archivum imperii pertinent, in solum Germaniæ Cancellarium collata sunt, Rolant. *de Commis-*
12 *sar. part. 2. lib. 5. c. 4. num.* 10. *ubi etiam, num.* 11. *tradit*, quòd hodie duplex † Archivum imperii censeatur, unū continens acta publica imperii, quæ in Comitiis, deputationibus, visitationibus, & aliis imperii peraguntur conventibus, ut & matriculam imperii, quod in aula sua habet Elector Moguntinus & ibi eorundem editio peti solet: Alterum est in Camera imperiali, cui similiter per suum præfectum præest Moguntinus Cancellarius Germaniæ.

✠(*)✠

CAPUT VIII.

DE PRINCIPIBUS, SECUNDAM Classem statuum imperii continentibus in genere.

SUMMARIA.

1. *Principis nomen propriè soli Imperatori competit.*

2. *Iulius Cæsar sub Principis nomine totius Reipubl. jus, potestatem ac imperium accepit, & in perpetuum ad successores transtulit.*

3. *Usu & usurpatione generalius factum Principis nomen, ut hodiè Duces, Marchiones, &c. vocentur Principes.* 4. *Tali Principum appellatione non solùm Duces, Marchiones, &c. sed etiam Comites ac Barones continentur. Ad quorum differentiam Imperator hodiè plerunq; summus Princeps appellatur.*

5. *In Italia Principis titulus usurpatur non nisi in primogenito Ducis. In regno Poloniæ, Hispaniæ, Sueciæ, a' iisq; Regnis Principum nomen Regum Filiis vivo parente tribuitur.*

6. *In Gallia nomen Principis non nisi Regia prosapia Principibus tribui solet. Francisci Borbonii de Guisio jocus.*

7. *Singularis hæc est prærogativa Principum & Ducum Germaniæ.*

8. *Principis nomen quibusdam attribuitur in specie, qui neq; Duces, neque Marchiones, sed Principes tantùm dicuntur.*

9. *Modernus Imperator quosdam Comites & Barones Principum ordini adscripsit.*

10. *Simpliciter Principibus in Germania præferuntur Duces, Marchiones, Landgravii.*

11. *Duplicata dignitas plus tribuit, quàm una sola.*

12. *Cumulatio dignitatum, testimonium est cumulatæ virtutis, claritas & multiplicatio titulorum designat præeminentiam meritorum.*

13. *Sub generali Principis nomine qui in præsenti negotio accipiantur.*

PRincipis † nomen propriè Imperatori soli 1
competit, atque is ea appellatione denotari solet in legibus Romanis, *l. Princeps, de Legib. l. t. & tot. tit. de constit. Princip. §. sed & quod, instit. de I. N. G. & civ. de Nat. Feud c. 1. quis dic. Dux.* [Nam Julius Cæsar, eunctis, discordiis civilibus fessis, 2
tanquam in præmium civilium bellorum perfe-

ctorum, sub PRINCIPIS nomine, totius Rei-
publ. jus, potestatem, ac imperium, quod ab ini-
tio Regum, pòst Magistratuum, senatus ac po-
puli fuerat, accepit, & in perpetuum ad succes-
sores transtulit, Onuphr. Panvin. *de origin. Im-
perat. Rom. lib.* 1. Et adhuc hodie præmitti solet
Principis Nomen, in titulo Imperatoris, ac lite-
ræ ita inscribi solent, Dem Allerdurchleuchtig-
sten/ec Fürsten/N erwehlten Römischen Käy-
3 ser/ec. Jussu † tamen & usurpatione generaliùs fa-
ctum, ita ut Duces, Marchiones, Archiepiscopi,
Episcopi, & similem majorum Feudorum rega-
lem dignitatem habentes, vocentur Principes
hodie, idque fit expressè à Friderico I. *in cap. 1. in
princip de prohibit. Feud. alien. per* Frider. Sixt. *de re-
galib. lib. 1. cap. 4. num.* 24. Don. Garf. Mastrill. *de
Magistratib. lib. 4. cap. 3. nu. 6. & passim à Carol. IV.
in Aur. Bull* [Münster. *in Cosmogr. lib 5. de German.
c.* 21. Et in genere Principes dicuntur, qui in ma-
gno aliquo potentatu proximo à Rege sunt, ut
declaravit ex Cardin. Zabatell. Johan. Fichard.
consil. 77. n. 10. vid Azori. *Instit Moral lib. 11. cap. 7.*]
4 Indéq; tali Principum † appellatione non solùm
Duces, Marchiones, Landgravii, &c. sed etiam
Comites & Barones continentur. Jacobin. de S.
Greg *in investit. verb. Princeps*, Schrader *de Feud.
p. 10 sect. 1. num. 28.* Felin. *in c dudum, n. 21. de præ-
sumpt.* Decian. *resp. 19. n. 124.* Pruckm. *consil 4 n 4.
vol. 1.* [Confer Andr. Knich. *de autocrat Rom Imp.
n.* 1050. indéq; ad differentiam Imperator hodiè
plerumque summus Princeps appellari solet, vid.
supra *Class. 2. c. 2. n. 66.*]
5 In Italia † titulum Principis nō usurpari nisi
in primogenito Ducis, qui vivente patre Prin-
ceps appellatur, testatur, Petr. Calefat. *de equestr.
dignit n.* 106. Sic & Regum Filiis vivo parente in
regno Poloniæ, Hispaniæ, Sueciæ, & aliis re-
gnis Principum nomen attribuitur. [vid. Azori.
Institut. Moral. lib. 11. cap. 7.] Hinc etiam Ferdi-
nandus antequam in Regem Romanorum ele-
ctus esset, Principis Hispaniæ & Archiducis titu-
lo contentus fuit, R. A. de Anno 1525. in pr. ibi:
Prinz in Hispanien/ & de Anno 1526. ibi: Prinz
und Infant in Hispanien. In Gallia nomen Prin-
6 cipis † in actis publicis, non nisi regiæ prosapiæ
Principibus tribui solet. Thuan. 25. *histor.* Hinc
Franciscum Borbonium, cùm Guisium seipsum
Principem appellantem audivisset, ad adstantes
jocosè dixisse ferunt, Guisium linguâ Gallicâ
loqui Germanicè, Cluten. *in syllog rerum quotid.
concl. 26. lit. a.* [Et hæc est singularis prærogati-
va † Principum & Ducum Germaniæ, quos pro 7
Regibus haberi scribit Bald. *in l. fin. C. de testam.
milit.* Nicol. Ruckerus *inter var. consil. Tom 4. con-
sil. 41 n 4.*]
Non tamen prætereundum, Principis † no- 8
men quibusdam attribui in specie, qui neque
Duces, neque Marchiones, sed Principes tan-
tùm dicuntur. Talis in imperio Princeps An-
haldinus, vulgò Fürst von Anhalt/ qui neque
Dux, neq; Marchio. Sic Sabaudus respectu Sab-
audiæ se Ducem, respectu Pedemontanæ regio-
nis se Principem Pedemontium appellat, Jaco-
bin. de S. Gregor. *in tractat. de Feud. in verb. Prin-
ceps Pedemontium*, Chassan. *de glor. mund. consid.*
54. quos allegat Sixtin. *de regalib. cap. 4. num. 26.*
[Similiter modernus noster Imper. gloriosissi-
mus † Dn. Comitem Schawenburg cum Erne- 9
stum Principem creavit. Et in conventu Ra-
tisbonensi Anno 1622. Dn. Johannem Frideri-
cum Comitem Zollerensem & Dn. Baronem de
Eckenberg Principum ordini adscripsit.] Illis
tamen, qui simpliciter Principes † sunt in Ger- 10
mania, præferri Duces die Hertzogen/ item Mar-
chiones & Landgravios, *notat ex gloss. ad jus Sa-
xon. artic. 58 lib. 1.* Matth. Steph. *2. de jurisdict. p. 1.
cap. 6. n. 53.* quia duplicata † dignitas plus tribuit, 11
quam una sola, Jas. *in l. re conjuncti, n. 18. de legat. 1.*
Menoch. *consil. 51. nu. 31. lib. 1.* Tyraquell. *de nobi-
lit. c. 5. n. 81.* [Et cumulatio dignitatum, † testi- 12
moniū est cumulatæ virtutis: ac claritas & mul-
tiplicatio titulorum, designat præeminentiam
meritorum, inquit Imol. *in l. qui solvendo, lat. 2.
ff de solut.* Decian. *d. resp. 19. n. 211. & seq.* Quam-
obiem Dn. Baro de Wallenstein prius Princeps,
deinde in augmentum Dignitatis, Dux Fridlan-
diæ creatus fuit à S. Cæsarea Majestate.] Omnis
autem Dux, Marchio, Landgravius in Germa-
nia usurpat titulum Principis præter titulum
Ducatus, Marchionatus, &c non tamen omnis
Princeps Ducem, Marchionem, vel Landgra-
vium se appellare potest.
In præsenti verò negocio, † Principis nomen 13
generaliter sumitur pro omnibus (exceptis ta-
men Electoribus, non quòd hi Principes non
sint, sed quòd peculiarem classem in statuum
distributione constituant) regalem dignitatem
possidentibus, sed immediatæ Imperatoris & im-
perii jurisdictione, confer Dn. Garf. Mastrill.
de Magistratib. lib. 4. cap. 3 num. 6. ita ut tàm Ec-
clesia-

clesiasticos, quàm seculares comprehendat, cùm & illi ratione Principatuum & ditionum amplissimarum Principibus annumerentur, cum tantis honoribus ab Imm. cumulati, ut potentissimorum imperii Principum opus & potentiam, si non superate, facilè tamen æquare possint, ut ex aliis refert, Heig. *quæst.4.num.52.* Unde rectè imperium nostrum Sacrosanctum appellatur, & Principes in Ecclesiasticos & seculares distribuuntur.

Caput IX.

DE ECCLESIASTICIS *Principibus.*

SUMMARIA.

1. *Principum Ecclesiasticorum distributio.* 2. *Ex his quidam præter regalia occasione Episcopatuum iis competentia, peculiares titulos seculares Principatuum, & comitatuum usurpant.*

3. *Occasio & origo harum amplissimarum concessionum fuit veterum Principum Zelotypia, & in religionem devotio. Inprimis Caroli Magni, Ludovici Pii, & Ottonis I.*

4.5.6.7.8. *Rationes dubitandi.*

9. *Respondetur ad easdem. Ad 1. Episcopi habent potestatem secularem non ut Episcopi, sed ut Principes amplissimarum ditionum jure humano.* 10. *Ideò ut Ecclesiastica persona propriè territorium non habent, sed ut Principes imperii, &c.* 11. *Episcopi, ut Episcopi per se non habent jurisdictionem secularem. Nec ipse Pontifex Episcoporum summus.* 12 *Olim Episcopalem tantùm audientiam in Clericos & Monachos in causa religionis, vel negotio Ecclesiastico usurparunt.*

13.16. *Ad 2. Interest inter primitiva Ecclesia statum & hunc præsentem, inter id, quod fuit, & quod nunc est. Longè alius status illius, quàm hujus.*

14. *Ea quæ certam observationem semper habuerunt, temerè non mutanda.* 15. *Melanchthonis ad Electorem Saxoniæ de Episcopatibus monitio.*

17. *Ad 3. Separata sunt munera, sacerdotium & imperium, illud jure ministerii, hoc jure territorii usurpatur.* 18. *Idem homo diverso respectu præditus diverso jure censetur.*

19. *In Ægypto, in Græcia imperium cum religione copulatum. Olim qui Rex, idem etiam Sacerdos, & Pontifex. Et Romani Imperatores Pontifices dicebantur.* 20. *Cum regno, & sacerdotio quandoque imperium conjunctum reperitur.*

21. *Moyses, Samuel, Esdra mixtam exercuerunt potestatem & imperium, Melchisedec Rex, & sacerdos fuit.*

22. *In Romana Republ. Consulatus & Pontificatus, &c sæpiùs conjunctus fuit.*

23. *Gubernatio spiritualis à seculari non impedienda.*

24. *Episcopi Germaniæ Pontificii, quoad spiritualia, sive Ecclesiastica, Pontificem Roman. quoad temporalia & rega in Imperatorem respiciunt. Sicq; tanquam Episcopi ad Synodum, tanquam Principes ad Comitia imperii comparent.*

25. *Ad 4. Ex hoc, quòd in una eademq; persona utrumq; munus concurrit, non miscetur. Hodiè ex pacificatione religiosa Protestantes Principes & territoriale, & Episcopale jus sine confusione usurpant.*

26. *Ad 5. Clericis merè privatis prohibitum est, negotiis publicis se non immiscere. Hodierni Episcopi non sunt tantùm clerici, & merè privati, sed etiam Principes, pares curiæ imperialis facti, &c.*

27. *Diversa ratio est in Pontifice Romano.*

28. *Episcopis Germaniæ etiam Regalia ab Imperatore per investituram conferuntur, æquè ac aliis Principibus secularibus.*

29. *Quæstio de Episcopis Augustanæ Confessionis, an illi absq; Regalium investitura, seu confirmatione ejusmodi regalia sessionem & votum in comitiis imperii habeant publicam Imperatoris, & totius imperii decisionem desiderat.*

IN præcedenti c. dictum Principis appellatione etiam personas Ecclesiasticas regalem dignitatem possidentes contineri, [Et est text. *in Aur. Bull tit. 26 qui est final. verb. §. porrò cæteri Principes Ecclesiastici. in Germ.* §. Darnach wann die andern Fürsten Geistlich oder Weltlich / ideoq; de his primò in specie agendum; ex Ecclesiasticis † quidam sunt Archiepiscopi, quidam 1
Episcopi, Magistri ordinum Equitum Teutonicorum, Abbates, Præpositi, Prælati, qui regali dignitate sunt præditi, & sessionem ac votum in Comitiis habent.

Sunt etiam quidam ex his, † qui præter rega- 2
lia, quæ iis occasione Episcopatus, tanquam Principibus competunt, peculiares titulos seculares Principatuum & Comitatuum usurpant. Sic Coloniensis vocatur Dux Westphaliæ & Angariæ, Herbipolensis, Dux Franconiæ, Argentinensis Landgravius Alsatiæ, Verodunensis Comes Verodunensis, uti ex quorundam re-

 cessuum

cessuum imperii subscriptionibus colligitur.

3 Occasio † hujus amplissimæ concessionis veterum Principum fuit Zelotypia & in religione devotio, qui tum demum omnia rectè processura credebant, si religionis Antistites suis consiliis præsentes haberent, inquit Heig. *d.quæst.4. n.61.* [Francisc. Meneni. *de Ordin. Equestr. symb. & orig. non procul à princip.*] idque Caroli Magni temporibus cœpisse, Andr. Knich. *de jur. territ. c. 1. num. 12.* Ludovici verò Pii devotione, Episcopos cæpisse in ordinem Principum relatos testatur, Helmold. *lib. 1. cap. 4.* ubi ait, Ludovicum Pium maximâ liberalitate erga Dei cultum usum, in tantum, ut Episcopos, qui propter animarum regimen Principes sunt cœli, ipse eosdem nihilominus effecerit Principes regni, Sixt. *de regalib. lib. 1. c. 4. num. 125.* [Caecheran. *decis. Pedemon. 30. num. 5. & 6.*] Anton. Coler. *de jur. imper. German. concl. 49.* [Communicationem verò jurisdictionis secularis sub Otione I. cæpisse, ex Reiner. Reinecc. *ad annal. incert. auctor. de gest. Carol. Magn.* scribit Andr. Knich. *de autocrat. n.* 1063. *& seq.*]

4 Verùm pro ratione dubitandi † obstare videtur 1. dictum Christi dicentis, Reges gentium dominantur, vos autem non sic, *Luc. 22. v. 25.*

5 2. Praxis Ecclesiæ † primitivæ, ubi talem dominationem Episcopi non usurparunt.

6 3. Quòd separata † Dei dona sunt Sacerdotium & imperium, illud divinis ministrat, hoc secularibus præest negociis, Nov. *6. in pr.*

7 4. Quòd sine † confusione misceri non possint, *cap. causam quæ inter, x. qui filii sint legitim.* [Eamque ob causam Deus in populo suo munera Ecclesiastica commisit tribui Leviticæ, *Levit. 8. v. 9. & 10. Num. 16. v. 8. 9. 10.* Tribui verò Judæ sceptrum politicum, *Gen. 49. v. 10. Iudic. 8. v. 2.* latè & eleganter Frider. Balduin. *de casib. conscient. lib. 4 cap. 4. cas. 2.*]

8 5. Quòd Ecclesiasticis † prohibitum sit, ne se rebus secularibus immisceant, nec quicquam commune cum publicis & ad curiam pertinentibus habeant, *distinct. 96. l. 17. l. 41. C. de Episc. & Cler.* de Jure Feudali, *Desiit esse miles Christi, qui incipit esse miles seculi.*

9 Ad 1. R. ex Apologia Augustanæ † Confessionis, quæ ita dicit: si quam habent Episcopi potestatem secularem, hanc non habere ex mandato Dei, ut Episcopi, sed ut Principes Amplissimarum ditionum ex jure humano, donatam à Regib. & Imperatoribus ad administrationem civilem suorum bonorum, *Apoleg. August. Confess. sub tit. de potest. Ecclesiast.* [Johan. Sleidan. *lib. 7. comment.*] ideoque tanquam Ecclesiasticæ † personæ propriè territorium non habent, Clement. *ne Romani, § fanè, de elect.* Duar. *de minist. & benefic. Eccl lib. 1. cap. 4.* Sed tanquam imperii Principes cum potestate territoriali de Amplissimis ditionibus ab Impp. & Regibus investiti. 10

[Siquidem ex jure Canonico expeditum est, † quòd Episcopi, tanquam Episcopi per se non habeant secularem jurisdictionem, *c. lator. x. qui filii sint legit. c. si clericus, x. de for. compet.* Sicut nec ipse Pontifex Episcoporum summus, *c. venerabilem, 34. x. de elect. c. novit. x. de judic. c. si duobus, §. deniq., x. de Appellat.* Bellarmin. *in controv. de Roman. Pontific. lib. 5. c. 4. & passim per tot.* Christoph. Wintzler. *de jurisdict. Episcop. German. Tit. 20.* Nisi ex defectu justitiæ secularis, *c. licet, c. ex tenore, x. de for. compet.* Vel imperiali rescripto, *Auth. si quis, C. de Episcop. aud.* Et olim Episcopalem tantùm audientiam † in Clericos & Monachos in causa religionis, vel negotio Ecclesiastico, non in alios, vel in aliis causis, nisi inter consentientes usurparunt, Cujac. *in paratit. C. de Episc.* Matth. Stephan. *ad eund. tit*] 11 12

Ad 2. R. multum interesse † inter primitivæ Ecclesiæ statum & hunc præsentem, & inter id quod fuit, & quod nunc est, *l. qui res, §. aream. ff. de solut.* Hering. *de fidejuss. c. 7. numer. 525.*] Cum enim à tanto tempore, de cujus contrario non extat memoria, cum potestate spirituali & Ecclesiastica obtinuerunt, & adhuc legitimè obtinent Ducatus, Comitatus, Baronias cum jurisdictione temporali, quis eos destituet jure quæsito & multis annorum centuriis corroborato: Nec enim ea, † quæ certam observationem semper habuerunt, temerè mutanda, *l. minimè ff. de legib.* Ernest. Cothman. *in resp. Academ. 27. nu. 38.* cùm tanti temporis vetustas pro lege habeatur, *l. fin. & ibi Dd. de aqu. & aqu. pluv. arc.* & veritati æquipolleat, *l. 1. ubi gl. C. de servit.* Coth. *resp. Academ 30. num. 27.* [Quamobrem Philippus Melanchthon † In epistola quadam, ad Electorem Saxoniæ scripta, hisce verbis rectè monuit: So ist dieser Leute / die da gedencken die Bisthumber auffzutheilen / vnnd ein new Reich zu machen / furnehmen / gewiß Auffruhr vnnd vnrecht Gewalt / darzu Gott nicht Glück gibt. Hoc est, eorum hominum cogitationes & consilia, qui de distribuĕdis inter se Episcopatibus, 13 14 15

bus, & introducenda nova imperii forma laborant, nihil aliud, quàm seditiones & vim injustam præ se ferunt, *ex volum. 1. bell. Germ. l.1.c.2.* refert Frideric. Bauman. *in tractat. qui inscribitur*

16 Sächsischer Landmann/*p.m.*79.] Deinde † primo væ Ecclesiæ sicut aliarum rerum initia fuerunt tenuia, & longè alius status quàm hodie, *Arum ad Aur Bull. discurs.*3.*concl.*8.

17 Ad 3. ℞. Etiamsi Episcopi † jura territorialia & secularem potestatem ex liberalitate piorum Principum unà cum Episcopali & Diœcesano jure possideant, manent tamen separata munera, sacerdotium & imperium, nec propterea confunduntur; quia illud jure ministerii, hoc jure usurpant territorii, Joachim. Steph. *de jurisdict. lib.*4 *c.*2.*n.*51. Nam idem homo † diversis

18 respectibus præditus, diverso jure censeri, & sic duplicem personam repræsentare potest, *c. cum capella de privileg c ex literis de probat. l.fin. de instit. l.apud filiumfam. de manumiss. vind.* Tyraquell. *de Nobilit. c.*18.*n.*15. Geil. 1. *obs.* 30. *nu* 2. *in fin.* quod argumentum suprà latius deductum: Sic Paulus poterat esse Apostolus & textor, *Actor.* 20. *v.* 34. 1. *Corinth.* 12 *v.*12. [Confer Geil. *de arrest. c.*6.*n.*27. *&* 29.] Diversi namque respectus in eadem persona considerantur non secũdùm idem & idem, sed secundùm aliud & aliud. [In Ægypto, in Græ-

19 cia, † placuisse omninò imperium cum religione copulari, Ærodi. *rer. ab omni antiquit. judicat. lib.*1.*tit.*4.*cap.*1. ubi id latè multis ex vetustate adductis ornat, & inter alia illud Demosthenis in Neæram adducit:

——— *Rex hominum, Phœbiq; sacerdos.*

Vid. etiam *c. Cleros*, ubi ex Isidoro in hæc verba scriptum legimus: *Antea autem qui reges erant, & Pontifices erant: Nam majorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Unde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur.* Confer Arumæum *de comitiis cap.*4 *n.*100 *& seqq.*]

Licuit etiam in Romana Republica & aliis

20 multis, † sacerdotibus & religiosis in Republ. versari, imò cum regno & sacerdotio quandoq; imperium conjunctum reperimus, Johan. Cas. *in Sphær. Civit. lib.*4.*c* 15. Heig. *d.q.*4 *n.*57.

21 In Politia Mosaica † Moysen, Samuelem, Esdram mixtam exercuisse potestatem & imperium, notum est. [Et ante hos, Melchisedech, Rex itemque sacerdos fuit, *Gen.*14.*v.*18.19.*&* 20.]

22 In Romana Republ. † Crassus Licinius Consulatum & Pontificatum simul gessit, Alex. ab Alexand. *lib.*2. *genial. dier. cap.*8. Numa Pompilius Rex & sacerdos celebratur, Liv. *lib.* 1. [Posthumius Albinus, Consul & Flumen Martialis. Tiberius Gracchus consul & Augur. M. Drusus, Pontifex Maximus & tribunus plebis, Ærodi. *rer judicat. lib.*1.*tit.*4. *cap.*2. Obrecht. *disp. Feudal. ultim. quæ est de jure Bell. thes.*108.] Quod non videtur usquequaq; improbandum, si gubernatio
† secularis spiritualem non omninò impediat, 23
Duar. *lib.*1. *de S. Eccles. Ministr. cap.*4 Philipp. Melanth. *in Epitom. Philosoph. Mor. p.* 121. Muscul. *de success. convent. membr.* 2. *Class.* 1. *lit. a.* [Episcopi itaque Germaniæ † Pontificiæ Religioni addi- 24
cti, quoad spiritualia sive Ecclesiastica Pontificem Romanum: quoad temporalia verò & Regalia imperatorem respiciunt, Geil. 1. *obs.* 30. *n.*8. *& seq. Et* 1. *de Pac pub. c.*8.*n.*8. Cacheran. *decis.*30. *num.*5. Frider. *de Process. lib.* 1. *cap.*22. Et sic tanquam Episcopos, eos comparere ad Synodum, tanquam Principes ad Comitia imperii, ex Concilii Tridentini & Comitiorum imperialium actis propugnat Wintzler. *de jurisdict. Episcop. German. tit.*21.]

Ad 4. ℞. concedendo, quòd utrumq; munus misceri non possit: Ex hoc tamen, † quòd in 25
una eademque persona utrumq; concurrit, non miscetur, sicut nec miscebatur in persona Moysis, Samuelis & similium: imò sæpè per regnum terrenum cœleste profecit, *c. Principes seculi,* 23. *q.*5. *c. filii,* 17. *q.*6. Sic etiam hodie ex religiosa pacificatione Protestantes Principes & territoriale & Episcopale jus sine confusione usurpant, ita etiam vice versa Episcopi, [& territoriale & Episcopale jus ex concessione Augustorum, citra confusionem usurpare poterunt.]

Ad 4. ℞. Clericis † merè privatis prohibitum 26
esse; ne se negotiis publicis & ad Curiam pertinentibus immisceant, sed nostri Episcopi non sunt tantùm Clerici & merè privati, sed etiam Principes, qui per investituras Cæsareas Pares Curiæ imperialis facti, ac in partem sollicitudinis publica auctoritate assumpti sunt. Textus autem allegati loquuntur de iis qui se privata auctoritate rebus secularibus ingerunt, & ad ea non assumpti sunt. Neque adversantur † ea, 27
quæ suprà de Pontifice tradita sunt; Quia is à nemine ut Princeps secularis de ditionibus est investitus, sed eas, quas possidet, propriâ auctoritate & variis artibus occupavit, & non statum imperii, cujus bona detinet, sed Dominum se

esse jactat, non solùm ex liberalitate Principum, sed ex successione Petri, qui tamen nunquā ejusmodi regna terrena habuit, ideoque nec in successorem ea transferre potuit, *l. nemo plus juris, ff. de reg. jur.* [Præterea Episcopi Germaniæ, † non solùm jurisdictionem secularem, sed etiam Regalia habent, quæ ipsis ab Imperatore per investituras conferūtur, non minus quàm aliis Principibus secularibus, *text. in Aur. Bull. tit. 26. qui est final. in princip.* Wann sie jhre Königliche Lehn/ vom Keyser oder König nehmen oder empfahen/ hoc est, ut in latina versione habetur, dum Feuda sua sive Regalia, ab Imperatore, vel Rege recipiunt. Et in § Darnach wann die andern Fürsten deß Reichs/ Geistlich oder Weltlich/ R. A. zu Augspurg/ de Anno 1500. §. sub rubr. Der Teutsche Orden/ Buxtorff. *in Aur. Bull. conclus. 69. lit. A.*

28

29 Hîc autem occurrit ardua quæstio, † de Episcopis Augustanæ Confessionis, an illi absque investitura Regalium, sive confirmatione, quam obtinere ab Imperatoribus non possunt, ejusmodi Regalia, & absque eorum collatione, sessionem & votum in Comitiis imperii habeant, vel ad ea vocandi sint? Negativam multis tuetur & defendit, Christoph. Wintzler. *de jurisd. Episcop. German. tit. 24. 25. & duob. seqq. Et in tit. 23.* probat, Quod Imperat. Maximilianus II. Anno 1566. Rudolph. II. Anno 1590. regaliorum confirmationem Augustanę Confessioni addictis Episcopis denegarint, exindè, quòd hoc jus dandi Regalia nō aliter à majoribus acceperint, quàm Canonicè Electis & confirmatis. Non obstante quòd ratione Episcopatuum occupatorum imperii onera sustineant, quia ad ea quilibet possessor teneatur, Reichs Abschied/ de Anno 1548. §. Demnach solche; cùm res transeat cum onere, etiam in Fiscum, *l. fin. C. de collat. fund. Fiscal.* uti scribit Wintzler. *in alleg. tit. 14.* Nos judicium nostrum super hisce quæstionibus, libentiùs suspendimus, cùm publicam Imperatoris & totius imperii decisionem desideret.]

CAPUT X.
DE ARCHIDUCIBUS.
SUMMARIA.

1. *Inter secu'ares Principes primum post Electores locum obtinent Archiduces.* 2. *Quorum nomen nulli alii, quàm Austriacæ familiæ tribuitur.* 3. *Ideò meritò alios Duces præcedunt, sicut Archiepiscopus præfertur Episcopo.* 4. *Alios etiam Principes tùm seculares, tùm Ecclesiasticos, (exceptis Electoribus) in votis & sessionibus imperii antecedunt.*

5. *Origo hujus dignitatis ad Rudolphum I. Imp. Comitem Habsburgensem refertur. Rudolphi prosapia unde derivetur.*

6. *In hac familia per ducentos ferè annos imperii sceptra & aquila floruerunt, sine continuationis interruptione.* 7. *Ex eadem descendunt moderni Reges Hispaniæ.*

8. *Archiducum Austriæ duæ lineæ, Austriaca à Ferdinando, & Burgundica à Carolo V. deducta.*

9. *Archiduces Austriæ in quàm plurimis privilegiis partim Electoribus pares sunt.* 10. *Partim eos superant, ut in erectione vectigalium, creatione Nobilium, & Baronum.*

11. *Causa & occasio Privilegiorum, tàm largiter Austriacæ familiæ concessorum quæ sit. Fridericus I. Imp. Austriam cor & clypeum S. Imperii Romani dixit.*

12. *Austriæ amplitudo propter provincias eximias, & Regna incorporata.*

13. *Ab Archiducibus etiam prætenditur privilegium exemptionis à Camera in causis appellationum.* 14. *Camera diversis viribus processus, inhibitiones, & mandata contra Archiduces decrevit.*

15. *In Archiduces crimen læsæ Majestatis committitur.*

16. *Vasallus ad domum Domini investituram petit. Archiduces non tenentur extra provinciam investituram petere.* 17. *Tecto capite insidentes equo investituram accipiunt.*

18. *Austriæ Principes olim Marchiones fuerunt, A Friderico I. Imper. Henricus VIII. ultimus Austriæ Marchio, primitùs Dux creatus.*

INTER seculares Principes primum post Electores locum obtinent † Archiduces, qui dignitatem cæteris usurpant superiorem, Vult. *de Feud. lib. 1. c. 4. sub nu. 14.* quorum nomen non tantùm in Germania † usurpatur, ut ait Chassan. *de glor. mund. part. 5. consid. 44.* sed etiam nulli alii quam Austriacæ familiæ tribuitur. Et licèt non defuerint Duces, qui Archiduces nominari voluerunt, tamen hoc apud Imperatorem obtinere non potuerunt, Sixtin. *de regal. d. c. 4. num. 30.* Cum itaque † tituli præeminentia præ aliis Ducibus gaudeant, meritò & necessaria quadam consequentia debent præcedere eos, sicut Archiepiscopus præfertur Episcopo, inquit, Don. Garſ. Mastrill. *de Magistrat. lib. 4. c. 4. n. 15. & seq.* 1 2 3

[Atque

4 [Atque ita etiam usu obtinet, † ut non solùm alios Principes seculares, sed etiam Ecclesiasticicos, ut Archiepiscopos (exceptis Electoribus) & Episcopos in votis & sessionibus imperii antecedant, uti apparet ex subscriptione Recess. imperii, de Anno 1566. & 1567. cum similibus.

5 Origo † hujus Dignitatis refertur ad Rudolphum I. Habspurgensem, [Comitem, cujus prosapiam, ex antiquissima Francorum stirpe, oempe a Landgraviis Alsatiæ & Marchionibus Austriæ, derivat Matth. Dresser. *in millenar. sub Anno Christi* 1273. seu à Regibus Francorum, Münster. *in Cosmograph. lib. 5. de German. cap. 59. fol. m.* 734.] is, cùm Austria legitimo hærede destitueretur, & imperio aperiretur, eam filio Alberto sub titulo Archiducatus contulit, per quem tota illa amplissima Archiducum familia propagata, Cromer. *histor. Polon. lib. 9. in fin.* Carol. Sigon. *de regn. Ital. lib.* 12. Camill. Borell. *de præstant. reg. Cathol. cap* 46. *n.* 137. *& seq.* [Aubert. Miræ. *de reb. Bohem cap.* 15. Quod tamen non carere controversiâ apud Historicos ex Cuspin. notavit Dn. Besold. *in Thesaur. pract. verb.* Ertzhertzog. Hæc serenissima familia una manu Orientem, alterâ Occidentem amplectitur, collustratque oovo quasi sole, iovia, avia.

Totq; per innumeros sceptra tuetur avos.

Uti de ea scribit Just. Reiffenberg. *ad Recess. de-*
6 *putat. de Anno* 1600. *in princ. gloss. d.*] In ea namq; † per ducentos ferè annos imperii sceptra & aquilæ floruerunt sine continuationis interruptione. Nam Alberto Austriaco (non tamen huic, de quo modò diximus) successit Fridericus III. Friderico Maximilianus I. Maximiliano Carolus V. Cui Ferdinandus, deinde Maximilianus II. illi Rudolphus II. huic Matthias, [Et tandem modernus Imperator gloriosissimus victor & triumphator Ferdinandus II.

7 Ex eadem † descendunt moderni Reges Hispaniarum, Mainold *de tit. reg. Hisp. fol.* 38. Frecc. *de sub Feud. lib.* 2. *tit. quis dicatur Dux, quos allegat* Garf. Mastrill. *d. c.* 4. *num.* 11. Unde Archiducum
8 † Austriæ duæ factæ lineæ, prima Ferdinandi, quæ propriè Austriaca: altera à Carolo V. deducta Burgundica appellatur, Paurmeister. *de jurisd lib.* 1. *c.* 1. *sub n* 17. Matth. VVehner. *in pract. ob-*
9 *serv. verb.* Standt deß Reichs / *p.* 615. Habent † autem hi Archiduces Austriæ præter titulorum prærogativam quàm plurima privilegia, quibus partim Electoribus pares sunt, Crantz. in Sax. *lib.* 8. *c.* 6. Rulent. *de Commiss. p.* 4. *lib.* 5. *c.* 4. *num.* 23. Partim etiam eos superant, † utpote in erectione novorum vectigalium in suis ditionibus, possuntque non solum Nobiles, sed etiam Barones creare, iisque insignia dare, & iisdem si abutantur privare, quod privilegium verbotenus refert, Münster. *in Cosmograph. lib.* 3. *c* 399. Gylm. *rerum in Cam. judic. lib.* 2. *decis.* 54. *n.* 59. [Anton. Quetr. *consil.* 3. *num.* 2. 10

Causa † & occasio Privilegiorum tam largiter Austriacæ familiæ concessorum, non solùm Imperatorum posteriorum fuit gratia & propensi animi inclinatio, sed etiam præclarissima illius gentis merita & pericula, quibus opposita & exposita semper fuit. Hinc Frideric. I. Imperat. verissimè simul ac venustissimè Austriam cor & clypeum S. Imperii Romani dixit, referente Rittershus. *in orat. de vit. Frider. I.* cui calamitas furoris Turcici & ignis Bellonæ primò imminet, R. A. de Anno 1566. § Diesem unserm / *&c. circ. fin.* ibi: gleich unsern Erblanden das Fewer zum nechsten anscheinet. [Hisce accedit Austriæ Amplitudo non solùm propter provincias eximias, sed etiam Regna quæ ei incorporata sunt, utpote, Regnum Croatiæ & Dalmatiæ, in quantum à Christianis possidentur, &c.] 11 12

Præcedunt † etiam Archiduces privilegium exemptionis à Camera in causis appellationum, Gylman. *in symphor. suppl p.* 1. *tit.* 11. *vot.* 6. *sub n.* 14. de quo tamen sæpe acriter decertatum esse testatur Rulant. *d. c.* 4. *nu.* 14. Et Cameram diversis † vicibus processus, inhibitiones & mandata contra eos decrevisse multis præjudiciis demonstrari posse testatur, Thom. Mich. *de jurisd. concl.* 25. [Idq; similiter multis exemplis, tam veterib. quàm novis ostendi posse, atque etiam olim in pleno senatu Anno 1550. in causa Hans Lauten & Fugger contra Georg Becken & Osterreich / pro interesse, conclusum esse, testatur Meichsner. *decis. Camer.* 26 *num.* 2. *Tom.* 2. Et faciunt huc adductæ sententiæ, supra *cap.* 5. *limitat.* 1.] Præterea in hosce † crimen læsæ Majestatis committitur, per ea quæ tradit, Sixtin. *lib.* 2. *de regal. c.* 20. *num.* 20. cum tamen aliàs in superiorem recognoscentes crimen hoc propriè non committatur. Mynsing. *resp.* 44. *n.* 9. 10. 12. 13. *& seq.* Rosenth. *de Feud. c.* 10. *concl.* 35. *n.* 40. 13 14 15

Ad hæc † quamvis Vasallus ad domum Domini investiturum petat, Cujac. *cap. un. in fin. de invest. vet. & nov. benef.* tamen secus est in Archidu- 16

chiducibus Austrię, qui non tenentur extra provinciam investituram petere, daß die Ertzhertzogen nicht schuldig sein umb empfahung jhrer Lehē ausserhalb deß Lands Oesterreich nach zu reysen/ sondern sie sollen in demselben Lande geliehen
17 werden. Item recto capite, † insidentes equo investituram accipiunt, ein Ertzhertzog zu Oesterreich/ so jhm seine Lehen geliehen wird / soll er sie empfahen / bekleidet mit einem Fürstlichen Gewand/ vnter seinem Ertzhertzog Hütlein / auff seinem Pferde sitzend/ Münster. *in Cosmograph. d. loc. in privileg. Archiduc.* Cùm tamen alii quàm humiliter, quàm devotè investituram petant, *c.1.§. nulla per quos fiat invest.* Schrader. *de Feud. p.5. cap. 3. num.2.* aperto capite, depositis calcaribus, & flexis genibus, vid. Arnis. *de jur. Majest. lib.1. cap.5. num.18.* Quam prærogativam in sessione Comitiorum obtineant & alia adhuc privilegia, vid. apud Matth. Wehner. *in pract. obs. verb.* Standt deß Reichs / *pag. 616.* [Pro complemento hujus
18 capitis omittere nolui † Austriæ Dominos seu Principes olim Marchiones fuisse, & Fridericum I. Imperatorem Ratisbonæ 17. Septembr. Anno 1156. Henricum VIII. ultimum Austriæ Marchionem primitùs Ducem creasse, Gualther. *in Chronolog. Ecclesiast. co-Politic.* sub Anno 1156. ubi ex Cuspin. hanc recitat formulam privilegii: De Concilio & judicio Principum, illustri Uladislao Duce Bohemiæ, sententiam promulgante, quam cæteri Principes approbant, Marchionatum Austriæ, & dictam Marchiam supra Anasum, commutavimus in Ducatum, & contulimus Henrico patruo nostro carissimo, &c.]

CAPUT XI.
DE MAGNIS DUCIBUS.
SUMMARIA.

1. *In Germania Magni Duces non sunt.*

2. *In Italia est Magnus Dux Florentiæ. Cosmus Medices Florentiæ Dux à Pio V. Pontifice Magnus Dux creatus.* 3. *Maximiliano tamen Imperatore contradicente.*

4. *In Muscovia est Magnus Dux Muscoviæ. Magnus Dux Lithuaniæ hodiè nullus existit. Rex Sueciæ Magnus Princeps Finlandiæ vocatur.*

SUNT etiam Magni Duces, Großhertzogen/
1 quos tamen † in Germania nullos habemus.
2 Talis in Italia dignitas Magni Ducis, † quam Cosmus Medices Florentiæ Dux 5. Martii Anno 1570. obtinuit à Pio V. Pontifice tradito sceptro cum habitu, insignibus atque coronâ Regis & titulo Serenissimi, Don. Garf. Mastrill. *de Magistrat. d. c.4. num.19.* [Cui tamen actui † Ma- 3
ximilianū Imperatorem contradixisse, veluti in præjudicium Imper. Roman. facto, cui Florentia & Senæ pareant, pertinentes ad Cameram imperialem, scribit Gualther. *in Chronolog. Eccles. pol sub Anno 1570.* Crevit autem hæc familia non parum affinitatibus Austriacis.] Talis etiam Magnus Dux Muscoviæ, † Magnus Dux Litva- 4
niæ. [Qui tamen hodie, unito Magno Litvaniæ Ducatu, coronæ Polonicæ, nullus existit, Johan. Boter. *in descript. Regn. Polon. in princ.* Rex Sueciæ Magni Principis Finlandiæ Titulum usurpat.] item Magnus Cham, & alii, qui titulum Magni, ob virtutem vel ditionum amplitudinem sunt consecuti, Matth. Stephan. *de jurisd. l. b.2. p.1. c.6. num 8a.* Rulant. *de Commissar. p.2. lib.5. c.4. nu.22.* [Imperatorem autem & Pontificem Romanum vel Regem, posse in sua ditione, alicui concedere Nomen & Titulum Magni Ducis vel Magni Marchionis, Comitis, salvo tamen & integro cæterorum Ducum jure, notat Johan. Azori. *instit. moral. lib. 11. cap.11. part. 2. vers. Petest item Imperator.*]

CAPUT XII.
DE DUCIBUS.
SUMMARIA.

1. *Duces cæteris Magnatibus præstant.*

2. *Duces à ducendo exercitu dicti.* Hertzogen *unde dicantur. Ducum officium est exercitum dirigere, & ipsum in pugna praire.*

3. *Dux quid significet.*

4. *Dux dicitur ille, qui de Ducatu à Principe supremo est investitus.*

5. *Aliàs res à persona sumit statum, tanquam accessoria principalis conditionem sequendo: Hîc persona à re sumit statum, dum ex acquisitione Ducatus fit Dux.*

6. *Ducatus quid sit.*

7. *Ducum nomina etiam ante feudales clientelas usurpata in limitaneis præfectis.*

8. *In Anglia Ducis honor & titulus non semper hereditarius, sed quandoq; personalis.*

9. *In Regnis Hispaniarum & Castella mortuo Duce*

*Duce Comite, &c. hujusmod dignitates morte expi-
rant, nec in successores transeunt.*

10. *Alia ratione Princeps Venetorum Dux ap-
pellatur quod videlicet primum in Republ. locum te-
neat, absq; tamen Ducali potestate.* 11. *Potestatem
suam à senatu, sicut luna à sole lumen suũ, mutuare
perhibetur.* 12 *Unde Venetorum Dux dicitur pompa
& ornatu esse Rex, potestate senator, in urbe capti-
vus, extra urbem (quam senatus injussu ei egredi
non licet.) reo proximus.*

HOsce sequuntur Duces, Hertzogen /
[Quos sive ius commune sive Regium Hi-
1. spanicum spectetur, † cæteris magnatib. præ-
stare, in comperto esse, scribit Iohan. Parlador.
rer quotid. lib. 2 cap. 13. nu. 1 *per rubr. Quis dicatur
Dux, March Com. cap fundamenta. §. Preinde de
elect. in 6.*] Dicti autem sunt Duces, à ducendo
2. exercitu: † Vel quod Domini sint belli, vel à vo-
cabulo Heer / quod exercitus est, & ziehen / quod
latinis est ducere, Vult. *lib 1. de Feud c. 4. sub nu.* 14.
[Quasi Heerführer / Munster *in Cosmograph. lib. 5.
de German. cap.* 11. *v.* Hertzogen / indeq; Heerszuck
exercitus dicitur, Iohan. Oldendorp. *Class. 5 de
action. beneficiar. vers Dux à ducendo exercitu di-
ctus est* e u Hertzoge / Fürgenger. Confer Andr.
Knich. *de Autocrat. Rom Imper. c. 1 nu. 135 & ali-
quos seqq.*] Petr de Audl. *de Imper Rom. lib. 1. c. 12.*
ubi dicit Ducum officiũ esse exercitum dirigere
& ipsum in pugna præire, & ideo in lingua Teu-
tonica dici Hertzog quasi Zogheer / Nicol. Reus-
ner. 1 *consil. 3. nu. 36.* Iohan. Azori. *instit. moral. lib.*
11. *c. 8 part.* 2. ubi: Duces, inquit, appellabantur,
qui summum in militia Imperium obtinebant,
qui si commisso prælio victoriam consequeban-
3. tur, Imperatores conclamatione militum voca-
bantur.] Quamobrem significat Dux † eum, qui
strenuus est & rei militaris peritus, aciẽ instruit.
castra metatur. & exercitum ducit, Bodin. 3. *de
repub. c. 2. in fin. p.* 423. [Decian. *resp. 19. n. 105. vol. 3.*
Confer Iohan. Azori *instit moral. d. lib. 11 cap. 8.
part. 2.*] Sed hoc quo ad originem & vocis allu-
sionem: Quatenus vero ad rem nostram attinet.
4. Dux † ille dicitur, qui de Ducatu à Principe
supremo est investitus, hoc est, cui Princeps in
beneficium regionem, quæ Ducatus nomine
veniebat, concessit: [Petr. de Andl *d. cap. 12. lib 2.*
Ernest. Cothm. *consil. 1 n. 178. vol 5*] primis qui-
dem temporibus, ad vitam, postea vero in perpe-
tuum, *text. in c. 1. quis dicat. Dux.* Sonbec. *de Feud.
in tit. qui Feud. dar. poss.* Iacobin. de S. Gregor. *in
investitur. in verb Dux, q. 1. nu. 1.* Frecc. *de subfeud.
lib. 2. tit. quis dicatur.* Licet enim alias † res à 5
persona sumat statum, *l. 1. C de imponend. lucrat.
descript.* ac tanquam accessoria possessoris tan-
quam Principalis conditionem sequatur, *c. ac-
cessorium de reg jur in 6.* Cothmann. 1. *consil. 10. n. 6.*
tamen hoc casu persona à re sumit statum, post-
quam ex concessione & acquisitione Ducatus
fit Dux, Don. Garf Mastrill. *de Magistratib. lib. 4.
cap. 5. num 4 5. 6* [Est autem Ducatus, † Provin- 6
cia, ex tot civitatibus, castris, præfecturis, villis
constans, quæ Ducatum faciant, quæq; regalem
dignitatem constituant atq; etiam sartam te-
ctamque tueãtur & conservent, *cap. 1. in cap. 7.
num. 30. & c. 10. n. 2. & 3.* Ernest. Cothman *de con-
sil 1. n.* 178.] Negari tamen non potest † Ducum 7
nomina etiam ante Feudales clientelas usurpata
in limitaneis præfectis, ut ex Tacit. Spartian.
Frecc. docet Heig. *illust. quæst. 2. n. 33.* [Non tamen
incongruè hodie adhuc, hos ipsos Duces, Im-
perii Romani milites, Duces & Ductores dixe-
ris, Nicol. Reusner. *d. consil. 3. num.* 36. In Anglia 8
Ducis honor † & titulus, qui confertur bene
meritis, non semper est hereditarius, sed quan-
doq; personalis, per ea quæ scribit Munster. *in
Cosmograph lib. 2. c.* Et in Regnis † Hispaniarum 9
& Castellæ ex antiqua consuetudine, mortuo
Duce, Comite, Marchione, hujusmodi Dignita-
tes morte exspirare nec in successores transire.
post Bapt. *consil 2. not.* Garf. Mastrill *de Magistrat.
lib. 4. cap 10. nu. 10. & ibid. allegat.* Parlador. *rer.
quotid lib. 2 cap. 13. num.* 4.

Alia planè ratione & sensu Princeps Veneto- 10
rum, Dux appellatur, † qui neque de Ducatu
aliquo investitur, neque in rebus bellicis aliquid
auctoritatis habet, Balth. Bonifac *de Venet. Re-
pub.* Sed quod primum in Repub. locum teneat.
ita dictus, Ioh. Cotovic. *de Repub. Venet. cap. 2.* Bo-
din 1 *de Republ. cap 10. p. m.* 238. Azori. *d. cap. 8 in
fin. lib 11. part 2. fol. 1363. in fin. & fol. seq.* absq; ta-
men Ducali potestate, cum nihil sine consiliariis
sive senatu efficere, & ne epistolam quidem ape-
rire possit. neque aulam alit, ut Principes liberi,
sed congruam solum familiam, Phil. Honor. *in
Relat de Repub. Venet. part. 3. & ult.* Adeoq; pote- 11
statem † suam à senatu Venetorum, sicut Luna
à sole, lumen suum mutuare perhibetur, Petr. de
Andl *de Rom. Impe. lib. 1. cap. 9.* Phil. Cominæus
de Bello Neapolitan. lib. 2. Neq; etiam familiæ sed

Reipub. insigniis, in monetis cudendis & aliis publicis negociis utitur Tibet. Decian. *resp. 19. nu.*
21 162. *vol. 3.* Unde quidam dixisse fertur: † Venetorum Ducem pompâ & ornatu esse Regem, potestate senatorem, in urbe captivum, extra urbem (quam senatus injussu ei egredi fas non est) reo sive criminoso proximum. Balth. Bonif. *de Venet. Repub.* Et circa vectigalia & pecuniam publicam, nullam solus potestatem habet, neq; vel obulum dispensare potest, absque assensu civium suorum, teste Tiber. Decian. *d. resp. 19. sub n. 127. vol. 3.*]

Caput XIII.

DE MARCHIONIBUS ET LANDgraviis & Comitibus Palatinis, nec non Burggraviis.

SUMMARIA.

1 *Marchiones à Marchia, cui præsunt, appellantur.*

2. 3. 4. *Marchiam varii variè deducunt.* 5. *Verius Marchiones ex eo dicti, quod finibus imperii Romani tuendis præfecti essent. Fines & limites Germanis dicuntur* Mark. *Inde Marchiones dicuntur Duces limitanei.*

6. *Marchio appellatur de jure Rom. Liminarcha seu fines imperii custodiens.* 7. *Milites limitanei unde introducti.* 8. *Marchia provinciarum limites dicuntur.*

9. *Henricus Anceps Marchias ubiq; constituit, ad tuendos fines. Eosq; ministris atq; officialibus suis regendos dedit. Eorumq; Rectores Marchiones dicti.*

10. *Isti Marchiones non solum custodes & defensores limitum fuerunt, sed & judices controversiarum de limitibus ortarum.*

11. *Hodiè Marchio dicitur, qui de Marchia est investitus à Rege seu Principe.* 12. *Marchia est feudum dignitatis, aliquando etiam Marchia proprio jure possidetur.*

13. *Olim Marchiones finium custodes erant, hodiè etiam in mediterraneis regionibus imperii de Marchia investiti, Marchiones dicuntur.*

14. *Marchiones Italiæ non sunt ejusdem dignitatis cum Ducibus.* 15. *In regno Arelatensi & Wiennensi Comites majores sunt Marchionibus, eosq; præcedunt.*

16. *Landgravii dicuntur quasi Comites provinciarum. olim judices & præsides alicujus provinciæ fuerunt.*

17. *Landgravii & Marchiones hodiè Comitibus sunt superiores, & in serie Principum collocantur.*

18. *Non minor dignitas Landgraviatus & Marchionatus, quàm Ducatus. Et Principes imperii appellantur.*

19. *Olim Comites primi, secundi, & tertii ordinis fuerunt.*

20. *Landgraviorum quatuor in imperio familiæ. Thuringiæ, Hassiæ, Alsatiæ, & Leuchtenbergensis.*

21. *Landgraviatus Hassiæ ex Landgraviatu Thuringiæ subortus, temporis successu multùm auctus est ditionibus & potentiâ.* 22. *Separatio Thuringiæ, & Hassiæ quâ occasione acciderit.*

23. *Moderni Hassiæ Landgravii ab Henrico Duce Brabantiæ descendunt.*

24. *Landgravii Hassiæ ex Ducibus Brabantiniæ legitimâ serie provenientes titulum Ducum Brabantiæ neglexerunt.* 25. *Henricus Landgravius, Hassiæ Ducem se appellavit.*

26. *Etiam Comites & Proceres quidam ratione certarum ditionum titulum Landgravii usurpant.*

27. *Istæ ditiones sub qualitate Principatus non sunt concessæ, ideò earum possessores non sunt Principes.*

28. *Landgravii hodiè dicuntur, qui de Principatu aliquo imperii, qui Landgraviatus dicitur, investiti sunt.*

29. *Comites Palatini Principes imperii sunt, & eandem cum his dignitatem obtinent.*

30. *Comitum Palatinorum nomen ab iis sumpsit initium, qui Palatium Principis Romani, sive ejus regiam, seu aulam comitati sunt.*

31. *Comites Palatini fuerunt judices Palatii Cæsaris.* 32 *Dicti olim à Palatio Cæsaris.* 33. *Palatia erant ædes magnorum Principum.*

34. *Hodie Comites Palatini sunt, & dicuntur, qui de Principatu in Palatinatum erecto investiti sunt.*

35. *Qui de tali Principatu investiti non sunt, impropriè Comites Palatini dicuntur.*

36 *Principes Palatini Rheni à Rolando Caroli M. ex sorore nepote descenderunt.*

37. *In Regno Poloniæ Palatinorum nomen est officii & dignitatis personalis tantum, & ad dies vitæ. Quis ibi Palatinus dicatur. Et quis eorum numerus.*

38. *Præsunt ibi Palatini integris provinciis. Castellani qui dicantur.*

39. *Comites Palatini etiam dicuntur, qui hoc titulo ab Imperatore donantur: Eorum officiũ.* 40. *Horum potestatis hodiè magnus abusus apparet, præsertim in Notariorum creatione.* 41. *Ejusmodi Notarii sunt velut picæ, & psittacus Gallus, &c. Quo-*

rum

rum imperitia destruit universum mundum, &c.

42. In Principum ordine sunt, etiam Burggravii, qui olim præfecti sive judices certi alicujus Præsidii, atq; arcis. 43 Burg/plerumq; castrum cum quadam congregatione denotat.

44. Burggravii hodiè dicuntur, qui de Principatu aliquo, in Burggraviatum constituto, ab Imperatore investiuntur. Quorum 4 Magdeburgensis, Nurenbergensis, Stremlergensis: & Reineccensis.

45. Castra quadam imperio immediatè subjecta Burggravium ex corpore Burgi sive Burgmannorum eligunt, principali tamen honore destitutum.

SUNT etiam Principes regali dignitate præ-
1 diti, qui non Duces, sed Marchiones † à
2 Marchia cui præsunt ita appellati. Marchiam †
autem à mari dictam, quia ut plurimum ad marc
sit posita, opinatur Feudista, *in d.c 1. quis dicatur Dux 2. Feud.* 10. id quod sequuntur Feudalis juris interpp. plurimi, quos refellit Vult. *1. Feud. 4. n.* 14.
3 quidam à Marca, † quæ Germanis equa olim
dicta, & inde Marchiones equitum Magistros appellatos. Alciat. *in lib. de sing. certam.* [quam notationem probat etiam Joh. Oldendorp. *Class 7. de action. beneficiar. § Marchio à Marca est appellatus quasi Equitum præfectus.* Nam Celtæ hoc est Germani, Marcam vocabant equam in Mer3=
he.] Cui contradicit Auct. *de jur princ. c. nclus 85.*
4 alii à Marcamiro † Francorum Duce: alii à ver-
bo græco: Nomarchia enim Græcè dicitur provincia

5 Verior tamen opinio est, † Marchiones dictos
ex eo, quod finibus imperii Romani tuendis præfecti essent: Fines namque & limites lingua Germanica dicuntur, Marck / unde Vermarckung/ Marckstein/ Marckscheiden, quò etiam pertinet jus limitum, Marckrecht / & inde Marchiones Duces limitanei. Cluten. *de syllog rer quotidian. conclus. 28. lit f.* vulgò Marckgraven. [Et hæc sententia communiter tam ab Historicis, Politicis, quàm JCtis magis probatur, Lazi. *de migrat. gent. lib 9. fol.* 629. Mstth. Quad. *in fasc. Geograph. in descript. Morav.* Gualther. *in Chronolog. Eccl. siast. politica sub Anno* 927. Besold. *in dissertat. de Comitib. & Baron conclus* 10 Confer etiam Azori. *Instit. Moral. lib. 11. cap. 9.*] Et vulgare esse apud Fran-
6 cos, † ut Marchio appelletur de jure Romeno
Limnarcha, seu fines Imperii custodiens, *ex Odofred. trad.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 4. nu 14. per text in Liminarcha, C. de serv. fugitiv.* introducti namque fuerunt olim † milites limitanei. qui sub Li- 7
minarcha, hoc est, præfecto limitis proviuciæ terminos tuerentur, *l. munerum civilium, ff de muner: b. & honor. l. quas Deo, C. de off. præfect. Aphric.* Oldendorp. *ad l. 2. §. populo deinde aucto, ff de orig. jur.* Zas. *ibid. num. 1. & 2.* [Confer Alciat. *ad tit. Cod. de fund. lim tum.*] & Marchias † provincia- 8
rum limites dici, testatur Hotoman. *de verb feudal. in verb. Marchio.* Motz. *de his qui feud. dar. poss. sub num. 16.* Menoch. *cons. 302. nu. 19 vol. 4.* Don. Gars. Mastrill. *de equestr. dignit.*

[Et refertur † Henricum Aucupem sub Anno 9
927. Marchias ubique constituisse ad tuendos fines, eosque ministris atq; officialibus suis regendos dedisse. Contra Henetos & Windos Marchiam Brandenburgensem, eamq; Sigefrido uxoris fratri commisisse: Contra Danos Marchiam Slesvvicensem: Contra Silesios & Polonos Marchiam Misnensem & Lausnicensem: Contra Gallos Badensem & Hockbergensem, ordinasse, earumq; Rectores ac Tutores Marchiones dictos, ex Albis. scribit Gualther. *in Chronolog polit. lib. 1. in proœm. Catalorum Ducum Austriæ. & in Chronolog. Ecclesiast. politica sub Anno* 927. ex Crantz. *rer. Wandalic lib. 3. c* 6. Quinimò isti Marchiones
† non solum fuerunt custodes & defensores limi- 10
tum, verum etiam judices controversiarum, de limitibus exortarum: Ac sic Marchio etiam dictus, ein Fürst/der 16 e einsetzt Land Richter ist/des an den Grentzen diß Teutschen Landes hat/ Marckrichter oder Grentze-Fürst / Christoph. Besold. *in dissert de Comitib. & Baronib. conclus.* 10. Münster. *in Cosmograph. lib. 5. de German. c.* 21. Et olim Marchia Austriæ, Marchia Carniolæ, Lazi. *de migrat Gent lib. 6.* Annales Anrverpiensium, septem Marchionum ex Pipinorum familia, antecessorum Magnum ottonum, mentionem facere, testatur Thom. Hubert. Leod. *in histor. Frider. II. Palat lib* 1.]

Hodie † Marchio is dicitur, qui de Marchia 11
est investitus à Rege seu Principe, hoc est de feudo cum regali dignitate, ut supra de Duce dictum, *text in c. quis dicatur Dux. & ibi* Affl ict. *n. 66.* Don. Gars Mastrill *de magistr. lib. 4. c. 6. n* 6. [Pars. *cons. 23. num. 14 & 17. vol. 1.* Est enim Mar-
chia † Feudum dignitatis, Ias *in prælud feud. n.* 12
110. Capic *decis. 32. num.* 11. Negari tamen non potest, Marchiam etiam esse posse, quæ non feudi, sed proprio jure possidetur, per tradita Menoch *cons. 1. n.* 37. Quando videlicet allodia-

Aa 2 lis Mar-

lis Marchionatus ſubjectionis jure recognitus
fuit, Andr. Knich. *de autocrat. num.* 1378.] ideoq;
13 quamvis ab initio † Marchiones finium cuſto-
des fuerunt, poſterioribus tamen temporibus
etiam in mediterraneis regionibus imperii, de
Marchia inveſtiti Marchiones dicuntur, qua de
re *vid. plura apud* Matth. Stephan. *d. c. 6.* Heig. *il-
luſt. q. 2. num. 55. & ſeqq.* Et ita nomen Marchio-
num habent multi, etiam ſi non ſint limitum de-
fenſores, Lazi *in Comment. Reipub. Rom. cap. 2.*
Knich. *de autocrat. n.* 1276. Notandum etiam hic,
14 Marchiones Italiæ † non ſtatim ejuſdem eſſe di-
gnitatis cum Ducibus. Atque hinc Frideric.
Mantuæ Marchionem, beneficii loco accepiſſe,
quod à Carolo V. Imperatore in Ducem crearे-
tur, Thuan. *lib. 1. Commẽt. circa fin.* Et in Regno
15 Arelatenſi † & Viennenſi, Comites majores
eſſe Marchionibus, eosque præcedere, poſt
Luc. de Penna *in rubr. de Comitib. conſiſtorian.* no-
tat Ioh. Fichardus 1. *conſ. 77. n. 8. in fin.* Legimus
etiam Comites Bruxellenſes, nomen Marchio-
nis imperii poſtpoſuiſſe nomini Comitis, Dil-
lich. *in Chron. Haſſ. part. 2.*]

Præterea in imperio ſunt Principes, qui in
16 ſpecie † Landgravii dicuntur, quaſi Comites
provinciarum, qui olim fuerunt judices & præ-
ſides totius alicujus provinciæ,] Petr. de Andl.
lib. 1. cap. 10.] Vult. *de feud. c. 4. num.* 14. [Beſold. *in
diſſert. de Comitibus & Baron. concluſ. 9.* Vulgo
Landrichter / ut vult Munſter. *in Coſmograph. lib.
5. de German. cap.* 11.]

Et quamvis olim † Landgravii & Marchio
17 nes ex Comitum genere fuerint, hodie tamen
his ſunt ſuperiores, & in ſerie Principum collo-
cantur, Heig. *illuſt. q. 2. n. 95. p. 1.* Rulant *de Com-
18 miſſ. p. 2. lib. 5. c. 4. num.* 26. neque minor † digni-
tas Landgraviatus & Marchionatus quam Du-
catus. Sixtin. *de regalib. lib. 1. c. 5. n.* 119. Et Princi-
pes imperii Fürſten deß Reichs appellantur ſine
controverſia idque eo minus mirari debemus, †
19 quod jam olim ſub Impp. Roman. quidam fuerint
Comites primi ordinis, quidam ſecundi, quidam
tertii ordinis inferiores, Cujac. *in l. un. Cod. de
Comitib. qui provinc. reg. lib. 12. tit.* 14. Horum
20 quatuor † in imperio familiæ reperiuntur, utpo-
te Thuringiæ, [quæ ad Electorem & Duces Sa-
xoniæ devoluta,] Haſſiæ, Alſatiæ, [cujus domus
defecit, & in Epiſcopatum Argentinenſem ejus
jura tranſlata ſunt, teſte Petr. de Andl. *lib. 1. de
Imp. Rom. c.* 16.] Leuchtenbergenſis, Schonborn.
5 polit. c. 39. in fin.

[Præ aliis autem Haſſiæ Landgraviatus † 21
temporis ſucceſſu, multum auctus eſt ditioni-
bus & potentia, Orthel *in deſcript. Norgoi.* Sub-
ortum autem eſſe Landgraviatum Haſſiæ, ex
Landgraviatu Thuringiæ, creviſſeq; membrum
ſuper caput, & filiam aſcendiſſe ſupra matrem,
ſcribit Matth. Quad *in deſcript. Haſſia.* Separa-
tio autem Thuringiæ & Haſſiæ † accidit hac 22
occaſione; Mortuo Henrico Thuringiæ & Haſ-
ſiæ Landgravio, Rege Romano, ſine prole ma-
ſcula, Henricus Marchio Miſnenſis, qui Henri-
ci Regis Romani ex ſorore nepos fuit, occupavit
Thuringiam, & ſimiliter etiam Haſſiam ſuæ
poteſtati adjicere conatus fuit. Reliquerat etiam
dictus Henricus Rex Rom. Landgravius Thu-
ringiæ, ex Patre Ludovico, & Eliſabetha Hun-
gariæ Regina neptem, quæ nupta fuerat Hen-
rico ſecundo Duci Brabantiæ: & ex eo filium
ejuſdem nominis ſuſceperat, cum quo in Haſ-
ſiam profecta, Nobilium & provincialium au-
ſpiciis iſtam provinciam pro filio in ſuum acce-
pit imperium, Anno 1248. Et ex hoc Henrico †
Duce Brabantino dicto, das Kindt zu Heſſen / 23
moderni deſcendunt Haſſiæ Landgravii Celſiſſi-
mi, adeoq; ortum ex regia Pipinorum & Caroli
Magni propagine, à qua Duces Brabantini de-
rivantur, indubiè trahunt. Videatur Wilhelm.
Dillich. *in Chron. Haſſ. part. 2. ſub Anno* 1247. &
aliquot ſeqq. Vide etiam *Act. Haſſiac.* von dem Per-
migentur Streit. Non video autem cur Land-
gravii Haſſiæ † ex Ducibus Brabantinis legitima 24
ſerie provenientes, titulum Ducem Brabantiæ
neglexerint, niſi quod veteres magis de virtute
quam de titulis ſoliciti fuerunt, & quod frater
ſupra dicti Henrici pueri Haſſiæ, Iohannes I.
Brabantiæ Dux, illum Ducatum ſibi ſoli vindi-
caverit. Vidi quoddam documentum antiquum 25
† de Anno 1265. ſexto Nonas Novembr. con-
fectum, in quo Henricus Landgravius, Haſſiæ
Ducem ſe appellavit.

Sunt etiam Comites & Barones, qui ratione
certarum ditionum † titulum Landgravii uſur- 26
pant, ut apparet ex ſubſcript. Receſſ. Imp. Et
notanter Receſſ. de Anno 1567. Olim Comites
Luppiæ, hodie Barones de Pappenheim, ſcri-
bunt ſe Landgravios zu Stülingen / Comites
Sultzenſes, Landgravios in Cleckawe / Comites
de Fürſtenberg / Landgraffen in Bare. Verum cũ
iſtæ ditiones, † de quib. prædicti Comites ſe ſcri- 27
bunt Landgravios, non ſint amplæ, nec ſub qua-
litate

litate Principatus concessæ, ideoq; earum pos-
sessores non sunt Principes, sed Comites vel Ba-
rones, & in eorum ordine collocantur. Hodie
28. enim propriè Landgravii dici merentur † qui de
principatu aliquo imperii, qui Landgraviatus
dicitur, investiti sunt, vel eum ab Imperatore re-
cognoscunt, die mit einem Fürstenthumb / so eine
Landgraffschafft genant wird / belehnet werden /
der dieselbe sub qualitate principali besitzet.]
29. Eadem est ratio † Comitum Palatinorum,
[qui quidem ordinis & dignitatis ratione habi-
ta, primo loco collocandi fuissent, secutus sum
hic vero methodum arbitrii, prout in aliis etiam
locis.] Nam & hi Principes Imperii sunt, & ean-
dem specie cum his dignitatem obtinent, [Ho-
rum autem Palatinorum Comitum † Nomen
30 abiis sumpsisse initium, qui ex præclara aliqua
familia orti, Palatium Principis Romani, id est,
eius Regiam, & ut nunc vocant, Aulam, den
Keyserlichen Hoff comitati sunt, Thom. Hubert.
Leod. *in histor Frider. II. Palat. lib.* 1.].
31 Deinceps Comites † Palatini fuerunt judices
Palatii Cæsarii, qui nunc dicuntur Kammer od
Hoffrichter / Vult *dict. c* 4. *n.* 14. Wehner. *in pract.*
obs. verb. Graffschafft. Dicti † ita olim à Palatio
32 Imperatoris, unde etiam sacri Palatii Comites
in constitutionibus Principum appellari solent,
l. 1. C. *de offic. rector provinc.* [Fuerunt autem Pa-
33 latia † ædes magnorum Principum. Et extat Im-
perat. Constantini sanctio: Consecratas nobis
ædes, id est, inclyta Palatia, ab omni privatorum
usu, ex communi habitatione excipimus, *l. un.*
C. de Palat. & domib. domin. lib 11. *tit* 57.] Ho-
34 die † Comites Palatini sunt & dicuntur, qui de
principatu seu regione ea, quæ in Palatinatum,
zu einer Pfaltzgraffschafft / erecta est, investiti
35 sunt. Itaque qui † non sunt de tali principatu in-
vestiti, impropriè & abusivè Comites Palatini
dicuntur, C hassan. *in tract. de glor. mund. consid.* 50.
Sixtin. *de regal lib.* 1. *c.* 4. *n* 108.
[Talis autē est Palatinatus Rheni, die Pfaltz-
graffschafft beym Rhein / cujus possessores & Princi-
36 pes † à Rolando, (qui in quibusdam inferioris
Saxoniæ civitatibus quodammodò olim sacer,
& in magna staturæ forma repræsentatur) Caroli
Magni ex sorore nepote descendisse, cjusq; se-
pulchro apud Blavium in Xantonibus titulum
hunc Comitis Palatini inscriptum fuisse, ocula-
taris testis Thom. Hubert. Leod. scribit *alleg. sup.*
loc. ubi etiam facetam de fabulosa ejus magnitu-
dine historiam refert.

In Regno Poloniæ † quoque frequens est no- 37
men Palatinorum quod est ibi nomen officii &
dignitatis, sed tamen personalis ad dies vitæ
tantùm. Est itaque ibidem Palatinus, quasi
Princeps creatus, primarius in ordine secula-
rium, senator, & Dux exercitus sui Palatinatus,
Stanisl Krzistanovvic, *de statu regni Polon.* Et à
copiis quas ducit, Polonica lingua Voieuoda,
hoc est, Dux belli dicitur, Martin. Cromer. *de*
reb. Polon. lib. 1. Horum autem numerantur in
Polonia & Magno Ducatu Lituaniæ XXXIV.
Præsunt autem Palatini † integris provinciis, 38
Philip Honor. *de interregn. Polon.* Easque provin-
cias propter amplitudinem territorii & nobili-
tatis, rectè ducatus dici posse, scribit Stanisl.
Krzistan *d. supr. loc.* Post hos sunt Castellani, qui
non castris, ut nominis sonus ostendit, sed mi-
noribus provinciis senatorio jure & nomine
Regio præsunt, Alexand. Guagnin. *in Saurom.*
Europæa.
Dicuntur etiam Comites Palatini, † qui hoc 39
titulo à Cæsarea Majestate donantur, quorum
non exiguus numerus est, & officium habent
cum eximia dignitate conjunctum, & jus tale
exercent, quoad regalia & quidem majora spe-
ctat, utpote dandi veniam ætatis, legitimandi,
Nobiles, Doctores, & Magistros creandi, insi-
gnia concedendi, laurea poeti aliquem donan-
di, Notarios creandi cum similibus. Quorum
tamen † hodie multi sua potestate, & iis, quæ de 40
regalibus habent, abutuntur, nec satis expen-
dunt, quam præstantes, quantique momenti illa
sint regalia, & quantoperè Reip. intersit, ne illa
potestate abutantur; Præsertim autem ille abu-
sus hodie apparet in Notariorum creatione,
cum sæpè ad hoc officium creentur hi, qui non
solum nullam juris civilis cognitionem habent,
sed ne quidem congruè scribere, aut literas pin-
gere possunt. Et hi † sunt veluti pica & psitta- 41
cus Gallus, qui stant in Palatiis Dominorum, &
loquuntur sine intellectu, Roman *singul.* 52 *n.* 2.
Et horum imperitia destruit universum mun-
dum, & ponit conscientias bonorum virorum
in magno discrimine, Bald. *cons.* 6. *lib.* 4. [Confer
Parthen. Litigios. *lib.* 1. *cap.* 9 *num* 34. Pluribus
de his Comitibus Palatinis, eorumq; potestate,
dignitate & juribus agit Matth. Stephan. *de ju-*
risd. lib 2. *c.* 6. *membr.* 1.
[Similiter in Principum imperii ordine repe- 42
riuntur, qui in specie Burggravii dicuntur, † qui

olim fuerunt Præfecti sivè judices, certi alicujus Præsidii atque arcis, einer Vestunge deß Reichs/ Christoph. Besol. *in discurs. de Comitib. & Baron. conclus.11.* Burg enim † plerumque castrum, cum
43 quadam congregatione, repræsentante quandam speciem universitatis denotat, Iacob. Werner. Kyllinger. *de Ganerb Castror. discurs 3 n.*20. 24. & 25. Isti autem de quibus hic principaliter agimus, Burggravii qui Principali honore fulgent, hodiè illi propriè dicuntur, † qui de Princi-
44 patu aliquo imperii, qui in Burggraviatum constitutus & erectus est, ab Imperatore investiuntur, vel eum alio modo recognoscunt, quorum 4. recensentur: Magdeburgensis, Nurenbergensis, Strombergensis & Reineccensis. Magdeburgensis Burggraviatus ad Saxoniæ Electorem pervenir, wird wie ein Fürstenthumb deß Reichs/ dem Churfürsten zu Sachsen/ mit der Fahn: vom Römischen Käyser geliehen/ wie solches zu Franckfurt am Mayn Anno 1558. vnd zu Augspurg Anno 1566. vom Käyser Ferdinando I. vnd Maximiliano, geschehen/ verlich n/ teste Paul. Matth Wehner. verb. Vogten/ *fol.*653. Noribergensis Burggraviatus ad Marchiones Brandeburgenses jure perpetuo devolutus, ab iisdem possidetur. Sunt præterea quædam Castra imperio immediatè
45 subjecta, † quæ Burggravium electitium ex corpore Burgi sive Burgmannorum habent, qui tamen principali honore destituuntur, ut est die Käyserliche Burg Friedberg vnd Gelnhausen/ cum similibus. Horum plura exempla recenset Paul. Matth. Wehner. *in practic. observ. verb.* Ganerben/ *cap.2. p.*196. *& seq.* Burgmannus sive Burgmann dicitur, qui de ipso Burgo, vel de bonis alicujus Burgi investitus, der ein Burglehn innen hat. Kyllinger *de Ganerb Castr. d discurs 3. num.*144. *& seqq.* adde quæ tradit Iohan. Cœde. *in responsjur. de Baron. Vallend. n.*315.]

Caput XIV.

DE COMITIBVS IN SPECIE ITA *dictis, vulgò*, Grafen.

SUMMARIA.

1. *Comitum dignitas, & appellatio antiquissima.* 2 *Eaq; antiquior fuit dignitas, quàm Ducum, & Marchionum.*

3. *Comitum origo, dignitas, & officium à Germanis Comitibus promanavit.* 4. *Locus elegans ex Cornel. Tacito de Germanorum comitibus. Comitum dignitas in pace decus, in bello præsidium. Principes pro victoria pugnant, Comites pro Principe.*

5. *Nomen Comitis à comitando, vel sequendo descendit.*

6. *In Pandectis Comites qui dicantur.* 7 *Varia pro administrationum varietate sortiebantur nomina.*

8. *Apud Romanos, & Gallos nomen Comitum quomodo usurpatum.*

9. *Hodiè is dicitur Comes, qui de Comitatu investitus est à Principe.*

10. *In Germania plures sunt Comites, de comitatu non investiti.*

11. *Vetustas & privilegium pari passu ambulant. Quæ privilegio, ea etiam vetustate induci possunt.*

12. *Necesse non est, ut Comes comitatum ab Imperatore vel alio in feudum acceperit, &c.* 13. *Ex horum numero sunt Comites ab Ottingen, & Zollern.*

14.15.16.17.18. *De votis, Comes, Germ.* Graffe/ *notatione, varia Dd sunt conjecturæ.*

19 *Veriùs hæc vox originaliter judicem denotat. vox* Graffe/ *judicem significat.*

20. *Apud Feudistas Comites sunt judices ordinarii, in pace & otio jus reddentes.* 21. *Duces erant militiæ, Comites justitiæ.*

22. *Vice Comites in Italia qui dicantur.*

23. *Post infeudationem, & hereditariam concessionem provinciarum nomen Comitis remansit.*

24. *Hodiè comitem esse regalis est dignitatis.*

25. *Comites imperii habent jura imperii in suis Comitatibus.* 26. *Tanquam status & Proceres imperii vocantur ad comitia.* 27. *Non omnes & singuli, sed totus Comitum, & Baronum ordo duo tantum suffragia habet.* 28. *Comites imperii jus Archivi habent*

29. *Quidam ex Comitibus dicuntur* Gefürstete Grafen. *Qui verbo* Fürstenmässig *in actis imperii comprehenduntur.*

30. *Quidam præter Comitis appellationem vocantur* Edle Herren. 31. *Hic titulus familiæ antiquitatem, & generositatem exprimit.* 32. *Olim præcipua dignitatis Proceres in Saxonia appellati sunt Adelingi.*

33 *Tempore Caroli M tria hominum genera fuerunt, Adelingi, nobiliores, Fridelingi, quasi liberi, & Lazzi, id est, ascriptitii glebæ.* 34. *Adelingorum quidam erant præcipui, dicti* Edle Herren. *quidam inferioris ordinis, ut Nobiles, dicti* Edle Knechte.

35. *Non omnes Comites status sunt imperii, & sessionem ac votum in comitiis habent.* 36. *Quidam immediatè imperio subjecti, & hi status sunt imperii.*

37. Qui-

37. Quidam mediatè imperio subiecti, sub aliorum principum iurisdictione, & dicuntur Landsassii. 38. Huiusmodi Comites abusivè Principes appellantur, & Præsidibus potius, & Magistratibus, quam Principibus æquiparantur. 39. Et hi Comites imperii status non sunt. 40. Isti Comites quamvis non immediatè, tamen mediatè ab ipso summo Principe eiusmodi feuda consequuntur, &c. 41 Quis potest Comitatum vel Baroniam suam in feudum recognoscere ab aliquo Principe imperii, Regalia verò in eodem dominio ab Imperatore, exemplo Ducatus Wirtenbergici

42. *Subinfeudatio sub eadem prorsus lege, & conditione fit, qua infeudatio ipsa.* 43. *Ex causa prima influxu operatur secunda.*

44. *Ex aliqua radice descendens, eius unde descendit, naturam sapere necesse est.* 45 *Subinfeudatio descendit ex radice & fonte infeudationis.* 46. *Limitatio.*

47. *Ex iure feudali subinfeudatio fieri debet in parem eius, demúmque conditionis hominem.*

48. *In quolibet actu præsupponendi termini habiles, seu subiectum ad recipiendum habile. Personæ qualitas præstat intellectum dispositioni.* 49. *Ampliatio.*

50. *Aliud est habere Comitatum, aliud esse Comitem.*

51. *Vt aliquis ex feudo nobili Nobilis efficiatur, quæ requirantur.*

52. *Quidam Germaniæ nobiles Baronias in feuda tenent, vel illas possident, & tamen Barones non sunt, nisi expressè ad eam dignitatem evecti.*

53. *Multi habent Comitum bona, sed non Comitatum, nec proindè Comites sunt.*

1 COMITUM † dignitas & appellatio antiquissima. Cabed. *decis. Lusit.* 105. *n.* 2. *p.* 2. ubi subdit, quod hæc dignitas fuerit in Hispania prima dignitas: Et quod regnum Lusitaniæ titulo Comitatus ab Alfonso VI. Castiliæ Rege dotis nomine datum sit Henrico, Pallador. *rer. quotid c.*13. *num.*2. & 3. *lib* 2. *ubi vid.* Eamq; anti-
2 quiorem fuisse dignitatem, † quàm illam Ducum & Marchionum, tradit Don. Gasp. Mastrill. *de Magistratib. lib.*4. *c.*7. *num.* 4. imò orientali & occidentali imperio tantam eorum fuisse prærogativam, ut Ducibus præponerentur, & hi illis adjungerentur in disciplina militari, refert ex Pancirol Sixtin. *de regalib. lib* 1. *c.* 4. *n.* 54. [Horum
3 tamen originem, † dignitatem & officium à Germanis primitùs promanasse, ex Zas. Rueg. Ruland. & Cluver. refert & sequitur Besold *in dissertat. de Comitib. & Baron. concl.* 2. De vetustissimis Germanorum Comitibus, eorumque gradibus, dignitate & officio videri potest, Cornel. Tacit. *de morib. German.* Ex quo hæc notari possunt dum scribit: Gradus quin etiam & ipse Co- 4
mitatus habet, judicio ejus quem sectantur. Magnaque & Comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum locus: Et Principum, cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc dignitas in pace decus, in bello præsidium. Et paulò post: Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem Principis non adæquare. Jam verò infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem Principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ ejus assignare, præcipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant: Comites pro Principe. Videri etiam possunt quæ ex antiquitate hac de re scripsit, Andr. Knich. *de autocrat c.*1. *num.*264. & *aliquot seqq.* Johan. Parlador. *rer. quotid lib.*2. *d cap.*13. *num* 2 & *seqq.* ubi tamen notat, quod Tituli Comitis & Marchionis, non sint ad hæredes transitorii, nisi a Rege in filiis confirmentur.]

Nomen † autem Comitis à comitando & se- 5
quendo descendit, *l. item apud Labeonem*, §. *Comitem de injur.* Duarr. *de feud. cap.*6. *num.*8. Pauermeist. 2. *de jurisd. c.*10. *num.*1. Schonborner. 5. *Polit. Cap.*40. in pandectis † nostris Comites dicun- 6
tur, qui proconsules & Præsides in provincias missos sequebantur & comitabantur, *l.* 16. *de offic. præsid. l.* 4. *de offic. ad essor. l.* 19. §. *ult locat. l.* 6. §. *si quot. ff de pæn.* Ernest. Cothman *in lib.* 1. *C. tit. de offic. Comit Orient.* 36. Et hi † pro administratio- 7
num sibi commissarum varietate, varia habuerunt nomina, utpota Comites Sacrarum largitionum, *tot. tit. C de offic. Comit. Sacrar. largit.* Comites rerum privatarum, *tot tit C. de offic. rerum privat.* Comites sacri palatii, *tot. tit. C. de offic. Comit. sacr palat. cum similibus.*

Postea apud Romanos † & Gallos nomen 8
Comitum ita usurpatum, ut quicunque primi ordinis viri Augustum in provincias proficiscentem comitabuntur, & sacrum comitatum observabant, quales hodie sunt consiliarii & officiarii primarii, Comites dicerentur, Don. Gasp Mastrill *de Magistratib lib.* 4. *c.*7. *n.*8. [Johan Oldendorp. *Class.* 5. *de action. benefic.* § *Comes nuncupatus*, Azori *instit. moral. lib.*11. *cap.* 10] vel quod ex co-

com-

comitatu in provincias mitterentur, Cujac *in parat. C de off. Com. Sacr. largit.*

9 Nostris † vero moribus ille propriè dicitur Comes qui de Comitatu investitus est à Principe, vel alio hoc ius habente *Dd in c.1 qui dicatur Dux*, Bald *in c.1. de his qui Feud. dar. poss* Maill. ill. *d.c.7.n.15.*

10 Quamvis † neque hoc negandum plures in Germania esse Comites de Comitatu non investitos, qui à Castris quæ possident longo temporis usu, dominationis & denominationis istius titulos contraxerunt, quorum fortè maiores Romæ Comites temporarii fuerunt, & nomen dignitatis in Germaniam transtulerunt, & retinuerunt, ut opinatur, Petr. de Andl. *de Imp. Rom. lib.2 c.12.* [Confer Andr Knich. *de autocrat cap.1. num.*1244. Nicol. Everh. Iun. 1. *consil. 41.n.31. &*
11 *passim per tot.*] Nam † vetustas & privilegium pari passu ambulant, ita ut quæ privilegio, ea etiam vetustate induci possint, *l.1. C. de servit.* Zas. 2. *consil* 16. *num.*13.14. Ernest. Cothman. 2 *consil.* 79. *num* 75. Anton. Fab. *in Consult. de Ducat. Montisfer pro Duc. Sabaud. part 1. fol.* 8.19 34. Quamobrem necesse non est † ut Comes Comitatum
12 ab Imperatore vel alio superiorem non recognoscente in feudum acceperit, sed sufficit quod ipse vel aliquis majorum suorum ab Imperatore vel alio superiorem non recognoscente, Comitatum cum sublimi & Regio territorii jure in allodium suum acceperit, ut tradit Iohan. Gœdd. *in resp. jur. de restit.* Baron. Vallend. *n.* 458. vel ut supra modo dictum tempore immemoriali illud
13 jus quæsierit. Ex horum † numero esse Nobilissimos Comites ab Ottingen & Zollern, ex Petr. de Andl *d.l.c.* tradit Paurmeist. *de jurisd. lib.2. cap.* 10. *num.*15.

14 Comes † Germanicè Graffe / de cujus vocis
15 notatione variæ Dd. conjecturæ. Quidam † namq; vocem Greffen/ dictam volunt a gravitate, qua alios præcell. bāt, Vult. *d. cap.* 4. *num* 14.
16 Auct *de jur. Princip. concl.* 86 Quidam à canitie † Graffe quod senioribus & peritis Comitis dignitas, quæ olim in judicando occupabatur, maxime conveniat, Reinec. *in commment. de orig. nobil.* Alii † verisimilis videtur derivatio à fossa,
17 quæ Saxonico idiomate etiam hodie dicitur Graff: Nam cum litibus dijudicandis olim destinati fuerint Comites, verisimile est, cum antiquitus lites de limitibus, qui fossis distinguebantur, fuerint & ferè primæ, inde denominatos illos Graviones, Hels. *illustr. q 2. num.* 45 *& seqq.*
Alii † dici volunt à robore & potentia, mutata 18
una litera Graff pro Kraffe quod potentiam in provinciis sibi commissis obtinerent, Kirchner. *de resp. disput. 8. th. 1. lit. d.* quā tamen Notationem ut nimis longè petitam omnino reicit Rulant. *de Commiss p 2. lib.5. c.4. n.26.*

Verius † est vocem hanc ab origine ita na- 19
tam, non vero factam, aut aliunde derivatam, ita ut originaliter nihil aliud quàm judicem denotet, siquidem non solum priscis temporibus, sed etiam adhuc hodie in plerimis Germaniæ locis vox Graffe aut Greffe significat judicem, unde illæ descendunt appellationes Centgraffe/ Gograffe Frengraffe/ Holtgraffe cum similibus:
Atq; † hinc apud Feudistas Comites sunt judices 20
ordinarii, qui in pace ac ocio jus reddunt *cap. un. §. si judex de pac. tenend.* Ut enim Hertzogen † seu Du- 21
ces erant militiæ, ita Graffen seu Comites erant justitiæ, Wehner. *in observ. pract. d. verb.* Graffen. [Et in Lombardia † ac aliis Italiæ partibus,
quæ ad Divi Petri patrimoniū pertinere dicūtur, 22
illos quibus Dominus temporalis, potestatem exercendi judicia & executionem jurisdictionis suæ, in aliquibus castris concessit, Vicecomites dici scribit Speculat *lib. 1. part. 3. Rubr. de Vicecomite n.1. & 2.* ubi tenorem ejusmodi commissionis recitat.]

Postquam vero cœperunt provinciæ, † quibus 23
præficiebantur Comites, infeudari & hæreditario quodam jure cum dignitate regali transferri, nomen illud remansit.

Itaque † hodie esse Comitem est regalis di- 24
gnitas, *ut post alios ex Paciano docet* Rulant. *de Commissar d cap.4 num.*27. non minus quam esse ducem, Sixtin. *de regal. c.4. num.*15 Knich. *cap.1.*
de jur territ. num. 33. Et Comites † cum Comi- 25
tatu Graffen deß Reichs/ habent jura imperii in suis Comitatibus. Ruin. *cons.* 187. *num.8. vol 2.* Craueit *cons* 974. *num.*3. Cacheran *decis.* 155. *n.1.*
Gail 1. *de pac. pub. cap. 6. num.* 10. Et tanquam † 26
status & proceres imperii vocantur ad comitia, Matth. Stephan *de jurisd lib.2. p 1. c.6. num.* 114.
Paurmeister. 2. *de jurisd. cap.2. nu.*22. ita tamen, † 27
ut non omnes & singuli, sed totus Comitum & Baronum ordo duo tantum suffragia habeat, Matth. Stephan. *d. loc.* Althus. *in polit cap.33 n.61.* Berteram. *de Comit. conclus.* 70. non tamen ideo denegarum est reliquis imperii Comitibus & Baronibus, qui statum imperii repræsentant, ad consi-

consilium Principum, zum Fürstenraht/ accedere
& deliberationibus interesse, Wehner. *in pract.*
observ verb. Graffschafft *pag.*265 [Meichsner *de-*
28 *cis. Cam.*6.*n* 27. *Tom.*3.] Præterea † Comites im-
perii jus Archivi habere notat Rulant. *de Commiss.*
*p.*2 *lib.*5 *c.*4 *n.*27.

29 Ex his † quidam propter concessæ dignitatis
prærogativam dicuntur Fürstliche oder Gefürstete Graf-
fen/ qualis est Comes Goritzensis R. A. de anno 1576.
§. Nach dem auch auff jetzo/ ibi: die Fürstliche Graffschafft
Görtz. Tales etiam censentur Habspurgensis,
Tyrolensis, Hennebergensis, Mompelgardicus &
Arnsbergensis, & hi verbo Fürstmässige in actis
imperii comprehenduntur, Cluten *in syllog. re-*
*rum quotid. concl.*26 *lit.b.*

30 Quidam † etiam præter Comitis appellatio-
nem vocantur Edle Herren/ ut sunt Comites Lip-
pienses Graffen vnd Edle Herren zur Lippen/ item Mans-
feldenses [Graffen vnd Herrn zu Manßfeldt/ Edle Herren
zu Heldrungen (*vid. subscript. Recess. Imper. & no-*
31 *tanter. de Anno* 1603] & alii. Qui titulus † familiæ
antiquitatem & generositatem utique exprimit.
Nam ut notat Auct. *de jur. Princ. concl.*86. Ade-
32 lingi † (quod idem est quod Edle Herren) tempo-
re Aristocratiæ Saxoniæ appellati præcipue di-
gnitatis Proceres.

33 Et tempore Caroli Magni † tria fuerunt ge-
nera hominum, Adelingi, nobiliores scilicet,
Fridelingi quasi liberi relicti & Lazzi, id est, Co-
loni seu adscriptii glebæ eygene Leute / quorum
meminit Beuter *in Tacitum de morib Germ c.*43.
*& gl. iur. Saxonici passim meminit, 2. Landr.*59 *dicit*
gl. Wer in Sachsen recht zu Zinßgut gebohren ist/ der ist ein
Laß/ der mag sich deß Guts nicht ohne deß Herren Willen
vnterziehen. Die sind/ die vnsere Eltern liessen sitzen/ da sie die
Land bezwungen/ auff bescheid. Ergo lassen à gelassen/ sicut
servi à servando dicti, vid. Wehner, *in pract. obs.*
verb. lassen.

34 Adelingorum † rursus quidam fuerunt præci-
pui, qui dicti Edle Herren/ quidam inferioris or-
dinis, ut Nobiles qui dicti Edle Knechte.

35 Non † tamen prætereundum hoc, quod non
omnes Comites ejus sint conditionis, ut statum
imperii repræsentent & sessionem ac votum in
36 Comitiis habeant. Quidam † enim immedia-
tè sub vel ab imperio Comitatum suum in Feu-
dum recognoscunt, & hi status sunt imperii.
37 Quidam † verò Comitatum suum non imme-
diatè sub vel ab imperio recognoscunt, sed sub
aliorum Principum jurisdictione bona possi-
dent, quæ postea salvo illorum Principum jure,
quorum veri sunt Landsassii, in Comitatum eri-

guntur, & eorum possessores Comites creantur.
[Et ejusmodi Comites † alium, quàm impera- 38
torem superiorem recognoscentes, abusivè Prin-
cipes appellari notat Matth. de Afflict. *in tit. quis*
*dicatur Dux & Comes, col.*3. *in fin.* Eosq; æqui-
parari potius Præsidibus & Magistratibus quam
Principibus, ex Bart. Alexand. Aretin. & Jason.
tradit Cacheran *decis.*139. *n.*16. Quod tamen in
Germania quoad dignitatem ipsam Comitum
mediatorum, non puto obtinere] Et hi † im- 39
perii status non sunt, qua de re expressam habe-
mus decisionē, in R. A. de Anno 1548. §. Wir wol-
auch in der Ringerungshandlung/ ibi: So haben wir doch
erwogen/ daß solche Graffen vnd Herrn zu mehrertheil vnter
jhren besondern Landesfürsten gesessen/ vormahls von allen
jhren Gütern / denselben gedienet/ sich auch zum theil allen
auff der Fürsten Eygenthumb / vnd jhre Pfandschafften/
Graffen oder Freyen lassen / vnd also gar keine Güter ohne
Mittel/ vnter dem Reich haben/ auch nicht anders/ dann mit
außtrücklichem Vorbehalt der Fürsten Gerechtigkeit/ zu de-
nen Digniteten zugelassen sind: Derowegen wo sie allein deß
Titels vnd Namens halben in die Anschläge deß Reichs ge-
zogen werden solten/ das würde den Fürsten obgemelt aller-
hand Beschwerung bringen/ vnd also mit der Zeit jnen noch
weiter Abbruch vnd Schmelerung an irer Landsfürstlichen
Obrigkeit gebehren/ in Ansehung/ daß solche newe Graffen
vnnd Herrn/ nicht immediate Glieder vnnd Stände deß
heiligen Reichs gewesen/ oder darinn begütert / sondern sol-
cher Landsfürsten Vnderthan vnd Leute weren/ Damit dann
in solchem/ niemands wid Billigkeit beschweret werde/ so ha-
ben wir vns mit Churfürsten/ Fürsten/ vnd gemeinen Stän-
den/ vnd der Abwesenden Räthen vnd Gesandten verglichen/
wo einige Graffen oder Herren weren/ welche kürtzlich jhre
Digniteten erlanget/ vnd dem Reich immediate nicht/ son-
dern andern jren Landsfürsten vnterworffen/ auch nicht Gü-
ter ohne Mittel/ von oder vnter dem Reich hetten/ daß dieselbe-
ben die Anschläge nicht gezogen/ aber die jenige/ so in dem H.
Reich begütert / oder anderer Fürsten subditi immediate
nit weren/ daß dieselbige/ nach ziemlichen Dingen/ gleich an-
dern mit deß Reichs Anschlägen belegt werden. Tales sunt
Comites de Hardeck sub Austriacis, Comites
von Hohastein/ sub Electore Brandeburgēsi, Co-
mites von Newgarten/ sub Ducibus Pomeraniæ,
& Episcopo Caminensi, Matth. Steph. *de jurisd.*
*lib.*2 *p.*1 *c.*6. *n.*15.

Isti † tamē Comitatus licet sub inferiorū Prin- 40
cipū Landsfürstlicher Obrigkeit seu jurisdictio-
ne sint, regalem dignitatem annexam habent, si-
ve per summi Principis constitutionem, sive per
inferiorum subinfeudationem, ad aliquem per-
venerint, qui quamvis non immediatè, tamen
mediatè ab ipso summo Principe ejusmodi feu-
da consequuntur, & regalem dignitatem quæ
iis Feudis adhæsit, tanquam à supremo Principe
profectam, requirunt vel potius retinent,

Bb Pruckman.

Pruckman. *ad rubr. quæ sint regalia cap. 4. num* 34. Sixtin. *de regalib. d. cap. 4. num* 57. [Confer hac de re tradita à Nicol. Everh Jun. *consil.* 41. *num.*
41 85 & 87. ubi quod hæc duo simul stare possint,† ut aliquis Comitatum vel Baroniam suam in Feudum recognoscat, ab aliquo Principe imperii; Regalia verò in eodem Dominio ab Imperatore. Idque firmat exemplo Ducatus Wittembergici, qui est Feudum Domus Austriacæ, Regalia verò, quorum intuitu Dux est status imperii, ab Im-
42 peratore recognoscit & habet] quia † subinfeudatio sub eadem prorsus lege & conditione fit, qua infeudatio ipsa, in allermassen wie sie vom Reich erganeen, Clar. §. *feudum, q.* 32. *num.* 4. Molin. *in consuet. Parisiens.* §. 35. *n.* 18. Mynsing. 1. *obs.* 62. [Menoch. *consil* 148. *num.* 19. & *n.* 41. *usq;*
43 *ad num.* 47. Treutler. *consil.* 118 *num.* 12.] Nam † ex causæ primæ influxu operatur secunda, U-
44 dalric. Zas. 2. *cons.* 1. *nu.* 107. & *seq.* Et † quicquid ex aliqua radice descendit, necesse est, id ejus unde descendit naturam sapere, *c.* 1. *de vasall. decrep. æt.* 2. *Feud* 14 Dec. *cons.* 78. *colum. ult* Jam
45 verò subinfeudatio † descendit ex radice & fonte infeudationis, ideoq; cum omnibus suis qualitatibus inde descendere censenda est, *l. stipulationes ubi* Alex. *de V O. l.* 2. *§ quid ergo de usufruct.* Sichard. *consil. Feud.* 7. *n.* 27. & *seq.*

46 Quod tamen eo casu † demum procedere persuasum mihi habeo, si in personam illustrem per subinfeudationem Comitatus transfertur, Pruckman. *cons.* 27. *num.* 10. 72. Zachar. Viet.
47 *de exempt. conclus.* 28 qui jus † feudale requirit, ut subinfeudatio fiat, in parem ejusdemq; conditionis hominem, *c.* 1. §. *similiter, Feud.* 34. *c. beneficium,* 2. *Feud.* 26. Vult. 1 *Feud. c.* 10. Wesenbec *consil.* 23. *num.* 53. Borcholt. *de Feud c.* 8. *num.* 51.
48 Et aliàs † in quolibet actu præsupponendi termini habiles, seu subjectum ad recipiendum habile, *l. adigere.* 6. § *quamvis. ff de jur. patron.* [Cachetan *decis.* 26. *num.* 8. Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. jud. lib.* 5 *tit* 17. *defin.* 1. Et in habentibus symbolum facilior est transitus, *l. quod Nerva ubi Dd. ff. deposit. l. in rem,* §. *item quæcunq; ff. de rei vind.* [Bald. *in tit. qual. feud. alien. pot.* § *si vero,* Casp. Anthon Thessaur *quæst.* 100. *num.* 6. *in fin. lib.* 1] Goedd *in consil. Marpurg.* 26. *num.* 49 *vol* 1. [ac dario consequentiæ, Angel. *consil.* 68. Udalric. Zas. *consil.* 2. *num* 68. *lib.* 2. Hinc gloss. *in l. nemo prohibetur, C. locati,* ponit, quod habens habitationem locatam, non alteri locabit quàm æquè idoneo, Matth. de Afflict. *decis.* 401. *n.* 1. & 2. addens quod personæ qualitas præstet intellectum dispositioni, ex Felin. *in c causam, col* 11. *vers. quinta declaratio, de Rescript.*] maximè † cum 49
jus quod non nisi certæ qualitatis vel conditionis hominibus competit, tantum in homines ejusdem non etiam diversæ qualitatis vel conditionis transmitti & transferri queat, per ea, quæ tradit Schrader *de Feud. part.* 10. *sect.* 12. *num.* 79. Tyraquell *in tract. de utroq; retr. part.* §. 16. *gloss.* 1. *num.* 1. ubi enim existit naturæ vel qualitatis identitas, translatio facilius inducitur, *l. nemo.* 23. *§. item quodcunq. ff de rei vind.*

Quamobrem aliud † esse puto, habere Co- 50
mitatum, aliud esse Comitem; quia esse Comitem est dignitas personalis, non rebus sed personis cohærens, & non à rebus, sed concedentis potestate dependens, Vultei. 1. *Feud.* 8 *num.* 9. Sic ut aliquis ex feudo † Nobili efficiatur Nobi- 51
lis, duo requiruntur: 1. Ut hoc fiat ab Imperatore, vel ab alio jus nobilitandi habente. 2. Ut pro Nobili feudo detur, Zas. *de Feud. p* 2 *n* 5. Duaren *de Feud. cap.* 4 *num.* 8. Obrecht. *disp. Feud.* 1. *th.* 34. Unde † si inferior à summo Principe, 52
qui jus creandi Comites non habent, Comitatum allodialem per investituram vel alium modum in privatum transferret, eum Comitem non efficeret, neque regalem dignitatem transferret. Sic quidam Germaniæ Nobiles præsertim in Austria Baronias in feuda tenent, vel illas possident, & tamen Barones non sunt neque illa dignitate utuntur, nisi expressè ad eam evecti sunt, sed nominantur, citantur & collectantur ut possessores des Einhabers Herrschafft [R. A. zu Erfurt / de Anno 1567. §. Es sollen auch wie auffzeichnen Recht tagen. Multos etiam esse † 53
qui habent Comitis bona, sed non Comitis universitatem seu Comitatum, nec proinde esse Comites scribit Johan Oldendorp. *consil. Marp.* 5. *num.* 29. *vol.* 2] quamvis nec hoc negari possit, Nobilitatem inde maximoperè illustrari, Rosenth. *de Feud. c* 9. *concl.* 55. *n.* 5.

CAPUT XV.

DE BARONIBUS.

SUMMARIA.

1. *De Baronum origine plures plura scripserunt.*
2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *Hujus vocis nomen & origo.*

origo controversa est. Et variè à variis deducitur.

11. In vetustis facilè ignoratur origo. 13. Baronum usus vetertimus. In Catalonia Barones ante 800. annos tem ore Caroli M fuerunt.

14. Vox Baronis generaliter, & specialiter usurpatur.

15. Generaliter Barones appellantur omnes feuda regalia tenentes, ut sunt Duces, Marchiones, Comites. 16. In regnis utriusq; Sicilia, in Lusitania, Catalonia, Gallia, Mediolanensi Dominio Barones, qui dicantur. 17. In Regno Neapolitano Regii officiales & Magistratus Barones dicuntur.

18. In specie Barones *dicuntur, qui de Baronia investiti à summo Principe, vel citra Baroniam hac dignitate donati.*

19. Barones Germanico idiomate aliquando simpliciter dicuntur Freyen/*aliquando* Freyherrn. *20. Quidam dicuntur semper* Freyen. *Quidam specialiter* Herren. *21. Quidam* Edle Herren.

22. Hi Nobilitatis, & dignitatis gradus omnes pares sunt.

23. Barones, qui status imperii sunt, sessionemq; ac votum in Comitiis habentes ad Principum classem referuntur. 24. Latissimâ Principum appellatione continentur. 25. In Regno Neapolitano Magnatum nomine veniunt. 26. Comitibus aequiparantur, & pari cum illis dignitatis jure moribus Germaniae censentur. 27. In Comitiis in suffragando cum Comitibus concurrunt.

28 29. 30. 31. 32. 33 34. 35. 36. 37. Rationes dubitandi, de aequiparatione Baronum, & Comitum. Nominis diversitas, diversitatem rei arguit. Is qui praecedit, dignior censetur.

38 Contraria placet opinio, gradu & genere dignitatis Comites & Barones de usu & consuetudine Germaniae non differre, sed aequiparari.

39. Rationes decidendi. 40. 1. Doctoribus eximiis de consuetudine attestantibus, credendum.

41. 2 In novissimis imperii constitutionibus Comites & Barones parificantur. In legibus vestiariis dignitatis praerogativa attenditur.

42. 3. Barones regalem dignitatem non minùs, quàm Comites obtinent. Qualitas Baronia dignitas est, uti & Comitatus. 43. Herrschafft *aequè ut* Grafschafft *est nomen universitatis collectivum, &c 44. Baronia cum Baronali dignitate concessa, non minùs, quàm Comitatus censetur feudum titulatum, &c.*

45. 4. Barones perinde ut Comites appellantur illustres, quando possident regalia. 46. Et jus Archivi habent. 48. In Baronia sua exercent jura Principis, &c. 48. Principes & Duces illum titulum ratione Baronatuum, quos possident, usurpant. 49. Ipsi Imperatores hunc titulum usurpare non aversantur.

50. 5. Particula, Oder/ *est alternativa, & ponitur inter ea quae ad effectum aequalia sunt.*

51. Respondetur ad rationes dubitandi. Ad 1. Ordo Scripturae non semper arguit diversum dignitatis gradum. 52 Quae Molinaeus & alii scribunt, in Gallia & aliis regnis obtinent, non in Germania.

53. Ad 2. Non est facienda vis in nomine, sed in qualitate, & realitate dignitatis, & potestatis. Non semper diversitas nominis diversitatem rei inducit. 54. Realitas potiùs inspicienda, quàm nuda rerum vocabula.

55. Ad 3. Ex ordine praecedentiae non rectè diversitas dignitatis infertur.

56. Ad 4. Dignitas Baronatus in Longobardorum Reipubl. unde jus feudale introductum, fuit incognita. 57. Etiam plures sunt regales dignitates, quàm in jure feudali enumeratae. 58. Particula, alia, est repetitiva similium, similitudinem inferens cum iis, quae expressa sunt.

59. Ad 5. Verba, & caetera, non sunt otiosa, sed similes enumeratis arguunt. 60 Dictio, & caetera, est ampliativa, omnia similia, vel similem qualitatem habentia sub ista dispositione includens. Exceptio de uno casu trahitur ad alios casus, ubi par subest ratio.

61. 62. Ad 6 Favore alicujus receptum, in ejus odium non est detorquendum.

63. Ad 7. Non minùs Barones Comitiorum participes, quàm Comites, ut status ad Comitia vocantur, & hi cum illis conjunguntur, jusq; suffragii habent.

64. Ad 8 Argumentum à potentia ad dignitatem non procedit, ut qui sit potentior sit etiam dignior. 65. Potentia divitiarum, vel paupertatis humilitas nec sublimiorem, nec inferiorem Episcopum facit.

66. Ad 9. Multi ex Baronum & Comitum numero inferiorum Principum Vasalli, & Landsassii existunt.

DE Baronum † origine plures plura scripse- 1
runt, ut videre est apud Frecc. *de subfeud. lib. 1. tit de Orig. Baronum.* Alciat. *lib. 5. Paradox. cap.* 16. Cabed. *decis. Lusit.* 104 *p.* 2. Et hujus vocis † 2
nomen ac origo adeò controversa est, ut quibusdam barbara videatur, ut ex Pith. refert Heig. *illustr. q* 2. *num.* 54. Quidam † enim à Graeco ἀπὸ 3

τῆς βαρύτητος, hoc est, gravitate dictos volunt
Barones, quod eorum munus fuerit, in ipsis Du-
catibus, non solum militare, sed prudenter atque
graviter Ducibus de rebus arduis gerendis consi-
lium capientibus consulere, Eguin. Bar. *de jur. be-*
4 *nefic. lib. 1. c. 3.* Curt. *de Feud. p. 2. q. 1.* Quidam † à
βαρὺ, id est mole vel vastitate corporis: Frecc. *d.*
5 *loc* Forcat *de Feud cap 3. n. 7.* Quibusdam † veri-
similiter Barones quasi Bannherren à Germani-
co Baner/quod significat vexillum, derivantur,
6 Vult. 1. *Feud 4. n 14* Quidam † deducunt à verbo
Hebræo Bar, quod filium denotat, ut videre est
apud *eund.* Vult. *d loc.* Matth. Steph *de jurisd. lib. 2.*
7 *p. 1. c. 6. nu. 121.* Aliis † à Germanico Freyen Baro-
nes quasi Fraienos dicuntur, Paurmeist. *de jurisd.*
8 *lib. 2. cap. 10. n 27.* Aliis † vox illa videtur a Latino
vir deducta esse, quod frequenter vox Baronis u-
surpetur pro viro, Hotoman. *in lexic. Feud verb.*
9 *Baro.* Sunt † etiam qui deducunt ab Hispanica
voce Varon, quod Hispanis significat virum au-
ctoritate gravem & conspicuum, Auctor *de iur.*
Principat. conclus. 86. lit. B quam notationem fir-
mat ex eo, quod Hispani litera V. & B. promiscuè
utantur. Mutatio igitur V. in B. & abjecta litera
finali N ex Varon fit Baro. [Confer Paul. Matth.
Wehner. *in practic. observ. verb.* Freyherrn/ *p. 175.*
10 *& seq* ubi dicit tentari posse † Barones dictos esse
quasi Pares, quod pares sint Comitibus. Et in ver-
nacula, Freyherrn quasi liberum sit ad Comitum
ordinem accedere, sicut Licentiatis gradum Do-
ctutæ assumere. Dn. Christoph. Besold auguratur
11 † Barones dici nomine sanè merè Germanico
Bar/quod vetustis Germanis nihil aliud fuit,
quàm ein dapfferer Mann/idq; probat ex qui-
busdam locis des Heldenbuchs/ *in Thesaur. pract.*
lit. F. § 33. verb. Freyherr/ *& in Dissertat. de Comi-*
tib. &c.]
12 Verùm † cum in vetustis facilè ignoretur o-
rigo, *l. si arbiter, 28. de Probation.* Wesenbec. *in pa-*
ratit. ff. de legib. nu. 9. Hac in re relinquo lectoris
arbitrio, ut eligat quam velit. Fuit namque Baro-
13 num † usus veterrimus *ut not.* Frecc. *in d. tit. quis*
dicatur Baro, num 8. Et in Catalonia Barones ante
annos 800. fuisse, cum Carol. Magn Imperat. ex-
pulsis inde Sarracenis eam divisisset, in novem
Comites, novem vice Comites, & totidem Ba-
rones ex Fontanell. & aliis notat Don. Gars Ma-
strill. *de Magistratib. lib 4. c. 2. nu. 54.* Et hæc suffi-
ciant de Notatione seu potius Etymologia & al-
lusione vocis brevibus dicta.
14 Significationem † quod attinet, notandum,
quod vox Baronis & generaliter & specialiter
usurpetur. Generali † Baronum appellatione 15
omnes, Feuda regalem dignitatem annexam ha-
bentia, tenentes, ut sunt Duces, Marchiones, Co-
mites comprehenduntur, Matth. de Afflict. *c. 1.*
in pr. num. 1. de his qui Feud. dar. poss. Schrader *de*
Feud p. 1. sect. 1. n. 25. Mozz. *in tit. de his qui feud. dar.*
poss. n. 17. Surd. *cons. 453. n. 35.* Paurmeist. *de jurisd.*
d. c. 10. n. 28.

In regnis † utriusq; Siciliæ Barones dicuntur 16
omnes Feudatarii jurisdictionem in Castris suis
à Rege sibi concessis, exercentes, ut ex Bald. Andr.
& aliis refert Don. Gars. Mastrill. *de Magistratib.*
lib. 4. c. 1. n. 10. Et eodem modo dici In Lusitania
testatur, Valasc. *de jur. Emphyt q 30 n. 20.* in Cata-
lonia, Fontanell. *in tract. de pact. Nupt. Clausul. gl.*
10. *part. 1. num. 6.* in Gallia, Chassan. *in catalog. glor.*
mund. p. 8. consid 39 Et in Mediolanensi Dominio,
Menoch. *cons. 110. nu. 7. vol 12.* In Regno † Nea- 17
politano Regii officiales & Magistratus Barones
dicuntur, eorumque appellatione continentur,
Gars. Mastrill *d. lib. 4. c. 15.*

In specie † verò Barones dicuntur qui vel de 18
Baronia cum Baronali & regali dignitate investi-
ti à supremo Principe, vel citra Baroniam, hac di-
gnitate donati. In vulgari † nostro Germanico 19
idiomate Barones, aliquando simpliciter dicun-
tur freyen/ Reform Frider *Francofurt. de An. 1442.*
in pr. ibi, Graffen/ Freyen/ *& in Ordin. Camer. Ma-*
ximil. I de Anno 1495. in pr. Ordin. Regim. de Anno
1500. & de Anno 1521. aliquando Freyherrn/ *Aur.*
Bull. in fin. pr. ibi, Graffen/ Freyherrn/ Edlen/ *etc.* &
passim in aliis imperii constitutionibus. Quibus † ex 20
his dicuntur Semperfreyen/ ut Limburgici &
Westerburgenses & similes. Quidam specialiter
Herren/ ut sunt Barones Russi, die Herren Plawen/
Schönburgenses, Statbergenses & similes. Qui-
dam † Edle Herren/ de quibus præcedente capite 21
quædam dicta sunt.

Hos † tamen Nobilitatis & dignitatis gradu 22
omnes pares esse pulchrè ostendit, Paurmeister.
d. c. 10. num. 39. Præsertim ex R. A. de Anno 1548.
§. Wiewol ubi Comites & Barones appellantur
Graffen vnnd Herren & postea versic. sich auch
zum theyl auff der Fürsten Eygenthumb Graffen
vnd Freyen lassen/ Et ordin. Camer. eod Ann. p. 1.
tit. 1. §. nemblich wollen.

Barones † qui status imperii sunt, sessionem- 23
que ac votum in Comitiis habent, non minus
quàm Comites ad Principum classem referun-
tur; tum † quia latissima Principum appella- 24
tione

tione continentur, Schrader. *de Feud. p.10. sect.1. num.* 28. Sixtin. *de regal. lib.* 1 *c.* 4. *n.* 37. Pruckman. *consil.* 4. *n.* 4. Buxtorff. *in differt. Aur. Bull. concl.* 68.
25 *in notat. in fin* ac † in Regno Neopolitano Magnatum nomine veniunt, *secund.* Fab de Ann. *consil.* 103. *num* 8. & 13. Garf. Mastrill. *d lib.* 4 *de Ma-*
26 *gistratib c.* 2. *num.* 41. tum † quia Comitibus æquiparantur, Schrader. *d. sect.* 2. *n.* 23. Zas. *de Feud. p.* 5. *num.* 29. Frider. Schenck à Tautenb. *ad cap* 1. *quis dicatur Dux.* Gœdd. *in resp. iur. de restit. Baron. Vallend num* 461. & pari cum illis dignitatis jure moribus Germaniæ censentur, Vult. 1. *Feud. c.* 4.
27 *sub num.* 14. tum † quia in Comitiis in suffragando cum Comitibus concurrunt, Paurmeist. *de iurisd c.* 2. *num* 25. *lib.* 2. Bertram. *de Comit. concl.* 70. Idque ex recessuum imperii subscriptionibus passim patet.

Verum quæ de æquiparatione & parificatione Baronum & Comitum dicta sunt, non carent
28 contradictore. Non † enim desunt qui statuunt Barones non in eodem cum Comitibus dignitatis gradu, sed proximo ab iis collocari, Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 20 *n* 4. *per text. in c. fundamenta. §. proinde & §. fin. de elect. in* 6. ubi Baro postponitur Comiti & ultimo loco refertur, Pautmeist. *de iurisd lib.* 2. *d. c.* 10. *n.* 31. Duaren. *de Feud c.* 6. *num.* 8. Schonborner. 5. *Polit cap* 40.
29 Auct. *de iure Princip. conclus.* 86. *lit. B.* Ab † ordine autem scripturæ aliquando argumentum firmum desumitur, *text. in c* 1. *quis sit Marchio & in cap.* 1. *de his qui Feud. dar. poss.* Vincent de Franch. *decis.* 365. [Nicol. Everhard. *in Topic. in loc ab ordine nu.* 15 Cardin. Tusch *pract. concl.* 196. *verb. ordo passim per tot.*]

Ac facit pro 2. præter textum à Molinæo al-
30 legatum † quod Comites & Barones nomine differant. Nominis autem diversitas, diversitatem rei arguit.
31 3. Quod † Comites antecedant Barones. Is autem qui præcedit dignior censetur, Don. Garf. Mastril. *de Magistrat. lib.* 4 *c.* 14 *per tot.*
32 4. In jure † Feudali ubi speciatim recensentur dignitates regales, Baronatus tamen nulla fit mentio.
33 5. Huic adstipulatur † quod nec *in ord. Cam.* ubi de Feudis regalibus, solius Imperatoris judicio reservatis agitur, nulla pariter Baronatus mentio fit *Ord. Cam. p* 2. *tit.* 7.
6. *Fac. text. in ord. Cam p.* 2. *tit.* 4. *§.* **Zum vier-**
34 **ten**/ubi † Comitibus tribuitur, quod peti possint, ut à Cæsare Commissarii constituantur coram quibus ab utraque parte procedi potest, & tamen Barones omittuntur.

7. Dubium facit; quod † nullus Baronum 35
suffragium in Comitiis ferat, cum tamen nomine Comitum duo Comites suffragentur, Pertram. *de Comit. concl* 70.

8. Facit quod † Comites in genere sint po- 36
tentiores, & ditiones ampliores possideant, quàm Barones, meritò itaque censendi erunt digniores.

9. Quod † Barones plerumq; aliorum Prin- 37
cipum sunt Vasalli, & Landsassii seu subditi.

Verum hisce non obstantibus eorum mihi placet opinio, † qui gradu & genere dignitatis 38
Comites & Barones præsertim de usu & consuetudine Germaniæ, non differre; quamvis in ordine regulariter Comes præcedat Baronem; asserunt, idque ex sequentibus potissimum rationibus, 1. quia † ut supra dictum est ex usu Germa- 39
niæ pari dignitate censentur, ut testatur Schrader. Vult. Sixtin. Rosenth. & alii. [Quibus add. Paul. Matth. Wehner *in pract obs. verb* **Freyherrn**/ ubi dicit de Germaniæ nostræ consuetudine Baronem Comiti æquiparari, nullúmque inter eos in dignitate esse discrimen, nisi quod Baro non est investitus de Comitatu, ideoque Capitaneis propriè ita dictis, non valvasoribus majoribus accensendum esse, modò ab imperio Feudum obtineat, adducens ad hoc Baron. Schenck. *in c.* 1. *quis dicatur Dux.*] Doctoribus † autem exi- 40
miis de consuetudine attestantibus eo casu non parum creditur, quando de illius loci consuetudine testantur in quo domicilium habent, & diu versati sunt. Natt. *consil.* 218. *nu.* 4. Menoch. *consil.* 238 *n.* 23. Honded. 1. *consil.* 101. *nu.* 39 Rosenth. *de Feud. c.* 9. *concl.* 7. *gl.* 3. Rol à Vall. *consil.* 13. *num.* 21. *volum.* 2.

2. Quia † in Novissimis imperii Constituti- 42
onibus parificantur, tum quoad leges vestiarias, *Reform. Polit. de Anno* 1530. *sub tit.* **Von Graffen vnd Herrn.** Et de Anno 1548. sub tit. **von Graffen vnd Herrn/ Policey Ordnung zu Franckfurt/** sub tit. 13. unde satis perspicuum est Barones eadem cum Comitibus dignitate gaudere. Nam si Comites dignitatis gradu illos præcellerent, utriq; his splendidior habitus fuisset adsignandus, cum in legibus vestiariis dignitatis prærogativa attendatur: tum etiam in matricula imperii, in privilegio & jure Austregatum, *Ord. Cam p.* 2. *tit.* 3. 4. & 5.

& 5. tum etiam in munere judicis ac præsidum
Cameræ imperialis, *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 1. *in pr. &* §. 2.
R. A. de Anno 1570. §. Dieweil dann auch/ & seq.
item in constit pacis religiosæ & passim in aliis
Constitut. Sixt *de regalib lib.* 1. *c.* 4. *n.* 41.

42 3. Quia † Barones regalem dignitatem non
minùs quàm Comites obtinent, Bald. *in c innotuit, n* 18. *x de Elect.* Henning. Göden. *consil.* 1. *de
aur. & argent fodin. n.* 6. *&* 7. Schrad. *de Feud. p.* 10.
sect. 1. *n.* 22. [Et qualitas Baroniæ dignitas est, uti
& Comitatus, Joh. Oldendorp. 2. *consil. Marp.* 22.
n. 2.] quando videlicet habent Castrum sub titulo
universali Baroniæ à Principe, Don. Gars. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *n.* 38. *ubi hanc sententiam
dicit veriorem*, Cabed. *decis. Lusit.* 104 *n.* 4 *ubi hanc
43 dicit communem esse opinionem.* Et quod † Herrschafft æquè ut Graffschafft/ nomen sit universitatis
collectivum, denotans & continens urbes,
villas, agros, territorium & similia omnia Baroni
dem Herren subdita, post Joh. Sichard. *cons. Feud.*
1. *num.* 221. *observavit* Matth Wehner. *in tract. ob-
44 serv. verb* Herrschafft/ Graffschafft. Et † Baronia
cum Baroniali dignitate concessa, non minus
quàm Comitatus cum Comitali dignitate concessus
censetur feudum titulatum à dignitate illa
quam habet annexam, Wes. *de Feud c.* 4. *n.* 3. Rosenth.
c. 2. *d. concl.* 1. *n.* 4. Gœdd. *in resp. jur. de restit.
Baron. Vallend. n.* 137.

45 4. Quia † Barones perindè ut Comites appellantur
illustres Bald. *in c.* 1 *in pr nu.* 6. *de Feud.*
March. Purpur. *in l.* 1. *n.* 244. *de offic. ei, cui mand.*
Frecc. *in tract. de subinfeud. lib.* 1 *in pr. num.* 14. &
hoc sine controversia verum esse, quando Barones
in sua Baronia possident regalia, dicit Schrader.
de Feud. p. 10. *sect.* 1. Don Gars. Mastrill. *d c.* 2.
46 *num.* 56. quo † casu & jus Archivi habent, ut asserit
Rulant. *in tract. de Commissar. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *nu.*
47 37. Knich. *in Epopsi fol.* 80. Et † in Baronia sua
exercent jura Principis, hoc est, possunt in ea
quod potest Imperator in universo, non minus
quàm Comites & alii Titulati, ut infinitis auctoritatibus
id ipsum probat, Schrader. *de Feud.
p.* 10. *d. sect.* 1. *n* 33. *ubi hoc argumentum latius persequitur.*

48 Et quod † Baronis dignitas sit illustris & regalis
dignitas, exinde etiam apparet, quod non
solum Principes & Duces illum titulum ratione
Baronatuum, quos possident, usurpant, utpote
Duces Juliacenses Herrn zu Ravenstein/ Megapolitani
der Land Rostock und Stargard Herrn/
Principes Anhaldini, Herrn zu Zerbst und Berneburg.
Sed etiam † ipsi Augustissimi Imperatores 49
hunc titulum usurpare non aversant, ut apparet
ex titulis Carol. V. Herr in Frießland auff der
Wendischen Marck/ zu Portenaw/ zu Bistaia 2c.
R. A. de Anno 1521. in princ p. & in aliis recessib.
Ferdinandi, R. A. *de An.* 1555. *in pr. cum similib.*
Maximil. II. R. A. *de An.* 1566. *& sequentium Impp.*
[5. Confirmatur hoc ulterius, † *arg. text. in Ordin.* 50
Cam. part. 1 *tit* 1. §. Nemblich wollen die 2c. verbis:
auß den Graffen oder Freyherrn. Atqui particula,
Oder est alternativa, quæ ponitur inter ea, quæ
ad effectum æqualia sunt, *l.* 1. *& ibi* Socin. *in* 2. *notab.
de reb. dub. l. fin. C. ad L. Falcid.* Cravett. *consil.*
899. *num.* 6. Sixtin 2. *consil. Marp* 21. *n.* 8.]

Ad 1. Respondetur, † ordinem scripturæ non 51
semper arguere diversum dignitatis gradum; siquidem
etiam inter eos qui in eodem dignitatis
gradu sunt, ordo aliquis servatur. Sic inter Principes
æquali dignitate præditos alter præfertur
alteri, ad evitandam confusionem. Et † quæ Mo- 52
linæus & alii scribunt, forsan in Gallia & aliis regnis
obtinent, non verò in Germania, Rosenthal.
de Feud. cap. 2. *conclus.* 1. *gloss. f.*

Ad 2. respondetur, † non esse faciendam vim 53
in Nomine, sed in qualitate & realitate dignitatis
& potestatis, Natt. *cons.* 608. *nu* 7. Tessaur.
in præfat ant. decis. Pedemont. Non enim semper
diversitas Nominis diversitatem rei inducit. Sic
Marchiones, Landgravii, Duces, differunt quidem
nomine, non tamen regali dignitate. Undè
eleganter Bald. ad nostrum propositum dicit: 54
Ducatus, Comitatus & aliæ hujusmodi dignitates,
quocunque alio nomine vocentur, tales
tamen manent, quia ut ipse ait, realitatem potius
inspicimus, quàm nuda rerum vocabula,
cons. 291. *incip. ad evidentiam, colum* 2. *vers. apparet, lib.* 2.

Ad 3 Respondetur, † ex ordine præcedentiæ 54
non rectè diversitatem dignitatis inferri. Nam
inter ipsos Comites aliquis est ordo præcedentiæ
non tamen diversus gradus dignitatis. Imò
quidam ex Baronibus, quales sunt Limburgici,
Waldburgici & Russi quibusdam præferuntur
Comitibus, ut videre est apud Paurmeister. *de jurisd. c.* 1. *in serie Comitum.*

Ad 4. respondetur, † quod in jure Feudali, 55
quod moribus Longobardorum genitum & introductum,
mentio non fit Baronum & Baronatus,
id inde fieri; quia illa dignitas in Longobar-
dorum

dorum Republica fuit incognita, Don. Garf. Mastr. ill. *de Magistratib. lib.* 4 *c.* 2. *num.* 64. Sic neque Landgraviatus fit mentio in jure Feudali, cum tamen sine omni controversia Landgraviatus æquè ac Marchionatus sit regalis dignitas.

57 Deinde respondetur, † *ex cap.* 1. *de Feud. Marchi.* ubi enumeratis quibusdam Feudis, quæ habent annexam regalem dignitatem, adduntur verba, vel alia seu aliqua Regali dignitate investitus fuerit, quæ utique demonstrant plures esse regales dignitates, quàm ibi enumeratas, ut eleganter docet Rosenth. *d. conclus.* 1. *gl. e.* Schrader.

58 *de Feud. pag.* 2. *c.* 3. Nam particula illa † *aliqua* ibi ponitur pro particula *alia*, quæ est repetitiva similium, *gloss. & Dd. in l. fugitivi, Cod. de serv. fugit.* Tyraquell. *de legib. Connub. al. gloss.* 3. *num.* 25. & 24. Prosper. Far nac. *de delict. quæst.* 17. *numer.* 51. *lib.* 1. & similitudinem infert cum iis quæ expressa sunt, Modestin. Pistor. *consil.* 70. *num.* 18. *vol.* 1. Ernest. Cothman. *resp. Academ.* 1. *num.* 172.

59 Ad 5. Respondetur, † quod in allegato textu Ordinationis Cameræ, nulla quidem Baronatus fiat mentio, sed tamen post verba illa Fürstenthumb/ Herzogthumb/ Graffschafft/ subjicitur illa nota, qua designantur verba, Et cætera, quæ utique non sunt otiosa, sed similes enumeratis, ut

60 sunt Barones & alii arguunt. Nam dictio illa, † *& cætera*, est ampliativa & hoc operatur, ut omnia similia, sive similem qualitatem habentia sub ista dispositione includantur, Bald. *in l. hac consultissima,* 21. *in pr. C. de testament.* Batt. & Jas. *in l. Gallus,* 29. *§. idem credendum, ff. de liber. & posthum.* Schrader. *de Feud. part.* 10. *sect.* 2. *num.* 67. [Meichsn. *decis. Camer.* 4. *num.* 1. *Tom.* 4. Paul. Matth. Wehner. *in pract. observat. verb. Et cætera. p.* 131.] Et exceptio de uno casu trahitur ad alios casus ubi par subest ratio, Cravett. *consil.* 540. *num.* 17.

61 Ad 6. Respondetur, † quod favore alicujus receptum est, non esse in odium ejus detorquendum, *l. quod favore, C. de legib.* Jam verò ex peculiari causa & favore Baronum id statuitur in Comitibus, & remittitur Baronibus; quia Co-

62 mites † plerumque solent esse potentiores, & habere plures, quorum consilio & opere in hujusmodi Commissionibus uti possunt, Sixtin. *d. c.* 4. *num.* 45.

63 Ad 7. respondetur. † Non minus Barones (intellige qui sunt Comitiorum participes) quàm Comites, ut status ad Comitia vocati, & hos cum illis conjungi, jusque suffragii habere, & isti duo Comites, tam Barones quàm Comites repræsentant. Ideoque tam illorum quàm horum nomina in subscriptione recessuum reperiuntur, Sixtin *d. loc.*

Ad 8. respondetur, † Argumentum à potentia ad dignitatem non procedit, ut qui sit potentior, sit etiam dignior, Petr. Calefact. *de equestr. dignit. num.* 18. Sic Episcopus qui majorem habet Diœcesim, non dicitur dignior altero habente minorem, Garf. Mastrill. *de Magistr. d. lib.* 4. *c.* 14. 64

num. 15. Quia potentia divitiarum, † vel paupertatis humilitas, nec sublimiorem nec inferiorem Episcopum facit, ut dicit Innocent. *in c. statutum de Major. & obedient.* Dec. *consil.* 161. *num.* 2. Et est text. *in c. penult. distinct.* 96. 65

Ad 9. & ultimum respondetur. † Quod non solum multi ex Baronum sed etiam ex Comitum numero inferiorum Principum Vasalli & Landsassii existant, ut ex *Recess. de Anno* 1548. §. Wir wollen auch/ satis apparet. 66

CAPUT XVI.

DE DUCATIBUS, PRINCIPATIBUS, *Comitatibus, Baronatibus, & similib. Feudis regalem Dignitatem annexam habentibus.*

SUMMARIA.

Continuatio. 1. *Regales dignitates quæ dicantur.*

2. *Imperator regalis dignitatis fons & scaturigo.* 3. *In quo omnes dignitatum thesauri reconditi censentur.* 4. *Qui dat dignitatibus essentiam & statum, omnesq; dignitates sunt scabellum pedum ejus.*

5. *Ut feudum censeatur regale duo copulativè requiruntur,* 1. *Ut à Principe Romano, vel alio superiorem non recognoscente conferatur.* 6. 2. *Ut cum regali dignitate annexa conferatur.* 7. *Uno horum requisitorum deficiente, feudum non dicitur regale.* 8. *Hæc beneficia regales dignitates dicuntur.*

9. *Alia feuda absq; titulo regalis dignitatis conceduntur & dicuntur feuda iurisdictionis.*

10. *De feudis regalibus investiti omne ius habent, quo summus Princeps utitur, exceptis in signum præeminentiæ reservatis.*

11. *Hæc feuda Ducatuum, &c. Secularia appellantur vulgò* J. Fahn-Lehen *& unde.* 12. *Regna per gladium*

gladium, provincia, ut Ducatus, Marchionatus Comitatus per vexilla olim investiebantur. 13 *Hæc solennitas etiam à Sigismundo Polonia Rege in investitura Ducatus Borussia facta Alberto Marchioni Brandenb. observata.*

14. *Imperii Principibus Principatus, & Comitatus Principatui uniti insignia in uno vexillo olim concedebantur. Exemplo Wilhelmi medii, & Wilhelmi Iunioris Hassiæ Landgraviorum.*

15. *Ecclesiastica feuda regalia, Archiepiscopatus, Episcopatus, &c. vulgò dicebantur* Scepterlehen/ *& unde.*

16. *Hodiè in secularibus Cæsar. ejusmodi feuda Ducatuum per ensem investire solet.*

17. *Hodie iisdem solennitatibus conferuntur ab Imperatore feuda Ecclesiasticis Principibus, quibus & secularibus. Uti in Comitiis Ratisbonensibus. Anno 1613 factum.*

18. *Sub dictione* der Fürsten Fahnenlehen *etiam Comitum, & Baronum feuda veniunt.*

19. *Quoad actum investiendi, Principatus ab ipso Imperatore in throno Majestatis sedente, Comitatus verò per senatum Aulicum* Reichs Hoffraht/ *conferuntur.*

20. *Feudorum jura Longobardorum moribus introducta, utilitate omnibus ferè Regnis, & populis se insinuarunt.* 21 *Occupata Italia pars à Longobardis, posteà ab iis Longobardia, vel Lombardia dicta.* 22. *Ab initio feuda quasi erant manualia, quod conferrentur manu Domini.*

23. *Posteriores Impp. Caroli Magni successores Præsides ac Magistratus provinciarum, reservata sibi fidelitate, de provinciis, quibus illi præerant, investire cœperunt.* 24 *Finis huius collationis.*

25. *Militaris res semper, & jam nunc quoq; amplissima postulat virtutis præmia.*

26. *Attentiùs illi militaturi creduntur, qui sua etiam jura, & rura potiùs, quàm aliena defendunt.*

27. *Illis, qui egregiam Reipubl. operam præstiterunt, ditiones & dominia conferenda.*

28. *In huiusmodi feudis robur, & nervus belli consistere existimatur.*

29. *Feuda regalia juris publici esse, & ad statum rei Romanæ, seu jus militare publicum pertinere censentur.*

30. *Adhuc hodiè Principes Germaniæ Cæsari & imperio semper militare perhibentur.*

31. *Ad Principis, seu Regis & Regni decus pertinet plures habere Vasallos spectatos.*

32. *Nomina Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c olim fuerunt tituli administrationis, posteà patrimonii nomina facta, & jurisdictio ipsa patrimonialis effecta est.*

33. *Hodiè Duces, Marchiones, &c. plenissimam post Principem potestatem in suis ditionibus usurpant.* 34. *Ob jurisdictionem perpetuam, & ad hæredes transitoriam magis similes Principi, quàm Præsidi.*

35 *Quisq; Princeps, Comes, Baro in Germania ejus ditionis, quam possidet, nomen assumpsit.* 36. *Nomina dignitatum imponuntur, & assumuntur secundum originalem rationem.*

37. *In ordine dignitatis maiorum feudorum, ut Ducatus, &c. non tàm consideratur persona succedens, quàm ipsa Regalis dignitas, &c. Regia dignitas rei ipsi annexa nunquam moritur.*

38. *Ad constituendam regalem dignitatem, quæ requirantur.*

39. *In imperio non omnes Comitatus immediati sunt* Reichslehen/ *sed etiam quidam sunt* Eygenthumb.

40. *Ducatus & Comitatus potiùs præsumuntur allodiales quàm feudales.*

41. *In imperio Rom. etiamsi Ducatus vel Comitatus immediatus, in feudum non recognoscatur, ipsa tamen regalis dignitas, sive regalia ab Imperatore feudi iure conferuntur.*

42. *Idem est, si quis ultra hominum memoriam regalem dignitatem in suo castro usurpaverit.* 43. *Tempus immemoriale vim contractus, justæ causæ, tituli, privilegii, & juris plenissimi habet.*

44. *Regalis dignitas differt à Regalibus.*

45. *Hodiè regalia, & territorii jus sæpè confunduntur.*

46. *His, qui cum regali dignitate investiti sunt, Regalia etiam competunt.* 47. *Regalia sunt qualitates adjunctivæ territorii & feudi Regalis, veluti Ducatus, Comitatus, &c.* 48. *A feudo inseparabilia, & ad successorem in dignitate pertinent.*

49. *Aliàs generali concessione Regalia non veniunt.* 50. *Secùs est in concessione facta per nomina universitatem significantia.*

51. 52. *Sub universitate multa veniunt, quæ non veniunt sub generalitate.* 53 *Verba universalia materiis semper sunt efficacia, quàm generalia, omniaq; includunt, quæ excogitari possunt.*

54. *Limitatio Si regalia solita sint concedi cum castro vel territorio.*

55. *Bona regalem dignitatem annexam habentia etiam per subinfeudationem ab inferiore factam haberi possunt.*

56. *Casu*

56. *Casu eveniente, propter quem renovatio investitura peti solet, feuda regalia ab Imperatore intra legitima tempora petenda sunt.*

57. *Propter impedimenta solet Imperator indultum concedere, cujus beneficio Regalia administrantur usq; ad tempus prorogatum. Tale indultum à moderno Imperatore concessum fuit Ludovico Hassia Landgravio, &c Cujus tenor hic apponitur.*

58. *Etiam ante impetratum ejusmodi indultum aut investitura renovationem, Dux aut Comes legitimus successor se vocare Ducem & administrare Ducatum potest.*

59. *In illis Ducibus, qui personalem hanc usurpant dignitatem, cum persona extinguitur.*

DICTUM est in præcedentibus de Personis regali dignitate præditis videlicet Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, operæ pretium esse duxi etiam quædam de ipsa regali
1 dignitate adjicere. Regales † dignitates nuncupantur quasi à regia datoris & summi Principis munificentia, cum regalis juris collatione profluentes, ut notat Garf. Mastril. *de Magistrat lib. 4. cap. 2 num. 3.* Nam Imperator † seu
2 Princeps summus regalis dignitatis fons & scaturigo reputatur. Alvarott *cap. 1. in pr. num. 4. quis dicat. Dux*, Schutff. *consil 56. num 6. lib. 2. argum. l. quaris, 3 ff. de Natal. restit.* Heig. *illustr. q 9. num.*
3 *18 p. 1.* Marant *de ord. judic. p. 4. distinct. 5.* in quo † omnes dignitatum thesauri reconditi esse censentur, Bald. *in c. 2. vers. ita in Principe Romano quis dic. Dux Marchio.* Curt. Jun. *consil. 1. n. 17.* Borch.
4 *de Feud. c. 4. num. 12.* [Qui dat † Dignitatibus essentiam & statum, ordines & prærogativas, & potest facere Duces majores medios & minores, Bald. *in consil. 333. circa med. vers porrò ipse lib. 1.* Omnesq; dignitates sunt scabellum pedum ipsius, idem Bald. *d. loc.* Cardinal Tusch. *pp. conclus. 36. num. 6. & 7 verb. Imperator potest creare & extinguere novas dignitates.*]

5 Ad hoc ergo ut Feudum † censeatur regale, duo requiruntur copulativè, 1. ut à Principe Romano vel alio superiorem non recognoscente conferatur, Clar. *de Feud. q. 10.* Zaf. *p. 2. de Feud. num. 1. & p. 5. num. 1.* Rosenth *de Feud c. 2. conclus. 1. num. 3. & ibi allegat. in gl. d* quia solius summi Principis hæc est potestas, Andr. Knich. *de sublim. & reg. territ. jur. cap. 1. num. 306. & c. 3. nu. 110.* Roland. a Vall. *conf. 100. num. 3. & seqq.* ex quo solo regalis & territorialis dignitas fluit, & ad eundem refluit, Bald. *ad d cap. 1.* Henning. Gœd. *cons. 3. num. 24.* Knich. *allegat. loc.* Menoch. *de præsumption. lib. 2. præsumpt. 14. per cap. 1. de Feud. March. 2.* Ut cum † regali dignitate annexa 6
conferatur illud Feudum, qualis est regni, Electoratus, Ducatus, Comitatus, Baronatus, & similium, [Henning, Göden. *consil. 2. nu. 7.* Ferrarius Montan *in usib. Feud c. 6.*] Rosenth. *d. conclus. 1. num. 3.* Schrader *de Feud p. 2. cap 3. num. 3. & ibi alleg.* Gœdd. *in respons. jur. de restit. Baron. VVallend num. 140.* Et requisitorum † horum 7
uno deficiente Feudum non dicitur regale. [Utrumque enim requiritur, videlicet, ut concessio fiat ab Imperatore, atque ut ea sit regii symboli, seu annexam habens regiam dignationem, Ducatus, Principatus, Marchionatus, Comitatus & similium honorum, Johan. Oldendorp. *Class. 5. de action benefic. vers. Feudum aliud Regale.* Andr. Knich. *de autocrat. Rom. Imp. cap. 1. num 1181. & seqq.* Hæc enim beneficia † Rega- 8
les dignitates dicuntur de Lege Corradi, & cum Regali dignitate enumerantur, *c 1. de Feud March. Comit.* Meichsner. *decis. Camer 6 num. 29. Tom. 3.* adde Tileman. de Benign. *decis. Cameral. syntagm. 4. decis. 2 vol. 2. num. 18. & seqq.* Harmann. Vultej. *consil. Marpurg. 35. num. 20. vol 3.* Nam multi satis ampla ab Imperatore recognoscunt Feuda, † castra, pagos & similia, utpote Nobiles & alii 9
immediati Imperatoris Vasalli, qui tamen regalem dignitatem non habent, qui absque titulo Regalis dignationis conceduntur ista Feuda, & dicuntur Feuda jurisdictionis, suntque inferioris qualitatis, quàm quæ habent annexam Regalem dignitatem. *c. 1. in 2 parte illius text quis dicat. Dux, Marchio. &c. & ibi Dd.* Andr. de Isern. Jacob. Alvarott. cum similib. quos allegat ad hoc Nicol Everhard. Jun *consil 41. nu. 22. vol 1.*]

Item † autem investiti omne jus in terris ad 10
hoc feudum spectantibus habent, quo summus Princeps in suo Principatu utitur, iis tamen exceptis, quæ in signum præeminentiæ illi reservantur, uti tradit Schrader. *modò allegat. loc. n. 4.*

Hæc † feuda Ducatuum, &c. secularia appel- 11
lantur, vulgò Schaenlehen *text in aur. Bull. cap. 5.* exinde fortè, quod olim de his Feudis Vasalli per vexillum investiebantur, *gl ad Lehnrecht. colum. pen. artic. 20.* [Joh. Oldendorp. *Class. 5. de action. beneficiar. vers. Principibus conceduntur.* Regna
† enim per gladium, provinciæ ut Ducatus, Mar- 12
chionatus, Comitatus, per vexillum olim investieban-

stiebantur, Reichs Abschied zu Wormbs/ de Anno 1521. sub tit. Römischer Königlicher Majestät Regiment/ic §. Vnd behalten vns bevor die Belehnung der Lehen / die sie vnter den Fahnen offentlich mit Solenniteten pflegen zu empfahen/ zu verleihen/ Vult. post Hotoman. 1. *Feud.* 7 *sub num.* 19. ubi sequentes Guntheri recitat versiculos:

Ergo ubi vexillo partem, quam diximus, ille,
Hic autem gladio regnum suscepit ab ipso.
Hunc etenim longum servatum tempore morem,
Curia nostra tenet ——————————

13 [Hanc solennitatem † etiam à Sigismundo Poloniæ Rege in investitura Ducatus Borussiæ facta Alberto Marchioni Brandeburgensi observatam, ex tenore ipsius investituræ constat, in qua hæc verba leguntur. ET IPSUM, videlicet Marchionem, DE ILLIS, scilicet Ducatus Borussiæ, JURIBUS PER VEXILLI NOSTRI TRADITIONEM INVESTIVIMUS, refert Johan. Pistor Niddan. *in Corpor Histor. Polon. Tom.* 1. *fol.* 230. Constat etiam imperii Principi-
14 bus † non solum Principatus, sed etiam Comitatus, si quos Principatui unitos possederunt, insignia, in uno vexillo, olim per investituram ab imperiali splendore concessos, atque ita etiam in Comitiis Wormatiensibus Anno 1495. in præsentia & conspectu omnium ordinum imperii, Wilhelmum medium & Wilhelmum juniorem Hassiæ Landgravios, de Principatu Hassiæ, ejusq; Comitatibus Catzen-Inbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda sub uno eodemq; vexillo, in quo ipsa Principatus & prædictorum Comitatuum insignia depicta fuerunt, investitos, testatur Johan. Oldendorp. *in facti specie ante con-*
15 *sil. Marp. v.l* 2.] Ecclesiastica † verò feuda regalia Archiepiscopatus, Episcopatus, &c. vulgò dicebantur Scepterlehen quia hi de istis per sceptrũ investiebantur olim. Landrecht *lib.* 3. *art.* 60. ubi dicitur der Kayser soll leihen allen Geistlichen ir Recht/ mit dem Scepter/vnd allen Weltlichen Fürsten mit den Fahnen/Schrad *p* 2 *c.* 1, *n* 6.7. [Qua de re vid. quæ ex antiquitate retulit Goldast. *in replicat. pro Imper. cap.* 13. *pag. mihi* 135. 136. & 137. & *in fin illius replic. adject. tractatum Walthrami Episcop. Naumburg. de investitur. Episcop. & Abbatum.* Dresser. *Millenar.* 6. *paul. post initium.*]

16 Hodie † illa solennitas in secularibus mutata & Cæsar ejusmodi Feuda Ducatuum per ensem investire solet, ita ut vasallus præstito jurejurando fidelitatis, capulum Ensis apprehendat, & extremum ejus conum osculetur, Vult. *d. cap.* 7.

In † Ecclesiasticis verò adhuc hodie priscum mo- 17
rem servari dicit, Buxtorff. *in Assr. Bull. conclus.* 69.] Huic autem assertioni similiter adversatur observantia moderna, de qua, iisdem solennitatibus conferuntur ab Imperatore Feuda Ecclesiasticis Principibus, quibus & secularibus, Et ita Anno 1613. in Comitiis Ratisbonensibus, ubi Johannem Suicardum Moguntinum, Lotharium Trevirensem, Archiepiscopos. Ludovicum Hassiæ Landgravium in persona, Ferdinandum Archiepiscopum Coloniensem, Hispaniarum Regem ratione Ducatus Mediolanensis, Maximilianum Ducem Bavariæ & alios per legatos, de Regalibus investitos, in aula Episcopali Ratisbonæ, in qua Imperat. commorari solet, ocularis testis asserit Christophor. Wintzler. Consiliar. Elector. Colon. *in tractat. de jurisdict. Episcop. Germaniæ, tit* 25. *in fin* similiter & ipse ocularis testis in nupero conventu Ratisbonensi Anno 1623 & postea in aula Cæsarea observavi, nullamq; differentiam adverti, prætetquam quod Legatus Magistri Ordinis Teutonici in albo pallio, cui si rectè memini, crux nigra intexta, Regalia accepit Pragæ 6. Januarii, Anno
1628.] Sub illa tamen dictione † der Fürsten Fah- 18
nen/ etiam Comitum & Baronum Feuda regalia veniunt, cum & hi larga Principum appellatione contineantur, ut supra dictum, & pluribus probat idem Buxtorff. *conclus.* 68.

[Hoc tamen non omittendum, † quod quoad 19
actum investiendi attinet, hæc differentia inter Principatus & Comitatus servetur, ut illi quidem ab ipso Imperatore in throno Majestatis sedente; hi verò per Senatum aulicum, vulgo Reichshoffrath/ conferuntur uti ipse aliquoties, quando fui in aula Cæsaris, observavi. Et etiam testatur Waremund. *lib.* 2. *de fœderib cap.* 1. *num.* 164. Et etiã à Regimento imperii olim Comites investitos fuisse refertur exemplum à Meichsn. *d. cis.* 6. *sub. n.* 27. *vers. idem fundamentum. Tom.* 3.]

Et quidem † Feudorum jura Longobardorum 20
morib us genita & introducta, utilitate & præstantia omnibus ferè regnis & populis se insinuarunt, & quasi ultrò suscepta & evocata magno omnium favore dominari cœperunt, Cujac. *in prælud. Feud.* Vult. *Feud c.* 1. *num.* 12. *in fin.* Clar. *§ Feudum. q* 3. *in fin.* Hi namque † Longo- 21
bardi invasa & occupata illa Italiæ parte, quæ postea ab iis Longobardi vel Lombardia dicta, & pro Italiæ parte haberi cœpit, Gothofred.

Anton.

Anton. *disp. Feud. 1. th. 1. lit. E.* cum gratis acciperent prædia & d tiones, facile gratis cōcedebant, retenta sibi fidelitate, quam nullo arctiori quàm benevo entiæ & beneficii vinculo adstringi posse, persuasum sibi habuerunt, Carol. Molin. *in*
22 *consuetud Paris tit. 1. n. 26* [Et quidem † ab initio ita, ut feuda essent quasi manualia, quod conferrentur manu Domini, & in ejusdem libera potestate esset rursus devestire Feudatarios, ut ex Bald. *consil. 10. num. 1. inter consil. ngl. notat* Andr. Knich *de autocrat. Rom Imp. c. 1. n. 1013.*]
23 Posteriores † autem Impp. præcipuè Caroli M. successores, Præsides & Magistratus Provinciarum, qui olim temporarii fuerunt, Cujac 1. *Feud tit. 1.* ac stipendiis & salariis contenti, Vult. 1. *Feud c. 1. num. 14* precarium & titulo administration s annexam habuerunt dignitatem, exiguam utilitatem, He g. *p. 1. q. 1. num. 5.* reservata sibi fidelitate de provinciis, quibus illi præerant investire cœperunt. Joachim Stephan. *l. b. 1. de iurisd c. 3. num. 37.* Andr. Knich. *de sur. territ. c. 1. num. 17.* [add. eundem *de autocrat Rom. Imp cap. 1. num 1019. & aliquot seqq.*] Cothm in. 4 *consil. 3.*
24 *num 3. & 99.* ut urgentibus † imperii fatis obsequentiores & adversus hostes alacriores beneficiorum & ampliorum digni atum collatione sibi redderent, Ferrariens Montan. 1 *Feud. cap 1.*
25 Vult. *d. c. 1. num. 14* [Militaris enim † res semper, & jam nunc quoque, amplissima virtutis postulat præmia: ut quæ operam & exercitationem requirit continuam, ut eleganter scribit Johan. Old. ndorp. *de action. benefictar. Class. 5.*] Credi-
26 derunt † namque summi Principes hosce eò attentius militaturos, si sua etiam jura & rura potius quàm aliena defenderent, Balthas. Ayal. *de iur. offic. bell lib. 1.* Connan. 2. *Comment. 9.* [prout etiam de limitaneis militibus ex Lampri . scribit Alciat. *ad tit. C. de fundis limitroph* Et ex hac ratione Regi Hispaniarum suadet, Thom. Campanell. † ut iis qui egregiam Reipubl. operam
27 præstiterunt, ditiones & Dominia conferat, ut tanquam membra Regni ex hoc facta, eò fortius illud belli & pacis tempore, consilio & armis tueantur *in ducurs. de Menoch. Hispan. cap. 14.*] ac bellorum necessitatem feuda peperisse
28 dicit, Cujac *ad cap. un 1. Feud. 1.* Ideoque † in hujusmodi Feud s robur & nervos impe ii consistere existima unt. *text. in cap. imperialis, 2. Feud. 52.* Andr. Knich. *de investitur. paction. cap. 5. sub num 257.*

[Et propterea † hæc Feuda regalia juris publici esse, & ad statum rei Romanæ, seu jus militare publicum pertinere censentur, *arg. l. 1 §. huius studii, 2. vers. publicum, ibi. in Magistratibus, ff. de iust & iur.* Jacob. Schult. *observ. 25. num. 31 & seqq.* 29
Et adhuc hodiè † Principes Germaniæ Cæsari & imperio semper militare perhibentur, conferendo sumptus solitos vermög der Anschläge / Gail. 2. *observ. 127 num. 9.* Knich. *de autocrat cap. 1 num 1018.* Præterea † ad summi Principis seu Regis & Regni decus pertinere, plures habere Vasallos spectatos qui ei personaliter serviant, scribit Chassan. *de glor. mund. part 5. consider at. 19.*] 30 31

Ista itaq; † Nomina Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. tituli olim fuerunt administrationi, in vim publici muneris precariò possessa, Joachim Stephan. *d. c. 3 n. 37.* Heig. *d q. 2. num. 5.* [vid. Munst. *in Cosmograph. lib. 5 de German. c. 20.*] Postea verò patrimonii Nomina facta sunt, & jurisdictio ipsa patrimonialis effecta est, *arg. cap. 1. §. & quia videmus, de his qui Feud. dar. poss. cap. un. in fin de ali. nat. feud cap. un. in princip. de Feud. March.* Ernest. Cothmann. 4. *consil. 3. num 3.* Matth. Steph. *de iurisd lib. 2 p. 1. c 4 n. 7.* 32

Et sicut † olim Proconsules & Præsides provinciarum titulo administrationis, ita hodie Duces, Marchiones, &c. titulo patrimonii hereditariè cum perpetuo & universali territorii jure sub qualitate der h h n Landsobrigkeit, plenissimam post principem potestatem in suis ditionibus usurpant, *l. si in aliquam, l. & ideo, l. nec quicquam de offic proconsl l ex omnibus, & l. omnia de offic. Præsid.* Meichsner. *decis. 6. n. 87. tom. 2. lib. 1.* 33

Ac cum † jurisdictionem perpetuam & nomine proprio transitoriam ad heredes habent, magis similes sunt Princi i quàm Præsidi, Claud. Bertazol. *in addit ad Barthom Bertazol. cons. 2. 5. li: b. lib. 2* Anton Sola *ad consiit. Sabau l. & Pedem. in proœm. gl 3. num. 9. 10. & 21.* Menoch. *consil. 302 num. 21.* [Wesen ec. *consil. 27. num. 28 & 29.* ubi id pluribus explicat] Unde † etiam quisque Princeps, Comes, Baro in Germania ejus te ræ sed ditionis quam possidebat, aut cujus jura defendebat, quæque jure regali insignita erat, nomen assumpsit, Andr. Knich. *de subum. & reg territ. iur. cap. 1. num. 192.* Do s. *lib. 5. annal Holland.* [Qua de re v. d. omninò quæ scripsit Nicol. Everhard. Jun *consil. 41. num. 31. 34. 35 36. & passim.*] & alias † nomina dignitatum imponuntur ac 34 35 36

assumuntur secundum originalem orationem, Bald. *ad l. humanitas n.2. C. de impub. & al. substit.* Wesenbec. *consil.34. num.56.*

37 [Quamobrem † in ordine dignitatis majorum Feudorum, ut sunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. non tam consideratur persona succedens, quàm ipsa Regalis Dignitas, seu qualitas, conditio & prærogativa Ducatus, Principatus, &c. ita ut non tam is præferatur, qui antiquior Dux, Princeps, sed qui Ducatum antiquiorem & eminentiorem nactus, licet alius prius Dux, Comes creatus vel natus sit, per ea quæ tradit Marc. Anton. Nat. *consil.638. num.31. & 32.* addens, quod hæ Dignitates sint Regales: Regiam verò dignitatem rei ipsi annexam nunquam mori constat, *c liberti d.2 caus.12. q.2. cap si gratiosè, de rescript. in 6.* ubi Petr. de Anchatan. dicit: Licet ille qui possidet talem dignitatem, sit corruptibilis, non tamen propterea ipsa dignitas, vid. omninò Natt. *d consil 638 n.32.*]

38 Non tamen † prætereundum, ad constituendam regalem dignitatem, non semper necesse esse, ut castrum aliquod cum universali territorii jure ab Imperatore vel alio superiorem non recognoscente in Feudum detur, sed satis est, ut possessor ejusmodi Castrum in Principatum, Comitatum & Baronatum cum sublimi territorii jure ac regali dignitate, in allodium suum acceperit vel habeat, ut ex Münstero *de orig. Princip. German.* tradit Joh. Gœdd. *in resp. jur. de restit. Ba-*
39 *ron. Vallend. num.458.* Itaq; in imperio † non omnes Comitatus immediati sunt, Reichsständisch/ sed etiam quidam sunt Landsässig vnd Auct. *decis. Cameral. verb. Comitatus.* Talis est Comitatus Moers. Talem etiam fuisse puto Comitatum Waldeccensem, antequam ab Illustrissimis Hassiæ Principibus in Feudalem recognosci cœpit,
40 cum similibus. [Quo pertinet, † quod Dd. tradunt, quod etiam Ducatus & Comitatus, potius præsumantur allodiales, quàm Feudales per tradita, Menoch. *consil 1. nu.37. & seqq. & 3. præsumpt. 91. num 8. & 9.* Sixtin. *de Regalib lib.1. cap.4 n.63.* ubi allegat plures. Et in Rota Romana resolutum, scribit Farinac. *decis. Rot. 880 n 1* In imperio
41 Romano † etiamsi Ducatus vel Comitatus immediatus existat, qui non in feudum recognoscatur, ipsa tamen regalis dignitas, sive regalia ab Imperatore Feudi jure conferuntur, vnd werden die Regalia von Kays. Majest. vnd dem Reich geliehen, Exemplum habemus in Ducatu Württembergensi, qui est Feudum domus Austriacæ, nihilominus tamen regalia Ducatus ab Imperatore per investituram conferuntur, & ipse Ducatus manet imperio immediatè subjectus, vid. Nicol. Everh. Junior. *consil.41. nu.85 lib 1*]

Idem etiam puto † si aliquis ultra hominum 42
memoriam regalem dignitatem in suo castro usurpaverit, *arg §.* Wann auch ein Außgezogener/
R. A. de Anno 1548. Nam immemoriale † tem- 43
pus, vim contractus justæ causæ, tituli, privilegii, & juris plenissimi obtinet *l. fin. de aqu. pluv. l. hoc jure, ff. de aqu. quotid.* Mynsi. 5. O.24. Menoch. 2. *arbit cas.43.* ita ut jurisdictio, omnia regalia, & imperium hoc tempore quærantur, Balb *de præscript. 2. p.3 part. q.6 n.13.* Matt. *de jurisd p.1. c.32. num.26.* Cravett. *de antiquit. temp. p.4. q 24 num.201.*

Pro junioribus etiam notandum, † regalem 44
dignitatem differre à regalibus. Sunt etiam multa regalia quæ non sunt regales dignitates, *ut in c. 1 quæ sint regalia,* Rosenth. *c.2. d. conclus.1. nu 3. &*
in gl. B. Et quamvis hodie † regalia & territorii 45
jus sæpè permisceantur & confundantur, tamen revera & propriè differunt separataque sunt, qua de re latius, Sixtin. 1 *de regalib. cap.1 nu.7 & n 18.*
Quamvis neque hoc omittendum † ut his qui 46
cum regali dignitate sub universitatis & dominii perpetui jure investiti sunt regalia etiam competant, Dec. *cons.403. num.6.* Castrens. *consil 34. col.3 in fin volum 2* [vid. M. Anton. Natt. *consil. 631. num.13.*] eamque opinionem communiter receptam dicit, Socin. Jun. *consil.98 num.1 vol.3.* Etiamsi ipsorum regalium mentio in concessione facta non sit.

[Sunt enim Regalia † qualitates adjunctivæ, 47
territorii & Feudi Regalis, veluti Ducatus, Comitatus, &c. Referens apud Meichsner *in causa* Teutschenmeisters *contra Oettingen/ Tom.2 lib.1.*
decis 6. n.25. fol.617. Ideoq; † à Feudo inseparabi- 48
lia sunt, & ad successorem in dignitate pertinent, Dauth. *de testament. Rubric. de mutand. testament. potest. sub nu 86 vers porrò Fiscalia, &c.* Et quod non sit reperire personam, cum qua finiantur, dixit Bald. *in c.1 quæ sint regal.* Meichsner *alleg modo loc.* addens isthæc jura aliis quàm Dominis territorii competere non posse.]

Et licet a ias † generali concessione Regalia 49
non veniant, *c. quod translationem de offic. leg.* [Matth. de Afflict. *decis.122. n 23.*] Wesenb. *consil. 32. num.11.* quia in eam regulariter non veniunt, quæ speciali nota digna sunt, *l.1. §. & ibi Dd. ff. de offic.*

offic. ei cui mand. est jurisdict. c. per translationem ibi Dd. de offic. leg. & quæ magni momenti sunt ut regalia, *arg. cap. fin. de præbend.* & in quibus concedendis Princeps se solet reddere difficilem, Sylvan. *consil.* 56. *n* 24. Cravett. *cons* 172. Secus tamen
50 † est in concessione facta per nomina significantia universitatem, Jas *consil.* 45. *col.* 4. *num.* 16. *lib.* 2.
51 Cravett. *cons* 411. *n.* 46. *& seqq.* quia † sub universitate multa veniunt, quæ non veniunt sub generalitate, Decian. *cons.* 113. *n.* 10. *&* 95. *vol.* 3. & in il-
52 la † censetur transire omnia jura, quibus concedens uti poterat in loco concesso, suprema potestate & dominio excepto, Bald. *in l. beneficium; col.* 1 *de constit Princ.* Decian. *d. cons.* 123. *num.* 25. Meicsner. *decis. Camer.* 6. *n.* 88. Tom 2 lib 1. f. 638.
53 idque eò verius est, quod verba universalia † majoris semper sint efficaciæ, quàm generalia, & omnia includant quæ recogitari possunt, Bart. *in l. generalia, §. uxori de usufr. legat.* Mynf. *resp* 3. *decad.* 15 Schrader. *de Feud. part.* 10. *sect.* 5. *num.* 71. *& seqq.* Bursat. *cons.* 16. *num* 48 Efficiuntq; ut restrictionem non admittant, quæ aliàs restrictionem reciperent, Osasc. Cacheran. *decis.* 94. *num* 10. Dec. *cons.* 66. *num.* 2. Et habent vim specialis expressionis, Cephal *cons.* 59. *n.* 16. Cravett. *cons.* 467. *nu.* 3. ac idem operentur ac si de singulis in specie facta esset mentio, Surd. *decis.* 165. *n.* 30. Quod tamen
54 quidam ita limitant, † si regalia solita sint concedi cum castro vel territorio, vid Sixtin *de regal. c.* 5. *n.* 85. *& ibi alleg.* [*junct. n* 92. *& aliquot seqq.* ubi alias fallentias tradit.] Possunt tamen etiam bona regalem dignitatem annexam habentia
55 per † subinfeudationem ab inferiore factam haberi, utpote Comitatus, & Baronatus, Botch. *de Feud. c* 4 *n.* 12. Rosenth. *de Feud c.* 2 *concl* 1. *nu.* 3. Sixtin. *de regal. lib* 1 *c.* 8. *nu.* 39 *vid. quæ sup. tradita, c.* 7. *circ. fin.* verùm hæc collatio originaliter & radicaliter ex Imperatoris concessione dependet.
56 [Coronidis loco hic notandum † quamvis Regalia hæc feudis istis majoribus sive territoriis Ducatus, Principatus, &c. adhæreant, & ad successorem in dignitate pertineant, tamen in imperio Romano hoc ita demum procedit, si casu eveniente propter quem renovatio investituræ peti solet, illa ab Imperatore intra legitima tempora petita & obtenta sint. Et si propter impe-
57 dimenta † investitura intra tempus legitimum obtineri non potest, solet Imperator concedere indultum, cujus beneficio regalia administrant usque ad tempus [illegible]rogatum. Tale indultum, à modeino Impetatore gloriosissimo, concessum fuit, quondam Illustrissimo Principi Domino Ludovico Hassiæ Landgravio dicto Fideli, inclytæ recordationis, Domino meo olim Clementissimo, 4. die Maji Anno 1620. Tenorem ejusmodi indulti adscribere hic placet, qui ita plerunque habet:

Wir Ferdinand/rc. Bekennen mit diesem Brieffe/rc. Daß wir dem Hochgebornen N. unserm lieben Oheimen und Fürsten/auß etlichen uns furbrachtē und darzu bewegenden Ursachen/alle unnd jede Sr. Ld. Fürstenthumbs N. von uns und dem Heiligen Reich habende Regalia unnd Lehen/auff 4.5.rc. Monat/vom Dato diß folgend/gnedigtlich geurlaubet haben/Thun das auch hiemit von Römischer Kaiserlicher Macht/wissentlich in krafft dieses Brieffes also und dergestalt/daß gedachter N. berührte ihre Regalia und Lehen/von uns und dem H. Reich/die bestimpte Zeit NB. Uhrlaubs weise innhaben/nutzen/niessen und gebrauchē solle und möge. Doch sollen S. Ld. schuldig seyn/nach verscheinunge obbestimbter Zeit/angeregte ihre Regalia und Lehen/von uns und dem H. Reiche an unserm Keyserlichen Hoffe/welcher Orten solcher zur selben Zeit sein mochte/wie herkommen und breuchlich/zu ersuchen und zu empfahen/und nichtes desto minder/inmittelst solcher Zeit/uns und dem H. Reich/Trew/Hold/Gehorsamb unnd Gewertig zu seyn/zu dienen und zuthun/als sich darvon gebühret/getrewlich und ohne gefehrde. Potest tamen † etiam ante impetratum ejusmodi indul- 58
tum aut investituræ renovationem Dux aut Comes legitimus successor se vocare Ducem, Principem & administrare Ducatum, &c. Gails. Macstrill *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 22 Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 11 *nu.* 21. *& seqq.* Schrader. *de Feud. part* 10 *sect.* 1. *num* 114. ubi id multis firmat. Et latè deducitur *in consultat. sive controv. de successione nupera Mantuana art.* 3. *nu.* 37. *& seqq. edit. Francofurt.* Confer tradita *c. seq n.* 34. Secus tamen in illis Ducibus, † qui personalem hanc usurpant Di- 59
gnitatem quia in illis tum persona extinguitur, ut in Anglia & Hispania pet tradita, *supra cap.* 12. *in fin. hac Class.*]

CAPUT XVII.

DE SUCCESSIONE, DIVISIONE, & Administratione Feudorum Regalium, Ducatuum, Comitatuum, Baronatuum &c. Et incidenter quædam de jure Primogenituræ Item quid juris de Comitatu unito Ducatui.

SUMMARIA.

1. *Feuda ab initio libera & revocatoria postea ad vitam fidelis producta, tandem progressu temporis ad filios*

filios devoluta, quem Dominus el gerit, hodie ita stabilit, a, ut ad omnes aequaliter veniant.

2 *Longobardorum imitatione etiam in Germania beneficia successionis jure deferri, & perpetuari caeperunt.*

3 *Feuda re alia non minùs quàm alia sanguinis propagatione in seramp sletita em derivantur*

4 *Nullus in imperio Rom. Principatus, nullus Comitatus e electione confertur. Sed omnes jure successionis transferuntur. 5. Non tamen communi successionis jure aestimantur, sed singulari, & suo quodam modo jure transeunt. Indeq; regulariter divisionem nauseant.*

6. *Rationes decidendi. Vi tus unita fortior in se ipsa, quàm dispersa. Pluris valet totum in toto, quàm pars in parte.*

7.8. *Multiplicatio Dominorum in Republ est perniciosa. 9. Ad statum imperii Romani perti et, ut Principatus sint individui, ne per successionum divisiones lacerentur.*

10. *In divitiis & dignitatibus consistit decus, & splendor imperii. 11. Per divitias crescunt, & conservantur familiae illustres, sine iisdem sordescunt, & decrescunt. 12. Stultum est, sine divitiis de illustri dignitate seu Nobilitate certare.*

13. *Familiae illustres per nimias divisiones multiplicatae vilescunt, & praeter nomen dignitatis nihil retinent. 14 Variatur matricula imperii, & collectae redduntur incerta.*

15. *De consuetudine notoria haec feuda à pluribus dividuntur. Omnium ferè populorum moribus haec feudorum divisio recepta.*

16. *In Germania non ipsa jura regalia Ducatuum, &c. sed potius administratio fructus, & commoditates dividi censentur. 17. Principes, qui di ... runt, de omnibus partibus & ditionibus, ac si nulla divisio facta esset se nominant, & titulos usurpant.*
18. *Commodè id fieri quando potest.*

19. *Uno ex his delinquente in alterius territorio non potest ab alio puniri.*

20. *Administratio & emolumentorum perceptio dividuntur, ipsa regaliorum & jurisdictionis substantia apud omnes in solidum manet.*

21. *Administratio ab ipsis feudis differt.*

22. *In Hassia administratio & emolumenta inter agnatos divisa, ipsum tamen jus beneficiarium mansit, & jam nunc est indivisum. 23. Ipsum dominium totius ditionis Hassiacae cum pertinentibus ad omnes Hassiae Landgravios aequaliter, & pro indiviso pertinent. 24. Sunt tamen quaedam etiam ipsam administrationem respicientia adhuc indivisa inter Hassiae Principes Regentes.*

25. *Exceptio confirmat Regulam in casibus non exceptis. 26. In non exceptis judicatur juxta Regulam.*

27. *Divisio Ducatuum juxta Germaniae consuetudinem non secundum ius commune, sed secundum pacta antiqua cuiuslibet familiae fit.*

28. *Etiam vera divisio eiusmodi feudorum fieri potest, accedente Imperatoris consensu & non contradicentibus subditis.*

29. *Quidam Ducatus, ut Electoratus omninò divisionem non admittunt 30. In Ducatu Bavariae, Brunsvicensi, & Wirtenberg nisi Primogenitus solus succedit reliquis fratribus alimentatione relictâ. 31. Quod ipsum non alienum à sacra historia Veteris Testamenti.*

32. *In quibusdam Ducatibus pacto familiae ius primogeniturae utiliter introductum.*

33. *Ubi unus tantum debet imperare, aequum est, ut maior natu imperet.*

34. *In Hassia duae sunt lineae, Cassellana & Darmstatina, in utraq; ius primogeniturae receptum.*

35. *Unius familiae diversarum lineae Principibus concurrentibus, ac ordine praecedentia, ut plurimùm aetatis tantum ratio spectatur. 36. Senior iuniori, in honoribus, sessionibus, &c. praeferendus. 37. Maior aetas facit digniorem inter aequales. 38. Inter Hassiae Principes utriusq; lineae nuperrimè hoc ipsum expressè cautum, & ab Imperatore confirmatum est.*

39. *Limitantur praedicta, & fallunt, in instrumentis subscriptionibus, &c*

40. *Maior natu inter Principes eiusdem familiae, in successione aequales, investituram sue, & aliorum nomine petit. 41. Quod & singulari pacto olim inter Ludovicum II. & Henricum Hassiae Landgravios fuit constitutum.*

42. *Iure primogeniturae in aliqua familia non obtinente, omnes tanquam simultaneè investiti, aequaliter succedunt.*

43. *In eiusmodi Ducatuum divisione, & assignatione testamentaria dispositio locum sibi non vendicat.*

44. *Rationes praedictae negativae assertionis. Ex pacto & providentia maiorum, & ex liberalitate concedentis, ad aliquem ipso iure pertinentia, testamento auferri, vel minui nunquam possunt.*

45. *Dispositio, quâ Pater habens feuda antiqua, in quibus filii omnes ad successionem vocantur, disponit, ut solus primogenitus succe... non valet.*

46. *In*

46. In tali feudo succedens non tàm in locum ultimi possessoris quàm primi investiti succedit. Qui vigore primæ investituræ defert feudum ad posteros, ut fons aquam ad rivulos. 47. Succedens non tàm acquirere, quàm acquisitum capere, nec tàm personæ, quàm beneficii & feudi successio fieri censetur. 48 Successoribus in investitura comprehensis à concedente beneficium hoc jam ab initio datum censetur. 49 Ultimus Vasallus semper est primi acquirentis successor, etiamsi feudum per mille manus ambulaverit.

50. Feudi successor in præjudicium successorum nihil disponere potest, neq; per testamentum, neq; inter vivos. 51 Etiamsi Domini consensus intervenerit. Primævus feudi status ne quidem consensu Domini, in præjudicium successorum mutari potest.

52 De successione Regia, non jure hereditario, sed jure sanguinis, legis, aut consuetudinis delata. Rex testari non potest. 53. Etiam omnibus masculis Regij sanguinis deficientibus successor testamento constitui non potest, sed per Proceres, nova interveniente electione.

54. Dignitates regales filius sunt Reipubl. nec ab ea separari possunt, sicut nec radii solares à sole.

55. De Ducatibus, Comitatibus, &c. qui jure sanguinis deferuntur, regulariter testamentum non valet. 56. Limitatio, nisi ipsi successores testamentum ratum habeant, & pacto, vel jurejurando illud confirment.

57. Feuda dignitatum ex speciali jure non admittunt ullam successionem hereditariam.

58. Limitantur præcedentia, de Regnis & Principatibus hereditarie & communi successionis iure non obvenientibus, &c. Regna omnia iure deferuntur hereditario. 59. Primis & mediis temporibus imperium Romanum testamenti, & successionis iure delatum. 60. In omnibus ferè Principum Germaniæ familiis testamentaria dispositiones frequentantur.

61. Philippus Senior Hassiæ Landgravius testamento filios 4 æquali quidem iure, inæqualibus tamen portionibus heredes instituit.

62. Condiderunt etiam testamenta eiusdem filii Wilhelmus Ludovicus, Georgius, & non ita pridem huius filius Ludovicus Junior, &c.

63. Eiusmodi Principum testamenta inter liberos, etiam portionibus inæqualibus assignatis, non facilè impugnantur. 64. Inter agnatos aliàs ex pacto & provi[...]entia maiorum vocatos, condita, frequentia sunt. 65. Agnati publicatis & visis testamenti tabulis ultrò illud acceptantes, contra venire non possunt. 66. Maximè si iureiurando ad eiusdem observantiam se adstrinxerunt. Juramentum actum reddit irrevocabilem.

67. Princeps in testamento non potest ius primogenituræ in præiudicium aliorum filiorum, ipsis invitis erigere 68. Jus ipsis ex prima investitura quæsitum sine facto ipsorum auferri non potest.

69. Filius etiam vivo patre censetur esse investitus de Feudo. 70. Et feudum paternum quodammodo habere & possidere. 71 Habetq; ius quæsitum ex persona propria, ideoq; non dicitur acquirere, sed jam in vita quæsitum capere.

72. Primogenituræ ius non est beneficium patris, sed legis, vel consuetudinis.

73. Primogenitura regalis sine Principis summi autoritate constitui non potest.

74 Primogenitura ratione regalis dignitatis publici iuris est, ideoq; dispositioni testamentariæ & pactioni privatorum non subiacet. 75. De rebus primogenituræ regali subiectis nec compromitti, nec transigi potest, sine summi Principis autoritate.

76. Principes imperii respectu suorum subditorum publicam sustinent personam, respectu Imperatoris, & totius imperii pro privatis habentur.

77. Limitantur hæc, non procedere in Regnis & Principatibus merè hereditariis, &c. Primogenito excluso secundogenito prærogativa illius iuris conferri potest. 78. In eiusmodi successionibus magis attendenda commoditas subditorum, & habilitas succedentis, quàm gradus, vel ordo ætatis. 79 David Salomonem secundogenitum prætulit Adoniæ primogenito.

80. Princeps in testamento uni ex filiis maiorem portionem assignans, hac adiectâ motivâ, quia is sit primogenitus, non censetur ius primogenituræ instituere voluisse 81. Illa determinatio non tàm causam finalem, quàm impulsivam arguit. 82 Universalis omnium filiorum institutio cum primogenituræ iure, & natura pugnat. 83. Non tàm hereditas distributivè, quàm heredis instituti qualitas denominativè ex institutione spectanda.

84. Hoc casu quilibet accipit suam portionem in qua est institutus, tanquam præcipuam, in reliquis verò succedunt æqualiter.

85. Ex notoria & universali Germaniæ consuetudine in feudis regalibus (excepto Electoratu) ius primogenituræ locum non habet, sed pari iure Feudi successores succedunt. 86. Jus primogenituræ non est qualitas primordialis feudorum, sed accidentalis. Ex natura feudi omnes vocati æqualiter succedunt.

87. Præ-

87. *Prædicto casu omnes succedentes, & dividentes inter se Ducatum, &c. nihilominus sunt & manent Duces & Principes universi Ducatus, &c.* 88. *Ipsa Regalis dignitas, & feudi substantia manet indivisa* 89. *Servitus in fundo quæsita per partes ejusdem indivisa retinetur.*

90. *Principes rursus eveniente casu successionis solidum Ducatum vigore primæ investituræ consequi possunt.*

91. *Dignitas Ducatus, Comitatus, personæ cohæret.*

92. *Princeps partem principatus etiam minimam adeptus, est & manet Princeps, Dux Comes, &c. expulsus à Ducatu, &c. nihilominus manet, Dux, Comes.* 93. *Omnes ad Comitiorum & circulorum conventus tanquam Principes imperii vocantur, sessionemq; ac votum in Comitiis habent.*

94. *Esse statum imperii personæ celsitudo est, & summi Principis beneficium, non glebæ pretium.*

95. *Comitatus unitus Ducatui & Principatui, capitis naturam habere censetur.* 96. *Civitas & castrum ubi unitur Marchiæ, censetur esse de Marchia.*

97. *Unio facit rem esse ejus naturæ cujus est id, cui unitur.* 98 *Augmentum sequitur naturam ejus, cui accedit, & secundum eam regulatur. Unum connexorum censetur alteri esse conforme.* 99. *Unio res unitas ad eandem essentiam reducit, ita ut magis dignum trahat ad se minus dignum* 100. *Et minor pars unita majori censeatur facta illius appendix.* 101. *Semel unitum & aggregatum dividi aut separari non potest.*

102. *Comitatus unitus Principatui regulatur secundum illius leges.* 103. *Connexorum, & unitorum idem judicium. Idem juris est in unitis & accessionibus, quod est in principali.* 104 *In ditionibus maioribus individuis ad imperii statum pertinentibus omnia bona particularia respiciunt in unum caput, cujus naturam induunt, & sequuntur.*

105. *Augmentato regno, pars augmentata eodem jure censetur, quo regnum ipsum iisdemq; moribus & consuetudine regitur.*

106. *Comitatus unitus peculiaria privilegia habens, per unionem ea non amittit, sed retinet.* 107. *Belgicæ ditiones diversorum olim Dominorum imperio subjectæ, postmodum ad Domum Burgundicam & Austriacam, ac tandem ad Regnum Hispanicum devenerunt, istâ semper expressâ conditione, ut singulis provinciis sua cuiusq; iura, & immunitates sarta tectaq; manerent.*

108. *Unio non efficit, ut Comitatus sit Ducatus, fit enim unio salvâ cujusq; substantiâ, nec per se mutat bonorum separatorum naturam.*

109. *Sæpè fit, ut Ducatus vel Principatus ex multis particularibus collectus, corpus individuum fiat, & tanquam feudum imperii, ab imperio recognoscatur. Exemplo Hassiæ Landgraviatus multas partes integrales continentis.*

110. *Tàm is, cui Comitatus Ducatui unitus: quàm is, cui Ducatus pars adsignata est, in divisione administrationis Princeps regens illius Ducatus esse censetur.*

111. *Investitura simultanea jus certum & irrevocabile omnibus in investitura comprehensis, eorumq; successoribus masculis tribuit.*

ANtiquissimo tempore † sic fuit in Domi- 1
norum potestate Feudum connexum, ut
quando vellent, possent auferre rem in feudum à
se datam. [Indeque dicta manualia. quod manu
Domini liberâ conferrentur, atq; etiam adimerentur, libera quippe eorum potestas, devestire
feudatarios, Bald. *consil* 10. *sub num.* 1. inter consil.
Angel. quem ad hoc allegat, Andr. Knich. *de autocrat. Rom. Imp c.* 1 *n.* 1023] Postea v. eò ventum
est, ut per annum tantum firmitatem haberent
feuda. Deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis producerentur, ita ut ne quidem ad filios
jure successionis pertinerent. Tandem progressum est, ut etiam ad filios deveniret. Sed cum
hoc jure successionis ad filios non pertinerent,
sic progressum est ut ad filios deveniret (in quem
scilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare) quod hodie ita stabilitum ut ad omnes æqualiter veniat, *text, in c. un.* 1. *Feud. tit.* 1. §. *& quia,
& ibi Cujac.*

Et postquam Feudorum † mores Longobar- 2
dorum imitatione in Germania increbescerent,
beneficia tam regalem dignitatem annexam habentia quàm alia successionis jure deferri, & perpetuari cœperũt, ut præcedenti c. monui. Quamobrem operæ pretium esse duxi, quædam de successione & divisione circa Feuda regalem dignitatem annexam habentia, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baronatus, &c. annectere. Nam quamvis & hæc † non minus quàm alia sanguinis 3
propagatione in seram posteritatem deriventur,
[adeò, ut in imperio Romano, † nullus sit
Principatus, nullus Comitatus, qui electione 4
transferatur, sed omnes sapientissimo majorum
nostrorum consilio, ita sunt constituti, ut, ab
Impera-

Imperatore & imperio dependeant, & ad eos transferantur, qui ex investituris Cæsareis in iis succedendi jus habent, uti in causa Ducum Holsat. respondit Dn. Vult. *consil. Marp. 35. sub n. 205.*
5 *volum. 3.* Non tamen † communi successionis jure æstimantur, sed singulari & suo quodammodo jure transeunt per tradita, Zas. 1. *consil. 8. n 40 & seqq fac. text. in. c. un. in fin. de alien. feud.* Köppen *decis. 8. n 16. part 2.* Cothman. *consil. 1. nu. 195. vol. 5.* indeq; regulariter) divisionem nauseant. *text. in cap. un. §. 1. vers. praeterea 2. de Feud. 55. de prohib. feud. alien.* per Frid. Cujac. 2. *Feud 12.* Schrad. *de Feud. p. 8. c 2. sub. n 31.* [Geil. 2. *obs. 116. num 13 & observ. 153.* Vult. *consil. Marp. 35 n 70 71. volum*] idq; multis firmatur rationibus.

6 1. Quia in hisce virtus † unita fortior in se ipsa, quam si sit dispersa, Rosenth *de Feud. cap. 9. concl. 55. gl. a* [Et pluris valet totum in toto, quàm pars in parte; Johan. Oldendorp. 3. *consil. Marp. 5. num 105.*]

7 2. Quia † divisio talium Feudorum multiplicaret Dominos ut dicit Bald *in c. 1. §. si quis. n. 4. & 5. quo temp. miles,* quæ multiplicatio reipub. foret perniciosa, *c. in apibus, 7. q 1.* Cravett *consil. 614. num. 9.* [Gylman *in symphorem Tom. 1. vot. 1.*
8 *num. 146 fol 108.*] Unde † Principatus vel Ducatus dicitur corpus sphæricum, quod si divideretur destructionem induceret, Lancellot. *in templ. jud. lib. 1. c. 2. §. 1. q 1. num 5* Andr. Knich. *de Saxon. nonprovoc. jur. c. 3.* [Et ad statum imperii Ro-
9 mani † pertinere, ut Principatus sint individui, ne per successionum divisiones lacerentur, scribit Joh. Oldendorp *consil. Marp 5. n. 28 vol. 2.*]

10 3. Per divisionem † majorum Feudorum diminuerentur divitiæ & dignitates, in quib. consistit decus & splendor imperii, Hier. Schurff. 2.
11 *consil. 27. num. 1.* Per divitias † namque crescunt & conservantur familiæ illustres, *l. quisquis. Cod. ad l. Iul. Majest. l. 6. C. de susp. Tutor. l. 3. in pr. de testib.* & sine iis sordescunt & decrescunt, *l. 9. C de quaest.*
12 Cothman. *consil. 19. num 12.* Et stultum est † sine divitiis de illustri dignitate seu Nobilitate certare, ut ex Hostiens. dicit Wesenb. *cons. 4. nu 43.* quæ absq; iis manca est & ludibrio exposita, Tyraquel. *de Nobilit. c. 25. n 9.* Hinc Æneas Sylvius *in Epist. 71.* inquit: mundalis honor divitiis sustentatur, quæ sunt fidejussores futuris necessitatibus, & sine quibus mortua est mortalis dignitas.

13 4. Familiæ † illustres per nimias divisiones dispersæ & multiplicatæ vilescerent & præter nomen dignitatis nil retinerent. *arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars, l. communi dividundo, ff. de com. divid.* Vult. *2. Feud. 8. n. 36.* [*Et consil. 25. n. 37. & seqq. vol. 2.*]

5. Variaretur † matricula Imperii & collectæ redderentur incertæ, Andr. Geil. 1. *obs. 153. n. 4.* 14
[Plures, & alias rationes vid. apud Vult. *d consil. 35. num. 70. 71. vol. 3.* Et quæ pro & contra prolixè adducit, Johan. Köppen *decis. 8. nu. 16. & seqq. part. 2.* Ducatum Borussiæ hac expressa lege concessum Marchionibus Brandeburgicis legimus, ut indivisus maneret, ceu ex tenore investituræ videre est apud Pistor. *in corpore Hist. Polon. Tom. 1. fol. 230.*]

De consuetudine tamen notoria † plurimi 15
etiam hæc Feuda dividunt, Geil. *d. obs. 153. nu. 2.* Schneidvv. *ad § quadam actiones, num. 37. instit. de action.* Vult *Feud. c. 8. num. 36.* Ernest. Cothman. *4. consil. 11. num. 94.* ubi dicit omnium ferè populorum moribus receptum esse, ut hæc feuda dividantur, Rosenth *de Feud. c. 9 conclus. 56. num. 5.* Ubi in Lombardia tota Italia, Gallia, & Germania vel experientia teste ita servari tradit [adde Vult. *d. consil. 35. n. 245. vol. 3.* Et omnium latissimè & plenissimè, Ernest. Cothman. *consil. 1. per tot volum. 5.*]

Notandum tamen quod in Germania † in 16
dubio non tam ipsa jura regalia Ducatuum & similium majorum feudorum, sed potius administratio, fructus & commoditates quasi ex usu dividi censeantur, ut post Alex. Curt. Henning. Cöden. tradit Wesenbec *cons. 32. num. 8. & seqq.* [Johan. Oldendorp. *Class. 4. act. 22. vers. Ducatus, Marchia, Comitatus. Et Class. 5. rubr. de act. benefic. vers cui & illud est conse, uens* Menoch. *consil. 163. n. 20. 21. & passim per tot.*] Ideoque Principes † qui 17
diviserunt hoc modo non solum de illis partibus, Comitatibus & ditionibus, quas singuli administrant, se nominant, & titulos usurpant, sed de omnibus, ac si nulla divisio secuta esset, ita ut ipsum corpus dignitatis regalis nō videatur scindi, Rosenth. *d. concl. 56 n. 9.* Idque commodè fieri potest † si Ducatus contineat loca, præfecturas 18
& ditiones separatā jurisdictionem habentes, [illegible] Hieron Schurff. *consil. 37. num 4. cent. 2.* Ludolph. Schrader. *de Feud. p. 8. c. 2. num. 39.* Unde † si unus ex his delin- 19
queret in alterius territorio, non posset ab alio puniri, quia cum jurisdictio sit communis inter

eos, par in parem non habet imperium, *ut & ot in l. communi. ff de com. di v d. fac. e prudentem in pr de offic. deleg.* & ita ex Bart. tradit Schutff. *d. loc.*

20 Licet itaque † administratio & emolumentorum perceptio diuidantur, tamen ipsa regaliorum & jurisdictionis substantia apud omnes
21 in solidum manet. Et hæc administratio † alia est ab ipsis Feudis & eorum dismembratione, sicut aliud est Magistratus, aliud Magistratus functio, aliud Prætura, aliud Præturæ administratio, aliud jurisdictio, & aliud jurisdictionis exercitiũ, Hetman. Vult. 1. *Feud. 8. sub n. 36* [Et hæc distinctio in ipsis imperii constitutionibus non destituitur fundamento, , R. A. zu Erfurt / de Anno 1567. §. So viel dann die von Hertzog Johan Friederichen eingehabten theyl Landes / ibi. inmassen die Chur vnd Fürsten zu Sachsen vnnd Landgraffen zu Thüringen / vber etlich viel hundert Jahren / solche Lande in Lehen vnnd Gewehrschafft gehabt / genossen vnd gebrauchet / vnnd also auff beyde Hertzogen zu Sachsen / Gebrüdere kommen vnd gefallen / auch von Käiser Ferdinandum durch sie die Hertzogen in gesambt NB. vnzertheylt zu Lehn empfangen vnnd vnzertrent in solidum ersessen / &c. junct. Recess. Imp Spirens de Anno 1570. Was dann seyn Hertzog Hans Friedrich übrigen Antheyl Landes Et Recess. Ratisbon. de Anno 1576. §. Bey berahtschlagunge / ibi: Da zwey drey oder mehr Stände in Besitz vnnd Niessunge einer vnzertheylten Herrschafft seyn / &c.

22 Sic constat † ditionem Hassiæ cum omnibus Comitatibus & bonis immobilibus esse uniuersitatem majorem militaris dignitatis individuã, *d. §. præterea, 2. Feu l. 55.* quamvis administratio & emolumenta, ut olim sæpè, ita & hodie sint inter agnatos divisa, ipsum tamen jus beneficiarium mansit, & jam nunc est indivisum, Oldendorp *int. consil. Mar vol. 2. consil. 5. in ipsa fact. specie. & n. 97.* Ideoq; tam † possessio civilis, quam
23 Dominum ipsum totius Ditionis Hassicæ cum pertinentibus Comitatibus, Ditionibus & præfecturis ad omnes Hassiæ Landgravios æqualiter & pro indiviso pertinet, & diviso facta, administrationem, emolumenta & naturalem possessionem respicit, vid. Act. In Sachen Hessen / contra Hessen / die F. Marpurg. successi. betreffend, *in deduct. caus. Princip. n. 88.* [Similiter in terminis Ducũ Holsatiæ respondit Vult. *3 c. ns. Marp 35. n 35*]

24 Sunt tamen † quædam ipsam etiam Administrationem respicientia adhuc indivisa in Hassia inter Principes Regentes exjurata perpetua & hæreditaria conventione, ut sunt das Hessische Hoff- vnd Revisongericht / die Landtage / Synodi vnd
25 Zölle. Et hæc † exceptio confirmat regulam de universali administrationis divisione in casibus non exceptis Bart *in l. quæsitum, §. denig. de fund. instr. leg.* Eberhard. *in loc. legal. ab except* Cachetan. *decis. 50. n. 10. & seq. fac l nam quod liquide, ff de pen. legat* Et in non † exceptis, iudicatur iuxta regulam, Rutg. Ruland. *de Commissar. p. 1. lib. 2. c. 3. nu 3.* [Hæc tamen, † quæ de divisione Ducatuum iuxta Germaniæ consuetudinem dicta sunt, non secundum modum iuris communis, sed secundum pacta antiqua cuiuslibet familiæ, habita ætatis, lunearum, aliarumque circumstantiarum ratione intelligenda, uti declarat Johan. Köppen. *decis. 8. num. 21 part 2.* Cui addi possunt tradita à Zas. *consil. 8. num. 9. 10. 11. lib 1.* Ernest Cothman. *consil 1. num. 251. vol 5.* Græv. *2. pract. conclus. 153. sub n. 6.*] 26 27

Quod etiam † vera divisio Ducatum & similium Feudorum fieri possit, accedente Imperatoris consensu, & non contradicentibus subditis, multis Dd. auctoritaribus tuetur, Ernest. Cothman. *c. ns. 11 n. 65. & seqq. vol 4.* 28

Quidam tamen † Ducatus omninò, ne quidem quoad administrationem & emolumentorum perceptionem, divisionem non admittunt, ut sunt Electoratus, Aur. Bull. *Carol. IV cap 24.* ubi ita disponitur Darumb wöllen wir vnd setzen dz ewiglich zu halten / daß nun fortan zu künfftigen Zeiten / das Königreich Böhmen / Graffschafft der Pfaltz beym Rhein / das Hertzogthumb zu Sachsen / Marckgraffschafft Brandenburg / vnd der Lande / Gebiete / Huldigung vnnd Dienstbahrung / vnnd tegliche die darzu gehören / wie die genant seyn / weder zutrennen noch zertheylen noch mit keinerley Sachen nicht zertheylet werden / besonder sollen sie mehr in ihr gantz Vollkommenheit bleiben ewiglich, vnnd der Erstgeborne Sohn soll Nachkommen seyn / in den Sachen / vnd jhm sollen alle Herrschafft vnd Recht folgen. 29

Sic & † in Ducatu Bavariæ, Primogenitus solus succedit, reliquis fratribus alimentatione relicta: Idem introductum in Ducatu Brunsvicensi & Würtenbergensi. [Idq; multorum Ducatuum & Principatuum Italiæ exempl s comprobat, Alexand. Raudens *consil t num 83 add.* Cothman. *5. consil 1. passim per tot.* Quod ipsum † etiam non alienum est à sacra Historia veteris Testamenti Legimus enim de Josaphat, cum plures habetet filios, dedisse illis multa munera, argenti, auri ac pensitationes cum civitatibus muniris, Regnum verò ipsum tradidisse Joram, eò quod filius esset primogenitus, *2. Chronic. 21. vers 2. & seqq.* vid. Tyraquell *de primogenitur. in præfat. num 4* Johan. Lecirier. *de primogen. q. 13.* Azorii. *instit. moral. lib. 11. cap. vers. secundò quaritur & versic. seqq.*] 30 31

Non

32 Non prætereundum, † quod in quibusdam
Ducatibus, jus primogenituræ non agnoscenti-
bus, multiplicatis familiis. postea pacto familiæ
utiliter fuit introductum, ut in qualibet familiæ
linea Primogenitus succedat. [Ubi enim † unus
33 tantum debet imperare, æquum est, ut imperium
sit apud majorem natu, *c. licet, & ibi Dd. de vot.*
Oldrad *consil. 94. nu 4.* Marc. Ant. Natt. *consil. 503.*
n. 2. Cardin. Tusch *pp. conclus. 653. n. 3. verb. primo-*
34 *genitura.*] Sic in Hassia † duæ jam sunt lineæ Cas-
sellana & Darmbstadina. Et quamvis ratione to-
tius ditionis Hassiacæ nullum Primogenituræ
jus unquam valuerit, hodie tamen singulari pacto
& conventione, [accedente S. Cæsar. æ Majesta-
tis solenni confirmatione,] in utraque linea Pri-
mogenituræ jus receptum. Idem est in Pomera-
nia, Ducatu Megapolitano & aliis.
35 In his autem † unius familiæ, diversarum ta-
men linearum. Principes si concurrant, in ordine
præcedentiæ, ut plurimum ætatis tantum præro-
gativa spectatur, Anton Coler. *de jur. Imper. Ger-*
man sect. 69. sive ex primogeniti linea sit, sive ex
alia. [Per tradita Ernest. Cothman *consil 25. n. 9. &*
36 *seqq vol. 5.* ubi dicit expeditissimi juris esse, † Se-
niorem, juniori si cætera paria sunt, sine ulla con-
troversia & indignatione justa, in honoribus, ses-
sionibus, sententiis dicendis, subscriptionibus &
similibus præeminentiæ juribus præferri, *arg. l. 1.*
verb. antiquissimus, ff. de alb. scrib. l. & qui originem,
§. præses, ff. de muner. & honor. Et hoc multis vetu-
stis & recentioribus exemplis eleganter firmat,
Melch. Goldast. *de Majoratu, lib. 1. c 22.* Maior e-
37 nim ætas † facit digniorem inter æquales, *l. sem-*
per ff. de jur immun. l fin de fid Marc. Anton. Natt.
consil. 506 num. 22. & consil. 678. n. 30. & seqq. ubi
de ordine & præcedentia Ducum omnino viden-
dus, Matth. Wacker. Consiliar. quondam Cæsa-
reus *in voto suo elaboratissimo, controv Saxon. de jur.*
præcedent. ubi tradit, quod per regulam, in electi-
onibus, honoribus & dignitatibus cæteris pari-
bus seniores junioribus præferantur, *l. fin. C. de ty-*
ron l 7. d. l. semper in pr. de jur. imm. Natt. *d cons. 503.*
38 *n. 2.* Idq; etiam † in nupera hereditaria conventi-
one inter Hassiæ Principes Cassellanæ & Darmb-
stadinæ Lineæ, expresse cautum, & à S. Cæsarea
Maiestate confirmatum, daß nemlich die Regie-
rende Fürsten zu Hessen/deren mehr nicht als zwey sein sol-
len/vor allen andern nicht Regierenden/ secundum ætatis
prærogativam (uno atque altero casu excepto,)
den Vorgang haben/unter denen Fürsten auch die ipso actu
seine Regierende Herren seynd/solle der jenige der von Jah-
ren der Elteste ist allenthalben vorgehen/ ob schon andere
von älterer Lini/ oder Zu erbunge einer Fürstlichen Regie-
runge näher weren. Hoc tamen puto fallere † in 39
instrumentis & subscriptionibus, ubi ponitur se-
ries successionis juxta linearum & juris primo-
genituræ prærogativam. quia ibi non ætatis, sed
successionis & linearum ordo & prærogativa at-
tendenda, idque etiam tenor investiturarum in-
ter Hassiæ Principes, satis superque ostendit.
Confer Jacob. Alemanu *in Palæstr consultat. jur.*
con ult n. 7.] Præterea † maior natu, inter Prin- 40
cipes eiusdem familiæ, qui in successione æqua-
les sunt, investituram suo & aliorum nomine pe-
tit, prout agitatum in causa Herrn Ernst M. zu
Baden/ contra Herrn Wilhelm M. zu Beyern/
apud Meichsner *tom 2 lib. 1. decis. 5. fol* 411. ubi in
actis proponitur, daß es bey dem Hause zu Ba-
den/wie auch sonsten im Reich herkommen/daß
allerwegen der Elteste Fürst von sein vnd der an-
dern wegen die Lehen empfangen. Quod etiam † 41
singulari pacto olim inter Ludovicum eius no-
minis secundum & Henricum Hassiæ Landgra-
vios fuit constitutum, daß der Elteste in allwege die Rega-
lien vnd Lehenschafften von Keyserl. Maj. von seiner selbsten
vnd der andern wegen als ein Sampthehen empfahen vnnd
tragen solte/ uti apparet ex actis in causa Hessen contra
Hessen/ in class. 4. der Fürstlichen Schreiben den Primoge-
niturstreit betreffend. Ex quo tamen pacto appa-
ret, allegatam in actis Badensibus consuetudi-
nem, non esse universalem & satis tutam, alias
namq; hoc pacto opus non fuisset, ideoq; in eis-
dem actis Badensibus istis assertioni contradictũ
fuit, ut apparet apud Meichsner supra alleg. loc.
Si verò Primogenituræ † ius in aliqua Familia 42
non obtineat, omnes tanquam simultaneè inve-
stiri æqualiter succedunt. maximè si investitura
directa sit auff die rechte Manns- Leibes- Le-
hens erben zugesambten Lehen.
An verò in eiusmodi † Ducatuum divisione 43
& assignatione, testamentaria dispositio locum
sibi vendicet. ita ut testator iis, qui ab intestato
æqualiter essent successuri, per testamentum in-
æquales portiones possit assignare? Et sunt ratio-
nes firmissimæ quib. negativa defenditur Nam
† quæ ex pacto & providentia maiorum, & ex 44
liberalitate concedentis ad aliquem ipso iure
pertinent, testamento auferri vel minui invitis
nobis non possunt, *text. in l eum qui, 3. ibi:* quæ
verò non à patre sed à genere, à civitate & re-
rum natura tribuerentur, ea manere eis incolu-
mia, *ff de interdict. & relegat. l 22 § 1. in fin. ibi,*
non oportet admitti fideicommissum, quia hoc

non judicio ejus, scilicet defuncti, ad eum pervenit, sed principali providentia, *ff. de adoption text. notab. in l. un. ibi*, ex his enim successionibus, debiti potius solutio quàm muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam, ipsâ propinquitatis serie deferuntur, *C. de imponend. lucrativ. descript. text. in jure Feud in c. 1. ibi*, nulla ordinatione defuncti in feudo valente, *de success. Feud.* Bart *in d. l. 3. eum qui, ff. de interdict.* Ludov. Molin. *de jure Primogenit. Hispan lib 4. cap ult nu. 4 & 9.* Hieronym. Schurff. *consil. 47 cent. 1. & consil. 17. nu. 6 cent 3.* Rosenth. *de Feud. cap. 9. conclus. 67. n. 2. & 3* Wesenb. *consil. 15. num. 21.* [Herman. Vultej. *consil. Marp. 25. nu. 16. & aliquot seqq. vol 2.* ubi rationes hujus rei elegantes adfert.] Anton. Fab. *in C. rerum in Sabaud judic. lib. 4 tit. 1. defin. 4.* Tiber. Decian *resp. 17. num. 32. & seq. vol. 3.* [Matth. de
45 Afflict *decis. 19. n. 2.* ubi dicit, † si pater habeat feuda antiqua, in quibus filii omnes ad successionem sunt vocati, disponat ut solus primogenitus succedat, istam dispositionem non valere. Vid. etiam Caspar. Anthon Thesaur. *quæst 34. n. 16. & seqq.*]

46 Nam † qui in tali feudo succedit, non tam in locum ultimi possessoris, quàm primi investiti succedit, [qui est velut pater communis agnationis *c. un. §. cum vero de his, qui feud. dar. poss* Curt. *de Feud part 1. quæst. 8 colum. 2 in princ.* Cacheran. *decis. Pedemont. 161. num. 7. vers nec nocet.* Et vigore primæ stipulationis ac investituræ, defert Feudum ad posteros, velut fons aquam ad rivulos, *gl. ff. in l. si donato, § fin. in verb. inchoare ff. de donat. inter vir. & ux.* Geil. *2. obs. 49 num. 3. in fin & observ 154. num. 4. & seq.* Wesenbec. *consil 41. num. 105. & seq.* Vultej. *consil. Marp. 25. num 25. vol. 3. Fac. text in c. 1. in verbis per investituram patris vel avi, de Feud. March.* quem text. ad hoc valdè not. Bald *ibid* Bart. *in l. eum qui, ff. de interd & relegat.* M. Anton. Natt. *consil 502. nu. 30. 31. & 32.* Et suc-
47 cedens † non tam acquirere, quàm acquisitum capere censetur per tradita Hieron. Schurff. *consil. 23. nu 2. cent 1.*] nec tam personæ, quàm beneficii & feudi successio fieri censetur, *cap. un. 2. Feud 11. vers. ad cognatos, ibi*, ad cognatos enim ejus beneficium non pertinet, neque beneficii successio. Anton. Fab. *in consultat. de Ducat Montisfer. pro Duce Sabaud. part. 1. p. 114.* [Cacheran. *d. decis 161 num. 7 vers. nec nocet.*]

48 Cum enim † successores æquè in investitura sint comprehensi, atque primus investitus, à concedente beneficium hoc jam ab initio datum iis censetur, tanquam, non tam in jus, quàm in locum primi acquirentis successuris, idemq; jus per mediam quidem primi acquirentis & subsequentium personam, ex proprio tamen capite habituris, ut eruditè enucleat, Anton. Fab. *in d. consult. p. 117.* [vid. Molin. *de primogenit lib. 1 cap 1. nu. 17. & lib. 3. cap. 6. sub nu. 29.* Frider. Bosi *in controvers. Mantuan art. 6. nu. 468 & seq.* Quò pertinet Re-
gula † ultimum vasallum, semper esse primi ac- 49
quirentis successorem, etiamsi feudum per mille manus ambulaverit, Dd. *in c. 1. §. 1. de success Feud.* Zas. *de Feud part. 8. num. 5.* Deci. *consil. 78. num 4.* Natt. *d. consil 502. num. 30. & seq.* Geil. *2. obs 149. num. 3 & observ. 150. num. 5.* Regner. Sixtin. *consil. Marp 11. num. 21. & seq. vol. 3.* Cardin. Mantic. *de tacit & ambig convent. lib. 23 tit. 27. num 1. 6. 7. & seqq.* Hotoman. *consil. 31. n. 16. & 26.* ubi id pulchris rationibus firmat.]

Quamobrem cum illud † jus non ex testatoris 50
beneficio descendat, neq; ejus dispositione tolli debet, unde in Feudis ex pacto & providentia & vel maximè simultaneis, Feudi possessor in præjudicium successorum nihil disponere potest, neq; per testamentum, neque inter vivos, Marian. Socin. Jun. *cons. 65. nu. 19.* Wesenbec *cons. 41. nu. 105. & seqq.* Ernest. Cothman *consil 67 nu. 69.* Schrader. *de Feud. p. 7. cap. 2. num. 3* [Andr. Geil. *supra allegat loc.* Etiamsi † Domini consensus interve- 51
niat, Qui quidem suo non autem agnatorum juri opera majorum quæsito ratificando præjudicare potest ut eruditè & multis deducit Natt. *d. consil. 502. n. 30. & seqq.* Inò eque primævus Feudi status, ne quidem de consensu Domini, in præjudicium successorum mutari potest, Menoch. *consil 1. nu. 125. & consil. 101. num. 58.* Vult. *consil. Marp. 25. nu. 26. volum. 3.* Thoming *decis 23. n. 7.*] Atque omnia Feuda præsertim Ducatus & Principatus hodie censeri hereditaria vel mixta: vid. Gœdd. *4 consil Marp. 16 n. 125.*

Et sicut de † successione regia quæ non jure 52
hæreditario sed jure sanguinis, legis aut consuetudinis defertur, usque adeò Regem testari non posse, ut ne quidem Primogenitus Regis, aut alius proximior, cui regnum debetur, id vi testamenti vel alterius dispositionis capiat, Philip. Franc. *ad rubr. num 36. de testam. in 6.* Martin. Laudens. *de Principe, q 380.* Coras. *in l filium quem nu. 22. C famil. ercisc.* Hotom. *de jur. success. reg. in reg. Francia, l. 1* [Carol. Molin. *in consuetud Paris. tit 1. §. 8. gloss. 3. n. 9.* ubi id etiam procedere dicit.] † eo 53
casu

casu si omnes masculi deficerent sanguinis regii, ut nec eo casu successor testamento constitui possit, sed potius per proceres Regni, nova interveniente electione. Ernest. Cothman. *consil.* 41. *n.* 1. *& aliquot seqq. & n.* 11. refert ex Crantz. *in sua Dan. lib.* 2 *cap* 3. ita scribentis: *Equidem ædes, agros, vineas & his similia, testamento dari audivimus: Regnum autem præstare charitatis beneficio, pro ligii loco habendum est.* Hinc Bald. *in c* 1. *de Feud March.*
54 scribit, † dignitates Regales solius esse Reipublicæ, & sicut radii solares à sole, ita & hujusmodi dignitates à Republica à qua ortæ sunt, separari non posse, Udalric. Zas. *consil.* 8. *nu* 9. *lib.* 1. In tantum ut ne quidem Rex quos velit, contra Regni Legem tutores successori dare possit per tradita Ernest. Cothman. 1. *consil.* 41. *num* 11.] Ita & de Dignita-
55 tibus, † puta, Ducatibus, Marchionatibus, Principatibus, Comitatibus, quæ jure sanguinis deferuntur, & ad successorem in dignitate pertinent, regulariter testamentum non valere, ex Martin. Laudens. Philip. Franc. & aliis tradit Joh. Dauth. *in exposit. L. fin n.* 16 *C de pact* [Geil. 2 *obs.* 116 *num* 9 10. *& seqq* Dauth. *de testament.*
56 *num* 87. *vers subsistunt*] nisi ipsi † successores testamentum ratum habeant, & pacto vel jurejurando id confirment. Quamobrem pro regula
57 traditur † quod Feuda Dignitatum hoc speciali jure habeant, ut non admittant ullam successionem hereditariam, nec tam ex causa successionis hereditariæ deferantur, quàm ex pacto & investitura, *per text. in c. un. de Feud. March. & ibi not.* Bald. [Natt. *consil.* 502. *num.* 4. ubi videndus, Johan. Oldendorp. *consil. Marp.* 5. *num.* 75 Dauth. *ad l. fin num* 16 *gloss. a* 2. *C. de pact*] Ant Fab. *in Consultat. de Ducat. Montuferr. pro Duce Sabaud. part.* 1. *p.* 120. Ernest Cothman. *consil.* 1 *num.* 195 *vol.* 5. *& consil.* 41. *vol.* 1.
58 [Limita tamen præcedentia omnia, † quæ de Regnis & Principatibus hereditario & communi successionis jure non obvenientibus dicta sunt, eatenus procedere quatenus Regnorum vel Ducatuum successioni, singularia quædam jura, Leges, pacta & statuta ejusmodi annexa sint, alias secus per tradita Alexandr. Raudens. *consil.* 2. *num.* 65. *in fin.* Indeque idem Raudens. *in respons.* 1. *num.* 11. Regulam dicit esse, Regna omnia jure deferri hereditario, adductis ibi quàm plurimis auctoribus, & exemplis Portugalliæ & Arragoniæ, item Majoricarum Regnorum, quæ hereditaria dicuntur, & hereditario jure deferuntur, Carol. Molin *in consuetud. Parisiens. tit.* 1. § 8. *gloss.* 3. *num.* 9. *circ. fin.* Nec desunt exempla Regnorum delatorum per testamentariam dispositionem, quorum quædam refert Ærodi. *rer. ab omni antiquitate judicat lib.* 5. *tit.* 3. *fol.* 170. Et constat prius & mediis temporibus imperium 59
Romanum, testamenti & successionis jure delatum, per tradita *supra hoc lib. Class* 3. *cap.* 2. *num.* 4. *& seqq.* Arnoldum Geldriæ Ducem exheredato scripto filio Adolpho, propter atrocissimas injurias, Ducatum Geldriæ Carolo Burgundiæ Duci testamento adscripsisse, & ad ejus heredes devolutum testatur Philipp. Cominæ. *lib.* 5. *commentar.* Notandum etiam hic † quod in omni- 60
bus ferè principum Germaniæ familiis testamentariæ dispositiones frequententur, in quibus vel æquis, vel inæqualibus portionibus filii instituuntur, præcepta Regiminis præscribuntur, Tutores constituuntur impuberibus, vel etiam assignato primogenito principatu, & regimine, reliquis filiis alimenta & portiones bonorum relinquuntur, cum similibus. Sic Philip-
pus senior Hassiæ Landgravius, † princeps pru- 61
dentissimus, Anno Christi 1562. testamento filios 4. æquali quidem jure, inæqualibus tamen portionibus heredes instituit, & multa saluberrima regendi præcepta iis præscripsit. Condide- 62
runt etiam testamenta † ejusdem filii Wilhelmus, Ludovicus, Georgius, & non ita pridem hujus filius Ludovicus junior, Fidelis dictus, princeps meus quondam clementissimus inclytæ recordationis, in quo, relicto filio primogenito Georgio Landgravio, omnibus, Principe dignis virtutibus, ornato, secundum hereditaria & jurata familiæ pacta totius principatus regimine, reliquis filiis pro sustentatione certis reditibus assignatis, factaque substitutione & Tutorum datione multa pro sua, qua polluit in rerum gubernatione, prudentia, salubriter monuit, idque posteà à filiis pubertibus jurejurando fuit confirmatū. Vid. die Fürstliche Ehrngedächtnuß Landgraff Ludwigs / Rubr. von Eröffnung des Testaments. Ejusmodi Principum testamenta inter li-
beros † etiamsi portiones inæquales fuerint assi- 63
gnatæ, propter reverentiam erga parentes, vel etiam jurisjurandi religionem, qua plerunque roborari solent, non memini facilè impugnata quamvis à Feudorum natura, in iis quantisper fuerit recessum. Verùm Principum testamenta, quæ in- 64
ter Agnatos, aliàs ex pacto & providentia majo-

r im vocatos condi solent, non ita observata, aut sine controversia transiisse, superiore & nostra ætate exempla extant, & videre est de testamento Ducis Saxoniæ Georgii ap. Sleidan. *lib.* 12. *sub Anno* 1539. Quò ut opinor, alludit Dauth. *ad l. fin. num.* 16 *in notat. gloss. n.* 2. *in fin.* Eiusmodi enim Feuda imperii, Regalia imperii membra, & non in commercio esse nisi iuxta tenorem investituræ imperialis sub vexillis imperial ter factæ, scribit Carol. Molin *in præfat. ad consil. pro Landgrav. num.* 5. 7 12 *& consil.* 18. *nu.* 9. 13. 17. 20. 27. quem allegat Dauth. *in tract. de testam. nu.* 87.
65 *vers. subsistunt in fin.* Si tamen Agnati † publicatis & visis testamenti tabulis, ultrò acceptarent tale testamentum, sibi præiudicium conciterent quo ad disposita in illo, etiamsi testator aliter disposuerit quam disponere de iure debuit, contravenire non possent, Bart. *in l. licet, & in l. pactum quod dotali, C. de pact.* Bald. *in c. imperialem, de prohib. Feud. alien. per Frid.* Oldrad. *consil.* 139 Cravet. *consil.* 237. *num* 2 *vers. sed magis, & consil* 257. *nu.* 1. Decian. *consil.* 3 *num.* 39 *vol.* 1. *& consil* 2 *num.* 78. *& seq. vol.* 2. Menoch. *consil.* 504 *num* 16. 17 *&* 18. Grammat. *decis.* 103. *num.* 147. Joh Gœdd *consil. Marp* 25. *num* 14. *vol* 1 Vultej. *consil.* 25. *num.* 209.
66 *vol.* 3. Maximè † si interveniente jurejurando ad eiusdem observantiam se adstrinxissent, tunc enim obstricti manerent tantò fortius; quia iuramentum actum reddit irrevocabilem, per ea quæ de iuramenti viribus diximus *supra Class.* 3 *cap.* 9. *num.* 37. *& seqq.*]

67 Ex præcedentibus ulterius infertur, † quod Princeps in testamento non possit ius Primogenituræ in præiudicium aliorum filiorum, qui simultaneè & æqualiter ex pacto & providentia Maiorum suorum vocantur, ipsis invitis erigere: [Ludovic. Molin ita expressè firmat, *de primogen. Hisp. lib* 2. *cap.* 10. *num.* 71. Menoch. *consil.* 161. *num.* 1. *& consil.* 501 *num* 4. Crav *consil.* 624. *nu* 3. Pacian *consil.* 36. *num.* 187. Card. Tusch *pp. conclus.*
68 654. *n.* 5. *& seqq. verb. primogenitura.*] tum † quia habent ius ex prima investitura quæsitum, non beneficio patris, sed concedentis, ideoque sine facto ipsorum auferri id non potest, *l. id quod no-*
69 *strum, de regul. jur.* Hinc etiam † Filius vivo patre censetur esse investitus de Feudo, Jas. *in l quoties, colum* 7. *C. de rei vindicat.* Tyraquell. *in tract. le mort. saisit le vif. in præfat. declarat* 4. *& in tract. de*
70 *primogen quæst.* 40. *num.* 99. & vivo † patre Feudum patris quodammodo habere & possidere, *gl. in cap.* 1 *§. fin. & ibi* Bald Alvarot. Præposit *de Feud. cognit* Ludolph. Schrader. *de Feud. p.* 10. *sect.* 5. *num.* 22. [Habetque ius quæsitum † non per viam transmissionis de una persona in aliam, sed 71
ex persona propria, eveniente casu quo persona anterior tollitur è medio. Paul Castrens. *in l. Aristo, col.* 5 *vers. applicando, ff. de donat* Ideoque per mortem patris succedendo non dicitur acquirere, sed iam in vita quæsitum liberiori administratione capere, per tradita Natt. *consil.* 161. *num.* 37. Cacheran. *decis.* 161. *sub num.* 11. Et in specie, † quia primogenituræ ius non est beneficium 72
patris, sed Legis vel consuetudinis, post Bald. *consil* 360. eleganter firmat Carol. Molin *in consuet Paris. tit* 1. §. 8. *gloss.* 3. *nu.* 7. Hercul. Marescot. 2. *variarum resolut.* 110. *ubi num* 16. ita fuisse decisum Neapoli in causa Baronis Bonatorum, contra Matth. de Afflict. tunc temporis Advocatum refert] Tum etiam; quia † Primogenitura 73
regalis sine Principis summi auctoritate constitui non potest, Dec. *consil.* 1 *num.* 53. *& seq. vol.* 3. Guttier *pract. quæst. canon c.* 14. *lib* 2 Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 4. *cap* 13. *num.* 18. [Qui solus valet statuere, ut in feudo iurisdictionali & Regali, tantum primogenitus succedat, Jas. *consil.* 126. *lib.* 2. Deci *consil.* 269. *colum.* 3. quos allegat & sequitur Marc. Anton. Natt. *consil.* 501, *num.* 29.] Tum denique quia primogenitura † ratione dignitatis regalis, non minus quam 74
ipsa Regalis Dignitas publici iuris est argumento eorum, quæ tradit Bart. *ad l.* 1. *Cod. de dignit. & ibid* Luc. de Pen. Tiber. Decian *respons.* 7. *num.* 70. *& seq. volum.* 3. Quæ autem publici iuris sunt, dispositioni testamentariæ & pactionibus privatorum non subiacent, *l. ius publicum, ff. de pact. l.* 2. §. *sed quia veremur, C. de Juram calum. l. eum servus,* 39. § *si vero Salustianus cum § seqq. ff. de legat* 1. [Indeque † de rebus primogenituræ Regali 75
subiectis, nec compromitti, nec transigi posse, sine Regia sive summi Principis auctoritate, multis ostendit Molin *de jur primogenit. Hispan. lib.* 4 *cap.* 8. *num.* 20.] Et quamvis † Principes imperii respectu suorum subditorum publicam 76
personam sustineant, respectu tamen imperatoris & totius imperii, unde regalis dignitas, quam possident dependet, pro privatis habentur, ut in simili, civitates respectu Romæ omnes censentur loco privatorum, *l.* 16. *in fin. ff. de verb. signif*

[Limita rursus hæc quæ iam dicta sunt, non proce-

77 procedere † in Regnis & Principatibus merè hereditariis, quia cum illa hereditatio jure defeLuntur, jus etiam primogenituræ testamento in illis induci, & de eo non minus quam aliis rebus hereditariis disponi posset, per ea quæ declarando Oldrad. & referendo aliorum sententias scribit Carol Molin. *in consuetud Paris. tit* 1. §. 8. *gl ff.* 3 *numer* 9. *circ. fin.* adeoque primogenito excluso secundo genito digniori prærogativa illius juris aut regnum ipsum conferri posset. Quo pertinet eorum traditio, † quod in ejusmodi successionibus magis
78 attendi debet, commoditas subditorum & habilitas succedentis, quàm gradus vel ordo ætatis, Luc de Penn. *ad l.*1. *C de tyron. num.*12. Zas.
79 *consil.*8 *num.*8.*lib.*1. Sic David † Salomonem secundogenitum prætulit Adoniæ primogenito, dicendo sedebis super solium meum, & ipse regnabis pro me, *Reg.*3.*cap.*1. Jacob in benedictione prætulit Ephraim Manassæ, quamvis hic esset primogenitus, *Genes.*48.*v.*5. qui & ipse matris astu & calliditate Esavo præripuerat hoc jus, *Genes* 27.]

Quid si Princeps in testamento uni ex filiis majorem portionem consentientibus filiis aliis, in testamento, hac adjecta motiva, quia is sit
80 primogenitus, assignet, † reliquis etiam universalibus heredibus institutis, anne propterea censendus erit, jus Primogenituræ constituere
81 voluisse? Et magis est quod non; quia † illa determinatio non tam causam finalem, quam im-
82 pulsivam arguit. Et † universalis omnium filiorum institutio, cum primogenituræ jure & natura pugnat, quamvis portionibus inæqualibus in-
83 stituti sint. Cum non tam † distributivè hereditas, quam sola heredis institutiqualitas denominativè ex institutione spectetur, Bart. *in l. ne jurisjurandi, §. si liberi, ff. de oper. libe t.* Bald. *ad tit.* 8. *de success. Feud. versic. quaero utrum filius,* Anton. Fab. *in Consult. de Ducat. Montuferrat. part.*1. *pag.* 511. [Faciunt tradita per Honded. 2. *consil.* 46. *num.* 17. *& seq*]

84 Et licet hoc casu † certi limites videntur adsignati acquirendæ hereditatis, attamen æqualiter sunt instituti, & res in quibus sunt instituti habentur pro legatis, hoc est, quilibet accipit suam portionem in qua est institutus, tanquam præcipuam, in reliquis verò succedunt æqualiter, *l. ex facto, in princip. vers. ita igitur,* ibi, pone duos esse heredes institutos, unum ex fundo Corneliano, alterum ex fundo Liboniano: & fundorum alterum quidem facere dodrantem, alterum quadrantem, erunt quidem heredes ex æquis partibus, quasi sine partibus instituti, quamvis officio judicis unicuiq; eorum fundus, qui relictus est, adjudicetur, *ff. de heredib. institut. text. in l. quotiens,* ex parte tertia fundi Corneliani alter ex besse ejusdem fundi: Celsus expeditissimam Sabini sententiam sequitur, ut detracta fundi mentione, quasi sine partibus heredes scripti hereditate potirentur, *ff. eod.* Johan. Sichard. *ad l. quoties, n.* 6 *C. de hered instit.*

Ex † notoria itaque & universali Germaniæ 85
consuetudine, in feudis regalibus (excepto Electoratu) jus Primogenituræ & quæ illi cohærent citra speciale pactum, privilegium aut similem contrariam dispositionem, vel consuetudinem legitimè præscriptam, locum non habet, sed pari jure Feudi successores succedunt, ut communiter Dd. statuunt, & videre est, apud supra allegatos. [Siquidem jus primogenituræ, † non est 86
qualitas primordialis Feudorum, sed accidentalis, cum ex natura feudi omnes vocati æqualiter succedant & hoc jus primogenituræ à privilegio vel ex constitutione particulari proveniat, *c.*1. *de success. feud.* Beroi. *consil.* 71. *n.* 43 *volum.* 1 Cardin. Tusch. *pp conclus* 651. *num.* 1. in Feudis cognitam fuisse differentiam sexus, non ætatis.]

Prædicto casu † cum omnes succedant, quam- 87
vis uni pars Ducatus, alteri Comitatus Ducatui unitus unus vel alter sub nomine quotæ assignetur, omnes ita dividentes nihilominus sunt & manent Duces, & Principes universi Ducatus, & Principatus: tum quia † ipsa regalis Dignitas 88
& Feudi substantia manet indivisa, Schurff. *4. consil.* 37 *num.* 5 & proinde cum ista regalis dignitas sit individua, ut in toto, ita etiam in qualibet parte tota est, sicut anima tota in qualibet corporis parte tota esse censetur. Sic servitus † in 89
fundo qualita per partes eiusdem indivisa retinetur, *l. ut pomum, §. si prædium, ff. de servit.* maneatque tota in qualibet parte divisa ut alibi totus fundus est in parte dotis, *l. fin. de jur. dot.* tum quia † Principes nascuntur & rursus eveniente 90
casu successionis solidum Ducatum vigore investituræ primæ consequi possunt, Rosenthal *de Feud. c.* 9. *conclus.* 56. tum quia † Dignitas ista esse 91
Ducem, Comitem, &c. illius Ducatus, Comitatus, personæ congenita est, eique adhæret. Frideri 1. *de Process. cap* 19. *num.* 11. Andr. Knich *de jur. ter-*

*jur.territ.cap.*1.*nu.* 221.splendorq; Provinciæ ex
possessoris Dignitate, non dignitas hominis ex
Provincia oritur, Matth.Stephan.2.*de jurisd.p.*1.
92 *cap.6.num.*31.*& seqq.* [Et vix esse, † ut in Germa-
nia ullibi exemplũ proferri possit, quo Princeps,
qui partem Principatus, tametsi minimam ex di-
visione adeptus est, non censeatur Princeps esse
& manere, respondit Herman.Vult. *consil Marp*
35.*n.*33.*in fin* Sic & Dux, Marchio, Comes expul-
sus à Ducatu, Marchionatu, &c. nihilominus
manet Dux, Marchio, Comes per tradita, Chassã.
93 *de glor.mund.part.5.considerat* 99. Indeq; omnes †
ad Comitiorum & circulorum conventus tan-
quam Principes imperii vocantur, sessionemq; ac
votum in Comitiis habent, Berteram. *de Comitiis
conclus.* 41. *pag.* 140. Cum intersit reip. daß das
Reich an seinen Gliedern vñ Stimmen gestercket
werde / Reichs Abschied zu Speyer / de Anno
1570 §. Nach dem auch noch etliche.

94 Esse † namque statum imperii, personæ celsi-
tudo est & summi Principis beneficium, non gle-
bæ precium, quẽ scilicet summus Princeps sedere
dignatus est in Comitiorum conventibus, R.A.
de Anno 1548 ibi. der Stimm vnd Stande in
Reichsversamblung h. t. Zach Viet *de exempt cõ-
clus.* 28. Secus tamen est ubi primogenituræ jus
viget; tum enim solus Primogenitus vocatur,
qui solus pleno jure Ducatum administrat.

95 Denique facit quod Comitatus † unitus Du
catui & Principatui, capitis naturam habere
censetur, Decian.*consil.*32.*num.* 29. *lib.* 2 Johan.
Dauth.*in exposit.l fin.*72.*circ.fin.p.*294.*Cod.de pact.*
96 [Sicut & civitas & castrum † ubi unitur Mar-
chiæ, censetur esse de Marchia, Guid. Pap. *q.* 65.
Natt.*conf.*636.*nu.*88. Decian.*resp.*123.*n.*69.*vol* 3.
Imò plus dicit Bald.*in c.*1.§.*præterea Ducatus col.
ult. vers. sed quid si Marchionibus de prohib Feud.
alien.* Quod si Marchioni addantur castra aliqua
de novo, illa castra dicentur Marchia, dato et-
97 iam, quod ante fuerint Comitatus.] Nam † unio
facit rem esse ejus naturæ cujus est id cui unitur,
c si adt. Ne sed. vacant in 6.*c recolentes de statu Mo-
nach.l.Lex Falcid.a,*1.§.*si coheredes mei & ibi* Bart.*ff.
ad L. Falcid. & aptior textus ad hoc in l.non dubito,ff.
de captiv. & postlimin revers.* qui dicit, si res sint
redactæ ad unum, quod tunc non debent diver-
so jure censeri, *l. eum qui ædes.* 23.*ff. de usucapion.*
Zobell *different.part* 2.*differ.*46.*n.*7. [Et augmen-
98 tum † sequitur naturam ejus cui accedit & secun-
dum eam regulatur, *l.si ex toto.l quod in rerum.*§.*si
quis post,ff de legat.*1. Albert. Brun. *tract. de augm.
concl.*3 *in pr.n.*1. Regner.Sixtin. 2. *consil. Marp.*14.
*n.*91.98. Et in terminis *nu.*108. Cardin. Tusch.*pp.
conclus.*229. *&* 230. *& aliquot seqq.* & præsertim
*concl.*242.*verb.unio & verb.unita Ecclesia.* Unum-
que connexorum censetur alteri esse conforme.
Zasl.*consil.*18.*lib.*2 Meichsner.*decis.*14 *n.*19.*Tom.*
3.] Hæc enim † natura est unionis, ut res unitas 99
ad eandem essentiam reducat, ut unum ab alio se-
parari vel divelli non possit, Don. Garf. Mastrill.
*de Magistratib.lib.*4.*cap.*12.*num.* 30. ita tamen ut
magis dignum trahat ad se minus dignum, *c.per
tuas de arbitr cap quanto de judic.l. si communem,ff.
quemadmodum servit.amitt l.qua religiosi.ff. de rei
vind. si alieni,ff. de solut.* Marant. *de ord. jud.p.*4.
distinct 11 *nu.*1. & minor † pars unita majori cen- 100
seatur facta illius appendix, *l. litibus, C. de agricol.
lib.*11.*ubi* Bart Wesenb.*cons* 1.*n.*52.

Et ita semel unitum † & aggregatum amplius 101
dividi aut separari non potest, Paris.de Put *de re-
dintegr.feud.fol.* 65.*vers. an possit Baron.* Menóch.
*consil.*26.*num.* 26.*lib* 1. Et vigore ejusmodi unio-
nis † Comitatus unitus Principatui regulatur 102
secundum illius leges, Bart. *in l si convener.*, §.*si
nudo num.*3.*ff de pignor. act.* Bald.*in c. translato.n.*
4.*vers.& facit istud,x.de constit.* quod ita pondera-
vit referens in causa [illegible] contra [illegible] apud
Meichsner. *Tom.* 2 *lib.* 1. *decis.* 9.*n.*14. quia † con- 103
nexorum & unitorum idem judicium: & idem
juris est in connexis sive unitis & accessionibus,
quod est in principali. Fulv. Pacian. *de probat lib.*
1 *cap.*26.*num.*15.*& c.*27.*num.*48. Natt.*consil.*286.
*num.*4. Herm. Vult.*consil Marp.*16.*n.*79. *volum.*1.
[Meichsner.*decis* 14 *n.*19.*Tom.*3 Ernest. Cothm.
*consil.*4 *num* 69. *vol.* 5. Johan. Oldendorp. *consil.
Marp* 5. *num.* 97. ubi dicit, † quod in his ditio- 104
nibus majoribus individuis, ad imperii statum
pertinentibus, omnia bona particularia respi-
ciant in unum caput, cujus naturam induunt &
sequuntur. *Et ibid. num* 122. dicit hujus juris
Natura prælucente quotidiè videri exempla, in
arboribus, lignis, lapidibus & cæteris rebus quæ
per accessionem variant qualitatem & appella-
tionem, & novam induunt conditionem, *l ar-
bor in pr ff.com divid.l pen ff.pro soc.l.ligni appella-
tio,*§. *idem libro secundo, ff. de legat.* 3. *l. cum hi qui-
bus* §.*sed & personarum.ff. de transact.*] Hinc Dd.
theorica, † quod augmentato regno pars illa 105
augmentata eodem jure censeatur, quo regnum
ipsum; ita ut iisdem moribus & consuetudini-
bus

bus regatur, ut tractat Boër. *quaest.* 50 *num* 19. *post* Alex *in l. si ex toto*, 8. *per ill. text. de legat.* 1. *& consil.* 178. *volum.* 2. Anton. Fab. *in d. consult. p.* 1. *pag.* 52. [Carol. Molin *in consuetud. Paris. tit.* 1. §. 13. *glos.* 1. *num.* 73. ubi dicit, quod postquam minor Britannia unita sit coronae Franciae, Britanni veri sint effecti Regincolae.]

106 Comitatus † tamen unitus, si quae privilegia habeat, quae ditioni & Principatui cui unitus est, non conveniunt, per unionem non amittit sed retinet, uti ex Afflict. & Jason tradit Aud. Geil. 2. *obs.* 61. *sub. n.* 12. [Ibidemque Graevae. *considerat.* 1. Idque maxime procedit, si unio eale ge fiat, ut ditioni unitae salva remaneant jura particularia, Alex. *consil* 114. *num.* 9. *lib.* 4 Felin. *in c. translato n.* 6. *vers. sed adde notata & n.* 7 *x de constituit.* Honded. *consil* 13 *n.* 50. *in fin. vol.* 1. Ernest Cothman. *consil.* 26. *num.* 16. *vol* 5. Cavalcan *decis.* 5 *n.* 6. *part.* 2. Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 129. *num.* 9. *l t*

107 *n.* Sic Belgicae ditiones † diversorum olim Dominorum imperio subjectae, postmodum pactis matrimonialibus, & tandem legitimae successionis jure ad Domum Burgundicam, Austriacam, ac tandem Regnum Hispanicum devoluta, istis tamen semper expressis conditionibus, ut in singulis provinciis speciatim sua cuiusque reipubl. administrandae ratio, jura & immunitates ab omni memoria per manus traditae, sartae tectaeque manerent, ita ut uni in alteram jus nullum imperii competeret, Panthaleon Candid. *in epitom. rer. Belgic.* adde Peck. *c. in toto n.* 6. *de reg. jur. in* 6. eiusque rei plura adfert exempla, Zachar Viet. *de exempt. conclus.* ubi etiam varia de hac unionis materia notavit.]

108 Quamobrem † unio non efficit ut Comitatus sit Ducatus, quia tum non esset unio, sed transmutatio. Nam illa fit salva cuiusque rei substantia. [Neque unio per se mutat bonorum separatorum naturam, Jas. *ad* § *in personam in* 1. *notab. instit. de action.* Modestin. Pistor. *consil.* 40. *nu.* 145. *vol.* 1. Goedd. 3. *cons. Marpurg.* 33. *n* 262. Treutler *consil.* 77. *num.* 135. *& seqq.* ubi id exemplis quibusdam illustratur *& consil.* 82. *num.* 98.] Sed hoc per illam efficitur, ut quasi pars illius Ducatus cui unitur censeatur & pari jure aestimetur. Un-

109 de † saepe fit ut Ducatus vel Principatus ex multis particularibus tam allodialibus quam Feudalibus collectus corpus individuum fiat, & tanquam Feudum imperii ab imperio recognoscatur. Hinc Wilhelmus Hassiae Landgravius felicis recordationis, in causae Nassovicae actis articulando fassus. daß das gantze Fürstenthumb Hessen von vielen Particular stucken/ so wol Allodial als Lehen zusammen gebracht/ vnd ein corpus individuum vnnd Fürstenthumb darauß gemacht worden/ vnd dasselbe derogestalt zusammen gebrachtes gantzes Fürstenthumb mit allen vnd jeden seinen Partibus integralibus der Erbverbrüderung nach (salvo tamen cuiusque particulari jure Dominico) vom H. Reich zu Lehen rühren/ Acta in Sachen Hessen contra Hessen/ *in deduct. caus. Princip. nu.* 131. 132. [Vid. Oldendorp. 2. *consil. Marp.* 5. *num.* 36 *& n.* 84. ubi notanter dicit; Quod in toto Principatu Hassiae atque Comitatibus accedentibus, expensa omnium bonorum qualitate aut sunt beneficia, aut beneficiorum accessoria.] Ideoque † tam is cui Comi- 110
tatus Ducatui unitus, quam is cui Ducatus pars assignata est in divisione administrationis Princeps regens illius Ducatus ein regierender Fürst deß Fürstenthumbs, esse censetur. Ac tanquam Princeps, verus Dominus, & indubitatus successor illius simultaneè in investituris Caesarei comprehenditur & vocatur, eique subditi totius Ducatus in eventum & vice versa homagio & fidelitatis juramento adstricti sunt. Nam haec † est 111
investiturae simultaneae causa, ut jus certum & irrevocabile omnibus in investitura comprehensis & eorum successoribus masculis tribuat, nec ullo testamento aut dispositione inter vivos auferri potest Rosenth. *de Feud. c.* 6. *conclus.* 11 *num.* 6. *&* 7. *& c.* 7. *conclus.* 48. *num.* 4. Hartman. Pistor. *lib.* 2. *quaest. juris. part.* 2. *q.* 20 *num.* 11. 14. 15. 25. *& quaest.* 29. *n.* 31. *& seqq.* Dauth *de testament num.* 87. *vers. subsistunt ergo.*

CAPUT XVIII.

DE SINGULARI QUORUNDAM Principum Germaniae succedendi modo per pacta & confraternitates.

SUMMARIA.

1. *De jure civili duo sunt modi hereditatem deferendi, ex testamento, & ab intestato.*

2. *In illustribus quibusdam Principum Germaniae familiis jure publico militari singularis succedendi modus per pacta receptus est.*

3. *Pactum confraternitatis Saxonico-Hassiacae memorabile, quando & qua occasione institutum.*

4. *Hac confraternitatum pacta à juris communis regulis exorbitantia Imperatoris confirmatione hodie sustinentur.* 5. *Ad pacem, imperii tranquillita-*

 tem.

1 QUAMVIS de jure † Civili duæ sint hereditatem regulari & communi modo deferendi viæ, ex testamento & ab intestato, §. *fin. inst. per quas person. nob. acquir.* Attamen in illustri-
2 bus quibusdam Principum Germaniæ † familiis jure publico militari, illustres personæ inter sese convenerunt, ut alterius stirpe extincta ad alterum Ditiones & omnia bona pertineant, And. Geil. 2 *observ.* 127. Hieron. Treutler. *disput.* 9. *thes.* 8. *lit. b. volum.* 1. Anton Fab. *in Consultat. de Ducat. Montisferrat. part.* 1. *pag.* 144. Uldaric. Zas. 2. *consil.* 1. *n.* 4. *& seqq.* ubi agit de confraternitate Ducum Saxoniæ & Landgraviorum Hassiæ.

3 Et hoc pactum † confraternitatis Saxonico-Hassiacæ memorabile est, quod primum institutum Anno Christi 1226 & quidem occasione belli novennalis, quod Henricus gessit cum Sophia S. Elisabethæ filia, desponsata Duci Brabantino, ut ex Chytræo notat & opinatur Waremund ab Ehrenberg *de fœderib. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 35. ubi reprehendit Hotomannum, Ingelstadenses ac Lovanienses, *consil.* 9. *vol.* 1. *German.* quod referant ad annum 1373. quod eo tempore hoc pactum non fuerit primo institutum, sed renovatum & à Carolo IV. confirmatum Anno 1422. [Confer Reusner. 1. *consil.* 3. *num.* 45. 46. Atum. *de Comitiis, cap.* 1. *num.* 22. *& seqq.* ubi discrepantes refert, quoad hanc temporis circumstantiam.]

4 Hæc autem † confraternitatum pacta, quamvis à communibus juris regulis exorbitent, accedente tamen Imperatoris confirmatione, hodiernis sustinentur moribus, Uldaric. Zas. *d. loc.*
5 Anton. Tessaur. *decis.* 225 *num.* 11. Siquidem ad † pacem, impetu tranquillitatem & defensionem subditorum pertinent, quorum interest, ne alienis & ignotis Dominis subijciantur, *l. in vitus. ff. de fideicomm. libertat. l. Titius cum decederet, ff. de action. empt. c.* 1. §. *si quis fecerit, quo tem. mil.* uti &
6 ad † conservationem illustrium familiarum & prosapiæ, Andr. Geil. *d. observat.* 127 *num.* 2. [adde latè de hac materia differentem Nicol. Reusner. 1. *consil.* 3. *num.* 30. *& passim per tot.*] quas rationes prædicta Caroli IV. confirmatio in confraternitatis pacto Saxonico & Hassiaco, interposita, exprimit hisce verbis. Und sonderlich das dasselbe H. Römische Reich mit Besserungen und Einmütigkeit seiner Fürsten sicherlichen gemehret und gestercket wird. Et
7 in eadem confirmatione † additur quod nullum jus, nulla consuetudo vel statutum contra eam
8 allegari vel produci debeat. Tantus enim † publicæ utilitatis favor, ut ea quæ publicè utilia sunt, non includantur, in his quæ lege prohibentur. Bart. *in l. quemadmodum. Cod. de agricol. & censit.* Zas. *d. loc. num.* 23. Ex *sub num.* 29. *ex Bald. sub. cit.* pro benefacto haberi si aliquid ratione pacis & quietis contra jus factum fuerit, *fac. gl. in c. quippe caus.* 3. *q.* 6. *& c. quis enim caus.* 23. *q.* 5.

An vero ejusmodi † pacta in vim ultimæ voluntatis, an vero in vim contractus, mutuæ obligationis legis & statuti obtineant, aliquando in dubium vocatur? Et quod ejusmodi pacta in vim † contractus, mutuæ obligationis legis & statuti, ex Cæsarea permissione & auctoritate subsistant, tradit Geil. 1. *observ.* 127. *num.* 9. *& obs.* 226. *num.* 2. Dauth. *de testament. num.* 87. [Cravett. *consil.* 139. *num.* 10. Herman. Vult. *consil.* 34. *nu.* 98. Reusner. *d. consil.* 3. *num.* 29. ubi dicit quod hæc pacta habeant vim & naturam fœderis & conventionis juratæ, indeque non sint ambulatoria] Et de pacto confraternitatis Saxonico-Hassiacæ ita in terminis consulti responderunt, Deci. *cons.* 655. *num.* 11. Carol. Molin. *consil.* 18. *num.* 17. Marian. Socin. Jun. *consil.* 65. *n.* 51. *versic. secundo hoc probatur, & num.* 54. 55 *vol.* 1. Uldaric. Zas. 1. *cons.* 1. *n.* 30. *& seqq.* 9 10

Est enim hoc pactum, † quasi quædam reciproca bonorum omnium donatio, communio & societas, cujus effectus & executio saltem in casum mortis suspenditur. Nam in communione † & societate omnium bonorum, omnes res, quæ coëuntium sunt, tam quoad possessionem (scilicet civilem) quam quoad dominium continuo communicantur: Et licet specialiter non interveniat traditio, tacita tamen creditur intervenire, dum scilicet quilibet consors ac socius, quod possidet, non suo tantum, sed communi nomine possidere, & proinde per constitutum civilem possessionem in socios & consortes pro indiviso transferre intelligitur, *l.* 1. *in fin. & ibi* Bart. *num.* 1 ubi dicit eo casu specialiter dominium sine traditione transferri, *l.* 2 *& ibi gl. pro Soc.* Bald. *in d. l.* 1. Didac. Covarruv. *lib.* 3. *variar. resolut. c.* 19. *num.* 1. Chassan. *in consuetud. Burg. rubr.* 4. §. 1. *vers. sunt ergo n.* 6. Idque satis innuunt verba confirmationis Imperatoris Carol. IV. Daß die Erbverbrüderten und ihrer allerseits Manns Leibes Lehens-Erben/ ewiglichen gleiche Rechte und Erbliche Mitgeerben/ unnd gemeiner Lehen unnd rechter Gewehre (quod verbum Gewehre possessionem significat) ihrer Fürstenthumben / Graffschafften / Land/ Leut/ Güter unnd Zugehörungen / die sie haben / oder auch hernacher ewiglich 11 12

Ee 2 erwor-

erwerben vnd haben würden / wie man die mit sonderlichen ihren Namen benennen möchte/nichts außgenommen seyn/
13 heissen vnd bleiben sollen vnd mögen/ quæ verba † seyn vnd bleiben jus præsens & quæsitum arguunt.

14 Non † enim potest aliquid esse & manere alicujus, quod antea nunquam ejus fuit. Neque dubium est, quin vera, realis & actualis possessio
15 † non minus per constitutum, quàm per veram & realem traditionem transferatur, *l. quod meo, 18. cum ibi notat. ff. de acquirend. possess. l. quadam mulier 77. ff. de rei vindic.* Anton Fab. *in consult de Ducat. Montsferr. part. 1. pag* 128. *ubi pag. seq.* sub-
16 iicit, quod ex causa † favorabili sæpissime dominium sine traditione ac possessionis apprehensione, transferatur, ut in Ecclesia, *l. ut inter, 23. alias, l. ult Cod. de Sacros. Eccles.* Tytaquell. *de priv.* 107. Item in fisco, *l. commissa, 14. ff. de publican. &*
17 *vectigal.* dote & similibus Quanto † magis hoc confraternitatis pacto, quod publicæ tranquillitatis favore nititur, ut sereno concordiæ vinculo altera domus alteri nexa sit, quo ordine succedendum, qualiter pacis, qualiter belli tempore, altera adsistat alteri: qua fide, qua dexteritate altera domus alterius subditos in expressum eventum regere & tueri debeat, Udalric. Zas. *d. cons. 1. sub num.* 29 [adde Reusner. *d. consil. 3. n* 84]

18 Quando itaque † promissio & obligatio mutua de succedendo per stipulationem, vel in vim legis statuti, societatis, & communionis irrevocabilis, ex causa donationis contrahitur, proprie loquendo non est pactum futuræ successionis, sed obligatio descendens ex contractu de præsenti inter vivos celebrato, licet effectum post mortem demum sortiatur. Ideoque val t & tenet irrevocabiliter, inquit Andr. Geil. 2. *observ. 26. num. 6.* ac dies obligationis statim cessit licet non venit, *l. cedere diem, de verb. sign* Ernest. Cothman. *cons. 78 n. 176.*

Ex his prono quasi fluit alveo, illustrissimis confratribus jus ita majorum providentia & pacto irrevocabiliter quæsitum & proprio adsensu
19 firmatum, per † testamentum neque minui, neque in totum auferri posse.

20 1. Quia ut supra dictum hæc † pacta valent in vim legis & statuti, ex Cæsarea permissione & auctoritate ab Illustrissimis harum familiarum Principibus inter se suamque posteritatem conditi, ex quo tale jus ortum, quod ceu statim in personis comprehensis radicatum & ad ipsarum hæredes masculos, casu eveniente transmissum, vi legis & statuti, per se, ipsoque jure Dominium transfert, Andr. Geil. 2 *obs.* 127 *num.* 8. Udalric. Zas. *d. consil* 1 *num.* 29. Decian *cons.* 516. *num* 5. 6. 7. 8. *& cons.* 655. *num.* 12 19. Ruin. *cons.* 40. *num.* 1. *& cons.* 99 *num* 11. *lib.* 1. [Crauet. *consil.* 19. *num.* 9. *& num.* 12.].

Portio autem † lege, statuto, ac plenissimo 21
publicoque jure debita alicui, neque pacto alterius, neque ultima voluntate diminui, vel auferri potest, *text. in l. si. Arrogator. 22. § 1. ff. de adoption l. Papinianus, 8. §. si quis impubes, ff. de inoffic. test. l. cum patronus, 28. de testam. l. 3 ff. de interdict. & relegat. l. un. vers ex his, C. de imponend lucrativ. descript.* Nov. 22 *cap.* 33. *ubi* Justinian. dicit lucrum quod ex lege datum est, auferri non posse, Geil. 2. *obs.* 86. *num.* 17. *& obs.* 87 *num.* 1. *& obs.* 119. *n.* 2. Ernest. Cothman. *cons.* 74 *num.* 77. *& seqq.* [adde eund. Gothman. 3. *consil.* 44. *num.* 88. *& num.* 96. Cacheran. *decis.* 139. *num.* 1. *& decis.* 180. *n.* 5. *junct. decis. seq. n.* 20. Tessaur. *decis.* 34. *n.* 3. Engelbrecht. *de success. in Electorat. conclus* 22.]

2. Pacta † futuræ successionis quæ valent ju- 22
re contractus cessionis, donationis, non nisi mutuo consensu revocari possunt, Matth. Wesenbec. *cons.* 63 *in fin.* Johan. Gœdd. *de contrahend. stipul. c. 6. sub n.* 84. [Confer Nicol. Böer. *decis.* 355. Cravett. *consil* 19. *num.* 11 Honded. *consil.* 40. *nu.* 69. *& n.* 70. *vol* 1.] Nihil enim tam naturale est, quam eo genere, quo quid colligatum est rursus dissolvi, *l. nihil tam naturale de reg. jur.* Hæc autem pacta valent jure contractus, ut supra dictum est, & satis evidenter ex renovat Confraternitat. Saxonico-Hassiacæ Naumburgi facta de Anno 1555. apparet, ex qua contextum ad hanc rem pertinentem majoris lucis gratia inseram, cuius verba ita habent: Nach dem in Vorzeiten vnser Voreltern vnnd Vorfahren / alle seeliger vnnd löblicher Gedächtnus/sich vmb Nutzes vnnd Friedes willen/ihrer aller Land/ Leut vnd Vnderthanen / mit ihren Landen vnnd Fürstenthumben/durch Röm Kays. Verwilligung vnd Cōfirmation/ laut der Brieffe/darüber gegeneinander außgangen/zusammen verbrüdert/vnnd darauff jeglicher Theil von deß andern Theyls Graffen/Herrn/Ritterschafften/Amptleuten/ Mannen vnd Rähten/rechte Erbhuldigung genommen / denselben vnserer Voreltern vnnd Vorfahren seeligen Fußstapffen nachzufolgen / daß wir Gott zu Lob vnnd Ehr/ vns mit wolbedachtem Muth/vnd gutem Vorrath vnserer Rahte/ Manne vnd der vnsern/vmb angeborner Liebe/rechter Trew/vnd sonderlicher Freundschafft willen/vnsern Landen vnd den vnsern zu friede/vnd in dem besten / Erblichen solche Brüderschafft ernewert/vñ vns verbrüdert/gütlich vereint/ zusamen gesetzt/gegeneinander/Auff-vnd Vbergabungen ge,

gen gethan haben/verneweren die/verbrüdern/vereinigẽ vns/
vnd thun vns zusamen (Verba illa Auff- vnd Vbergabun-
gen donationem & cessionem innuunt. Verba verbrü-
dern/vereinigen/vnnd thun vns zusammen societatem &
23 communionem ostendunt. Sicut autem † aliâs
verbum DEDERUNT importat translationem
Dominii, *l. ubi autem in fin. & ibi Dd. ff. de verb oblig.* & verbum CESSERUNT, operatur juris translationem, *gl. in l. fin ff. de donat.* Immol *in cap. Pastoralis, num 2. de donat.* Vincent. Honded. *cons. 91. num. 24. volum. 1.* ita & in hoc pacto Donationis & Cessionis verbum hos effectus operabitur.)
Thun auch gemelte Auff- vnd Vbergabungen gegeneinander
24 Gegenwertiglich. (Verbum enim hoc † Gegenwertiglich *de præsenti*, inducit præsentis juris cessionem, non futuræ spei expectationem, alias enim non hoc verbum Gegenwertiglich *de præsenti*, sed verbum, ins künfftig/ *de futuro*, inserendũ fuisset.) In vnd mit Krafft dieses Brieffs/ in der allerbeständigsten Form/ Weiß vnd Maß/ als solches jure publico militari, vnnd sonst zu recht geschehẽ kan oder mag/ mit vnserer beyder Partheyen/ Fürstenthumben/ Graffschafften/ Herrschafften/ Lehẽ vnd Pfandschafften/ mit allen vnsern Landen vnd Leuten/ die wir jetzund haben oder hernach gewinnẽ mögen/ also were es/ daß Gott vorhalte/ daß vnsere einige vorgenante Parthey/ oder vnsers Leibs-Lehens-Erben/ nach vns stürben/ vnd von Todswegen abgiengen/ ohne rechte Leibs/ Lehens-Erben/ daß alsdañ derselben abgegangenen Fürstenthumb/ Graffschafften vnd Herrschafften/ Lehen vnnd Pfandschafften/ mit Land vnd Leuten/ Erbe/ Eygen/ Kleinodien/ Schulden/ Gülde/ Geschütz/ vnd zugehörige Arcolerey/ auch aller ander fahrenden Haab/ nichts außgeschlossen/ beweglich oder vnbeweglich/ die wir jetzund haben/ oder wir vnd vnsere Leibs Lehens-Erben/ noch gewinnen mögen/ in allermassen als vorgeschrieben stehet auff die ander Parthey vnnd ihre Leibs-Lehens-Erben/ gentzlich zu mahl zu Erbeygen gefallen seyn/ vnd Erblich bey ihnen vnd ihren Erben/ als ihren rechten Erbherren bleiben sollen/ (quæ verba gentzlich zumahl zu Erbeygen gefallen seyn vnd bleiben sollen/ non futuri sed præteriti sunt temporis & actus jurisq; quæsiti perfectionem arguunt, solius executionis effectu dilato,) qui contextus extat in actis Hassiacis..
25 3. Hoc arguit † præstatio mutua jurisiurandi & homagii, quæ ab utriusq; partis subditis exigitur & præstatur, juxta tenorem dictę confraternitatis ibi: vnd jegliche Parthey hat der andern Parthey/ auff solche Brüderschafft Auff- vnd Vbergebung alle ihre Mannschafften/ sie sind Grafen/ Herrẽ/ Ritter oder Knechte/ Burgmannen/ Vögte/ Haupt- vnd Amptleute/ vnd Burgere/ ꝛc. eine rechte Erbhuldigung thun lassen/ ꝛc. Et hoc juramentum Cassellis Anno 1567. in sequenti forma à subditis Hassiacis, Hassiæ Landgraviis & Saxoniæ Ducibus præstitum fuit: Ihr sollet geloben vnnd schweren/ daß ihr wollet dem Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten vnd Herrn/ Herrn N. Landgraffen zu Hessen/ ꝛc. vnd S. F. G. Ehelichen Mannlichen-Leibes-Lehens-Erben/ vnnd in Mangel derselben ihren freundlichen lieben Brüdern N. N. N. vnd ihren Ehelichen/ Mannlichen-Leibes-Lehens-Erben/ ꝛc. Vnd im Fall der gantze Mannliche Stamm der Fürsten zu Hessen Todshalber abgangen vnnd verstorben were/ den Chur vnnd Fürsten zu Sachsen/ Landgraffen in Thüringen/ vnnd Marggraffen zu Meissen/ vnnd ihren Mannlichen-Leibs-Erben/ in Krafft der Erbverbrüderung/ vnd sampllicher Belehnunge/ auff die angezeigte Fälle/ wie vorstehet/ getrew/ gewertig vnd gehorsamb seyn/ ihrer Fürstlichen Gnaden/ vnd deroselben Erben/ Frommen/ Ehre vnd Nutzen fördern/ Schaden warnen vnd wenden/ nach ewrem besten vermögen/ auch sonst alles anders thun/ halten vnd lassen/ das getrewe Vnderthanen gegen ihren Landsfürsten vnnd Obrigkeit/ von Gottes- auch Gewonheit vnnd Rechtswegen zu thun schuldig seyn/ gantz getrewlich vnd vngefehrlich.

Hoc autem †. Homagii præstatio inducit jus 26
subjectionis & superioritatis, quæsitum non quærendum, quamvis usus & exercitium in casum illic expressum differatur. Differt enim † 27
usus & exercitium rei & juris quæsiti à re ipsa, neque statim qui jus in re habet, ejus etiam habet usum & exercitium. [Tob Noni. *in §. ex c. n-ditionali n. 3. instit. de verb. obligat* Socin. Sen *consil. 137 num. 2. lib. 1.* Ernest Cothman. 3. *consil. 44. num. 22. & num 78.* Herman. Vult. 2. *consil. Marp. 25. nu. 112.* Engelbrecht. de success in Electorat. *conclus. 24. & 25.* Ex hac mutua homagii præstatione fieri existimo, † quod Saxoniæ Elector & 28
Duces, Principum Hassiæ subditos & ministros, & vice versa hi illorum fideles, suos, ihre liebe Getrewen/ appellent, ceu quotidiana testatur praxis & observantia.]

Heredis † institutio est basis & fundamentum 29
testamenti, ex qua vim accipiunt testamenta, *§. ante hæredis, 34. instit. de legat.* In re verò † aliena 30
& fideicommisso subjecta, aut ita affecta, ut jus quod testator in ea habuit, morte ejus expiret, institui hæres non potest, ut inter omnes constat, Dauth *de testament. nu. 268.* Vasq *de success creat. Tom. 1 lib. 2. §. 17. requisit. 26.* Surd. *decis. 93. nu. 30. & seq.* [Geil. 2. *obs 137. nu. 1.* Cravett. *consil. 49 nu. 13.* Sixtin. *consil. Marp. 19 num 27. & 28. volum. 2.*]
quia † institutione tribuitur hæreditas, quæ de- 31
bet esse jus defuncti non alienum aut restitutioni obnoxium, *l. nihil, 24 de V. S l hæreditas, 67. de regul. jur.* Wesenbec. *in paratit. de hæred. instituend. suc num. 5.* [Philip. Matth. *consil. Marp. 20. nu. 43. volum. 1.*] Atqui pacto † confraternitatis ita 32
sunt affecta bona illustrissimorum confratrum, ut defuncto possessore sine legitimis hæredibus masculis, jure plenissimo ad superstites confratres pertineant, uti ex ipsis pacti confraternita-

tis verbis, & aliis supra relatis rationibus apparet.
33 Nam existente † conditione, actus habetur
pro puro, eademque vim ac potestatem habet,
quam haberet, si purè interposi us fuisset, *l. po-
tior 11. §. 1. ff. qui potior. in pignor. l. ult. §. 1. de vulg. &
pupill substit.* [Peregrin. *de fideicom. art. 40. nu. 43.*
Vult. *d. consil. 25. n. 66. vol. 2.*]
34 Existit autem illa † conditio in ipso instanti
mortis, in quo scilicet certum esse cœpisset, ulti-
mum possessorem unius familiæ, moriturum sine
masculis hæredibus, si modò aut nullam uxorem,
aut uxor vacuum ventrem habuisset, *l. ventre præ-
terito, 84 de acquir. hæredit. l. si filius, 16. ff. liber. &
35 posthum.* Instans autem † mortis palam est vitæ
adscribendum esse, non morti, quia mortuus non
moritur sed vivus, *l. ult. de condit. instit. l. qui duos,
18 § 1. de manumiss. testand.*
36 Si ergò in ipso instanti † mortis plenissimo
effectu ad superstites confratres, ultimi possesso-
ris bona transferuntur, testamentum non vale-
bit, quia testamentum est justa voluntatis nostræ
sententia, ejus, quod quis post mortem fieri ve-
lit, *l. 1. ff. de testam* & ita per mortem demum te
37 stamentum vires suas sortitur: Nec enim † hæ-
reditas testamentar a constituitur in primo in-
stanti ipsius mortis, sed in ultimo instanti, quod
sequitur, cum viventis hominis non magis hæ-
reditas ulla, quàm hæres quisquam esse possit, *l. 1.
de hæred. vel act. vend.* Anton. Fab. *in consultat de
Ducat. Montuferrat. part. 1. p. 136.* Itaq; deficiente
fundamento testamenti, deficit & ipsa testamen-
ti factio, super rebus pacto affectis, & restitutioni
obnoxiis.
38 5. Facit, quod certa summa in pacto † con-
fraternitatis expressa sit, videlicet triginta millia
florenorum, super qua Illustrissimis confratribus
permissa testamenti dispositio, quæ tamen ipsa
summa ad bona mobilia restringitur, neq; ad im-
mobilia, vel ditiones ipsas extenditur.
39 Quoties † autem pacto, lege, vel statuto sum-
ma testabilis determinatur & definitur, in reli-
quis censetur testamenti dispositio prohibita;
quia determinata pacto, lege sive conventione,
non egent alia determinatione, *l. certus generi, 15.
§ si locus ubi* Bart *ff de servit. rust præd.*
40 Hisce 1. non adversatur † quod jus nostrum
non patiatur, ut aliquis pro parte testatus, & pro
parte intestatus decedat, *l. jus nostrum, de reg jur.*
41 ℞. 1. Quia in Cæsarea † confraternitatis hujus
Saxonico Hassiacæ confirmatione, expressè cau-
tum & constitutum est, ut adversus eam nullum
jus civile, statutum vel mores allegari vel induci
possint, uti verba hæc apertè arguunt; So meynen
vnd erkennen wir/ m t K. yserlich... Gesetze/ das
ewiglich taugen soll/ vnnd auch von Keyserlicher
Macht/ Vollkommenheit/ daß alle vnnd jegliche
vnsere Vorfahren/ an dem Röm. Reich/ Römische
Keyser vnd Könige/ Keyserlich beschriebene Rech-
te/ Gesetze/ Behaltungen/ Vbungen vnd Gewon-
heit der Landes/ etc. so dieser Brüderschafft einige
Hinderunge Irrsal oder Schaden bringen möch-
ten/ als ferra sie solche obgeschriebene Sachen vnd
Stücke/ ewiglichen anrühren mögen/ vntüglichen/
vnkräfftig vnd vnmächtig seyn vnd bleiben sollen.
Si ergo omnia jura quæ allegari possunt, contra
hanc confraternitatem, ex Cæsarea potestatis ple-
nitudine sublata sint. Et hæc juris civilis allegata
regula, quatenus eum ea pugnat, sublata censen-
da est. 2. ℞. Tale testamentum † super summa 42
testabili conditum sustineri, quodammodò in
vim Codicilli, legati vel fideicommissi, ab intesta-
to relicti, quæ hoc efficit ut hæredes ab intestato,
juxta statuta familiæ & pacta confraternitatis
successuri, rogati censeantur, ut præstent quod re-
lictum est *ut deducitur in actis Hessen contra Hes-
sen/ in deduct. caus Princip. nu. 149 & seqq* Et mori-
bus † Germaniæ Codicillus sæpè testamenti ap- 43
pellationem assumit.
Neq; secundo adversatur, quod in ipsis pactis
confraternitatis Illustrissimi confratres Saxoni-
co-Hassiaci † hæredes appellentur, 6. Vnd als 44
nun/ vnser jegliche Partheyen/ der andern Partheyen
ih es Fürstenthumbs/ Graffschafften/ Herrschaff-
ten/ Land vnd Leuten/ nach laut dieser vnser Brü-
der Auff- vnd Vbergabung rechter Erbe ist/ etc. Vi-
ventis autem sicut nulla est hæreditas ita nec hæ-
res, *l. hæreditas, C. de pact. convent.* Quamobrē hoc
pactū nihil aliud esse videtur, quam modus suc-
cedendi post mortem alterutrius partis, non verò
actus translationis inter vivos: ubi enim jam inter
vivos translatum est Dominium, nulla sibi am-
plius successio locum vendicat. Quamvis enim † 45
ex pluribus causis, res eadem nobis deberi, non
tamen nisi ex una nostra fieri potest, *§. sed si rem &
ibi Dd. cum similib instit. de legat* ℞. Ejusmodi pa-
ctis confraternitatis Principum Germaniæ jura-
tis & ab Imperatore confirmatis, moribus nostris
† hæredes irrevocabiliter constitui, sed tamen 46
eos non planè legitimos nec testamentarios esse,
sed ab utriusq; differe, & anomalos, irregulares,
conven-

conventionales sive pactitios appellari ut testantur præstantissimi Germaniæ & Galliæ JCti, Dauth. *in tractat. de testament n.86 vers. Nam etsi in fin. & nu 115. v septimò inconsideratè.* Petr Heig. 1.*quæst* 13.*n.*13. Barthol om. Muscul *de success. A. omal. Class.*1.*con lus.*1.*lit.b n.*11. [Cothman 3.*consil.* 44.*n* 37.*& seq.* Bernhard. Grav. 2 *conclus.*27 ante *n.*1. Geil. 2 *observ* 149 *n.*4. Reusner. 1.*consil.*3 *n* 38. Cravett. *consil.*19. *n* 11.] Et de pacto confraternitatis Saxonico-Hassiacæ ita in terminis consulti responderunt, Udalric. Zas. 2.*consil.*1.*n.*30.*& seqq.* Ruin. *cons.*40.*n* 1 *lib.*1. Dec. *cons.*516.*n.*5.*cum seqq.* Carol. Molin *consil.*18.*nu.* 9. *cum seqq* Socin Jun.
47 *cons.*65.*n* 44.*& seqq.* 2 ℞. Quod regula illa † viventis hæreditatem non esse, in promissionibus Feudorum aperiendorum locum non habeat & eo res al ter se habeat, *per cap.*1. *qui success. teneant, c. moribus & utraq. loc. gl. & D.D. latissimè si de Feud. defunct. content.* Hartm. Pistor. 2.*q.*25 *n.*29 *per tot. cù simil.* [Geil 2.*obs.*155.*ibidemq.* Grav. *in pr concl.*]

Præterea quod de successione dictum, pariter non habet magnam difficultatem, si successionis verbum distinctè enucleemus & consideremus.
48 mus. Duplex † siquidem huius verbi significatio: Naturalis una, civilis altera: quarum quæ naturalis, ea non impropria videri debet. Sic in simili dicimus bonorum appellationem esse duplicem, naturalem & civilem: Naturaliter bona dicuntur, ex eo quod beent & prosint, ac proinde illa quæ plus habent commodi quam incommodi: quæ propr a huius nominis significatio est. *l. bonorum, 49. l. proprie 83. de V.S.* Civiliter vero & improprie, id est contra ipsam Nominis Etymologiam, illa etiam quæ plus habent incommodi, quàm commodi, *l.*1. 2 3.*ff de bonor. possess.*
49 Similiter succedere † alteri proprie dicitur & naturaliter, qui in alterius locum succedit, unde & succenturiati milites olim dicebantur: Impropriè
50 † verò & civili magis quàm naturali Nominis significatione, succedere is dicitur, qui succedit in jus & in bona alterius, Anton. Fab. *in Consultat. de Ducat Montisferr. part.*1.*p.*112.*& seq.*

Primo modo succedunt sibi invicem illustrissimi confratres, eveniente casu in pactis expresso. Cum enim jus jam antea ex pactis quæsitum habent (quamvis usus & exercitium in suspenso sit) in jus & bona alterius succedere amplius non possunt, sed tantum in locum prædefuncti, quoad exercitium & usum plenarium juris jam ante quæsiti.

Neque denique adversantur quæ † de voto 51 captandæ mortis jura circa cujusmodi pacta præsumunt, *l. fin. C. de pact.* & quod improbus sit, qui de viventis hæreditate cogitat, *l.*2.*§.*2.*ff. de vulg. & pupill. substit.* ℞. Præterquam, † quod 52 illud, quod de voto captandæ mortis jura præsumunt, eo casu non obtinet, quo is, de cujus bonis agitur, tali pacto consentit, *dict. l. ult. ubi Bart. C. de pact.* alienum omninò est à dignitate virorum Principum & sacrilegio proximum tale aliquid, de iis suspicari, ut ejusmodi voto captandæ invicem mortis alienæ se obligent, Jas. *consil* 1.*num.*20. Anton. Fab. *d. consult p.*140. Udalric. Zas *d. consil.*1. *num.*38. ubi dicit, quod tam sinistra vota captandę mortis Italis sint relinquenda, apud Germaniam integritatem parum cognita.] Vid. Geil. 2.*observ* 127 *num.*2. Cothman 3.*consil.*44 *num* 113 Johan Sleidan *lib.*11. *Comment.* ubi protestantes in responso dato Held. clandestina illa tollendi hominem è medio consilia, non sic esse nota vel usitata in Germania, sicuti aliis quibusdam locis.]

An verò hæc pacta valeant † citra Imperatoris confirmationem, in utramque partem examinat, Petr. Ritter. apud Arum. *de jur. publ Discurs.* 22 *thes.*3. ubi rectè concludit quod non. Cum enim in hisce pactis agatur de donatione & alienatione Feudorum regalium, sine Imperatoris tanquam Domini Feudi confirmatione non valet. Interest enim ejus maximoperè, quales sit habiturus ipse & imperium in Principatibus successores:

——— Quos inclyta robora regni,
Et validas nunquam pudeat dixisse columnas.

[Adde Geil. *d. obs.*127. *num* 5. *& seq*] Alias huic materiæ connexas quæstiones, vid. ibid. apud Arum. *discurs.*22.

CAPUT XIX.

DE IUDICE FEUDORUM REGALEM Dignitatem annexam habentium, & num ad solum Imperatorem ea cognitio spectet?
[vid. Tom 2. Act. public. lib. 1. fol. 6. & seq].

SUMMARIA.

1. *Magna & ardua causa magnos requirunt judices.* 2 *Inter Capitaneos tanquam majores Vasallos controversia coram Rege terminanda erat.*

3. De

3. De feudis imperii Regalibus, videlicet Ducatibus, Principatibus, Comitatibus cognoscere, soli Imperatori competit. 4 Regimentum imperii de his majorum Regalium feudis non cognoscebat. 5. Vacante imperii sede Feudorum regalium, vulgò Fahnenlehen/*cognitio futuro Imperatori reservatur.*

6. Camera est consistorium summi Principis, ipsum Imperatorem in administratione justitiæ repræsentans.

7. Camera de hisce feudis cognitio nulla competit.

8. Nihil inter homines sic indubitatum est, ut non possit sollicitam quandam suscipere dubitationem. 9. Opposita juxta se posita magis elucescunt.

10. Rationes dubitandi. 1. Ab exemplis, & observantia priorum temporum. Sigismundi videlicet & Friderici Impp.

11. Privilegium singulare Principum Germaniæ, der Fürsten Recht/*quid & unde.*

12. Qualibet dispositio ex observantia subsecuta recipit interpretationem.

13. 2 Ab exemplo aliorum regnorum. In Francia pares non coràm Parlamento, sed coràm paribus Franciæ conveniuntur. 14 In Regno Neapolitano Comites & Barones in criminalibus per Pares Curiæ judicantur.

15. Exemplis non est judicandum. 16. Ab exemplis legitimum sumitur argumentum ad juris constituti existentiam, & observantiam. Et ejus, quid fieri, judicarivè debeat. 17. Ampliatio 18. Ab exemplis inducitur observantia, ab observantia tandem oritur jus Rerum perpetuò judicatarum autoritas vim legis obtinet

19. 3. A simili. Principes imperii senatorum in veteri Republ. Romana locum subintrasse videntur.

20. Rationes decidendi 21. Qui cum textu navigat, securus navigat. Et quando ex textu res est clara, longior disputatio cessat.

22. Quod verisimile est, probabile est, & pro vero habetur.

23. Ubi verba legis sunt clara, & perspicua, interpretatio quæcunq; alia calumniosa videtur. In certis non est locus conjecturis.

24 Cognitio horum feudorum regalium à Camera imperialis jurisdictione, tanquam reservatum Imper. est excepta. 25. Judicium Cameræ Imperatoris, & omnium imperii Procerum personas repræsentat.

26. Pares curiæ nullam concurrentem jurisdictionem cum Imperatore habent.

27. Imperator solus ejusmodi Feudorum cognitionem suscepit, eamq; Electores, & Principes Imperii Cæsareæ Majestati submiserunt. 28 Præjudicia aliquot cognitionis Imperatoriæ adducuntur.

29. In causa Hessen *contra* Hessen *in conventu Ratisbonensi 1. Aprilis Anno 1623. Sententia definitiva publicata est, cujus publicationis modus plenius describitur.*

30. Ad rationes contrarias respondetur.

31. Ad 1. Non exemplis, sed legibus pugnandum.

32. Antecessoris factum Princeps iure electionis, vel lege regiâ succedens præstare non tenetur.

33. Quæ mera sunt facultatis, iis præscribi non potest. 34 Adversus eum, qui liberâ voluntate iustitiam per officiales administravit, non currit præscriptio

35. Neq; in aurea Bulla, neq; in alia publica imperii lege iuris illius, quod dicitur Fürstenrecht/ *fit mentio, & expressio.*

36. Ea quæ notabilia sunt, nisi specialiter notentur, quasi neglecta videntur. 37. Quod in lege non cavetur, in practica non habetur. Non expressum habetur pro omisso.

38. Ad 2. Non spectandum, quid in Gallia vel alibi fiat, sed quid in imperio Romano fieri debeat.

39 Gallia excussa de facto imperii iugo, suo more, Rege, & Lege vivit. 40. Et in Gallia de Parium curia capitibus in Parlamento iudicia consti uuntur.

41. Exempla quam vim obtineant, & non obtineant.

42. Mores & observantia iuri scripto aliquando derogant, si post legem constitutam inducantur. 43. Leges posteriores sicut derogant legibus, ita & moribus prioribus.

44. Ad 3. Argumentum à simili exigui est ponderis, & contra expressam legis constitutionem nihil arguit.

45. Quæ libera & mera sunt facultatis, in iuris necessitatem non transeunt nisi accedat contradictio.

46. Judicium aulæ Cæsareæ, in quo causæ maiorum feudorum adjudicantur, deß Reichs Hoffraht/ *appellatur.*

47. Imperator vigore capitulationis unà cum Electore Moguntino, Consilium aulicum singulis annis visitare, & reformare tenetur.

48. Imperator in causa Hessen *contra* Hessen/ *Electorum, & Principum consilium, citra tamen necessitatem desuper exquisivit.*

49. Hæc curia Imperatoris tàm in Comitiis imperialibus, quàm in aula Imperatoris existit.

50. Judicium aulicum ex quibus constituatur.

51. *In*

51. In aula imperiali existit aliud Consilium secretius, der Reyß. Geheimbde Raht.

52. In iudicio aulico, im Reichs Hoffraht/ *quæ causæ tractentur, & quomodo procedatur.*

53. Sententia difficilis executionis aliquantisper suspenditur, donec commodior exequendi occasio eveniat.

54. Non facilè receditur à voto senatus aulici.

55. De hoc iudicio aulico Imperatoris in transactione Passaviensi & in Capitulatione moderni Imperatoris quid caveatur.

56. Ordinatio in hoc judicio aulico, secundum quam Processus, & alia diriguntur, ab Imperatore præscribitur, requisito prius Electorum consilio.

57. In iuramento, quo utrumq; Consilium, secretius, & aulicum obstringitur, exprimitur, & inseritur capitulatio Cæsarea, &c.

58. Ad cognitionem Imperatoris de feudis regalibus, quæ requirantur.

59. 1. Ut territorium sit feudale, & non allodiale.

60. In Camera non omnes Comitatus esse Reichslehen/ *sed quosdam esse* Eygenthumb *conclusum fuit*

61. 2. Ut territorium eiusmodi non solum sit feudale sed etiam immediatè ab imperio dependeat.

62. Limitatio.

63. Immediatus & proximus Dominus, cui & iuramentum fidelitatis, & servitia præstantur, iudex est inter Vasallos.

64. 100. Causa proxima, & immediata efficacior est, & plus operatur, quàm causa remota.

65. Casus specialiter non exceptus, dispositioni iuris communis censetur relictus.

66. Alia Limitatio.

67. 3. Ut territorium annexam habeat regalem dignitatem, ut sunt Ducatus, Comitatus, &c 68. Regalia à feudo regalis dignitatis multum differunt.

69. 4. Ut agatur iudicio petitorio.

70. Quæ in indicio possessorio fertur sententia, definitiva est, non interlocutoria, aut saltem vim definitivæ obtinens.

71. In possessorio latâ sententiâ parti victæ res omninò non adiudicatur, sed ad petitorium ipsi regressus datur. Dictio, Sondlich *prægnantis, & præcisæ est significationis. 72. Obiectio, eiusq; resolutio. Copula, Et, non rarò ponitur inter eadem & similia, & resolvitur in expositivam, &c*

73. In possessorio ordinario per sententiam definitivam causa possessionis terminatur. 74. Finis possessorii est Principium petitorii.

75. Opponens exceptionem rei iudicatæ in possessorio, in petitorio non auditur. 76. Possessoria causam proprietatis non finiunt, sed præparant

77. Ratio dubitandi. Causa possessionis, & proprietatis non est separanda. 78. Cui committitur possessorium, ei etiam censetur commissum petitorium. 79. In quibus connexas habeant partes.

80. Judex causæ præparantis, est etiam judex causæ præparatæ.

81. Respondetur ad eam. 82. Nostro casu cognitio petitorii Principi specialiter est reservata.

83. Eo casu, quando lis super feudo regali movetur, non tamen super qualitate feudali, etiam soli Imperatori reservata est cognitio.

84. Rationes decidendi. 1. Ubi lex non distinguit, nec nobis distinguendum. 85 2. Ratio decidendi. 86. Olim defensores civitatum maiores causas ad Præsidem remittere tenebantur.

87. De aliis imperii immediatis feudis non solus Imperator cognoscit, sed Camera concurrit cum Imperatore.

88 89. 90. 91. Rationes dubitandi.

92 93. Respondetur ad easdem. Ad 1. Naturaliter omnis iurisdictio penes Imperatorem residet.

94. Ad 2. Leges constituuntur de his quæ frequentia, non quæ rara sunt. 95 Nullus Ducatus, & perpauci Comitatus allodiali iure censentur.

96. Aliud dubium movetur.

97. Rationes dubitandi. Cessante eo, in quo fundatur dispositio, ipsam quoq; dispositionem cessare consequens est. 98 In eo fundatur qualitas reservatæ cognitionis, ut Ducatus, Comitatus, &c. ab imperio & Imperatore dependeant.

99 Is in causis feudalibus inter Vasallos est index, qui immediatus feudi controversi est Dominus.

101 Rationes decidendi Causa continentia non est dividenda 102. Actor vel reus super eadem re in diversis iudiciis magnis sumptibus litigare nō cogentur.

103. Re controversâ partim sub supremo, partim sub inferiore iudice existente, tota causa coram supremo iudice tractanda.

104. Moribus Germaniæ, & Galliæ propter causæ continentiam superior adiri potest.

105. Res unita, & connexa eidem foro subiiciuntur, cui subiicitur res Principalis. 106. Unio facit rem esse eius naturæ, cuius est id, cui unitur.

107. Respondetur ad contraria. 108. Accessorium parilem sapit naturam cum suo principali. Cohærentia censentur eodem iure, cum iis, quibus cohærent.

109. Minor pars unita maiori, censetur facta illius appendix. Contentum continentis sui legibus æstimatur.

tur. 110. *Verba ex privilegio Austriaco referuntur.*

111. *Multa admittuntur in consequentiam, quæ principaliter non concederentur.*

112. 113. *Judex causæ principalis est etiam judex accessoriarum ejusdem causæ.*

114. *Nulla regula tàm firma, quæ non admittat exceptionem.*

115. *Proposita regula admittit exceptiones.* 116. *De connexis idem, quod de principali statuendum,* 117. *Connexitas operatur, ut unitas censeatur. Magis dignum trahit ad se minus dignum.*

118. *Si non de integro Ducatu, Comitatu, &c. sed de parte aliqua agatur, Imperatoris cognitionem locum habere non videtur.*

119. *Contraria sententia verior. Quicquid juris in toto, quoad totum, idem etiam juris esse censetur in parte, quoad partem, nisi manifesta monstretur totius & partis diversitatis ratio.*

120. *Ad argumentum contrarium respondetur. Verbum,* gäntzlich/ *in constitutione nostra ad quid referatur.*

121. *Limitatio:*

122. *Alia exceptio in aula Cæsarea in ardua causa opposita aliquando, sed rejecta fuit.*

123. *An de his feudis regalibus in arbitros compromitti possit?*

124. *Generaliter jure feudali constitutum, Vasalles in arbitrum compromittere posse.* 125. *Generalis ista juris feudalis dispositio ad nostrum casum trahi non potest. Cognitio de hisce feudis regalibus est de reservatis summi Principis.* 126. *Reservata Imperatoria nulli alii, præsertim privatis, communicari possunt.*

127. *De ejusmodi reservatis nec statuere, nec paciscí quisquam potest, in præjudicium superioris.*

128. *Compromittere est de genere permissorum. De Jure civili de causis mixti imperii, & in causa liberali compromitti non poterat.* 129. *In matrimonialibus compromissum non valet.* 130. *Ejusmodi causæ sub statuto compromittendi non continentur.*

131. *Argumentum à maiori ad minus in iure validum.*

132. *De arbitris statuto & pactis familiæ constitutis aliud statuendum videtur.* 133. *Pacta & statuta familiarum illustrium generali imperii, & Imperatoris lege confirmata sunt.*

134. *Contrarium verius. Sub generali confirmatione non veniunt ea, quæ in specie reservata sunt summo Principi præcipua.* 135. *Privilegia & concessiones semper intelliguntur salvo jure superioritatis.*

136. *Statutum compromittendi, in his feudis regalibus sine speciali Domini consensu non obtinet.*

137. *Causa coram ejusmodi arbitris agi cœpta, ab Imperatore avocari potest, & inhiberi, ne ulterius procedatur.*

TRITUM & vulgatum est illud, quod † ma- 1
gnæ & arduæ causæ magnos requirant judi-
ces, *l. non distinguemus, §. de liberali. ff. de recept. arbitr.* Hinc cum Jethro Mosi genero suo consuluisset, ut judices eligeret, quibus causarum definitionem committeret, hanc adjecit clausulam, ut si quid majus accidat & gravius, referant ad ipsum, *Exod. 18. v. 22. fac.* R. A. zu Eßlingen/ de Anno 1562 in pr. juncto, §. Vnd nach dem R. A. de Anno 1555. §. Zu dem vnd vber solches ibi, weren aber dieselbige Mängel vnd Vrsachen also wichtig/ daß sie darüber einige Verenderung zu thun nicht vnterfahen wolten/ so sollen dieselbige an die Keyserliche Majestät gelangen lassen.

Unde Feudorum † moribus si inter Capita- 2
neos tanquam majores Vasallos controversia erat, coram Rege lis terminanda fuit, *c. u. in pr. de leg. Corrad. 2. Feud. 34.*

Et novissimis † etiam imperii Constitutioni- 3
bus, soli Imperatori [tanquam judicum judici, Bald. *consil. 333. in pr. lib. 1.* Cardinal. Tusch. *pp. conclus. 35. n. 7. verbo Imperator.*] in signum supremæ potestatis competit hoc jus, ut de Feudis imperii Regalib. ut sunt Ducatus, Principatus, Comitatus, vel his similia, cognoscat, R. A. zu Wormbs/ de Anno 1521 sub tit. Römischer Königlicher Majestät Regiment/ §. Ob auch Sachen Fürsten/ Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafften/ &c. belangent/ so vom Reich zu Lehen rühren/ so einem Theyl gäntzlich/ vnd endlich abgesprochen werden solten/ derselben Erkentnuß wollen wir vns auch hierinn vorbehalten haben. Doch sonsten in andern Sachen/ diesem vnserm Regiment vnd der Kammergerichts Ordnung/ vnabbrüchig.

Quamvis enim Regimentum † imperii ex Ele- 4
ctoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, aliisq; gravissimis personis constitutum fuit & vice Sac. Cæs. Maj. judicabat, de hisce tamen majorum Regalium Feudis, non cognoscebat, *d. constitut.*

Pari ratione, † quamvis vacante sede imperii 5
ad Electores Palatinum & Saxonem, totius imperii vicariatus publica imperii lege, spectet, ita ut de omnibus negociis imperii cognoscere & judicia exercere possint, horum tamen regalium

Feudo-

Feudorum, quæ vulgò Fahnenlehen dicuntur, cognitio Futuro Imperatori reservatur, *Aur. Bull. Caroli IV. tit* 5 ibi: Außgenommen der Fürsten Feh[?] leut hen/dann derselben Lehen Vergleichung/ schatten wir einem Keyser oder Römisch König.

6 Similiter licet † Camera sit consistorium summi Principis, Geil. 1. *observat.* 42 *num.* 3 *& observ.* 48. *num.* 5. quæ ipsam Cæsaream Majestatem in administratione justitiæ repræsentat, Rosenth. *de Feud. cap.* 12. *conclus.* 1. *n.* 30. Andr Geil. 1. *observ.* 19. *num.* 3. cujus nomine, auctoritate & sigillo omnia mandata & processus expediuntur, *Ordin. Cam. part.* 1. *tit.* 12 §. Und sollen, Geil 1. *observ.* 14. *nu.* 1. Ac Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, aliisque gravissimis personis constituatur, *Ordin. Camer. part.* 1. *tit.* 1 *& passim* Attamen de

7 his Feudis † Cameræ cognitio nulla competit, *Ordin Camer. part.* 2 *tit* 7 [Atque hæc sententia tam de jure communi Feudali quàm de Aur Carol. IV. Bull. & novissimis imperii Constitutionibus satis fundata & communi Dd. calculo comprobata, Alciat. *consl.* 26. *nu.* 7 *l.* 6 Rol. à Vall *consl.* 22. *num.* 18. *vol.* 4 Surd. *consil.* 152. *num.* 51. Zas. *de Feud part.* 11. *nu* 6. *ver. quod & de aliis.* Borchold. *cap* 10. *num* 3. Schrader *de Feud. part.* 10. *sect* 2. *nu.* 66. Geil. 1. *obs.* 1 *num.* 31. *&* 32. *obs.* 29 *num.* 7. *in fin.* Vult *de Feud. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 9. Gothofred Anthon. *disp. Feud.* 14. *th.* 1. *lit. b* Tob. Paurm. *de jurisd. lib* 2. *cap.* 4. *num.* 21. Petr. Denais. *injur Camer. tit.* 141. §. 1. Goldast. *de jure & success. Regn. Bohem. lib.* 1. *cap.* 2. *num* 6. *&* 7. Buxtorff. *in desert Aur. Bull. conclus.* 61. Thom Mich. *de jurisd. concl.* 28. Engelbrecht. *de jurisd. conclus.* 117. *& seqq.* Coler. *de jure Imper. German. sect.* 2 1.]

8 Hæc † jura licet satis sint aperta & clara, tamen à nonnullis in dubium vocantur. Nihil siquidem inter homines sic indubitatum est, ut non possit, licet valdè sit justissimum, sollicitam quandam suscipere dubitationem, inquit Justinian. Imp. *in Novell* 44. *cap* 1. *vers. & non fingant.* [Anton. Gamm. *decis. Lusitan.* 202. *sub n.* 3. Bernhard. Græv. 1. *conclus. pp.* 10. *n.* 2.] Cum itaque op-

9 posita † juxta se posita magis elucescant, rationes eorum qui contrarium assertum ireconantur, videlicet quod non ad solum Imperatorem, sed simul ad Pares Curiæ, hæc cura pertineat, in medium adducendæ & ad veritatis lancem expendendæ.

Primum argumentum desumunt ab exemplis

10 † & observantia priorum temporum. Sigismundus Imperator literis ad concilium Basiliense perscriptis, causam & controversiam inter Henricum Lavenburgicum & Fridericum Saxoniæ Ducem super Electoratu Saxonico, Anno 1425. ad Concilium delatam, more imperii solito, ad forum suum remitti & Parium Curiæ consilio terminandam petit. Cujac. *in cap un. apud quem vel quos controv. Feud.* Besold. *de jurisd. Imper Rom. cap* 13. Arum. *de iur. public. discurs.* 11. *in pr.* uti & tempore Friderici Imperatoris inter Ludovicum Bavarum & eius filium Henricum & Albertum, contra Ludovicum Bavarum, Engelbrecht. *de iurisd. imper. conclus.* 117. Unde generaliter † privilegium singulare Principum Germaniæ, quod vocant der Fürsten Recht/deducunt, In Sachen so eines Fürsten Leib/Ehr und Lehenschafft betreffen/ut in illis Imperator absq; consilio Procerum imperii, tanquam Parium Curiæ cognoscere nequeat, Engelbrecht *d. l. c* Quæ ibet autem † dispositio ex observantia subsecuta recipit interpretationem, adeò ut sufficiat vel semel saltem ita observatum fuisse, *arg. l. Mela, §.* 1. *de aliment. & cibar. legat.* Surd. *consil.* 94. *num.* 38. *lib* 1. Pruckman. *consil.* 39. *num* 70. 11 12

2. Argumentum desumunt ab exemplo aliorum regnorum: In Francia † Pares non coram Parlamento, sed Paribus Franciæ conveniri possunt, Chopp. *de domin. Franc lib.* 3. *c* 7. Bodin. *de repub. lib.* 6. *cap.* 4. Hotom *in Franco Gall. cap.* 17. Pariter in regno † Neapolitano Comites & Barones in Criminalibus non nisi per Pares Curiæ iudicantur, Marian Frecc *de differ Feud. regal. n.* 9. 11 *& differ.* 14. 47. Arum. *d discurs.* 11. 13 14

Et licet † exemplis non sit iudicandum, *l nemo iudex*, 13. *C. de sentent & interloc. omn. iud.* ab exemplis † tamen legitimum sumitur argumentum, ad iuris constituti existentiam & observantiam, *arg. Clement* 1. *de probat* Innocent. *ad c. cum Apostolica, verb. datur intelligi, x. de his quæ fiunt à Prælat sin. consens capit.* Alex *ad l.* 1. *num.* 11. *vers. tertiò fallit. in fin. de offic ei cui man lest jurisd.* maximè siquidem exempla rem declarant, *l.* 1. §. *quod vulgò ff. de vi & vi arm. l. ut responsum. C. de transact. l damni*, §. *fin ff. de damn. infect.* & rem quasi digito ostendunt & tactui subiiciunt, Bald. *consil.* 347. *volum.* 1 Hyppolit Riminald. *consil.* 602. *nu.* 27. *per l.* 1. *ff. de præscript. verb* & ab exemplo legitimum sumi argumentum eius, quid fieri, iudicarive debeat, docet Bart. *ad d. l. nemo*, 13. *C. de sentent. & interloc. omn iud. per c. alius item*, 15. *q.* 6. 15 16

17 maximè † si quid in eodem rerum genere & ad eundem effectum longo retrò tempore factum sit, *a g. c causam quæ 1. x. de testib.* Felin. *ibid. & l. acta, ff de re judic l. cum l. te ff. de judic. solv. l. iubemus, C. de liber Caus. l. .C de advocat. divers. iudic.* Johan. Gœdd. *in resp. iur. de restit Baron. Vallend. num.* 174.

18 Nam † ab exemplis inducitur observantia, ex observantia tandem oritur jus. Hinc Hermogenian. *lib. 1. iuris Epitom.* scribit, quod ea quæ per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio, non minus quam ea, quæ scripta sunt iura, servantur, *l. sed & ea, 35. ff. de Legib.* ac rerum perpetuo iudicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere dicit Callistrat. *in l. Nam Imperator noster. ff. eod.*

19 3. Argumentum depromunt à simili, quod † videlicet iniquum reputari non debeat, si ut olim senatores in veteri republ. Romanorum non nisi coram senatoribus. *l. un. C. uti senator. vel Clariss l. 1. C. de tutor. vel curat illustr. person.* ita & Principes Imperii non nisi coram Principibus conveniri queant; videntur enim eorum, quasi subintrasse locum.

Verum hæc & similia quæ à quibusdam adferuntur, non eius sunt ponderis, ut ostendant Imperatorem solum in hisce feudis iudicem non esse, sed iuris necessitate teneri adhibere Proceres tanquam Pares Curiæ. Et quidem quod solus Imperator de hisce Feudis iudicet.

20 1. Et textibus † iuris constitutionum Novissimarum imperii supra allegatis apertissimè evincitur, R. A. de Anno 1521. Rubrit. der Römischen Königlichen Majestet Regiment / §. Ob auch Sachen / qui §. *in ordinat. Camer. de Anno* 1555. verbotenus repetitus & iteratus. *Ordin. Cam.*
21 *part. 2. tit. 7.* Qui autem cum † textu navigat, securus navigat Udalric Zas. *ad l properandum, §. & si quidem, n. 8 C de iudic.* [Et quando ex textu res est clara. longior disputatio cessat, ut ait Castrens. *consil. 466. n. 1. vol. 1. per l ille, § cum in verbis, ff. de legat. 3. l. iam hoc iure, §. ult. de vulgar. & pupill. subst.* Wescenb. *consil. 24. n. 14.*] maximè si textus sit apertus, & eorum qui contradicere in constitutionis promulgatione potuissent suffragio repetitus. Verisimile enim est, quod Proceres & status imperii, si ea cognitio non soli Imperatori reservari debuisset, eam declarationem adiecissent, ut cum Parium consensu illa cognitio
22 fieret. Quod autem † verisimile est, probabile est, & pro vero habetur, Anton. Faber. *in Consultat. de Ducat. Montisferrat. part. 1 pag. 12. in fin.* Sicut vice versa, quod non est verisimile, nec veri imaginem habet, Bald. *in l. ult. ff. quod met. caus.* Zas. *2. cons. 6. num. 28.* Vincent. Honded. *1. consil. 102. num. 51.* Bertazol. *1. consil. 280. num. 2.* Quamobrem ubi verba † legis sunt clara & perspicua, 23
interpretatio quæcunque alia calumniosa censetur, Vult. *consil. Marpurg 14. num. 5. volum. 2.* & inanis de ea quæstione est disputatio, ubi clara constitutionis est determinatio, *l. ancilla, C. de furt.* neque in certis locus est conjecturis, Tyraquell. *in l. si unquam verb. liberto circ. med. C. de revocand. donat.* Cephal. *consil. 138. num. 6.* Surd. *cons. 99. num. 26.* Oldendorp. *cons. Marp. 5. n. 67. vol. 2.* Et hisce adstipulatur anterior Conradi Imperatoris constitutio, *in c. 1. de Leg. Conrad. & text. in cap. 1. apud quam vel quos.*

Secundo si non ad solius Imperatoris, sed etiam Procerum Notionem horum Feudorum regalium cognitio & definito spectaret, utique a Cameræ imperialis † jurisdictione, tanquam 24
reservatum præeminentis potestatis Cæsareæ, non fuisset excepta, siquidem judicium † Ca- 25
meræ, non solum Imperatoris, sed omnium Imperii Procerum personas repræsentat, & Assessores Cameræ, ab omnibus Proceribus constituuntur.

Ex hisce ulterius ita colligitur, si Camera † 26
quæ concurrentem cum Imperatore jurisdictionem habet, de hisce feudis non cognoscit, multo minus Pares Curiæ ad horum dijudicationem vocandi erunt; quia hi nullam jurisdictionem concurrentem cum Imperatore habent quapropter cum Camera quæ paribus Curiæ major excluditur, justa ratione & hi removendi erunt, Arum. *d. discurs. Academ. 11. p. 191.* ubi aliam adhuc rationem non contemnendam subjicit.

[Neque etiam usu & observantia supra allatæ constitutiones destituuntur. Constat enim ex variis imperii actis, † Imperatorem solum ho- 27
rum Feudorum cognitionem non obstantibus ejusmodi & similibus exceptionibus suscepisse, atque etiam Electores & Principes imper. Romani, S. Cæsareæ Majestatis auctoritatem observantes, eam ultrò suæ Majestati submisisse, idq; in causa Juliacensi Christian. II. Elector, uti & Duces reliqui Saxoniæ, publico scripto contestati sunt, dū ita scribunt: Es erinnern sich auch Jhre Chur- vnd Fürstliche Gn. Gn. bedächtlich / daß dannoch der

Röm.

Röm. Keys. Maj. wann vber Fürstenthumb vnd dergleichen Reichs-Leben/Streit vnnd Spaltungen vorfallen/daß die Erkandnuß nicht allein vermöge der beschriebenen Lehenrechte/ohnzweiffich gebühre vnd zustehe/sondern auch derselben mit einhälligem Schluß aller Stände deß Reichs/in der Cammergerichts Ordnunge vnd sonsten reserviret vnd vorbehalten worden/so gar/daß ob sonsten die Keys. Maj. cum Camera vnnd hinwider Camera cum Cæsare, in andern Fällen concurriret, gleichwol dieses ein casus reservatus bleibe/darinnen Cameræ. vielmehr aber Paribus Curiæ die cognitio gar abgestricket/welche der Keys. Maj. zu entziehen Ihre Chur: vnnd Fürstl. Gn. Gn. Pflicht/Standes vnnd Gewissens halber nicht wol verantwortlich. Item, daß der Keyserlichen Maj. vermöge beschriebener Rechte/ deß H. Reichs Constitutionen vnd vblicher Observantz im Reich/die cognitio vnnd decisio, als dem einzigen ohnmittelbahren Richter allein zustünde/ die könten vnd wolten sie Ihrer Majest. als Gehorsame deß Reichs Chur-vnd Fürsten nicht entziehen. Hæc habentur in der Außführlichen Deduction/ deß Chur: vnd Fürstlichen Hauses Sachsen/ an dem verledigtem Fürstenthumb Gülich/ꝛc.

28 Quamobrem † posthabitis exceptionibus istiusmodi atq; appellationibus interpositis causa isthæc Juliacensis in aula Cæsaris recepta, in hunc usq; diem agitatur. Similiter in causa Hessen contra Hessen, die Marpurgische Succession betreffent / per aliquot annos ex una parte exceptio isthæc fuit opposita, sed in Comitiis Ratisbonensibus 13. Octobr. Anno 1613 per decretum Cæsareum, à gloriosissimo Imperatore Matthia, rejecta & litis contestatio sub præjudicio injuncta. In causa Lünburg contra Braunschweig / das Fürstenthumb Grubenhagen betreffent / Idem Imperator definitivè pronunciavit. Modernus Imperator invictissimus, Ferdinandus II. pariter in causa Baden contra Baden/ 25. Augusti Anno 1622 sententiam solus publicavit. Vid. Nic. Bell. *in Laur Austriac. lib 6. fol. 665. & seq.* ubi recitat

29 formulam sententiæ. In prædicta etiam causa † Hessen contra Hessen/ in conventu Ratisbonen. Anno 1623. Idem Imperator gloriosissimus, solenniter in throno Cæsareo sedens, adstantibus à dextris Electore Moguntino & Coloniense, Leopoldo Archiduce Austriæ, Episcopus, Augustano, Eichstedensi & Ratisbonensi: A sinistris, Maximiliano Bavariæ Duce & Electore, Wolfgango Wilhelmo Palatino Neoburgico, Ludovico Hassiæ Landgravio, Julio Duce Würtebergense, Duce Lavvenburgense, Johanne Friderico Principe Zollerense, præsentibusque toto ordine Consiliariorum Cæsareorum, Comitibus, Baronibus, multorumque Principum & Civitatum Legatis, sententiam definitivam publicavit 2. Aprilis Anno 1623. Cujus actus cum spectator fuerim, pleniùs describere volui. Prope thronum adstitit Hereditarius imperii Marescallus Maximilianus Baro à Pappenheim, gladium evaginatum in manibus tenens: a sinistris imperii Vice-Cancellarius Ludovicus ab Ulm, Baro, qui verba fecit, in hunc ferè modum: S. Cæsaream Majestatem à Deo esse ordinatam, ut cuique jus dicat & justitiam sine ullo personarum respectu administret. Posteaquam verò prædicta causa, per octodecim annos in aula Cæsarea fuerit ventilata, & suæ Majestatis officium pro ejus definitione instantissimè imploratum, ideoque in consilio Cæsareo aulico deliberata diu, enter causa, & relatione ad suam Majestatem facta, eandem communicato cum Electoribus & Principibus imperii tunc Ratisbonæ præsentibus consilio, sententiam concepisse, quæ per Secretarium imperialem, Johannem Rudolphum Pucherum, ex charta recitanda sit: idque ita etiam factum, & sententia lecta fuit.]

Rationes † in contrarium allatæ aures magis demulcent, sed nihil habent de substantia, ut in simili loquitur Paul. Castrens. *in l. cui fuerit. num. 1 ff. de cond. & demonstr. & post eum* Ernest. Cothm *cons. 78. n. 106.* 30

Ad 1. Resp. Non exemplis, † sed legibus pugnandum esse, *l. nemo 13 C. sentent. & interloc. omn. judic.* Quamvis enim Sigismundus & Fridericus Imperatores, ex mera libertimæ voluntatis facultate, cognitionem Regalium Feudorum Procerum & Parium consensu instituerint, neque tamen ipsos ad id necessitate adstrictos fuisse, neque suo exemplo posteriores Imperatores, in quos nullum Imperium habuerunt, adstringere potuisse, manifestum est. Nam antecessoris † factum [præsertim quod meræ est facultatis] Princeps vel jure Electionis, vel Lege Regia succedens præstare non tenetur, per ea quæ supra *Class. 3. c. 10 latius deducta sunt.* 31 32

Neque ulla hic locum sibi vendicat præscriptio, † quia tralatitium est, quod iis, quæ in mera facultate consistunt, præscribi non possit, *l. viam publicam, 21. ff. de via publ. & itin. publ. l. Proculus, 26. ff. de damn. infect. l. quaro, 18. ff. de jur. patronat.* Hieron. Schurff. 2. *consil.* 88. Didac. Covarruv. 1. *resolut* 9. *num.* 1. *& seq.* nisi turbatio & interversio possessionis ex secuta prohibitione præscribentis, & patientia adversarii accedat, *l. hac autem, 6. l. si ades, 32. de servit. Urban. præd.* Me- 33

noch. 2. *a bitr.*106.*num.*10. Et ita quodammodo
34 in terminis, quod adversus eum, qui libera † voluntate justitiam per officiales administravit, non currat præscriptio, judicatum & decisum tradit Vincent. de Franch. *decis* 166.

Et quamvis ex illis exemplis quidam jus illud quod dicunt Fürstenrecht † exstruere conentur,
35 tamen neque in Aurea Caroli IV. Bulla, neque ulla alia publica imperii lege illius juris expressio & mentio fit. Et cum in publicis imperii constitutionibus etiam quævis minutiora sæpe attingantur & tractentur, verisimile † non est Im-
36 peratorem & Principes imperii tantæ, ut ita dicam, importantiæ jus negligere voluisse, cum ea quæ notabilia sunt, nisi specialiter notentur, quasi neglecta videantur, inquit Ulpian. *in l. item is, §. hoc edictum, ff. de injur.* [Matth. de Afflict. *dec.* 111. *nu.*9. Alex. *consil.*104. *in fin. lib* 1. Cravett. *consil* 880. *n* 19. maxime in his quæ sunt magni momenti, *c. fin. de prabend. c. cum. clerici, de verb. signif.*
37 Crav. *consil.*895. *num.*21.] Quod itaque † in lege non cavetur, in practica non habetur, ut dicit Bald. *in c. nihil, col. ult de Elect.* Everh. *in loc. à leg. cessant* [Nec quicquam temere sine juris auctoritate asserendum *c. hi qui in Ecclesia de sentent. excomm. in* 6. *c. consuluisti*, 2. *q.* 5. *l. dissentientes vers. nulla pracipit juris constitutio, C. de repud.* Goedd. 1. *consil. Marp* 7. *num.*134.] Et quod expressum non est, pro omisso habetur, *l. quicquid, & ibi Dd. ff. de V. O.* [Confer Melchior. Goldast *de jure sive success. Regn. Bohem lib.* 1. *cap.*2. *nu* 6. 7. & 8.]

38 Ad 2. Respondetur, non spectandum esse, † quid in Gallia vel alio regno Lege vel moribus receptum sit, sed quid in Imperio Romano ex Lege imperii fieri debeat, *argum. l. sed licet*, 12. *ff. de*
39 *offic. prasid* Nam Gallia † excusso de facto imperii jugo, suo more Rege & Lege vivit. Et sicut Galli imperii Legibus adstringi se non patiuntur, ita nec Imperator, nec imperii cives Galliæ legibus
40 & more, multo minus adstricti erunt. Imo † sunt qui diversum scribunt in Paribus Franciæ, quod videlicet in Parlamento de eorum capitibus judicia constituantur, Bart. *lib.* 4. *contr. Monarchomach. c.*14. *verb. originem itaque*, Engelbrecht. *de jurisdict. concl.* 120. *in fin.* [Ex extat quoque memorabile exemplum in Conestablio Comite Sancto Pauli, à Ludovico XI. Galliarum Rege capitis damnati apud Comin. *lib.* 6. *Comment.*]

41 Neque jugulum † nostræ intentionis premūt, quæ de exemplorum vi & effectu adducta sunt. Licet enim exempla, non exiguam vim obtineant, ad arguendam juris constituti existentiam & usum, cum leges firmentur, quando moribus utentium comprobantur, ut inquit August. *in c. in istis, distinct.* 4. tamen ad juris constituti abrogationem tanquam meri facti, nullam vim obtinent, absurdumque esset, quodlibet factum vel exemplum legi contrarium ei derogare vel in totum abrogare posse. Leges præterea Hermogeniani & Callistrati loquuntur de consuetudine recepta & populi consensu introducta, ad cujus perfectionem & probationem non sufficit, unius vel alterius exempli introductio, sed ut exempla contradicto judicio obtinuerint & firmata sint, ut inquit Ulpian. *in l eum. de* 34. *ff de legibus*, & longe plura requisita quæ examinant. Bart. Jas. & *Dd. communiter in l. de quibus*, 32. *ff. de LL.*

Deinde † mores, usus & observantia juri scri- 42
pto aliquando derogant, si post legem constitutam inducantur. Jam vero exempla supra adducta Friderici & Sigismundi Impp. ante constitutionem illam expressis & claris verbis a Carolo V. de Anno 1521. promulgatam & Ferdinando de Anno 1555. repetitam, acciderunt, ideoque nihil ad hujus juris postea constituti destructionē
conferunt. Leges † namque posteriores, sicut 43
derogant legibus, ita etiam moribus (si qui sunt) prioribus, *l. sed & posteriores, ff. de legib* Et hoc ius novissimum cum mutatum non sit, quare stare prohibebitur *l pracipimus, C. de appellat.*

Ad 3. argumentum respondetur, illud desum-
ptum esse a simili, quod ut alias exigui est ponderis, ita contra expressam legis constitutionem omne robur & probabilitatem arguendi perdit. 44
Quamobrem concludendo dico. † Teni non
indignam esse Majestate imperatoria, si in negotiis tanti momenti Proceres imperii in consilii consortium adhibeat: Id tamen necessitatis nunquam fuisse aut esse, sed liberæ & meræ facultatis, quæ in juris necessitatem non transit, nisi accedat contradictio, turbatio. & patientia, per ea quæ supra tradita sunt. Præterea † judicium 45
aulæ Cæsareæ in quo hæ dijudicantur causæ ma- 46
jorum feudorum, seu Reichs Hofrath appellatur, & illud consilium cum Cancellaria, quod in aula Imperatoris exercetur imperii est, ac Archiepiscopo Moguntino, tanquam Archicancellario imperii, juramento obstringitur, Thom. Mich. *de jurisd. concl* 28. *lit.a in notas.* & post cū Matth.

Wehner.

Wehner. *in peract. observ. verb.* Hoff/ Kayserlich Hoff. [Quod tamen hodie usu non servari, à quibusdam consiliariis aulicis ipsemet certior quandoque factus sum Hoc tamen expeditum est, †
47 quod Imperator vigore capitulationis obstrictus sit, una cum Electore Moguntino tanquam Archicancellario singulis annis vel minimum per biennium semel visitare, reformare & constituere, artic. Genandten unsern Hoffrahts/ ibi: Denselben auch Jährlich oder in zwey Jahren einmahl/mit Zuziehunge deß Ertzbischoffen zu Mayntz als Ertz-Cantzlern visitiren.
48 Patet etiam † ex supra adducto exemplo, quod Cæsarea Majestas in causa Hessen contra Hessen, Electorum & Principum consilium desuper exquisiverit, citra tamen necessitatem. Sic de Imperatore Maximiliano I. legimus, quod excitata per mortem Georgii Bavariæ Ducis quæstione, de successione inter Palatinos Rheni, & Albertum Bavariæ Ducem Anno 1504. is judices Cameræ Augustam evocaverit, consultaturus cum ipsis, quis potiore jure causam defendere videretur, Gualther. *lib. 2. Chronic. in annotat. de person. judic. Camer p. m.* 458. Quis tamen inde statim inferret, imperatorem adstrictum esse, ut semper Cameræ judices ad ejusmodi causas evocet De hujus controversiæ decisione, vid. etiam Thom. Hubert. Leod. *de vit. Frid II. Palat. lib. 3. circ fin.*]
49 Hæc curia † Imperatoris tam in Comitiis imperialibus auff Reichs Tagen quam in aula Imperatoris am Kayserlichen Hoff/im Reichs Hoffraht existit. Idem Wehner. *d. loc.* [Constituitur
50 hoc judicium aulicum † plerunque ex Germanis viris Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Doctoribus aliisque literatis Et plerunque Princeps, Comes vel Baro Præses est ejusdem.
51 Deinde præter hoc consilium, † adhuc aliud sanctius & secretius in aula imperiali existit, quod vocatur der Kayserliche Geheimbde Raht in quo causæ rationem status concernentes tractari præ-
52 cipue solent. Causæ controversæ † concernentes imperii status, vel etiam ipsum imperium, plerunque agitantur in prædicto Consilio, quod vocantur Reichs Hoffraht in quo proceditur usque ad conclusionem & sententiam; Et si politicæ concurrant considerationes, eam non pronunciant, sed prius causam cum voto, mit einem Gutachten/referunt ad Cæsarem. Quo facto Cæsarea Majestas causam in consilio secreto im geheimen Raht proponit, in quo non tam justitiæ & juris, quam status ratio consideratur, utputa, an tali vel alio rerum statu, commodum sit ita pronunciare; an sine magno imperii motu & scandalo sententia talis executioni mandari possit? Et si difficilis executio, † vel alia incommoda timeantur, 53
non tamen pronunciatio sententiæ conceptæ, aliquantisper suspenditur, donec commodior exequendi occasio eveniat, uti factum in causa Braunschweig contra Braunschweig/ das Fürstenthumb Grubenhagen betreffent/ Item in causa Baden contra Baden Si vero † ejusmodi non occurrant obstacula, non 54
facile receditur à voto senatus aulici, vnnd wird es ins gemein bey deß Reichs Hoffrahts gutachten gelassen. Quod ita in aula Cæsarea observatū aliquoties vidi. De hoc judicio aulico Imperatoris; † in transactione Pallaviensi, de Anno 1552. 55
die 2. Augusti inter Imperatorē & imperii status in ita cautum reperitur: Daß der Kays. Mey. Hoffräther/so deß H. Reichs vnnd der Stände gemeine oder sonderbahre Sachen/berahtschlagen vñ erledigen/also statlich mit Teutschen Rahten besetzet/auch die Teutschen Sachen durch Teutschen gehandelt werden/daß darob männiglich ein billich genügen tragen vnd haben möge/ Vid. tenorem transaction. §. Demnach soll die Erledigunge In eundem fere modum de hoc judicio aulico cavetur in capitulatione moderni Imperatoris Augustissimi Ferdinandi II. artic. 39. incip Wir sollen vnd wollen/ꝛc. ibi: Insonderheit vnsern Geheimbten vnnd deß Reichs Hoffraht/mit Fürsten/Grafen/Herrn von Adel vnnd andern Ehrlichen/nicht allein auß vnsern/ auch mehrertheyls denen so im Reich Teutscher Nation vnd andern Orten/erzogen vnd geboren/darin begütert/ der Reichs Sachen wolerfahren/gutes Namens vnd Herkommens seyn / also bestellen / damit männiglich schleunige vnd vnpartheyische Iustitia administrirt werden möge. Ordinario † huic judicio aulico, secundum quam processus 56
& alia diriguntur, præscribitur quidem ab Imperatore, requisito tamē prius consilio Electorum, art. cap. 40. incipit. Genantem vnsern Hoffraht/wollen wir auch gewisse Ordnunge vnd Jurisdiction verfassen/die Alte revidiren vnd bey nächster Reichsversamblunge den gesambten Chürfürsten zu ihrem gutachten vbergeben. In juramento, † quo 57
utrunque consilium secretius & aulicum obstringitur, exprimitur & inseritur capitulatio Cæsarea, ut in omnibus negotiis eam pro cynosura præ oculis habeant, *juxta eand. capit art.* 42. Incipit. damit auch vnsere sowol der Geheimi der als Reichs Hoffraht.]

Hisce ita breviter præmissis, de his quæ requiruntur † ad hoc ut vigore allegatæ constitutio- 58
nis de Anno 1521. & *in Ordin Camer. p. 2 tit. 7.* solius Cæsaris de Ducatibus, Comitatibus & similibus dignitatibus, cognitio fit, paucis agendum erit.

1. Itaque requiritur, ut Ducatus, Comitatus † vel aliud territorium regalem Dignitatem an- 59
nexam.

nexam habens sit feudale, & non allodiale, quod ipsa verba allegatæ constitutionis arguunt, ibi, So vom Reich zu Lehen rühren. Quamobrem Principatus, Comitatus & Baronatus si qui sunt, qui allodiali jure censentur, ad hanc constitutionem reservatę jurisdictionis non pertinent, And. Knich. *de vestitur pact. cap. 5. n. 146. p. 2.* Christoph. Stroffen/ *inter German. JCtorum consilia, Tom. 3. consil 24. quæst. 1 nu. 20 quem allegat* Regner. Sixt. *de regalib lib. 1 cap. ult. num. 64.* Sic cum inter Du-
60 cem Lotharingiæ † & Comites de H. die Graffschafft S. betreffent/ in Camera lis moveretur, consideratum fuit, non omnes Comitatus esse Reichslehen/ sed quosdam esse Eygenthumb/ de quibus in Camera agi posse conclusum fuit, Auct. *decision. seu Præjud. Cameral. verb. Comitatus.* [Sunt namque bona Regalia, quæ quidem immediatè imperio subsunt, non tamen inde tanquam feuda dependent.] Talis est Comitatus Marp. Et cum de eo inter Ducem Juliacensem & Comitem N. lis incidisset, per viam appellationis illa ad Cameram devoluta inibique pronunciatum fuit, idem Auct. *decis. d. supra loc.* Hoc tamen eo casu puto obtinere, quo aliâs in prima instantia vel per modum Appellationis Cameræ jurisdictio fundata, alioquin ad judices privilegiatos Austregarum hæc cognitio in prima instantia pertinet, Rosenth *de Feud. c. 12. concl 1. n. 36.*

61 Secundò ut huic † Constitutioni locus sit requiritur, ut territorium regalem dignitatem annexam habens non solum sit Feudale, sed etiam ut immediatè ab imperio descendat, & recognoscatur, daß es ohne Mittel vom Reich zu Lehen rühre/ quæ verba licet constitutioni nostræ non sint expressè inserta, tamen ex bona consequentia subintelliguntur, Rosenth. *d. c. 12. concl. 1. n. 30.* Ludolph. Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 2. n. 71.*

62 Quamobrem si † territorium regalis Dignitatis per subinfeudationem ab inferiore factam ad aliquem ejusdem capacem pervenerit, huic constitutioni non subjacet, ut de Comitatu & Baronatu tradunt, Boss. *de regal num. 11.* Borch. *de Feud. cap. 4. num. 12.* Rosenth *de Feud. cap 2 concl. 1. num 3.* quos allegat Regner. Sixtin. *de regalib. dict cap. ult. num. 39. & supra sub cap de Comitib. circ fin. & sub cap de Feud. regal dignit. annex. habent. dixi* Generaliter namque traditum & cau-
63 tum est † immediatum & proximum Dominum, cui & juramentum fidelitatis & servitia præstantur, judicem esse contentione inter Vasallos orta, Herman. Vult. *lib. 2. Feud. cap. 2 num.* Roland. à Vall *consil. 75. num. 15. lib. 3. quod multis & pulcris rationibus illustrat.* Schrader. *de Feud part. 10. sect. 2. à num. 45. usq. ad num 61* Causa † si- 64
quidem proxima, & immediata efficacior est & plus operatur quàm causa remota, *l. secium qui in eo, 60. §. 1. ff. pro soc l qui domum habebat, 57. in fin. ff. locat. l. huic scripturæ, 15. ff. ad l. Aquil.* Tyraquell. *tractat. cessante causa, p. 1. limit. 20. nu. 4.* Ideoque in omnibus negociis & actibus causa immediata potius attenditur, Bald. *in l ex placito, 3 col. 1. & 2. Cod. de rerum permut.* neque hic casus † specia- 65
liter exceptus, ideoque dispositioni juris communis censetur relictus, *l. quicquid adstringendæ de verb. obligat. l. si cum dotem in princ. ff solut. matrim.*

Idem est judicium, † si Comitatus vel aliud 66
territorium regalis dignitatis, qui quondam fuit allodialis, postea non ab Imperatore, sed inferiore Principe in feudum recognoscatur, illius cognitio non ad Imperatorem, sed vel ad Feudi Dominum, si videlicet de qualitate Feudali disceptetur, vel ad Cameram, vel judices Austregarum pro diversitate actionis pertinebit.

3. Quæ † hic de Feudis imperii immediatis 67
dicuntur, eatenus obtinent, si ea habeant annexam regalem dignitatem, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baronatus, & similia, si enim ea destituantur, de immediatis etiam imperii feudis Camera cognoscit, uti decisum esse in causa Ore. Deuroch/ contra Michael G lles/ *4. Septembr. Anno 1551. & aliis testatur* Geil. *1. observ. 19. num. 3. & 7* Rosenthal. *de Feud d. cap. 12. concl 1. n 27 & seqq.* Auct. *Decis. sive prejudit. Cameral. verb. Cæsari reservata fol. 63.* ita tamen ut in his Imperator cum Camera concurrat, & præventioni locus existat, Geil. *d. observ. 19. num 3 & seqq.* Dn. Gothofred. Anton. *in disputat. Anti Vult. 2. Coroll. 11.* Et notandum dicit hoc casu privilegium primarium instantiarum (vulgo die Außträge) locum non habere, Geil. *dict. locat. 7. in fin.* aliud tamen de ipsis † 68
regalibus separatim & non sub cohærentia Feudi regalis concessis dicendum, quæ multum à feudo regalis dignitatis differunt, ut supra suo loco monui, *sub cap. de Feud. regal dignit. annex habent.* Sixtin. *d cap. ult. n. 15.*

4. Requiritur ut agatur † judicio petitorio, 69
von Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafft/ etc. so einem Theyl gäntzlich unnd endtlich abgesprochen werden sollen/ uti verba cōstitutionis habet, Thom. Michael. *de jurisdict.*

jurid. conclus. 28. Dictioni endlich (id est, definiti-
vè) conjungitur dictio gäntzlich / ad excluden-
dum judicium possessorium; quia quæ in eo fer-
70 tur † sententia ex quorundam opinione defini-
tiva est, non interlocutoria,] Bart. *in l. un. num.* 4.
C. si de moment. possess. fuer. appell.] Alex. *in l. quod
iussit, num.* 10. *de re iud.* Bald. *in l.* 2. *num.* 22. *Cod. de
Episcop. Audient.* Geil 1. *observ.* 7. *nu.* 4 Marant. *de
ord. iudic. part.* 6. *tit. de sentent. num.* 35. aut saltem
vim definitivæ obtinet, Johan. Gœdd. *ad c.* 1. *num.*
71 54 *x. de sequest. possess.* Verùm cum hac † senten-
tia parti victæ res omninò non abjudicatur sed
ad petitorium ipsi regressus datur, dubitationis
tollendæ gratia, dictio gäntzlich / ut de solo peti-
torio non possessorio hic agi intelligamus, adje-
cta fuit. Dn. Gothofred. Anton *disp.* 2. *Anti Vult.
Coroll* 18. [Et hanc dictionem gäntzlich prægnan-
tis & præcisæ esse significationis notat Paul.
Matth. Webner. *in observ. pract. verb.* gantz gäntz-
72 lich *pag.* 202.] Cui non adversatur † quod verbum
gäntzlich / verbo endlich / per copulam *Et*, conne-
ctatur, quæ diversitatis nota est, ac inter diversa
usurpari solet, ut ita aliud sit gäntzlich / aliud end-
lich / Ludovic. Gozadin *in l. qui se patris, num.* 7. *C.
unde liberi.* Siquidem non rarò Copula *Et*, poni-
tur inter eadem & similia, & resolvitur in expo-
sitivam, ac stat declarativè inter duo idem im-
portantia Jason *ad l.* 32. *num.* 3. *ff. de legib.* Sichard.
ad l. 2. *n.* 3. *C. quæ sit long. Consuet.*

73 Præterea licet in † possessorio ordinario sen-
tentia definitivè causam possessionis terminet,
nec aliam post se super possessione sententiam
expectet, Andr. Geil. *d. observat.* 7. *nu.* 4. nihilomi-
nus tamen petitorium post eam dirimendum, *l.
ordinariè, C. de rei vindicat. l. incerti, Cod de inter-
74 dict.* cum finis † possessorii sit principium peti-
torii, Bart *in l.* 1. *C. quorum bonor. num.* 17. Bald. *in
l.* 1. *num.* 2. *C. uti possid.* Hinc Ulpianus inquit:
Exitus controversiæ possessionis hic est tantum,
ut prius pronunciet judex uter possideat, ita e-
nim fiet, ut is qui victus est, petitoris partibus
fungatur, & tunc de dominio quæratur. Indeque
Dioclet. & Maximian. ajunt, de possessione, sen-
tentia pronunciata, proprietati nullum præju-
dicium adferre, *l. post sentent. C. de sent. & interloc.*
75 ita ut opponens † exceptionem rei judicatæ in
possessorio, in petitorio non audiatur, *l. & an ea-
76 dem, §. fin ff. de except. rei iudic.* quia possessoria †
causam proprietatis non finiunt, sed præparant.
l. 1. *§. ult. de aqu. quotid. & æstiv.* nec perpetuam
sed temporariam possessionem [illegible] de pro-
prietate iudicatum fuerit, addicunt, Cuiac. *in pa-
ratit. C. de interdict.*

Pro ratione tamen dubitandi facit, quod causa
possessionis † & proprietatis non sit separanda, 77
sed propter causæ connexitatē coram eodem iu-
dice terminanda, *text. in c.* 1 *& ibi gl. de sequestr. pos-
sess. text. in c. cum ad sedem, de restit. spoliat. & in c. si-
gnificarunt, de testib. l. nulli,* 10. *ubi* Bart. Jas. Sich *C.
de jud.* Ideoq; cui committitur † possessorium, ei 78
etiam censetur commissum petitorium, *dd. iurib.*
Andr. Geil. 1. *obs.* 35. *n.* 11. quia quoad usum proce-
dendi, † quoad modum probandi, & mediū per- 79
veniendi ad Dominii certitudinem eiusq; decisi-
onem connexas habent partes, neq; ordinis rati-
one divulsionem aut separationem patiuntur, *arg.
l.* 3. *l. sine possessione ff de usuc. l. sive, C. de probat. d. l.
ordinarii, & l. ult. ubi* Sichard. *Cod. de rei vindic.*
Johan. Gœdd. *ad d. c.* 1. *num.* 53. *de sequestr. possess.*
Si itaque † alius quàm Imperator in Feudis rega- 80
libus, quoad iudicium possessorium admittitur
iudex, is etiam in petitorio admittetur, cum iu-
dex causæ præparatæ sit etiam iudex causæ præ-
paratæ, per ea quæ supra adducta sunt.

℞. Supra traditam regulam de continentia 81
† possessorii & petitorii fallere, si res de qua con-
trovertitur ita comparata sit, ut is qui in possesso-
rio iudex fuit, in petitorio iudex esse nequeat eò
quod petitorium alterius cognitioni specialiter
sit reservatum, Bart. *in l. commodato, §. duabus, ff.
commod.* Jas. *in l. nulli. num.* 6 *&* Zas. *ibid. num.* 14.
Cod. de iudic. Menoch. 2 *arbitr. cas.* 371. *num.* 23. vel
quando res in superioris vel Domini Feudi præ-
iudicium vergit, Bald. *in c. unic. §. præterea de pro-
hib. Feud. alien per Frideric benè & plenè,* Osasc Ca-
cheran. *decis. Pedemont.* 78. *nu.* 9. *& seqq.* Nostro † 82
autem casu cognitio petitorii Principi specialiter
est reservata, *Ord. Camer. p.* 2. *tit.* 7. Ideoque nihil
hic operabitur connexitas possessorii ad fundan-
dam iurisdictionem in petitorio.

Quid verò si lis super Feudo regali Ducatus,
Comitatus, &c. moveatur non tamen super qua-
litate Feudali, anne adhuc constitutioni nostræ
locus erit, ut ad solum Imperatorem cognitio
spectet? Et verius est eo etiam † casu soli Impera- 83
tori reservatam esse cognitionem.

1. Quia † textus constitutionis sæpè dictæ in 84
§. Ob auch Sachen / est generalis & indistinctè
loquens de causis Ducatuum, Comitatuum, &c.
qui ab Imperio recognoscuntur, non adjecta di-

stinctione an causæ illæ versantur super qualitate Feudali, necne ubi itaque lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. quæ de pretio, ff. de public. in rem act.*

85 2. Causæ † Ducatuum, Comitatuum, &c. non excipiuntur, in d. §. Ob auch Sachen/ tanquam causæ Feudales natura sua ad Domini cognitionem pertinentes, sed simul ut causæ illustres & majores per se majorem judicem exposcentes, Magenhorst. *in annotat. ad tit. 7. Ordin. Camer. part. 2.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. imper. Roman.*
86 *lib. 2. c. 5. num. 91.* Eadem † ratione qua olim defensores civitatum, majores causas, utputa si emancipandus vel manumittendus quis esset, ad Præsidem remittere tenebantur, *l. 1. & 7. de defensorib. civit. l. pen. & ult. C. de emancip. liber.* Cujac. *ad Novell. 15. de defensorib. Civit. in fin.*

3. Si propter solam Feudalitatem hæ causæ reservatæ fuissent Imperatori & non simul ut il-
87 lustres, majores & arduæ, utique † & de aliis imperii immediatis feudis, ohnmittelbahren Reichs-lehnschafften/ solus Imperat. cognosceret ex rationis identitate. Arqui de his non solus Imperator cognoscit, sed Camera concurrit cum Imperatore, ut supra ex Gail. 1. *observ. 29. num. 3 & 7. aliisque probatum fuit.* Ergo non propter solam Feudalitatem, sed potius propter magnitudinem tanquam arduæ & graves Imperatori non solum tanquam Domino Feudi, sed etiam ut summo Magistratui & judici ordinario in signum præeminentis superioritatis hæ causæ Ducatuum indistinctè reservatæ sunt.

Pro ratione dubitandi facit. 1. Quod ad hoc
88 † ut Domini vel Parium sit cognitio, non controversiam tantum esse de Feudo, sed talem quæ ipsam Feudi naturam respiciat, ut, cùm si agatur de amissione vel constitutione Feudi, Bald. *in c. 1. §. inter pares vers. ita ponit, de L. C. nrad.* Hartman. Pistor. *quæst. lib. 1. quæst. 15. num. 27. & seq.* Fichard. *consil. 12. num. 8. & 9. lib. 2.* Reguer. Sixt. *de regalib. d. c. ult. lib. 1. num. 56.* Ideoque si ad alium
89 effectum, † quam ad constitutionem vel privationem Feudi agatur, etiamsi lis sit de prædio in feudum dato, non ad Dominum, sed ordinarium rei judicem cognitio spectat, Udalric Zas. 1. *consf. 13.* Ludolph. Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 2. n. 31.* Mynsing. *observ. 99. n. 3 & seqq.* Coler. *de processib. executiv. p. 2. c. 3. n. 311. & seqq.*

90 2. Dubium movet, † quod illi Ducatus, Comitatus, &c. qui non sunt Feuda Imperii, solius Imperatoris cognitioni non reserventur, ut supra in primo requisito dictum fuit.

Ut itaque imperatoriæ † tantum cognitioni 91 locus sit, requiritur, ut Comitatus, Ducatus, &c. sint Feuda imperii; Ex hisce prono quasi fluit alveo, non tam causæ magnitudinem (aliàs enim de his etiam Ducatibus, Comitatibus, &c. qui Feuda imperii non sunt ex ea magnitudinis causa Imperator solus cognosceret) quam ipsam Feudalitatem in consideratione fuisse.

Hisce tamen argumentis à priori sententia me dimoveri non patior.

Ad 1. Rx. illud argumentum procedere eo casu, † quo Dominus Feudi non est simul ordina- 92 rius judex; Imperator autem non solum ordinarius judex illarum causarum, sed etiam summus Magistratus est, cujus jurisdictio non solum ex qualitate Feudali, sed etiam ex vera subjectione fundata in omnibus imperii immediatis civibus & possessionibus [Siquidem naturaliter, omnis jurisdictio penes Imperatorem residet, ut dixit Bald. *in c. un. §. ad hæc, de pac. juram. firm.* Tileman. de Benign. *observat. Camer. pentecost. 8. obs. 1. n. 3. fol. 166.*]

Et quamvis † Cameræ, & certis casibus privi- 93 legiatis judicibus, Ordinariam causarum cognitionem, secundum tamen vigorem ordinationis, Imperator concesserit, attamen in hisce causis Ducatuum ipse solus esse voluit ordinarius, *d. tit. 7.*

Ad 2. Rx. Quamvis de illis Ducatibus & Comitatibus, disponat constitutio, *d. tit. 7.* qui sunt Feuda † imperii, non tamen id fit propter solam 94 qualitatem feudalem, sed potius propter magnitudinem causarum, ut supra dictum est, & quod non feudalia, quæ tamen regalem dignitatem annexam habent, ab hac constitutione eximantur, id inde factum puto, quod leges constituantur de his quæ frequentia, non quæ rara sunt, *l. 3. 4. 5. ff. de legib.* Nullum autem esse existimo † Du- 95 catum & perpaucos Comitatus, qui allodiales jure censeantur, [& cujus non ad minimum Regalia ab Imperatore & imperio recognoscantur,] ita ut exinde Imperatores non ita solliciti fuerint, in reservanda ibi cognitione.

Dubitari ulterius posset, quid juris, si Ducatus, † Comitatus de quibus controversia move- 96 tur, partim Regali feudi jure ab imperio immediatè dependeant, partim ab illis inferioribus Dominis, partimque ex allodialibus portionibus colle-

collecti, & uniti, & tanquam unum corpus ab Imperatore in Feudum recognoscantur; sit quod eo casu non solius Imperatoris sit cognitio, sed eorum à quibus istæ res particulares in Feudum recognoscuntur, innuere videntur rationes sequentes.

97 1. Quia cessante † eo, in quo fundatur dispositio, ipsam quoque dispositionem cessare consequens est, *c. cum cessante, x. de Appellat l. 1 §. quod autem ait Pretor, & ibi Bart. ne quid in flum publ. l. 2. §. decere, ff de vi bon rapt.* Andr. Geil. *in tract. de pignor obs. 1. num 2.* Gylman. *in Symphor supplic. tom. 1. tit. 1. volum 4. num. 18.* Schrader. *de Feud. part. 1. q. 6. num. 23.* Atqui in eo fundatur qualitas

98 † reservatæ cognitionis ut Ducatus, Comitatus, &c. ab Imperio & Imperatore dependeant, **So vom Reich zu Lehen rühren** Ideoque ad res allodiales vel Feudales quæ non ab Imperatore, sed aliunde recognoscuntur, interpretatione extendi dicta constitutio non debet, Ludolph Schrader. *de Feud. part. 10 sect 2. n. 66.*

99 2. Generaliter constitutum est, † eum in causis feudalibus inter vasallos esse judicem, qui immediatus Feudi controversi Dominus est, Bald. *in c. cæterum, x. de judic.* Clar. *in §. Feudum, q 90. num. 11.* ubi communem dicit Curt. Jun. *part 4. num. 63.* Herman. Vult. *1. Feud cap. 2 num 11.* quia

100 causa † immediata & proxima efficacior est, & plus operatur, quam causa remota *l. socium qui in eo. 60. §. 1. ff. pro soc l. qui domum habebat, 7 §. in fin. ff. locat. l. huic scripturæ, 15. ff. ad L Aquil.* Ideoque in omnib. negotiis potius attenditur, Bald *in l. ex placito, 3. colum. 1. & 2. C de rerũ permut.* Schrader. *d. sect 2. n. 60.*

Hisce tamen non obstantibus, contraria magis

101 gis arridet sententia, siquidem † causæ continentia non est dividenda, *l. nulli, C. de judic l. omnes, C. arbitr. tutel* Frider. Mindan. *de caus. continent.*

102 *cap. 1 per tot.* ne † actor vel reus super eadem re in diversis judiciis magnis sumptibus litigare cogatur, *tot tit. ff de quib. reb ad eund. judic eat. d. l omnes, C. arbitr tut.* & ne lis ex lite cum reipub. & partis detrimento trahatur, *arg. l. propera dum, in pr. C. de judic. Nov. 18. C. studium vero, l. item si res, 4. §. 1. ff de alien judic. mut. caus. fact.*

103 Ideoque si res de quibus est controversia, † partim supremo duntaxat, partim vero inferiori judici subsint, tota causa coram supremo judice recte tractatur, Frider. Mindan. *de caus. contin. c. 3. num. ult.* Mynsinger. *obs. 4. cent 1. nu 2. 3. & seqq.* Andr. Geil. *1. observ. 32. num. 3.* Johan. Gœdd. *ad cap. 1 num 31 de sequestr. possess.* ubi dicit generalitatem causæ & actionis efficere, ut plures res & personæ diversæ jurisdictionis, in uno judicio & coram uno judice terminentur, *l. 1 l. 2. ff de quib. reb. ad eund judicem eat. l. 2. ff. fin. regund. §. quæ tam, instit. de action.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 371 n. 10* Hartman. Hartman. *pract. observ. 7. sub tit. de judic n. 7.*

Hinc etiam quando quædam † feuda sub uno 104
Domino inferiore, aut eius curia, quædam verò ab alio æquè inferiore controvertuntur & recognoscuntur, quæ omnia eundem Dominum Feudi superiorem, qualis est Imperator, habeant, propter causæ continentiam superiorem adiri posse, moribus Germaniæ & Galliæ obtentum scribit, Henric. Rosenthal. *de Feud. c. 12. conclus. 1. num 81. fac. text.* **in R. A. zu Speyer** / de Anno 1570 **Dann es aber alle Verenderung** / ibi, contra plures Gorreos diversi fo i vnd derg i hen.

Hoc multo magis procedit, in † unitis & qua- 105
si in unum corpus collectis, quia res unitæ & cõnexæ eidem foro subjiciuntur, cui subjicitur res Principalis, Felin. *in c. super literis, num. 20. x. de præscript* Pacian. *de probat. c. 26. num. 51* Frider. *d. tract c. 20. num. 1.* quia † unio facit rem esse ejus 106
naturæ, cujus est id cui unitur, per ea quæ supra latius tradita *sub cap de success. divis. & Administr. Feu l. regal. circ. fin.*

Ad 1. Argumentum respondetur, † nostro ca- 107
su non omnino deficere qualitatem fundantem dispositionem illius, §. **Ob auch Sachen** / propter rerum unionem & connexitatem. Siquidem † accessorium parilem sapit naturam cum suo 108
principali. *cap. accessorium de regul. iur. in 6.* Andr. Knich. *2. de vestit. pαction. c. 3. num. 92.* Boët. *decis. 50. num. 19.* [Etiamsi accessorium esset majus & dignius suo principali, *l & si non sint, § pervenimus, ff. de aur. & argent. §. si tamen alienam, Instit. de rer. divis.* Castrens. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, vers. quod nota, ff. de v. rb. oblig.* Sixtin. *2. consil Marp. 7. num. 59.*] cohærentia censentur eodem jure, sicut ea quibus cohærent, *l. quæ religiosis. & ibi gl. ff de rei vindic.* Martin. Uran. *consil. 80. num. 3. tom. 2.* Si enim religiosi jure censetur, quod rei religiosæ cohæret, *d l quæ religio. s.* quare non Ducatus jure quoad causæ continentiam non dividendam censebitur, quod Ducatui cohæret, & unitum est. Et minor † pars unita ma- 109
jori censetur facta illius appendix, *l litibus, C. de agricol.*

agricol. lib. 11. Wefeubec. *confil.* 1. *num.* 52. & au-
gmentum fumit naturam ejus cui adijcitur, Al-
bert. Brun. *tract. de augment. concluf princ.* 5. & 6.
Et contentum continentis fui legibus æftimatur,
Erneft. Cothman. *conf* 84. *num* 20. *Zaf* 2. *conf.* 11.
num. 3. & 4. Zachar Viet. *de exemption. concluf.* 18.
110 ubi ex privilegio † Auftriacis dato refert hæc ver-
ba: *volumus ut fi dift-ictus & ditiones veftri Duca-
tus amplientur. hareditate, donatione, emptione, vel
alio quovis devolutionum fucceffu, prafata jura, pri-
vilegia & indulta ad augmentum dominii Auftria
plenarie referantur*, Acac. Euenhl. 2. *de privileg. iur.
cap.* 4. *num.* 120 quæ verba privilegio ifti non fpe-
cialis expreffionis fed majoris declarationis cau-
fa inferta funt, & quamvis omiffa effent, idem fta-
tuendum foret propter rationes modo traditas.

111 Pro fecundo refpondetur † multa admitti in
confequentiam quæ principaliter non conce-
derentur, *l non. folum de reftitut. in integr. l. quod
dicimus, ff. de auctor. tut. l. quoties, C de iudic.* &
112 quod etiam † in feudis circa acceffloria idem ju-
dex adeundus, qui in caufa Principali; generali-
ter traditur, Afflict. *in cap.* 1. §. *praterea fi inter, n* 16.
de prohib. feud. alien. per Frider. Schrader. *de Feud.
part.* 10. *fect.* 1. *n.* 89. Sixtin *de regalib. lib.* 1. *cap ult.
num.* 14. [Idem Sixtin. *confil. Marpurg.* 7. *num.* 60.
vol. 2. ubi ex Hippol. Marfil *fingul.* 7. *num.* 6. tra-
dit, quod judex caufæ principalis, fit etiam judex
omnium eorum, quæ tanquam acceffloria ad eam
caufam pertinent. Idque etiam ita in Camera im-
periali fervari teftatur.]

113 Quando ergo de toto Ducatu † vel aliqua e-
jus parte univerfali Imperator judicat, in confe-
quentiam etiam de portionibus partibus uni-
tis judicabit, falvo tamen cujufque jure Domi-
nico.

Ad 2. Argumentum refpondetur, regulariter
114 † quidem ad immediatum Feudi Dominum fpe-
ctare cognitionem non tamen femper. Nulla e-
nim tam firma eft regula quę non admittat ex-
ceptionem. Admittit autem regula propofita
115 exceptionem, 1. quando de † re illa feudali non
principaliter, fed in confequentiam principalis
cui adhæret, controverfia movetur, tum enim
rei principalis judex, iudicat etiam de acceffo-
riis per modo tradita. Secundò admittit modo
116 dicta regula exceptionem † in unitis & conne-
xis, ne continentia caufæ dividatur; Nam de
connexis idem quod de Principali ftatuendum
eft, *c. tranflato, de conftituit gl ibid. in verb. quod de
uno, l. proinde fi fervus ff. ad l Aquil l, arbore, ff.
Comm divid.* Andr. Geil. 1 *obfervat.* 33. *num.* 10.
Rutger. Ruland *de Commiffar. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 10. 11.
Et connexitas † operatur, ut unitas cenfeatur, 117
Andr. Geil. 1. *de pace publ. c.* 6. *num.* 5. ac proinde
res connexæ five unitæ, ut & pertinentiæ eidem
foro fubiiciuntur, cui fubiicitur res principalis,
Felin. *in c. fuper literis, n.* 20. *verf quinto facit, x. de
refcript.* Frider. Mindan: *in d tractat. de cauf. conti-
nent. c.* 20. *num.* 1. & magis dignum trahit ad fe
minus dignum, *c per tuus de arbitr. c. quanto de
iudic. cap. quod in dubiis, verf. fin de confecrat. Ec-
clef. vel altar. l communem, ff. fervit. quemad. a-
mitt. text. notabil. in l. per minorem ibi, maior enim
quaftio minorem ad fe trahit, ff. de iudic.* ne aliquis
eiufdem caufæ nomine fub diverfis iudicibus li-
tigare cogatur. *c. ex tenore, & c. fin. x. de refcript. c.
2. de cauf. poff. & propr. l.* 1. & 2. *ff. de quib. reb. ad eund.
iud. eatur.*

Ulterius ad noftram conftitutionem quæri-
tur, fi non de integro Ducatu, Comitatu, † & 118
fimili Feudo regali, fed de parte aliqua Ducatus,
Comitatus, &c. veluti dimidia, tertia, quarta,
quinta. &c. agatur, anne adhuc folius Imperato-
ris fit cognitio; Et videtur eo cafu refervatam il-
lam Imperatoriæ Mejeftatis cognitionem locum
non habere; quia in d. §. Ob auch Sachen ver-
ba illa extant, fo einem Theyl gäntzlich/ quæ par-
ticula gäntzlich integrum corpus denotare vide-
tur. Ideoque tum demum videtur locus effe con-
ftitutioni, fi alicui feudum regale, hoc eft, Du-
catus, Comitatus, Baronatus, gäntzlich/ hoc eft,
totaliter abiudicari debeat, non vero pars eius
aliqua; & ita fentit Regner. Sixtin. *de regalib. lib.* 1.
d. cap. ult. n. 19. & *feqq.* Rofenthal. *de Feud. c.* 12. *concl.*
1. *n.* 30.

Verum † contraria fententia veritati & inten- 119
tioni legislatoris magis congrua. Nam quic-
quid iuris in toto quoad totum, idem etiam iu-
ris effe cenfetur in parte quoad partem, *l. qua de
tota,* 76. *ff. de public. in rem act. l fi quis fcit,* 25. *in pr.
ff. de ufur.* Everhard. *in topic. legalib. loc. à toto ad
partem,* nifi manifefta monftretur totius & par-
tis diverfitatis ratio. Noftro autem cafu eadem
militat ratio in parte Ducatus, quæ in toto Du-
catu. Intereft enim Imperatoris, ne vel hac oc-
cafione difmembrentur Ducatus & feuda rega-
lia, vel aliud quidpiam difponatur, quod in Im-
peratoris vel agnatorum fimul vocatorum præiu-
dicium tendere poffit.

Ad ar-

Ad argumentum allatum reſpondetur, verbū
110 aliud † , gänzlich in Conſtitutione noſtra, non eſſe referendum ad corpus & quantitatem rei controverſæ, ſed ad ſententiæ qualitatem idemque ſignificare, quod vox *omnino;* ut hic ſit ſenſus de illis Feudis Imperatorem ſolum cognoſcere, tunc quando definitive & omnino atque ita in judicio petitorio proprietatis, non etiam in ſolo poſſeſſorio abjudicetur, ſive de integro Ducatu vel Comitatu lis ſit, ſive de certa ejus quota, cui regalis Dignitas annexa eſt.

Et hanc ſententiam tanquam veriorem tuetur. Dn. D. Gothofr. d. Anton. *affinis meus, p.m. in d. ſputat. Anti. Vult. 2. Caroll.* 5. 6. 7. Ludolphus Schraderus *de Feud. part. 10. ſect. 1. num.* 68. Paurmeiſter. *de juriſdict. lib* 2. *cap.* 5. *n.* 96. Pruckman. *conſil.* 36. *num.* 17. [Tileman. de Benign. *obſervat. Camer. Pentecoſt.* 8. *obſerv.* 1. *num* 8.] Et ſecundum hanc in iudicio aulæ Cæſareæ in ardua cauſa pronunciatum, 23. *die Octobr. Anno* 1613.

111 Aliud tamen dicendum de rebus † particularibus, villis, caſtris, oppidis, quæ non habent annexam regalem dignitatem, etiamſi in Ducatu, Comitatu ſitæ ſint, Schrader *d. ſect. 2. num* 68. Gothofred. Anton *d. diſp. 2. Caroll.* 8. [Vidi etiam aliquando in cauſa quadam ardua vertente in
112 aula Cæſarea inter duos imperii Principes de parte Principatus, ex una parte hanc fuiſſe oppoſitam exceptionem, videlicet conſtitutionem † iſtam de reſervata ſoli Cæſari cognitione, ſuper his Feudis, tunc demum locum habere, ſi talis exiſtat controverſia, per quam Feudum ad alium, quàm comprehenſum in inveſtitura transeat, & inducat alienationem extra familiam: Secus vero eſſe ſi inter ipſos agnatos lis vertatur, & feudum in corpore agnatorum remaneat; verum rejecta fuit iſta exceptio; Nam 1. textus eſt generalis & non continet hanc reſtrictionem, 2. Talis caſus raro accideret. 3. Hæc reſtrictio exorbitat à jure Feudali communi, quo Dominus etiam lite inter ſolos agnatos vertente cognoſcit. Intereſt enim Domini, ut quos in inveſtitura æqualiter dilexit, & vocavit, æqualiter etiam feuda teneant. Et ita etiam ſemper fuit obſervatum. Et noviſſime in cauſa **Lüneburg ſive Braunſchweig contra Braunſchweig/ das Fürſtenthumb Grubenhagen betreffent.** item in cauſa **Heſſen contra Heſſen. Et Baden contra Baden/** ubi lite inter agnatos vertente, ſolus Imperator judex extitit.]

Ultimo circa hanc conſtitutionem dubitatur,
113 num de his Feudis regalibus † in arbitros compromitti poſſit, ita ut compromiſſarius ſit judex; ſunt qui affirmant; ſunt etiam qui negant. Affirmantes † utuntur hoc præcipue fundamento, 114
quod generaliter jure feudali conſtitutum ſit, vaſallos in arbitrum compromittere poſſe, *text. in c. 1. de inveſtitur. in marit. fact. c. 1. §. ſi autem inter pares de L. Corradi; cap. 1. an apud judic. vel Domin.* Et quamvis ſint, qui contrarium ſentiant, ut videre eſt apud Schrader. *part.* 10 *ſect* 1. *num.* 116. *ubi plurimos pro ea ſententia adducit & magis communem dicit. Item* Paurmeiſt *lib. 1. de juriſd. Imp. Rom. cap.* 26. *n.* 13 Priorem tamen ſententiam communiter approbatam ex Curt. & communiorem ex Hanneton. dicit Sixtin. *de regalib. d. c. ult n* 60.

Hoc tamen ratione non obſtante, † etiamſi 115
verior de jure ſit eorum opinio, qui volunt in feudis vulgaribus Vaſallos compromittere poſſe, attamen iſta generalis juris diſpoſitio ad noſtrum caſum trahi non poſſet, ſiquidem cognitio de hiſce Feudis regalibus eſt de reſervatis ſummi Principis, d. §. **Ob auch Sachen** Reſervata † au- 116
tem Imperatoria ſunt quaſi ſanctum ſanctorum, in quod nemo intromittitur, præterquam ſolus Princeps; nec ulli alii præſertim privatis communicari poſſunt, Covarr *pract. qq. c.* 4. *n.* 1. Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 3 *gloſſ.* 4. *num.* 16.
Ideoque de † ejuſmodi reſervatis, nec ſtatuere, 117
nec paciſci quiſquam poteſt in præjudicium ſuperioris, *c. cum inferior. de major. & obedient.* Bart. *in l. omnes populi, num.* 26. *in fin. & ibid.* Zaſ. *nu.* 24. *ff. de iuſt. & iur.* Et quamvis compromittere † ſit 118
de genere permiſſorum, attamen de iure etiam civili nec de cauſis mixti imperii, *l. ult. & ibi* Bart. *C ubi & apud quem reſtitut.* nec in cauſa liberali cum de ingenuitate ſive libertate quæſtio movebatur compromitti poterat: quia ut inquit JC. Paulus, favor libertatis eſt, ut maiores iudices habere debeat, *l. non diſtinguemus;* 32. *§. de liberali cauſa, ff. de recept. arbitr. fac l. ult C ubi cauſ. ſtat.* Anton. Fab. *in rational. ad d. § de liberali.* Eadem ex ratione † nec in matrimonialib compro- 119
miſſum valet, *c. petit. x. de in integr. reſtit.* Unde iſtiuſmodi cauſæ † ſub ſtatuto comptomittendi 120
non continentur, Bart. *ad d. l. non diſtinguemus, §. de liberali;* Vincent. Honded. *conſil* 84. *num.* 28. Ergo multo minus de hiſce magnis & arduis cauſis compromitti poterit. [Hoc faciunt tradita Bald. *conſil.* 121. *num* 10 *lib.* 3. ubi reſpondit de Comite olim, hodie Duce Sabaudiæ, quoad li-

nium

tem inter eum & Marchionem Salutiarum vertentem, quod videlicet prædictus Dux Sabaudiæ non potuerit compromittere in Regem Franciæ de Feudis imperii, refert Cardinal. Tusch. *verb. Dux Sabaudiæ conclus.* 819.]

131 Si enim Imperat. † neq; imperii vicariis, *aur. Bull. tit* 5. neque Imperiali Cameræ, quæ ipsam Cæsaream Majestatem quoad jurisdictionem contentiosam repræsentat, horum Feudorum cognitionem permittere voluit, multò minus eandem cognitionem per compromissum in privatos conferendam, concedere voluisse censendus est, argumento ducto à majori ad minus, quod injure validum est.

Hæc quæ modo dicta sunt videntur procedere
132 de compromissariis † conventionalibus. Quid verò de arbitris statuto & pactis familiæ consti-
133 tutis statuendum? Et cum talia pacta † & statuta familiarum illustrium, so ihre sonderbare Austräge gegeneinander haben generali imperii & Imperatoris lege confirmata sint, *Ordin. Camer p* 2. *tit.* 1. videtur aliud dicendum esse.

134 Verius tamen est † eo etiam casu locum esse constitutioni nostræ, de reservata solius Imperatoris cognitione; quia sub generali confirmatione non veniunt ea, quæ in specie reservata sunt summo Principi præcipua, in privilegium Coronæ Principalis, Luc. de Penn *in l. contra publ cam. c ilum.* 7. *C. de re milit. lib.* 12. Osasc. Cacheran.
135 *decis. Pedemontan.* 101. *num* 12. & privilegia † ac concessiones semper intelliguntur salvo jure superioritatis, Covarr. *pract. qq. c.* 4. *num.* 1. *& seqq.* Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *c.* 5 *nu.* 3. *& seq.* Meichsner. *decis. Cameral. Tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 6. *num.* 89. 90. 91. Horum autem majorum Feudorum cognitio specialiter in dd. constitutionibus soli Impera-
136 tori reservata est. Et ita quod statutum † compromittendi de litibus inter sanguineos vertentibus in his feudis regalibus sine speciali Domini consensu non obtineat, tradit Ludolph. Schrad *de feud. part* 10. *sect.* 1. *n* 170. Et quamvis
137 coram hujusmodi † arbitris causa agi cœpisset, posset illam Imper. avocare, vel per rescriptum inhibere, ne ulterius procedatur, ut tradit Cacheran. *decis. Pedemont.* 78. *in fin.* Herman. Vulr. *ad l.* 1. *num.* 168. *C. de jurisdict. omn judic.* Geil. 1 *obs.* 40 *num.* 2 *&* 9.



CAPUT XX.

DE LIBERIS CIVITATIBUS quartam Classem statuum imperii constituentib. Et incidenter etiam quædam de Civitatibus Hansaticis.

SUMMARIA.

1. *Præter Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones etiam civitates imperiales sunt Status imperii.*

2. *In Republ. Romana non una eademq; omnium civitatum fuit conditio.* 3 *Hodiè ex usu imperii aliter distinguuntur.*

4. *Quædam civitates imperiales liberæ, quædam prorsus subdita, & simpliciter municipales sunt.* 5. *Quæ dam verò mixtum statum obtinent. In his multa libertatis antiqua indicia.*

6. *Tempore Caroli Magni, & post eum multa civitates Episcopis, Principibus, Comitibus subdita facta, non tamen eodem iure & conditionibus.*

7. *Civitates singulari clementia ab Impp. Ducibus, Principibus immunitatibus, & privilegiis donata sunt, & adhuc hodiè donantur.*

8. *Distinctionis prædictæ illustre extat præiudicium Caroli IV. Imp de Civitate Hamburgensi.*

9. *Quædam civitates partim Imperatorem quoad regalia partim Electores & Duces imperii, quoad territoria, recognoscunt.* 10. *Civitates imperii quædam solum Imperatorem immediatè recognoscunt. quædam partim Imperatorem recognoscunt, partim etiam Principi alicui subsunt, &c.*

11 *Hic de imperialibus seu liberis imperii civitatibus agitur. Quæ verè antiquam obtinent libertatem* 12. *Et in suo districtu iura Principis usurpant, vicemq; Principis obtinent.* 13. *Sessionem & votum in Comitiis habent. Nobilia imperii membra, fulcra & Columna imperii dicuntur.* 14. *Imperio incorporata sunt, non minus quàm Principes, Prælati, Comites. Et cum iisdem pari passu ambulant.*

15. *Civitates imperiales quomodo dicantur liberæ.* 16. *Civitas imperialis quid sit.*

17. *Olim Imperatores ensingulis imperii urbibus suos præfectos & ministros habuerunt, vulgò* Reichs Vogt / oder Reichs Schultheiß *dictos.* 18. *Ista præfectura plerumq; principibus vi initis commissa qui eas per vicarios suos administrarunt.* 19. *Præfectura civitatis imperialis Wetzflariensis Hassiæ Landgraviis commissa.*

20. *Li-*

20. *Libera civitates nihilominùs manent, salvaq; regalia obtinent, etiam si Principes vicini jus aliquod in illis habeant.* 21. *Exemplo civitatis Coloniensis, in qua Archiepiscopus jus meri imperii habet.*

22. *Recomendati non subjiciuntur recommendato sed extra premissa, remanent in libertate sua.*

23. *Locus subjectus certis pactis & conditionibus, in aliis remanet liber.*

24. *Liberæ imperii civitates in numerum statuum imperii referuntur, & collocantur.*

25.26. *Nulla civitas inter status imperii referenda, quæ jus comitiorum non habet. Ex comitiorum jure inducitur quasi possessio status imperii.*

27. *Multi sunt immediati, qui tamen non sunt status imperii.*

28. *Pluribus qualitatibus copulativè à Lege requisitis, desi tenti unà, deficit & ipsa juris dispositio.*

29. *Tales civitates per modum privilegii, vel præscriptionis ab inferiorum Principum jurisdictione quo ad quid exempta sunt.*

30. *Quidam asseruerunt, civitates non habere jus suffragii in Comitiis.*

31. *Statibus imperii nomen non minùs in civitatibus otiosum esse debet, quàm in aliis Principibus; & Proceribus.*

32. *Quâ formâ civitates ad conventus, & comitia evocantur.*

33. *Civitates in duo scamna dividuntur,* in die Reinische vnd Schwäbische Banck.

33. *Inter imperii civitates 4. sunt primaria, Augusta, Aquisgranum, Metis, & Lubeca.*

34. *Hodie quadam civitates princeps alicui inalias viciniores minores jus aliquod directionis de earum consensu, usurpant.*

36. *Quædam minores ad maiores in causis & litibus provocant, & appellant. Quod tamen magis in vim consultationis, quàm jurisdictionis fieri censetur.*

37. *Vetere jure, civitates exceptâ Româ, privatorum jure censebantur, hodie secus.* 38. *Quod olim Roma, ex legum præscripto, id hodie sunt civitates imperii, ex usu & ordinationibus imperii.*

39. *Civitates mediatè imperio subjecta hodie etiam privatorum loco habentur.*

40.41.42.43.45.46. *Civitates imperiales quædam simpliciter dicuntur* Reichs-Stätte/ *quadam* Freye Reichs-Stätte. *Et quæ differentia inter eas.*

44. *Plurimæ civitates imperiales Imperatori tenentur quotannis ad certam pecuniarum summã, &c.*

47. *Quæ propriè* Freye Stätte *quæ verò* Reichs-Stätte *appellantur.* 48. *Nulla planè realis putatur esse differentia inter* Reichs-Stätte. & Freye Reichs-Stätte.

49. *De civitatibus municipalibus remissivè.*

50. *Ansatica seu Hansatica civitates partim ex imperialibus, partim provintialibus civitatibus constant.* 51 52 *Quando originem ceperit fœdus Hansaticum.* 53. *A Carolo IV. Imp. confirmatum esse constat.*

54. *De notatione hujus appellationis, varia scriptorum sunt conjecturæ. Quidam dici volunt civitates Hanseaticas, quasi* Mitel. Stätte/ *&c.* 55.56. *Quidam ab antiquo verbo Gothico,* Ansi *proceres, Heroes denotante, derivant, &c.* 57 *Quidam à* Ee *mari derivant, quasi* an See-Stätte, *hoc est, ad mare sita civitates. Quæ notatio firmatur novissimis imperii constitutionibus.*

58. *Ex imperii Recessibus apparet, Hansaticam societatem semper singulare corpus Romani imperii habitam.* 59. *Ab Imperatoribus etiam, & imperio comprobatam esse, tanquam licitam, utilem, & honestam.*

60. *Aliqui hanc confœderationem speciem conspirationis sapere asserunt, quo ad nonnullas civitates imperio non subjectas, &c.* 61. *Contrarium verius, salva tamen cujusq; Principis jure Dominico, & superioritatis.*

62. *Principum & magistratuum quorundam querela de quibusdam civitatibus hac occasione eximere se conantibus.* 63. *Civitates Ansatica tanquam corpus immediatè contribuunt imperio, in particulari tamen omnes & singula immediatorum statuum jure non censenda.*

64. *In Comitiis Augustanis propterea decreta est commissio.*

65. *Etiam civitates mediatè imperio subjecta licitè in hoc fœdus continentur salvis tamen juribus Principum & Dominorum.*

66. *Rectè iis insolentia emendanda, quàm tota societas propterea culpanda aut dissolvenda.*

67 *Has civitates domesticis insidiis, & privato incommodo fascinatas potentiâ suâ ingenti uti nescire, quidam scribunt.*

68. *Civitates Ansatica hodie in 4. Classes seu Metropolis distribuuntur, videlicet,* Lübeck/ Cöllen/ Braunschweig/ Dantzig. 69. *Lubeca quotannis conveniunt, ibiq; Archivum suum habent.*

70. *Cui aliquid permittitur, omnia permissa esse*

censentur, sine quibus permissum commodè expediri non potest.

71. *Hoc collegium privatorum loco non habendum. Quot & quæ civitates in eo continean tur, remissivè, &c.*

1 SUNT etiam † præter Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones statûs imperii, Reichs Abschied zu Wormbs/ de Anno 1521. von Ordnung deß Landfriedens/ sub tit. Handhabung Friedens/ §. Unnd ob sich begebe/ ibi: auch Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Graffen/ Freyherrn/ unnd deß Reichs Stände/ quod utique aliorum singularem enumerationem de Civitatibus imperialibus intelligendum. In re-
2 pub. Romana † non una eademque omnium civitatum conditio fuit, quædam namque propriis legibus permittebantur vivere, quarum cives muneris tantum honorarii cum Populo Romano participes erant, à quo capessendo municipes appellati, nullis aliis necessitatibus, neque ulla lege adstricti. [Eoque pertinere puto, quæ Cajus Plinius, de civitatibus quibusdam Græciæ ad Maximum scribit: Eum nimitum missum ad ordinandum statum liberarum civitatum: id est, ad homines maximè liberos, qui jus à natura datum, virtute meritis, amicitia, fœdere denique & religione tenuerunt, *Epist. 24. lib. 8.*] quædam verò fuerunt quæ Romanas leges vel incolas Romanos acceperant, & Coloniæ dicebantur, ut ex Lazio refert Paurmeist. *de jurisd. lib. 2. c. ult. nu. 5.* Hæ rursus quantitate in minores & maximas, quæ metropoles appellabantur, distinguebantur, *l. si duas, §. si minores de excusat.* Petr. Gregor. Tholosan. *de repub. lib. 2. c. 1. n. 5.*

Hodie autem paulò aliter ex usu imperii di-
3 stinguuntur. Nam † quædam civitates omnem aut plenam jurisdictionem à Cæsare concessam aut præscriptam, quædam nullam, quædam limitatam habent. Exinde alia illa præsenti statui imperii Romani benè congruens nata est divisio.
4 Quod quædam † Civitates imperiales liberæ, quædam prorsus subditæ & simpliciter municipales sint [In quorum utique numero illæ recenseri possunt, quæ ipsorum Principum & statuum imperii auspiciis ædificatæ & constructæ sunt, ab iisdemque jus civitatis & immunitates, quas habent, acceperunt, earumque quædam loci opportunitate & temporis successu ita creverunt, ut quibusdam imperialibus civitatibus divitiis & potentia non cedant. Confer Münster. *in Cosmograph. lib. 5. cap. 24.* Et harum respectu obtinet, quod dicitur: Qui civitatem habet, intelligatur etiam habere jurisdictionem, Bald. *consil. 357. num. 1. vol. 5.* Natt. *consil. 636. num. 180.* Non solum in ipsa civitate, sed etiam territorio ejus, Meichsner. *decis. Camer. 33. num. 38. Tom. 3.*]
Quædam verò mixtum statum obtineant: † ita 5
ut certis casibus & conditionibus Principes recognoscant; In reliquis verò respectu privilegiorum à Cæsaribus & imperio obtentorum atque regalium & meri imperii, quæque his cohærent juribus, suam tueantur immunitatem, argumento eorum, quæ tradit Bart. *ad l. omnes populi, num. 3.* Bald. *ibid. nu. 18. & 19. ff. de iust. & iur.* Geil. *2. obs. 54. num. 10. & de arrest. Imp. c. 6.* Paurmeist. *de iurisd. lib. 2. c. ult. n. 11. & seqq.* [Et in illis multa esse libertatis antiquæ indicia, ut Anomalæ magis videantur, quam quod sub certis regulis comprehendi possint, monuit Referens in causa Mentz contra Erfurt/ apud Gylman. *in symphorem. supplicat. part. 1. tit. 2. vot. 1. sub n. 97. v. in provinciis tamen Germaniæ f. 90.* Cùm enim Ca-
roli Magni tempore † & post eum multi in Ger- 6
mania constituti sunt Episcopatus, creati Duces, Principes, Comites, iisque civitates quædam, reservatis tamen p. uribus & præcipuis ipsi imperio juribus, concessæ, eâ occasione, vel etiam exemptione, multis Episcopis & Principibus factæ sunt subditæ civitates, non tamen eodem jure & conditionibus. Confer etiam Dn. Besold. *in Thesaur. pract. lit. R. §.* Reichs-Statt / 25. Nec enim ipsi Imperatores, nec Principes æquam in omnibus potestatem habuerunt, aut adhuc habent, Confer Munster. *in Cosmograph. lib. 5. de German. cap. 24.* Gylman. *d. vot. 1. num. 92. vers. cum nec Imperator, fol. 87.* Et quemadmodum Impp. Duces
& Principes, † ita & Civitates, ex singulari cle- 7
mentia, immunitatibus & privilegiis donasse & adhuc nostris temporibus ab iis donari, exempla sunt privilegia à gloriosissimo moderno Imperatore Ferdinand. II. Civitatibus Argentinensi, Noribergensi, Ulmensi, aliisq; quoad privilegia & jura Academica; Item de non appellando nisi ad certam quantitatem concessa & adjuncta, de quibus Acta imperii publica loquuntur. Huc etiam pertinent, quæ adnotavit Prudentissimus Jul. Pflug *de Repub. Germ.* ubi ita scribit: In Natione nostra tot extiterunt Civitates liberæ, atque florentes, quot in nulla alia Natione inventas. Ac si quæ harum in potestate Principum essent, harum libertati ita consuluerunt, ut nec

ab eis

:ab eis ullum tributum extra ordinem exigi posset, nisi aut ordinum Germaniæ, aut procerum cujusq; regionis, consensus accederet.]

8 Huic distinctioni † accedit illustre præjudicium Caroli IV. Imperat. de Civitate Hamburgensi. Cum enim olim inter Comites Holsatiæ, qui hodie Duces, & inter Civitatem Hamburgensem lis orta, & ad Carolum IV. Imperat. delata esset, eam Imperator interloquendo ita determinavit, ut Hamburgum oppidum Comitibus quidem pareret salvis tamen libertatibus quas ab imperiali culmine promeruerant, Alb. Krantz. *in Saxonia lib.* 10. *c.* 2. *vid.* die Gerichtlich Acta der Statt Braunschweig Huldigung betreffent / *f.* 253.

9 Quamobrem quædam † Civitates partim Imperatorem, quoad regalia quæ ab eodem habent, partim Electores vel Duces Imperii, quoad territoria, in quibus sunt sitæ Civitates, non tamen quoad ipsum jus terrendi recognoscunt, quas à principaliori Civitates imperiales rectius quidam dici volunt Matth Steph. *d. lib* 2. *p.* 2. *c.* 1. *nu.* 18. Ex quibus † apparet Civitates Imperiales in

10 duplici esse differentia: quædam solum Imperatorem immediatè recognoscunt, ab eoq; plenam & omnem concessam vel præscriptam jurisdictionem ac regalia habent: quædam verò partim Imperatorem recognoscunt; partim, etiam certis conditionibus ac pactis Principi alicui, puta Duci, Marchioni, Comiti subsunt, in cujus territorio sitæ, vel cui vicinæ sunt, ita ex Mynsing. Geil. & aliis Hentic. Bocer. *de Collect. cap.* 4. *nu.* 26. [Huc pertinent quæ scribit Socin. *in l. si ex toto in fin. vers. septima conclusio. ff. de legat* 1. Quod si castrum seu oppidum alicui se subjicit Domino, cum certis tamen capitulis, subditum esse censetur, quoad illa capitula tantum, quò verò ad alia, non. Refert & decidendo sequitur Cacheran. *decis. Pedemont.* 129. *n.* 23. Et plerunq; illæ civitates, quæ à Principibus aut Comitibus, in quorum territorio sitæ fuerunt, tempori successu exemptæ sunt, certis se conditionibus subjecerunt.] In præsen-

11 tiarum † de imperialibus seu liberis imperii civitatibus agemus, quæ verè antiquam libertatem obtinent, teste Alciato *in l. censere,* 111. *n.* 7 *de V. S.* Matth. Wehn. *in pract. obser. verb.* Freye Reichs-

12 stätte / *in pr.* & in suo districtu † jura Principis usurpant, & vicem Principis obtinent, Bart *in l infamem, n.* 14. *ff. de public* Andr. Geil. 2. *obs.* 57. *nu.* 7. Thom. Mich. *de jurisdict. conclus.* 44 *lit g.* Auctor. *Decis. seu p-ajudic. Camer. verb. Civitas imperialis in pr.* Et quod hæc sit communis Dd. sententia post allegatos dicit Don. Garf. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. [Quò pertinet quod dicitur, Civitatis nomine & significatione contineri Casalia, territorium & districtum, Gylman. *in symphorem. part.* 1. *tit.* 1. *vot.* 1. *n.* 155. *fol.* 111.] sessionemq; † & votum in Comitiis habent, Session und Stimme und Stände in Reichsversamblung *&* 13 *ac Nobilia Imperii Romani membra* in diplomatis & privilegiis Cæsareis appellantur, Regner. Sixtin. *de regalibus, lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 80. *Auct.* Gründlichen Berichts deß heiligen Reichs Statt Friedberg regalia betreffent / *part.* 1. *punct.* 15. *n.* 14. fulcera & columnæ imperii dicuntur, Berteram. *de Comit. apud* Arum. *discurs.* 9 *conclus.* 45. Suntque imperio † incorporatæ non minus quàm Principes, 14 Prælati & Comites, Rutger Ruland *in tract. de Commissar. lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 4. *sub n* 38. *pag.* 184. *colum.* 1. *circ. fin.* [Et cum iisdem, pari passu ambulare, multis confirmat Ernest. Cothman. *consil* 29. *n.* 513. *& mult. seqq. vol.* 3.]

Dicuntur autem civitates † liberæ, non quasi 15 omnimoda libertate fruantur, & Imperatoris jurisdictione exemptæ sint, sed quod ab inferiorum Principum, Prælatorum, & Comitum imperio & exactionibus liberæ sint, uti & Nobiles immediati pari ratione liberi appellantur, die freye Ritterschafft / Paurmeister. *dict. cap. ult. lib.* 2. *num* 11. *versiculo secundo ubi sub nu.* 13. ita definit † civitatem imperialem, quod sit communitas 16 directò imperio parens, jus sessuræ & suffragiorum in Comitiis obtinens. [Et constat ex historiis actisq; impetii, † olim imperatores in singu- 17 lis imperii Urbibus imperialibus suos Præfectos & ministros, vulgò die Reichsvögte oder Reichs-Schultheissen dictos habuisse, qui ipsorum nomine senatoriis consultationibus, non interessent modò, sed etiam præessent. Hi ex plerisque locis partim privilegiis adeptis, partim pretio aut aliis modis, temporis successu semoti sunt. Commissæ autem fuerunt istæ præfecturæ † plerum- 18 que Principibus vicinis, qui eas per vicarios suos administrarunt, qua de re videri possunt quæ scripsit Christoph. Lehnman *lib.* 2 *cap.* 18 *& lib.* 4. *cap.* 2 quem etiam allegat Dn. Besold. *de jure imper. civit. imperial. conclus.* 3. vid. eund. *in Thesaur. pract. verb.* Reichsstatt *p.* 679. *colum.* 1. *vers.* Das Ammann Ampt. Et hac ratione † adhuc Præ- 19 fectura civitatis imperialis Wetzflariensis investituris Cæsareis confertur Illustrissimis Hassiæ

Principibus, cujus administratio pro hoc tempore Darmbstadinæ lineæ competit, quæ in hunc usq; diem vicarium einen Vogt ibi constitutum habet, qui & judiciis præsidet, & executionum negotia procurat.]

20 Et licet non desint † Principes vicini, qui ratione meri mixtique imperii vel vectigalium, vel salvi conductus, vel similium, in totum vel tantum ex parte aliquod jus in nonnullis Civitatibus Imperialibus ex præscriptione vel conventione, cum iis inita, aliovè modo acquisiverunt, tamen eæ liberæ civitates statusq; Imperii nihilominus remanent, & reliqua regalia salva retinent, ut scribit Regner. Sixtin *de regalibus lib. 1.*

21 *dict. cap. 5. sub n. 82.* In Civitate Coloniensi † quæ sine controversia imperialis est, senatus quidem habet ius carcerandi, inquirendi sed damnandi, absolvendi, adeoq; potissimum ius meri imperii habet Archiepiscopus, Sleidan. *lib. 6. circa fin.* Matth. Wehner. *in practic. observat. verb.* Freye Reichs-Stätte / *pag.* 180. Matth. Stephani, *dict. cap. 1. n. 33.* ubi *à num. 24. usq; ad 34.* multis exemplis illustrat hanc traditionem, *& post eum* Henricus Bocer. *de Collect. dict. cap. 4. n. 27.* ubi in Goslaria, Noriberga & aliis exemplificat.

22 Idem est si civitas aliqua † Principi aliquid det in signum superioritatis, puta pallium, bravium, ceram vel simile quid, propterea tamen subdita dici non poterit, sed libera manet, salvis pactorum & conventionis juribus, Bald. *in l. etiam, colum. fin. C. de jur. dot. & l. executorem, vers. sed quæro de Civitatibus, colum. 8. Cod. de execut. rei iudic.* Dec. *consil.* 360 [Et ejusmodi pactum dicitur Italis recommendigia, sive recommendatitia confœderatio per quam recommendati non subjiciuntur recommendato, sed extra promissa, remanent in libertate sua, post Bart. *in l. non dubito, ff. de captiv. &c.* Felin. *in c. postul. fl. num* 10. *de for. compet.* Anchoran. *consil.* 437. *num* 2. multis firmat Cardin. Tusch *pract. conclus.* 628. *num.* 5. 6. *& n.* 23. *& seqq. iunct. n.* 40. *& seqq.* Cardin Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 27. tit. 7. n. 13. & seqq.*]Re-

23 staur. Castald. *de imper. q.* 109 *nu* 9. ubi ait † quod locus subjectus certis pactis & conditionibus in aliis remaneat liber, ad quod dicit bonum textum esse *in Clement pastoralis. §. deniq; de re iudic.* Don Garss Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. c. 7. num.* 14. [adde Geil. 2. *observ.* 54. *num.* 10. ubi dicit illas civitates quæ certa lege & conventione superiorem agnoscunt, extra pacta conventa placidè suafrui libertate. Hoc ex imperii usu & Recessibus observandum: Civitates imperiales liberas, immediatè Imperatori & imperio parentes, ab Imperatore dici unsere unnd deß H. Reichs Freye Statt / Mediate verò parentes, unsers Churfürsten / Fürsten / rc. Statt / R. A. zu Regenspurg / de Anno 1567 §. Soh haben wir uns darumb ibi: unsers lieben Neven und Churfürsten Statt zu Erfurt.] Adde R. A. zu Franckfurt de Anno 1567 in princ.

Hæ liberæ imperii Civitates † cum sint immediatè sub Imperatore & imperio, imperiique matriculæ insertæ, votumq; & sessionem in Comitiis habent, ac imperio urgentibus fatis contribuunt, meritò etiam in numerum statuum imperii referuntur & collocantur: Nam ex hisce qualitatibus status imperii quis sit æstimamus, per ea quæ tradit Geil. 1 *observ. 21. & dixi supra ubi de statuum descriptione egi Class. 4 c. 1 per tot.* [Cothman. *d. consil. 29. num.* 527.] 24

Non itaq; placent, quæ scribit Wehner. *in obs. pract. alleg. supra loco p* 179. Matth. Steph. *dict. cap. 1. n 60. & seqq.* non omnes † omninò Civitates imperiales licet sint status imperii, ad Comitia vocari, sessionemq; ac votum in Comitiis obtinere, quod exemplo Civitatis Brunsvicensis probant: Salvo namq; illorum virorū judicio nullam † Civitatē, quamvis, quoad jura regalia & alia privilegia immediatè imperio pateat, inter status imperii referendam puto, quæ jus Comitiorū non habet, *arg. text.* in Reichs Abschied de Anno 1548. §. Wann auch ein Außgezogener. ibi: nicht Stim und Standt in Reichsversamlungen. Ex hoc enim Comitiorū iure inducitur, quasi possessio status imperii, Andr Knich *de iur. territ. c. 3. num* 164. ex Dec. *consil.* 84 *n. 27. vol. 5.* Zach. *de exempt. concl.* 5. 25 26

Nec enim sola immediata † qualitas sufficit ad inducendum statū imperii, sed plura requiruntur, multi namq; sunt immediati, qui tamen non sunt status imperii, *textus apertus in Recess. Deputat. de Anno* 1564. §. Und wollē wir als Römischer Keyser / gegen denen so nicht Stände deß H. Reichs / jedoch dem H. Reich immediatè unterworffen / diese Constitution exercieren / rc. Ideoq; iuxta notissimā iuris theoricam, † quando plures qualitates copulativè à lege requiruntur, deficiente una, deficit & ipsa iuris dispositio. Tales itaq; Civitates † non tanquam status imperii, sed per modum privilegii vel præscriptionis ab inferiorum Principum iurisdictione quoad quid exemptæ sunt. 27 28 29

Præterea quamvis non defuerunt, qui in genere

30 nere asserere non veriti sunt, Civitates † non habere ius suffragii in Comitiis, tamen eos noto-
31 ria facti refellit evidentia. Siquidem † status imperii nomen, non minus in civitatibus ociosum esse debet, quam in aliis Principibus & Proceribus, Thom. Michael. *de jurisd. concl.* 44. *lit g. in notat.* Arum. *in Aur. Bull Discurs.* 1. *conclus.* 8. ubi latè hoc persequitur thema. Obrecht. *de jurisdict. cap. 6. num* 75. & plerumque in hac forma ad
32 conventus & Comitia Civitates evocantur: † Ihr wollet erscheinen/neben vnd mit andern Reichsstä den helffen handhaben/ rathen vnd beschliessen/ Bruning. *de variis universit. specieb. conclus.* 18. Unde etiam in fine Recessuum imperii plerumq; Civitatum seu eorum Legatorum mentio fieri consuevit, & non tantum Electorum & Principum, hisce plerumque verbis, vnd wir Churfürsten/Fürsten/Prælaten/Graffen vnd Herren/vnd deß he l gen Reichs Frey vñ Reichs-Stätte/ Gesandten/Gewalthaber vnd Botschafften/ R. A. de Anno 1551. circ. fin. § Vnnd wir Churfürsten/ R. A. de Anno 1555. circa fin. § Vnnd wir die Verordnete/ac passim in aliis recessibus, & quod non solum Principum sed etiam Civitatum seu Legatorum Civitatum, consensu & suffragio publica negocia in Comitiis firmentur, in iisdem & aliis constitutionibus satis exprimitur. Id ipsum ulterius apparet, ex subscriptione recessuum; Si enim votum in Comitiis non haberent, neque etiam iis quæ in Comitiis tractantur subscribere necesse
33 haberent. Dividuntur autem † in Comitiis Civitates in duo scamna, werden in die Rheinische vnd Schwäbische Banck abgetheilet/ Reusner. *de urbib. German Imperial. lib. 1. fol.* 25.

34 Inter † omnes tamen imperii Civitates quatuor sunt primariæ: Augusta, Aquisgranum, Metis & Lubeca, Paurmeister. *d jurisd. num.* 16. Henric Boce. *de Collect. c. 4. n* 32.

35 [Hodiernis etiam moribus, † quædam Civitates principaliores, in alias viciniores minores, jus aliquod directionis, de earum consensu usurpant, hæque ab illis in consiliis & suffragiis valde dependent, nec in publicis facilè ab iis recedunt, aut in gravioribus quicquam fine earum auctoritate decernunt. Sic Fridberga, Gelhusium, Wetzlaria, diriguntur & dependent à Francofurtensibus, Civitates Vandalicæ & ad mare Balthicum sitæ dependent & diriguntur à Civitate Lubecensi in tantum, ut jure municipali & statutis utantur Lubecensibus. Confer Matth. Stephan. *de iurisd lib. 2, part. 2. cap. 7.* Et
36 hoc eò processit, † ut quædam Civitates minores ad majores, in causis & litibus provocent & appellent, earumque decisionem expetant, quod tamen magis in vim consultationis, quàm alicujus jurisdictionis fieri censetur, per tradita *infra Class. 5. cap. 3. num. 93.* Ex primariis Civitatibus quædam dicuntur, die außschreibende Stätte/ in quarum numero in superiori Germania sunt, Argentoratum, Noriberga, Francofurtum & Ulma. Et hæc quandoque universorum, quandoque etiam singulorum causa, negotia, sollicitationes & intercessiones suscipiunt, procurant.]

Et quamvis veteri jure civitates † exceptâ Roma privatorum jure censebantur, hodie tamen ex usu nostri imperii aliud dicendum, Petr. Heig. *illustr. quæst.* 23. *num.* 30. *lib.* 1. Et quod olim † Roma fuit secundum formam legibus præscriptam, id hodiè sunt status imperii, & civitates quæ statum imperii repræsentant ex usu & Ordinationibus imperii, Hansman. *de re monetar. conclus.* 11. *lit. D.* Zigler. *in§. Landsassii, part. 2. n.* 56. Ideoque multum interest, inter id quod fuit, & quod nunc est, *l. qui res*, 98 § *arcam*, 8 *ff. de solut.* [Et magis comparatione Urbis Romanæ, quàm simpliciter, dictum hoc, quod aliæ civitates privatorum loco habentur, intelligi, respondit Herman. Vult. *consil Marp.* 16. *num.* 55. *volum.* 1.] 37 38

Inferiores tamen † Civitates mediatè imperio subjectæ, hodie etiam loco privatorum habentur, *argum. l. eum qui vectigal, ff de verbor. signific. l. nihil. interest. ad SCtm Macedon.* Geil. 2. *observat.* 57. *n.* 8. Gatf. Mastrill. *sub n.* 10 *d. loc. supra.* 39

Notandum etiam quod † Civitates imperiales non uno eodemque modo denominentur: Quædam namque simpliciter dicuntur Reichs-Stätte; quædam freye Reichs-Stätte/ de quarum differentia variæ sunt Dd. opiniones & conjecturæ, quibus omnibus cõsideratis re ipsa, nulla solida constitui potest differentia, in gratiam tamen eorum, qui rerum inventione delectantur, subjiciam eruditas viri Clarissimi, Matth. Wehner. hac de re conjectu as *alleg supra loco*, ubi ita scribit: Nam freye Reichs Stätte werden genandt/ die nichts vom Adler in insigniis haben/ olim jugo Episcoporum vel aliorum subjectæ, postmodum libertate donatæ ac exetæ. Simpliciter aber Reichs-Stätt/ die einen gantzen Adler/ oder etwas davon führen/ ut Aach/ Nürnberg/ Franckfurt/ etc. Hinc in genere dici debet die Erbare/ Freye vnd Reichs-Stätte/ Gylman. t. 3. *Symphorem. f.* 75. Andr. Knich. *de jure territor. & velitat. Apologet. n.* 87. & 88. Gemeiniglich tamẽ & collectivè de hac differentia zu reden/ † sind Freye vnnd 40

Reichs-Stätte im Grund ein Ding/ als nemblich/ daß alle
Reichs-Stätte auch Freye Stätte sind vnnd genandt wer-
den sollen/ eo respectu & fundamento, daß sie sonst keinen
andern Herrn/ denn das H. Römische Reich/ oder Kayserli-
che Maj. ohne Mittel haben vnd erkennen/ vnd wird dar-
umb so man aller Stätt wegen/ bey Kayserlicher Majest. o-
der deß heiligen Reichs Ständen/ oder auch sonsten Hand-
lung pflegen thut/ der Titul der Freyen vnnd Reichs-Stätt
42 † gemeiniglich copulativè gesetzt: Wie dann solcher Titul
in deß Keyserlichen Fiscals Registern/ vnd deß heiligen R.
Anlegung/ Item in Reichs Abschieden/ etc. oder andern Hand-
lungen/ mit oder gegen denselbigen auch copulativè gesetzt
43 vnd eingeschrieben ist. Da aber ein Vnterschied † darunter
zu begründen vnd zu suchen/ ist allezeit darfür gehalten wor-
den/ daß eine Reichs-Statt mehr gefreyet ist dann die an-
dere/ vnd nemblich in Teutschen Landen/ deß freyen Abzugs
an Gütern/ oder aber der Pensionen halben/ daß darinn kein
Leibeygener oder sonst dienstbar verpflichter Mann vnnd Er-
ben seyn können/ die sich (wo sie etwan nach ihrer Gelegen-
heit an andere Ort oder Herrschafft verrücken wollen) mit
der ersten Obrigkeit abtragen oder abledigen müssen. Vnnd
werden dermassen etliche Stätte/ als Vlm/ Nürnberg/ Hail-
brunn/ Schwäbischen Hall/ Eßlingen/ vnd dergleichen be-
funden/ mit denen man sich mit Abzug schwerlich abtauffen
muß. Aber herwiderumb ist solches in andern Stätten nicht
im Brauch/ als zu Straßburg/ Speyer/ Wormbs/ darumb
sich auch dieselben gemeiniglich Freye vnd Reichs-Stätte
nennen. licet quantum ad hanc ultimam attinet,
valde dubitet Gylman. *tom. 3. Symphor. fol.* 143. num
scilicet cives deß Abzugs gefreyet? cum & inco-
læ de bonis immobilibus in territorio Civitatis
sitis, teneantur dare Schoß & Abzug, si discedentes
vendant, &c.

44 Alia est ratio, quod plurimæ † Civitates Im-
perii teneantur Imperatori quotannis ad certam
pecuniarum summam quasi pro tributo, vel alio
subsidio. aut aliàs saltem in similem recognitio-
nem, si non quotannis tamen certis modis vel
conditionibus, puta quotiescunque Imperator
aliquam civitatem transit vel ing editur, cujus
ratione & intuitu non sunt liberæ, sed merè ac
propriè imperiales. Dann das Wort/ Kayserliche Freye
Reichs-Statt restringit libertatem illam. Aber die recht
45 wahre vnd gründliche Vrsach vnd Vnterscheid solcher Na-
men beduncket mich die seyn/ daß diese propriè ac præcellen-
ter Frey-Stätt (neben dem Titul der Reichs-Stätte) seyn
vnd genandt werden sollen vnd mögen/ welche sonderliche für-
treffentliche Freyheiten von Kayserlicher Majestat von al-
ters erlangt vnd herbracht/ oder dessen gegründte Vrsach
haben/ daß sie von denen gemeinen Reichs Anlagen in vie-
len Fällen eximirt vnd außgezogen sind/ daß sie solche nicht/
wie andere gemeine Reichs Statt vnd Stände tragen vnd
leiden müssen. Alßdann sind etliche der Reichs-Statt/ vnd
auch anderer/ die in finibus & limitibus imperii ligen/ vnd
darumb sonst ausserhalb deß Reichs zufällige Beschwerden/
von anstossenden Herrschafften oder Kayserlichen Majestat
Erblanden haben vnd gewarten müssen/ wie man dann von
Bisantz anzeigt/ daß dieselbe vnd andere mehr von vielen Sa-
chen in gemeinen Beschwerden deß Reichs/ vnd Anlagen ge-
freyet seyn/ vnd nicht wie andere Reichs-Stätte gehalten
werden/ wiewol sie auch zum Reich gehören. Idq; ex speciali
privilegio concesso. Vide tractatum Wehneri
de mod. appell. ac privileg. appell. cap. 3. num. 3. verb.
Bisantz.

Es kan aber zum † wenigsten hierauß ein Vnterscheid ge- 46
nommen werden/ daß sich diese Freystätte nennen mögen/
welche je vnd allwege von altersshero keinen andern Oberhern/
dann Kayserliche Majestät/ oder das Römische Reich er-
kandt vnd gehabt haben: Aber diese allein propriè Reichs-
Stätt vnd Frey-Stätt seyn/ die vor zeiten andere Herrn ge-
habt/ vnd sich erst nachfolgends davon eximirt vnd außgezo-
gen/ vnd ohne Mittel zum Reich gebracht vnd erkaufft het-
ten/ wie dann mit Reutlingen vnd Eßlingen/ & quibusdam
aliis bey Menschen gedencken geschehen seyn soll/ Gylman.
tom. 3. Symphor. fol 143. Ergo propriè liberæ † civi- 47
tates vocantur Freye Stätte, quæ semper & ab
ævo nullum alium superiorem præter Imperato-
rem agnoverunt, Reichs-Stätte vero, quæ aliis
quidem subjectæ, postmodum autem exemtæ
fuerunt, & immediatè subjectæ imperio conven-
tionibus. (Hæ tamen rationes differentiæ non
sufficiunt Rutgero Rulando *lib. 5. part. 2. cap. 4. nu.*
41. ubi Aquisgranum patriam suam commendat,
& hanc quæstionem tractat An Reichs-Stätte
habeant jus Archivi.) Hactenus Wehnerus.

Latè etiam eadem de re discurrit Rutger Ru-
land. *dicto modò loco.* Bertecam. *de Comit. apud* A-
rum. *discurs 9. conclus.* 44. Ego planè ut supra di-
xi nullam realem † puto esse differentiam inter 48
Reichs Stätte & Freye Reichs-Stätte & in no-
vissimis imperii constitutionibus, nō solum pro-
miscuè hæ appellationes usurpantur, sed etiam ut
plurimum conjunguntur copulativè Freye vnnd
Reichs-Stätte/ R. A. de Anno 1542 § die Freye vnd Reichs-
Stätte/ auch andere Stätte so den Fürsten oder andern Herr-
schafften zugehören/ etc. R. A. de Anno 1544 § Vnd nemb-
lich sollen alle/ ibi die Freye vnd Reichs Stätte/ idque ex
infinitis aliis locis apparet. Unde nec inter ipsos
Cameræ imperialis Assessores de hac differentia 49
convenit, ut apparet ex *auctore decis sive præjudic.*
Imper. verb. Civitas. De Civitatibus Municipa-
libus † von Fürsten oder Land-Stätten/ hic non
disseram, & qui de earum jure cognoscere cupit,
adeat Matth. Steph *de jurisd lib* 2. *part. 2. cap. 2. per*
tot. Item Ziegler. *in comm conclus ad aur. prax. Cal.*
vol. 5. Civitas per tot. Civitates Ansaticæ.

Coronidis loco de Civitatibus fœderatis, quæ 50
† Ansaticæ seu Hansaticæ dicuntur, & partim
ex imperialibus, partim provincialibus Civi-
tatibus constant, paucis agere lubet. Et quidem
paulo

51 paulo ante † tempora Friderici II. Imperatoris circa annum Christi 1200. primitus ita coire cœperunt, uti tradit Wehner. *in pract. observ.*
52 *verb. Hanse Stätte* / vel ut alii volunt † circa annum Christi 127 ut opinatur Waremund. ab **Ehrenberg** / *de Fœderib. lib. 1. c. 2. num* 44 [vid. etiam quæ novissimè de hisce Civitatibus & earum fœdere annotavit Arumæ. *de Comitiis, cap. 4. num.*
53 130.] Et quicquid sit quoad originem, † constat tamen à Carolo IV. Imperatore hoc fœdus confirmatum esse, uti videre est **auß der vereinigten** Teutschen Hanse Stätte Verantwortung / de Anno 1609.

54 De notatione illius appellationis † variæ rursus sunt scriptorum conjecturæ. Quidam volunt dici civitates Hanseaticas quasi [illegible] Stätte / à commerciis quæ in iis vigent; quod potius realem significationem quàm Nominis allusionem ostendit, Matth. Stephan. *lib. 2. p. 2. c. 3 n. 4.* Qui-
55 dam ab antiquo verbo Gothico [illegible] quo proceres & Heroes denorabantur, denominationem accepisse putant, eique voci literam H. successu temporis melioris euphoniæ gratia adjectam, Besold. *disp. polit. 6. class. 2. th. 11.* quam tamen allusionem & derivationem non probat. Rutg Ruland. *de Commissar. lib. 5. part 2. c. 4. n. 56.* mihi tamen non adeo remota videtur; siquidem adhuc
56 hodie in inferiore † Saxonia & Westphalia in usu loquendi populari & vulgari, si qui supra sortem suam videri & æstimari volunt. Ironicè Hansi appellantur, **dat willen grote Hans** [illegible] Item ein gewaltiger Hans. [Cui congruunt, quæ ex Reineeci. scribit Herm. Hamel. l. 3. Chron. Oldenb. f. 423 Daß die Hanse Städte / von dem Gothischen Wort Anses, damit die Gothen ihre vornembste / ansehentlichste Herrn genennet / ihren Namen haben sollen / als die von wegen ihres Kauffhandels / Reichthumbs vnd der Vermöndtnuß den andern vorzuziehen. Von solchem Wort Anses, sollen auch die Teutschen noch heutiges Tags die Reichen vnd Gewaltigen / die grossen Hansen nennen:] Et non insequens est ille modus loquendi apud omnes ferè, es sey groß Hans oder klein Hans. [ubi & illud; vinum den Hänsen: Aquam den Gänsen /] ex quibus apparet illam vocem olim aliquid magni & præcipui denotasse. Quamvis posteris moribus in deteriorem partem plerumque sumatur. Nam & Tyranni nomen olim honestū, hodie improbum.

57 Non inconveniens † est etiam eorum notatio, qui eas à See id est mari, quia maior earum pars mari adjacet, denominatas autumant; quasi **an See Städte**, hoc est, ad mare sitæ civitates, Rutger. Ruland. *alleg. mod. loc.* [Iust Reifenberg. *in Notis ad Recess. Deputat. de Anno 1600. §. 51.*]

Et hanc notationem multæ firmare videntur locutiones in novissimis imperii constitutionibus, in quibus sæpè dicuntur See vnd Anse Stätte / R. A. de Anno 1548. Vnnd als ursach in solcher Ringerung / ibi: daß mit den See vnd Anse Stätten gehandelt werde. Et de Anno 1521. §. Der sechste Kreyß / aliquando vero dicuntur Hayn vnd See Stätte / R. A. zu Speyer de Anno 1541. §. Demnach haben wir auff der Churfürsten / R. A. de Anno 1544. Demnach haben wir auff der Churfürsten / ibi, wie auch die Henn- vnd See-Stätte / R. A. de Anno 1566. §. Die Hern vnnd Seestätt belangent: aliquando Hansa- vnd Seestätte: R. A. de Anno 1603 § vnd damit diese Hülffe zu desto besser Würcklichkeit / Ex hisce modo allegatis & aliis imperii recessibus apparet, daß die Hensische Societet jederzeit auch in deß H. Römischen Reichs Recessen vnnd Abschieden vor ein sonderlich corpus vernembliehen in deß Reichshülffen gehalten worden / vnd noch / VVehner in pract. observ. verbo Freye vnd Reichsstätte / pag. 130. [Quo etiam facit R. A. de Anno 1576. §. Wir wollen auch / ibi: mit den Hayn- vnd Seestätten handeln lassen. Et de Anno 1582. § Wir wollen daneben zu Beförderunge solcher nohtwendigen Defension / mit den Hayn vnd Seestätten handeln lassen cum similibus.] 58

Pariter & hoc exinde apparet, quod illa societas † Ansiricarum civitatum ab Imperatoribus 59
& imperio sit comprobata, tanquam licita utilis & honesta, quæ tendit ad Commerciorum faciliorem expeditionem, & ex ternam rerum & libertatis tuitionem, uti habetur in der vereinigten Teutschen Hanse Stätte Verantwortung de Anno 1609.

Non tamen desunt † qui hanc confœderationē, 60
quoad nonnullas civitates speciem conspirationis sapere asserunt, cum multæ civitates eo comprehendantur aliorum imperio subjectæ, quæ neque Regalia à Cæsare Imperiove habent, & superiorem Magistratum præter Cæsarem agnoscunt, quibus & alii Principes mandare possunt, quæ etiam nec in comitiis nec in circularibus conventionibus sessionem & votum neque matricula sunt comprehensæ, neque Cæsari contributionem solvunt, sed Principibus, ita scribit Waremund. ab **Ehrenberg** *de fœder. l. 1 c. 2. sub n 44.*

Verum quod hoc fœdus etiam quoad hasce civitates, quæ non immediatè imperio parent, comprobatum sit ab imperio, ex supra allegatis manifestè apparet constitutionibus, quod tamen † salvo cuiusque Principis cui ejusmodi civitates 61
subsunt jure Dominico & superioritate intelligendum, R. A. de Anno 1566. §. Die Hayn- vnnd Seestätte / ibi, so haben wir vns auch mit Churfürsten / Fürsten vnd Ständen / auch den abwesenden Rähten vnnd Bottschafften dahin erinnert vnnd verglichen / daß in berührter Handlung diese Bescheidenheit gehalten werden soll / damit den Churfürsten vnd Obrigkeiten an ihrer habenden Gerechtigkeit / Superioritet / Obrigkeit / vnnd was in ihre Contri-

Hh iij butten /

tion/ Stewer vnd Anſchläg gebühret vnd zuſtehet/ nichts benommen: Diese Stätte auch von jhnen den Churfürſten/ Fürſten vnnd Obrigkeiten nicht außgezogen/ oder denſelben dardurch in einigen wege kein Abgang erfolge.

62 Hinc cum aliquando de † quarundam civitatum ſe hac occaſione eximere conantium, querelæ Principum & Magiſtratuum ad Imperatorem & Imperium in Comitiis Auguſtanis delatæ eſſent, daß etzliche Fürſten vnd Herrn Stätte/ jhrer Landsfürſten Gebott nicht geachtet/ noch jhren gemeinen Pfenning einfordern/ viel weniger in jhrer Landfürſten vnnd Fürſtenthumb gemeine Kiſten vberantworten vnd einwerffen wolle/ zu nicht geringer Beſchwerung vnd Vnrichtigkeit/ ſo ſich allwege/ ſonderlich im Niderſachſiſchen Kreyß derwegen zugetragen/ auch den Ständen/ ſo ſolche Stätte haben/ an jhren Hohen- Ober- vnd Gerechtigkeiten zu nachtheiligẽ Abbruch/ dardurch etliche Vnderthanen ſich von vns auß jhrer Obrigkeit ſchuldigen Gehorſamb zu entziehen vnd befreyen zu ſuchẽ vnterſtehen möchten/ Reichs A. de Anno 1548 § Vnnd als erſtlich in ſolcher Ringerungshandlung. [Non eſt itaque
63 legitima ſequela, † civitates Anſaticæ tanquam corpus aliquod, ex diverſis partibus colligatum immediatè contribuunt imperio. Ergo in particulari omnes & ſingulæ immediatorum ſtatuum jure cenſendæ ſunt. Ex Logicis enim conſtat, à toto ad partes diſſimilares, non colligi argumentum firmum. Et multa tranſeunt cum univerſitate, quæ per ſe particulariter non tranſirent, *l. quadam. 62 ff. de acquir. vel. amitt. poſſeſſ. l 24. ff de contrahend. empt. l. ſi mercedem, 53. § 1. de act. empt. c. ex literis de jur. patronat.* Weſenb *conſil.* 48. *n.* 10. Treutler. *conſil* 58. *num.* 188 Idque ſatis exprimitur in d. Receſſ. Imper. Auguſtano de An. 1582. §. Wir wollen daneben/ ibi: mit den Hans- vnnd Seeſtätten handeln laſſen vnd ſie dahin vermögen/ jhre hülffliche Stewer auch darzu geben/ doch den Churfürſten/ Fürſten vnd Ständen ſonſt an jhren herbrachten Ober- vnd Gerechtigkeiten dardurch nichtes benommen]

Quamobrem ut ejuſmodi confuſionibus ob-
64 viam iretur, in iiſdem † Comitiis Auguſtanis decreta commiſſio vmb Bericht einzunehmen/ wie es vmb viel gemelte See vnd Anſee Stätte gelegen/ wer dieſelben ſind/ wie ſie genant/ wo ſie gelegen/ ob vnnd wie ſie ſind dem Reich oder andern Ständen vnterworffen/ mit andern nohtwendigen Vmbſtänden/ darauff auch der Churfürſt von Meyntz/ der Keyſ. May. vnd gemeinen Ständen Relation thun ſollen/ d. Receſſ. de Anno 1548. §. ſolchen zubegegnen.
65 Ex quibus † & ſimilibus apparet quod etiam civitates mediatè imperio ſubjectæ ſalvis tamen juribus Principum & Dominorum licitè in hoc fœdere contineantur.

Et licet quædam civitates inſolenter ad alium illicitum finem, hanc confœderationem extendere voluerint, per hunc tamen abuſum verus fi-
66 nis abſorberi non debet. Ideoque † rectiùs illa inſolentia emendanda, quàm tota ſocietas propterea culpanda aut diſſolvenda, quæ ſicut robore, potentia & viribus pollet, ita etiam urgentibus imperii fatis & neceſſitatib. ſuccurrere poteſt, R. A. de An. 1566. d. §. die Hans- vnd Seeſtätte. circ. fin. ibi, Dieweil es aber anſehnliche vermögliche Stätte/ etc.
ſunt tamen † qui dicunt eas domeſticis inſidiis 67
& privato commodo faſcinatas hac potentia ingenti uti neſcire, cum homines alant aliis regibus & Principibus addictos & obligatos & concionatores ad quælibet vulgus incitantes, Waremund ab Ehrenberg/ *de fœdeb lib. 1. d. c. 2. num.* 45. Vereor tamen hæc potius ex affectu, uti & ea quæ antea relata ſunt, à Waremundo ſcribi.

Civitates Anſaticæ olim in tres † hodie Bo- 68
ruſſicis accedentibus in quatuor claſſes ſeu Metropoles als Quartir vnd Hau. tſt tte/ nemblichen/ Lübeck/ Cöln/ Braunſchweig vnd Dantzig diſtributa ſunt, Matt. Wehner. *in pract. obſ. verb.* Hanſeſtätte.

Cæterum quia tam amplæ † ſocietatis nego- 69
cia ſine conventibus & legationibus expediri non poſſunt, quotannis Lubecæ conveniunt, ubi etiam Archivum ſuum habent. Rutger. Ruland. *de Commiſſar. lib. 5. p 2. dict. cap. 4. num.* Cui non adverſatur, *c. conventicula de Pace tenend. 2. Feud.* 53. *l conventicula, C. de Epiſcop. & Cler.* ubi conventicula privatorum prohibentur; quia illa iura loquuntur de conventiculis † illicitis. Anſati- 70
corum autem ſocietas cum licita ſit, etiam conventicula illa ſine quibus conſiſtere non poſſet licita cenſenda ſunt: cui enim aliquid permittitur omnia permiſſa eſſe cenſentur, ſine quibus id quod permiſſum eſt commodè expediri non poteſt, *text in l. 2. & ibi Bart. & Dd. ff. de iuriſd.* Neque
hoc collegium † privatorum loco habendum, 71
cum membra habeat iura regalia & Principis obtinentia, Matth. Steph. *d. loc. ſub n.* 3. Quot & quæ civitates ſub hoc fœdere continentur, nominarim enumerat, Wehner. Matth. Steph *locis modo allegat.*

CAPUT XXI.

CONTINET CATALOGUM ET *enumerationem ſingularem omnium ſtatuum Imperii.*

CUM in præcedentibus capitulis latius de Imperii ſtatibus actum ſit, in gratiam iuniorum Catalogum ſtatuum ſubiicere volui, ut eo plenius ſingulorum enumeratione de iis cognitio hauriatur. Itaque enumerationem ſubiiciam eo ordine quo eam fecit, Paurmeiſt. *lib. 2. de iuriſdict.*

*rudiß. c.1.num.*17. Matth. Wehner, *in pract. observ. verb.* Reichsstände. Series itaq; & ordo statuum modernorum hic est.

PRIMO, SEPTEM PRINCIPES, Electores; ex Archiepiscopis III.

Moguntinensis, *Sacri Rom. Imperii per Germaniam Archicancellarius.*

Trevirensis, *S Rom. Imperii per Galliam & regnũ Arelatense Archicancellarius Galliæ Belgicæ primas.*

Coloniensis, *S. R. Imperii per Italiam Archicancellarius.*

Ex Principibus Politicis 4.

Rex Bohemiæ, *Sac. Rom. Imp. Archipincerna.*

Comes Palatinus Rheni, *Sac. Rom. Imp. Archidapifer.*

Dux Saxoniæ, *S. Rom. Imp. Archimarschallus.*

Marchio Brandeburgensis, *S. Rom. Imp. Archicamerarius.*

Secundò, Præter Electores IV. Archiepiscopi.

Magdeburgensis, *ex antiquo Germaniæ instituto, & prærogativa per Germaniã primas,* Magdeburg.

Saltzburgensis, *qui perpetua quadam Pontificis Maximi legatione fungitur, & Legatus natus sedis Apostolicæ appellatur,* Saltzburg.

Bremensis Bremen.

Vesontinus Bisantz/ *quidam addunt*

Rigensem Riga.

(Hos sequitur Magister ordinis Teutonici: qui in dignitate maior est Episcopo, veluti Archiepiscopi vices subiens, & in Comitiis Imperii, Auff der Geistlichen Fürstenbanck sitzt der Hochmeister Teutsches Ordens/die nechste Session/nach den Ertzbischoffen/vnd den Vorsitz vor allen Bischoffen/ Ruland. *de Commission. parte secunda, libro secundo, capite undecimo, numero quadragesimo, lit C. fol.* 56. R. A. zu Augspurg/1528. *in Catalogo subscriptorũ.)*

Tertiò, Episcopi, quorum hoc tempore unus & triginta in Comitiis locum habent.

1. Bambergensis Bamberg. *Nam hic est uti Archiepiscopus in sua ditione, nullumq; agnoscit Metropolitanum vel Archiepiscopum,* Ein frey Keyserlich Stifft.
2. VVürtzburgensis Würtzburg.
3. VVormatiensis Wormbs.
4. Spirensis Speyer.
5. Strasburgensis Straßburg.
6. Eichstadiensis Eichstadt.
7. Augustanus Augspurg.
8. Constantiensis Costnitz.
9. Hildesheimensis Hildesheim.
10. Padebornensis Padelborn.
11. Verdensis Verden.
12. Halberstadensis Halberstadt.
13. Monasteriensis Münster.
14. Osnaburgensis Oßnabrück.
15. Passaviensis Passaw.
16. Freisingensis Freysingen.
17. Basiliensis Basel.
18. Ratisbonensis Regenspurg.
19. Mindensis Minden.
20. Lubecensis Lübeck.
21. Verduensis Verdun.
22. Cameracensis Cammerich.
23. Metensis Metz.
24. Tulliensis Tull.
25. Leodicensis Lüttich.
26. Tridentinus Trident.
27. Brixensis Brixen.
28. Sittensis Sitten/ *sive* Valesiensis Wallis. *Recess. Imperii Augustæ Anno* 1582. *fol.* 704. *& seq. in Catalogo subscriptionum.*
29. Losannensis Losanna. *Recess. Imperii Ratisbonæ, Anno* 1594. *fol.* 732.
30. Curiensis Chur/ *in Helvetia. Hosce tres posteriores nõ recenset Paurmeisterus loco supra allegato.*

Principibus hisce Ecclesiasticis ex veteri Prælatorum ordine adscripti sunt:

1. *Magister ordinis, Equitum Teutonicorum sive Marianorum.*
2. Abbas Fuldensis Augustæ Archicancellarius Germaniæ & Galliæ Primas, Stifft Fulda.
3. Abbas Hirschfeldensis, Stifft Hirschfeld.
4. Abbas Murbacensis, Stifft Murbach.
5. Abbas Campidonensis, Abt zu Kembten.
6. Magister Ordinis equitum Divo Johanni sacrorum, Meister deß Ritterlichen S. Johannes Orden in Teutschen Landen.
7. Præpositus Elbangensis, Probst zu Elwangẽ.
8. Præpositus & Archipresb. Berchtolgadensis, Abbas olim vocatus, decreto Spirensi, Anno 1529. Probst vnd Ertzpriester zu Berchtolsgaden vel Berchtersgaden.
9. Abbas Corbeiensis, Abt zu Corbey.
10. Abbas Prumensis, Abt zu Pfelem oder Prum.
11. Abbas Stabulensis, Abten Stabell.
12. Abbas Ludrensis, Stifft Luders.

Quartò, Principes Politici, quorum 18. sunt familiæ.

1. Archiducum Austriæ, vulgò Ertzhertzogen zu Oesterreich.

1. Archiducum Austriæ dux sunt lineæ, prima Fer-

ma Ferdinandi, quæ propriè Austriaca: Altera à Carolo V. Imp. deducta Burgundica appellatur.

2. Ducum Bavar. in duas itidem lineas distincta, quarum una communi nomine Bavarica, altera Palatina vocatur, Pfaltz-Beyern.

3. Ducum Saxoniæ, Marchionum Misniæ, & Landgraviorum Thuringiæ, Hertzogen zu Sachsen/Marggraffen zu Meissen/vnd Landgraffen in Thüringen.

4. Marchionum Brandeburgensium, Marggraffen zu Brandeburg.

5. Ducum Brunsvicensium & Lüneburgensium, Hertzogen zu Braunschweig vnd Lüneburg.

6. Ducum Juliacensium, Hertzogen zu Gülich/Cleve vnd Berge.

7. Ducum Pomeraniæ, Hertzogē in Pommern.

8 Ducum Megapolitanorum, Hertzogen zu Mechelburg.

9. Ducum Würtenbergensium, Hertzogen zu Würtemberg.

10. Landgraviorum Hassiæ, Landgraffen in Hessen.

11. Marchionum Badensium, Marggraffen zu Baden.

12. Ducum Saxoniæ inferioris sive Lavenburgens. Sachsen Lavenburg.

13. Ducum Holsatiæ, Hertzogen zu Holstein.

14. Landgraviorum Leuchtenbergensium, Landgraffen zu Leuchtenberg.

15. Ducum Sabaudiæ, Hertzog zu Saphoy.

16. Principum Anhaltinorum, Fürsten zu Anhalt.

17. Ducum Lotharingiæ, Hertzogen zu Lothringen.

18. Comitum Arnbergiorum, à Divo Maximiliano II. inter imperii Principes susceptorum.

Comites Hennebergenses, werden von Sachsen versprochen.

Quintò, Prælati, & primò Abbates & Præpositi secundum matriculæ ordinem.

Reichenaviensis Reichenaw.
VVeissenburgensis præpositus, Probst zu Weissenburg.
VVeingartensis Weingarten.
Salmensvveilensis Salmensweiler.
VValckenrietensis Walckenrieth.
Marchalensis Marckthal.
Oldenheimensis Oldenheim.
Elchingensis Elchingen.
VVethusanus præpositus Wettenhausen.
Petershusanus Petershausen zu Costentz.
Keisersheimensis Keysersheim/Keysheim.
Heimerani Ratisbonēsis S. Heimeran in Regenspurg.
VVeissenaviensis seu minoris Augiæ zu Minderaw/genant Weissenaw. Item zu Ow/genant Minderow.
Schussenritensis Schussenrieth.
Roggenburgensis Rockenburg.
Ochtenhusanus Ochsenhausen.
Gengenbacensis Gengenbach.
Monasteriensis Münster in S. Gregorien Thal.
Monchenrodensis Münchenroden.
Monasterii Corneliani Cornelii Münster oder deß Keys. Stiffts auff der Iden oder Inden/oder in der Inseln bey Ach.
VVerdensis Werden in Westphalen.
Vrsbergensis Vrsberg Aursberg. SS. Vlrici & Afræ Augustanus, S. Vlrich vnd Afra zu Augspurg.
Irsehensis, zu Yrsee/Hreser/vel Irsin.
Helmstadensis Helmstatt.

Quibus adjecti & alii, ut ex subscriptionibus decretorum Comitiatium apparet.

Abbatissæ.

Quedlinburgensis Quedlenburg.
Essensis Essen.
Heivverdensis Heewerd Herword.
Monasterii inferioris Ratisbonensis Niedermünster in Regenspurg.
Monasterii superioris Ratisbonensis, zu Ober Münster in Regenspurg.
Lindaviensis Lindaw.
Gerenrodensis Gerenroda.
Buchaviensis Buchaw am Federsee.
Rotmünsterensis Rotenmünster bey Rotweil.
Heckbacensis Heegbach.
Guttenzellensis Guttenzell.
Bajnensis zu Baynd.
Andlaviensis Andlaw.
Gandersheimensis Gandersheim.

Ex his etsi pleræque Principum honorem & titulum gerunt; tamen quoad locum in consessu acdictionem sententiæ pari cum reliquis jure censentur.

Prælatis annumerantur Commendatarius Provincialis, Confluentinus zu Cobelentz/ Item Alsatiæ & Burgundiæ Land-Commenthur der Baleyen Elsas vnnd Burgund. Austriæ enim & Etschlandiæ Baillivi, ut vocant, ab Archiducibus eximuntur. Die Baley in Oesterreich/vnd die Baley an der Etsche im Gebirg/ ad Athesin.

Sextò, Comites & Barones, hac serie,

Helffenstein.
Lupffen.
Mondfeld.
Hohengerolßeck Barones.
Oetingen.
Reupoltz Kirch Barones.
Sultz.
Hohenzollern.
Erbtruchsessen.
Barones in Waldburg.
Castell.
Hohenlohe.
Limpurg Semperfreyen.
Erbach.
Schwartzenburgk.
Hohenlandsburg.
Leiningen Dachsberg.
Hanaw.

Nassaw.

Nassaw.
Eichenberg.
Solmß.
Saim.
Wimnenberg Barones.
Wildt:vnd Rheingraffen.
Fürstenberg.
Zimbern.
Eberstein.
Sayn.
Tengen.
Tubingen.
Maußfeld.
Stolberg.
Barbey.
Gleichen.
Schwartzenburg der vier Graffen deß Reichs.
Reussen Barones.
Wiedt.
Ostfrießland.
Lippe.
Oldenburg.
Waldeck.
Bentheim.
Brunckhorst Badenburg.
Ortenburg.
Schaumburg.

Barones.

Schonburg.
Manderscheid.
Kriechingen/ Königseck vnd Aulendorff.
Pirmont vnnd Wolffstein.
Baumgarten.
Graffeneck.
Meichselrein.
Fugger.
Fleckstein.
Genßheim.
Herrn Schencken von Tautenberg.
Herrn von Birnbaum.
Herrn von Degenberg/ꝛc.

Septimò, Liberæ Imperii Civitates.

Regenspurg.
Augspurg.
Nürmberg.
Rottenburg an der Tauber.
Weissenburg am Nordgaw.
Schwäbisch:oder Thonawerth. Iam Duci Bavariæ, propter bannum Imperiale subjecta, &c.
Winßheimb.
Schweinfurt.
Wimpffen.
Heabrun.
Schwäbischen Hall.
Nörlingen.
Dünckelspiel.
Vlm.
Giengen.
Bopffingen.
Kempten.
Buchorn.
Ravenspurg.
Bieberach.
Lindaw.
Costnitz.
Straßburg.
Keysersberg.
Colmar.
Schlebstadt.
Rotweil.
Hagenaw.
Weissenburg am Rhein.
Obernehenheim.
Rosthem.
Speyer.
Wormbs.
Franckfurt.
Friedberg.
Arlen.
Schwäbischen Gemünd.
Eßlingen.
Reutlingen.
Weill.
Pfullendorff.
Kauffbeurn.
Vberlingen.
Wangen.
Psuy.
Leutkirch.
Memmingen.
Goßlar.
Türckheimb.
Verden.
Geilnhausen.
Wetzlar.
Cöln.
Aach.
Offenburg.
Landaw.
Gengenbach.
Zell am Haynerbach.
Lübeck.
Hamburg.
Dordmund.
Mülhausen in Düringen.
Northausen in Düringen.
Münster in S. Gregorienthal.
Herwerden.
Cammerich.

Sunt & matriculæ insertæ Gedanum & Elbinga à Polonis avulsæ, Itẽ Niderwesel/Sost/Brackel/Warberg/Lemgaw/Verda/Herwerda, & aliæ de quibus inter Principes eas eximere conantes & Fiscalẽ imperii lis indefinita pendet. [Quoad Civitatẽ Hervordiensem lis ista Cameræ imperialis sententia definita, quæ 31. Martii hoc anno 1631. publicata, subsequentis tenoris: In Sachẽ Keyserlich Fiscalis Klägern/eins/wider Bür-

germeister vnd Raht der Statt Hervorden Principalen/so dann Frawen Abbatissinnen daselbst/pro interesse, Beklagte/ andern theils/ Exemptionis, ist allem fürbringen nach/zu Recht erkandt/ daß gedachte Statt Hervord/vor eine ohnmittelbare Reichs-Statt/zu erklaren/vnd derowegen Bürgermeister vnd Raht demselben/alle Ordinari: vnd Extraordinari gefreyte vnnd ohngefreyte Reichs Anlagen vnnd contributiones, so jederzeit gewöhnlicher weise gemeinlich im Reich bewilliget/zu bezahlen schuldig/vnd darzu zu condemniren vnnd verdammen/auch obbemelter Abbatissin/jhres angemasten Außziehens/ein ewig Stillschweigen auffzulegen seye/wie wir dann sie hiemit respective darfür erklären/ condemniren vnnd verdammen / auch jhr ein ewiges Stillschweigen vffiegen/gedachte Beklagte in die Gerichtskosten deßwegen vffgelauffen/ &c. fällig erthellen. Similiter lis illa inter Holsatiæ Duces & Civitatem Hamburgensem, 6 Julii, Anno 1618. per sententiã definita, cujus tenorem subjicere libuit: In Sachen deß Keyserlichen Fiscalis Ampts halber Kläger / contra Holstein/ pro interesse, vnnd Hamburg/ ist die Sache vor beschlossen hiemit angenommen/darauff vnd allem Fürbringen nach/zu Recht erkandt/daß gedachtes Hertzogen vorgewendtes interesse, angeregter Exemption halben/ohngeachtet/ Bürgermeister vnnd Raht der Römischen Keyserlichen Mayestet vnd deß H. Reichs hoher Obrigkeit/vnd ohnmittelbaren subjection sich beklagter massen einiges Gewalts zu erbrechen vnnd frey zu machen nicht geziemet noch gebühret/sondern daran zu viel vnd vnrecht gethan/sich dessen hinfuro gäntzlich zu enthalten/vnnd daß besagte Statt Ihrer Keys. Maj. vnd dem H. Reich ohne Mittel zuständig/ vnterworffen vnd verwandt/auch von männiglich darfür zu erkennen/vnnd deßwegen sie Burgermeister vnnd Raht deß Reichs Anlagen/Stewer vnd Burden zu leisten/auch derselben Außstand zu bezahlen schuldig/vnd zu solchem allem zu condemniren vnnd zu verdammen seyen/ jedoch mehrerwehnten Hertzogen jhre Sprüch vnd Forderungen/so sie fernsten gegen gedachte Statt zu haben vermeynen/ordentlicher weise Rechtens/ ob sie wollen / außzuführen hiemit ohnbenommen / sondern vorbehalten/ &c. Fuit tamen judici denunciatum 27 Februar. Anno 1619. Revisionem ab illa sententia fuisse petitam.]

CLASSIS V.

CAPUT I.

DE STATUUM IMPERII SUPERIORITATE, quæ in sublimi ac regio territorii jure consistit.

SUMMARIA.

1. *Provinciis hereditariè, & patrimonii jure concessis, cum iisdem non solum utilitas, & jurisdictio, sed & superioritas, eiq; annexa regalis dignitas translata est. A territorio, cui annexa, territorialis dicta.*

2. 3. *Territorii vox variè sumitur. Aliquando pro universitate agrorum à terendo, &c. Aliquando pro jurisdictione, & superioritatis iure & exercitio, à terrendo, &c.* 4. *Aliquando pro districtu, cui iurisdictio & superioritas cohæret.* 5. *Territorium quibusdam dicitur universitas ditionis.*

6. *Ius superioritatis territorialis activè est in Magistratu, principe, &c.* 7. *Materialiter & passivè territorio & districtui cohæret.*

8 *Sicut qualitas sine subiecto fundari non potest, ita neq; territorialis superioritas sine territorio.* 9. *Concesso territorio universali, videtur etiam concessa universaliter iurisdictio.*

10. 11. 12. 13. *Rationes dubitandi. Potest iurisdictio esse sine territorio, & territorium sine iurisdictione.* 14. *Territorium etiam dicitur in paucas, & singulares personas.*

15. *Ratio decidendi. Distinguendum inter iurisdictionem, quæ competit iure magistratus, vel ex speciali concessione.* 16. *Et quæ competit jure territorii, & regalis dignitatis.* 17. *Illa sine territorio esse, & consistere potest, hæc non item.*

18. *Olim Prætores, Proconsules, Præsides qualem iurisdictionem habuerunt.*

19. *Iure territorii iurisdictionem habentes, eam dominii & realis juris titulo usurpant, non alieno, sed suo nomine.*

20. *Respondetur ad rationes dubitandi Separatorum separata est natura, ideoq; à separatis nihil infertur.*

21. *Vocabulum territorii abusivè & improprie sumitur pro jurisdictione in paucas, & singulares personas.*

22. 23. *Iurisdictionem specialem etiam intra alterius territorium habere quis potest. Alter verò jurisdictionem universalem, quæ à territorio describitur, &c.*

24. *Quæcunq; intra territorii septa continentur, ea in istius Domini iurisdictione præsumuntur, cuius est districtus, & territorium.*

25. *Quicquid intra fines designatur, velut sepimento inclusum dicitur illi territorio, & finibus. Et quicquid est intra fines pertinet ad eum, cuius sunt fines.*

26. *Limites territorii dicuntur limites iurisdictionis.*

27. *Territorium universale habentes in omni superioritatis, & iurisdictionis iure fundatam intentionem habent*

28. 29. *Sub territorio censentur omnia translata, quæ sub eo continentur.*

30. *Fundata intentio in universali, censetur etiam*

iam fundata super rebus singularibus. 31. Nisi in specie de exemptione, vel privilegio doceatur.

32. Nullus locus territorii sepius circumscriptus præsumitur a iure territoriali exemptus. 33. Locus vicinus censetur eiusdem iuris, quo reliqua sunt vicina. 34. Ius superioritatis ad eum pertinere censetur, cuius territorium limites attingunt. 35 Castro inter duas civitates posito in dubio præsumitur iurisdictio illius cui est proximius.

36. Habens aliquam iurisdictionem in loco, vel villa aliqua, non propterea habet ius superioritatis, & territorii.

37 Particularis iurisdictio tantum ad speciem concessam vel acquisitam restringenda est, nec ad alias species trahenda.

38. Concessiones Principum semper intelliguntur factæ salvo iure tertii, &c.

39. Imperator non potest iura Ducum, & Comitum diminuere, violare, imò nullius Vasalli.

40. Supremi, optimiq; Principis est, omnes omnium iurisdictiones tueri & non turbare, aut infringere.

41. Iuris præsumptio onus probandi reiicit in eum, qui allegat exemptionem.

42. Præsumptiones probationum quodammodo vice funguntur, &c. Patria sunt, vel quod quis probet, vel quod habeat præsumptionem iuris pro se.

43. In universali alicuius territorio superioritatis iura sibi arrogans, liquido idipsum probare tenetur.

44. Titulus asserti iuris edendus & probandus.

45. In his, quæ à principe habere & impetrare necesse est, possessio, vel, quasi præsumitur precaria, donec doceatur titulus

46. Rationes dubitandi 1. In concursu præsumptionum fortior minorem excludit. 47. Res omnis præsumitur libera à primævo statu & iure. 48. Libertas rebus omnibus naturâ indita, servitus verò cæca hominum aviditate inducta.

49. 2. Præsumptio ex situ & loco territorii resultans, nemini, nisi summo Principi favet, &c.

50. 3. Adducitur textus ex recess. imperii.

51. 52. Respond. ad 1. Ration. dubitandi.

53. Sicut dominia, ita, & imperia distincta, ne iustitia ordo confundatur, ex confusione imperiorum.

54. Naturali iure nulli in alterum competit imperium, & natura unam æqualemq; omnium hominum fecit conditionem. 55. Præsumitur veritas ita se habere prout communiter fieri solet.

56. Illa fortior censenda est præsumptio, quæ magis in iure fundatur.

57. Ius civile non per omnia servit iuri naturali. Quod ius naturale dicit in genere, & thesi, id ius civile accommodat ad speciem & hypothesin.

58. In toto iure generaliori dispositioni per specialiorem derogatur.

59. Præsumptio generalis cedit speciali, & hæc illâ potentior. Præsumptio fortior i. firmiorem excludit.

60. Ad 2 dubitandi rationem respondetur.

61. Territoria, ditiones & iurisdictiones communiter iure feudi possidentur Iurisdictio in dubio magis feudalis quàm allodialis censetur.

62. Ad concedentem pertinente re concessâ, omnia concessa esse intelliguntur, quæ sunt inclusa intra fines rei concessæ.

63. Omnia sunt & fuerunt in Principis summi imperio & iurisdictione in districtibus concessis.

64. Principes, comites, & similes in suis territoriis hodie usurpant iura Principis.

65. Principes ex ipsius Imperatoris concessione, & ex antiquissima & notoria consuetudine Regalia habent, &c.

66. Fortiùs obligantur Principibus subditi, quàm Imperatori propter iuramentum.

67. Ad 3 dubitandi rationem respondetur.

68. Exemptiones sunt facti. Facta non præsumuntur, nisi probentur. 69. Odiosa non præsumuntur.

70. Exemptiones in præiudicium tertii stricti iuris sunt.

71. Multa fiunt, quæ tamen fieri non præsumuntur.

72. Possessio habens concursum iuris communis, favorabilior est eâ, quæ concursum habet iuris specialis.

73. Paria censentur, esse extra territorium, & esse in territorio, sed esse exemptum.

74. 75. In ipso territorio potest esse locus exemptus.

76. Castrum cum territorio suo etiam in alterius provincia situm ad alium Dominum pertinere potest.

77. Locus aliquis potest esse quidem in territorio, non tamen de territorio Principis. 78. Unus Dominus potest habere iurisdictionem in parte alterius Domini territorii. 79. Unus Dominus esse potest in universo, alter verò in particularibus.

80. Differunt hæ locutiones in eines Fürsten Land vnd Obrigkeit/vnd vnter eines Fürsten Obrigkeit sitzen.

81. Exemptionem non docentes manent sub universalis Domini territorialis jurisdictione, ejusq; subditi, & Landsassii dicitur Landsassen unde dicti 82.

minium rei particularis, Bart. *in l. 1. n. 16. de jurisd.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 24 num. 5.*]

Huic tamen pro ratione dubitandi adversa-
10 tur. 1. Quod non sit de substantia † jurisdictionis ordinariæ territorium habere, Bald. *in l. 1. §. initio, colum. 1. de offic. Præfect.* [Potest enim esse jurisdictio sine territorio, & rursus territorium sine jurisdictione, Bart. *in d. l. 1. num. 15.* Jas. *ibid. n. 12. cum seq. de jurisd.* Chassan. *des justices & droicts, verb. au territoire,* Meichsner. *d. decis. 33. nu. 33.* Carol Molin. *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5.*
11 *num. 44.*] Sic † feudi Dominus quantumcunque vilis, etiam rusticus super rebus, quæ ab ipso in Feudum recognoscuntur, jurisdictionem ordinariam habere dicitur, *c. imperialem, §. ultimo de prohib. Feud. alien. per* Frideric. Zabarell. *in Clem. Pastoralis supra verb. Deniq. in tertio no: ab. colum. 3. q. 4. de sentent. & re jud.* Schrader. *de Feud. p. 10.*
12 *sect. 8 num 14.* Item † Rectores Scholarum, Andr.
13 Knich *d c. 1. num. 27.* Imò † Camera Imperialis, quamvis sine controversia jurisdictionem ordinariam habeat, territorio tamen destituitur, uti & Rota Romana.

14 2. Adversatur, † quod territorium possit dici etiam in paucas & singulares personas, secundum Johan. Andr *in c. cum contingat de for. compet.* Alexand. *ad d. l. pupillus, §. territorium de verb. signif* quos refert Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. num 51.*

Pro ratione autem decidendi distinguendum
15 est inter † jurisdictionem, quæ alicui competit vel jure Magistratus, sicut olim Prætoribus Romæ ac Proconsulibus, & Præsidibus in provinciis, *l. 1. de offic. ei cui mand. est iurisd. & l. cognitio, ff. eod l. more, ff. de jurisd. & l. cum Prætor ff. de iudic.* Obrecht. *de iurisd. th. 137* vel ex speciali concessione ratione certarum causarum & personarum:
16 Ac inter iurisdictionem quæ alicui † competit jure territorii & regalis Dignitatis; unà cum ter-
17 ritorio translatæ. Illa † sine territorio esse & consistere potest: hæc non item, [quia adhæret administrationi quam quis habet intuitu territorii, Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 14. num. 28.*]

18 Olim namque illi ordinariam † jurisdictionem suo jure habere dicebantur, non quasi pleni dominii aut alterius juris realis titulo eam possidebant, sed quibus tanquam Magistratibus vel more consueto vel extra ordinem à Principe vel populo tributa fuit, ut Prætoribus. Proconsulibus, Præsidibus, *d. l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. ei, cui mand* Tob. Paurmeist. *de iurisdict. lib. 1. c. 10. num. 5.* [His enim in concessione officii jurisdictio committebatur, in exercitium & administrationem, Carol. Molin *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl 5. num 48*]

Jure † territorii qui jurisdictionem habet, 19
eam dominii & realis juris titulo usurpat, neque alieno sed suo nomine: quod tamen in officiariis & iis, qui jure Magistratus administrant, secus est, quia his non conceditur jurisdictionis proprietas, sed administratio officio annexa, Confer Andr. Knich. *de sublim. & reg. territ. iur. d. c. 1 num. 171. 172.* adde eund. *de autocrat num. 1321. & seqq.*]

Hac itaque distinctione præmissa ad 1. argu-
mentum respondetur separatorum † separatam 20
esse indolem, ideoque à separatis nihil infertur. Ex modò allatis autem apparet aliam esse jurisdictionem territorialem, universalem ab ordinaria particulari.

Ad 2. Respondetur vocabulum † territorii 21
abusivè & impropriè apud *Johan Andr.* accipi, quando pro jurisdictione in paucas & singulares personas accipitur: Neque enim territorium, hoc est, districtum habere dicitur, qui quid speciale in territorio habet, Dec. *resp 123. n. 34* per-
indeque jurisdictionem † specialem etiam in- 22
tra alterius territorium habere quis potest, vel singularis privilegii vel præscriptionis vel alio quocunque titulo, Bald. *in c. un nu. 16. de Capitan. qui curi. vend. & l. cum multa, C. de bon. quæ liber.*
ubi dicit nihil impedire, quin unus † jurisdictio- 23
nis universalem quæ à territorio d scribitur, alicubi; & alter ibidem jurisdictionem aliquam specialem in certas personas: ut Rectores Academiarum, & causas: ut Dominus feudi, ab universali illa excepta habeat: ille cum territorio Castri Ducatus vel alterius universitatis sibi investitæ de jure communi: hic ex privilegio, præscriptione, vel alio quocunque jure, Ancheran. *consil. 310 num. 12. & 16.* & ita ponderavit referens *in causa* Teutschen Meisters *contra* Ottingen/apud Meichsner. *Tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 98. 99. fol. 642.* Et ita etiam consideratum in summo Sabaudiæ senatu testatur Anton. Fab. *in C. rerum in Sabaud. judic. lib. 3 tit. 12. defin. 28.*

Hisce ita rejectis ulterius infertur hæc theo-
rica. Quod quæcunque † intra territorii septa 24
con-

continentur, ea in istius Domini patrocinio & jurisdictione esse præsumi, cujus est districtus & territorium, *c omnes basilica, 7. q. 1. l. 1. §. in initio vers. quicquid intra urbem ff de offic. præfect. urb. l. incola, l. qui ex vico ff. ad municip. d. l. pupillus, § territorium, ubi Dd. ff de V. S. l. nulli, § quod si in vico, C. de episc. p. specul. de jurisdict. omn. judic § 1. vers. si magis*, Bart. *ad l. 1. n. 15. in fin ff. de jurisdict. omn. jud. & ad l. 1. n 3 ff. de damn inf.* Menoch. *lib 3 præsumpt.* 100. Wesenb. *cons.* 42. *n.* 3. Anton. Fab. *in C. rerum in Sabaud judic. lib. 3. tit. 12 defin.* 17. Et ita senatum supremum istius loci pronunciare solere in dubio, idem Fab. testatur *in d. defin.* 28. Paurmeister. *de jurisd. imper. Rom.* [Præter allegatos adde eund. Fabr *in Codic. lib. 1. tit. 3. defin.* 11 Geil. 2. *obs.* 62. *n.* 9. *Et de pignorat. obs.* 8. *nu.* 6. Vultej. 2. *consil. Marp.* 30. *n.* 44. 94 *&* 161. Meichsn. *decis.* 1. *n.* 17. *in fin fol.* 10. *& decis* 13. *n.* 20. *& seqq. Tom.* 3. Cravett *consil.* 949.

25 *n.* 2.] Quoniam † quicquid intra fines designatur, dicitur velut sepimento inclusum illi territorio & finibus, *l fines. ff. de act. empt l. si fines, C de evict.* Natt *consil.* 204. *n.* 1. *& seq.* Joh. Gœdd *in respons. iur. restit. Baron. Vallend. n* 71. [Et qui quid est intra fines, pertinet ad eum cujus sunt fines, *l. ad e jasta, § 1 ff. de contrah. empt.* Cephal *consil.* 4. 8. *n.* 29.

26 Natt. *consil.* 501 *n* 31.] Et inde limites † territorii dicuntur limites jurisdictionis, *l. ult. vers. qui certa administrationi & ibid.* Ba d. *C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit.* [adde Mynsing *obs.* 25. 26. *&* 27 *cent.* 6. Geil 2 *obs.* 57. *n. final.*]

27 Ideoque ii qui ita † territorium universale habent, in omni superioritatis & jurisdictionis jure fundatam intentionem habent, in omnes Landsassios & subditos, & in omnes in isto territorio exortas causarum species, civiles & Criminales, Reales, & personales, judicii tam petitorii quàm possessorii, *d. l. 1. §. in initio, ff. de offic. præfect. urb.* Andr. Knich. *in Encycloped. c* 1 Nicol. Boër. *decis.* 50 *n.* 11. Meichsner. *Tom.* 1 *lib.* 2. *decis.* 3. *n.* 2.

28 Ex hisce ulterius infertur, † quod scilicet jurisdictio universalis, quam quis in castro vel territorio aliquo habet, regulariter se extendat, ad prædium singulare vel subditum tertii, quod in territorio & castro existit *text. est in c. cum Episcopus de offic. iud. ordin. in* 6 Joh Köpp. *decis.* 48. *nu.* 8.

29 quia sub † territorio censentur omnia translata, quæ sub eo continentur, Wesenb. *consil* 78. *in princ.* Covarruv *pract. qq cap.* 1. *num.* 9. *&* 10. ubi plures allegat & hanc communem dicit sententiam, Andr. Geil. 2. *obs.* 2 *n.* 9.

Cum enim fundata sit intentio in universali † censetur etiam fundata super rebus singularibus, scilicet quod & singula sibi subjecta sint, 30 Socin. *consil.* 86 *n.* 6. *vol.* 1. Everhard. *in loc. à tot. ad part* Wesenbec *consil* 74. *n.* 34. *&* 35. *part.* 2. Cravett. *consil.* 615. *num* 12. *&* 14. [Tileman. de Bening. *syntagm* 4 *decas.* 1. *vot.* 1. *num.* . 7. *&* 28.] Atque hoc ita est nisi in † specie de exemptione vel privilegio doceatur, *c. dilect. de capell. Monachi. l. nulli,* 31 *§ quod si in vico, C. de Episcop. & Cleric. cap fin. vers. cum ministerium sit intra metas. x. de offic. Archidiacon c. cum in partibus, x de V. S.* Henning Gœden *consil.* 42 *num.* 15. Andr. Knich. *de sublim. territ. iur. c.* 5. *num.* 150 151. Bod *n.* 1. *de repub. cap* 9. Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 9. *num* 6 *&* 7. adeoque nullus † locus territorii septis circumscriptus 32 præsumitur à jure territoriali exemptus, Bald. *in l. insula* 9 *de iudic.* Paurmeist. *de iurisdict. d l* 2. *c.* 8. *num.* 10. ubi ex Mascar. dicit, quod quicquid sit in regno, Ducatu Comitatu, id de iurisdictione Regis, Ducis vel Comitis censetur, ita ut quocunque in loco territorii sui jurisdictionem exercere possit, *per d. c. cum Episcopus de offic. ordin. n.* 6. *& d. l. pupillus, § territorium d. verb significat.* Col. 1. *de processib. executiv. c.* 1 *part.* 2.

33 Idem judicium est de † adjacentibus vicinis & finitimis Hieron de Mont. *tract. fin. reg cap* 30. *num* 9. 10. [Regner. Sixtin *consil. Marp.* 9 *num.* 37. *vol.* 8.] Et locus vicinus censetur ejusdem juris, quo reliqua iura vicina, Zas. 2. *consil* 16. *num.* 26. Meichsner. *Tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 10. *num.* 1. *in causa* Grossschlag contra Nassau *fol.* 940 quia † jus 34 superioritatis ad eum pertinere censetur, cujus territorium limites attingunt, *l si fines. Cod. de evict. l. fundi in pr. l. fines, ff de action empt. c.* 2 *de restit spoliat. in* 6. Wesenbec. *consil.* 31. *nu.* 40 *vol.* 1. Andr Geil 2. *obs.* 62. *num.* 9. Menoch 3. *præsumpt.* 99. Zigler. *in Commun. conclus ad aur. prax Cal. vol § Landsassii, num.* 26 [Natt. *consil.* 671 *nu.* 17. 35 *& seq.* ubi dicit, † quod si castrum est inter duas Civitates, in dubio præsumi jurisdictionem illius cui est propinquius, Menoch. 3. *præsumpt.* 100. *n.* 1 Regner. Sixtin. *d. consil.* 8. *num.* 39. Nam mediũ inter duo extrema positum regulariter vergit ad proximius, *§ insula instit. de rer divis. l. adeo, § insula, ff. de acquir. domin.* Bart *ad l. qui iurisdictioni.* 10. *ff. de iurisd.* Cravett *consil* 882. *nu.* 5] Præterea etiamsi aliquis † tertius habeat aliquam jurisdi- 36 ctionem, in loco vel villa aliqua, non tamen propterea habet jus superioritatis & territorii, Joh. Koppen.

Köppen *d. d cis* 48.*nu*.16 quia hæc separata sunt,
ut supra dictum,

57 Ista igitur † particularis jurisdictio, tantum
ad eam speciem restringenda est, quæ vel expres-
se concessa, vel præscriptione vel alio modo le-
gitimè acquisita, neque ad alias species trahi de-
bet, Hieron. de Mont. *de fin b. cap.78.nu.2.arg.c.*
38 *odia de regul.jur.in 6.* Quandoquidem † conces-
siones Principum semper intelliguntur factæ sal-
vo jure tertii, Jas. *in l quo minus, num.* 11. *ff. de
flum.* Et salvo iure territoriali illius, cui primo in
eodem loco tale jus antea concessum, *c. ex parte,*
12. *de offic. & potest.jud deleg.* Sociu. *consil. visis.* 39.
num. 10. *volum.* 1. [Geil. 2 *obs.55.per tot.ubi vid.*
Eaque de re expressam habemus provisionem in
Cōstitut. imperii August. de Anno 1548 §. Wie-
wol auch in der Regierungs Handlungen / juncto Recessu
Augustano de Anno 1582. §. Wir wollen daneben / ibi:
Doch den Churfürsten / Fürsten und Ständen an jhrer her-
gebrachten Ober- unnd Gerechtigkeiten dardurch nichts be-
nommen. Eoque pertinent. quæ adduxit Dn. Re-
ferens apud Gylman. *in symphorem. suppl. Tom* 2.
39 *part.* 1. *vot.5 n.27.fol.*71. Quod videlicet † Imper.
maximè in Germania, non possit jura Ducum &
Comitum diminuere & violare. imò nullius va-
salli, ex Bald. *consil* 327 *num* 4.*lib*.1. Jas. *consil*.52.
Zas 2.*consil*.10.*n*.24.25.26 *& passim per tot.* Idque
etiam fundamentum habet in ipsa jurata capitu-
latione Cæsarea, § Und in alle wege / ibi: Churfürsten / Für-
sten / Graffen / Herrn und Stände / bey jhren Hoheiten /
Würden / Rechten und Gerechtigkeiten / Macht unnd Ge-
walt jeden nach seinem Stande unnd Wesen bleiben lassen /
ohne unser und männiglichs Eintrag und Hinderunge Su-
40 premi enim † optimique Principis est, omnes o-
mnium jurisdictiones licet inferiores tueri & non
turbare aut infringere, in simili scribit Ant. Fab.
in Cod. rer. in Sabaud judicat. lib. 3. *tit* 12. *defin.*5.
num 2. *in notat. per text. in l. uls de jurisdict. l ult. C.
ubi & apud rest. in integr. l. consulta.*23. *Cod de te-
stam. Et ibid. in notat. n.* 4. Neque concedendo be-
neficium vult Princeps cooperire unum altare,
ut alterum discooperiat, Jas. *ex Bald. in l benefi-
cium num.* 19. *de constit. princip.* add. Tileman. de
Benign. *in 2. respons. Testamento Feud. conclus.*2.*n.*
364. Cardin. Tusch. *pp. conclus.*760.*num.7.lit P.*]
41 Isthæc juris præsumptio † rejicit onus proban-
di in eum qui allegat exemptionem, Sichard. *ad
l.2.C qui testam.fac.poss num.*6 Mynsing. *consil* 16.
num. 34. quia ejusmodi præsumptio juris pro do-
cumento idoneo habetur, *l. sive, Cod. de probat.
l.1. Cod. de apoch.* Matth. Wesenbec. *in paratit. num.*
15.*ff. de probat.* & probatio liquida censetur, Geil.
2 *obs* 97.

Hinc nimirum tot in toto jure nostro indu-
ctæ † præsumptiones, ut probationum quodam- 42
modo vice fungerentur, quantum salva clario-
re veritatis probatione fieri posset, *l. si. chirogra-
phum.* 24. *eum. l. seq. l. Imperatores*, 29. §. 1. *de pro-
bat.* Anton. Fab. *in Consult. de Ducat. Montuferr.
pro Duc. Sabaud. part.* 1. *p.* 21. Paria enim sunt vel
quod quis probet. vel quod habeat præsumptio-
nem juris pro se, *gloss. in l si tutor peritus, C. de pe-
ric. tut. quam ad hoc allegat*, Jas. *in l. licet Impera-
tor*, 74. *num.* 8. *de legat.* 1. Bart. *in l. in illa de V. O.*
[Meichsner. *decis.*17. *sub num* 22. *Tom* 4.] Indeque
actor vel sola præsumptione juris intentionem
fundatam habens obtinere debet, etiamsi is nihil
amplius præstet, & rejicit onus probationis in
adversarium, Vasq. 2 *illustr. contr. c.*85. *num* 1. *&* 5.
& c. 86. *num.*3. & *per totum* Didac. Covar 2. *resol.
c.*6. *per totum.*

Quamobrem † qui contra hanc juris præ- 43
sumptionem in universali alicujus territorio su-
perioritatis jura sibi arrogat, circa personas &
res in eo sitas, liquido id ipsum probare debet,
c. ex ore, 17. *de privil. c. cum persona de privil. in* 6.
Cravett *consil.* 54. *num.*9 Gylman. *in symphorem.
supplic. tom.*1 *part.*1. *tit.*2 *volum.*1 *n.*135. Tenetur
titulum † asserti juris edere, nec sufficit posses- 44
sionis emolumentum allegare, cum ipsi jus com-
mune & generalis præsumptio resistat, *l. vin ejus*,
15. *C. de probat. cap.*1. *de præscript. in* 6 Ziegler. *in d.*
§. *Landsassii nu.*24. [Meichsner. *d. decis* 33 *nu.*11.
Tom. 3. ubi ex Joh. Fabr. Capr. & Menoch. scri-
bit, quod si quis dicat, se jurisdictionis quasi pos-
sessionem habere, intra fines territorii Principis
vel Baronis, tunc Titulum probare teneatur]cu-
jus rei ratio reddetur; quod videlicet jurisdictio-
nis territorialis possessio haberi non possit nisi
à superiore, *ut seq. cap. docebitur.* At in his quæ
à † Principe habere & impetrare necesse est, 45
possessio vel quasi præsumitur precaria, donec
doceatur titulus, ut ex Menoch. & Pistor. tradit
Matth. Steph. *de jurisd.* *lib* 2 *part.*1.*c.*7.*num* 80.
ubi subjicit adeò hæc procedere, ut licet spolia-
tus sit quis, non tamen restituatur, priusquam
titulum docuerit, cum tamen secundum regu-
lam vulgatam, spoliatus ante omnia restituen-
dus.

Ab hac tamen † sententia communi & in pra- 46
ctica recepta, recedit *vir Doctissim.* Zachar. Viet.

de

de exemption. conclus 27. hisce motus rationibus.
1. Quod in concursu præsumptionum for-
tior infirmiorem excludat, *l.fin ff.quod met. caus.*
argum.l.Divus & ibi gl.de restit.in integr. Menoch.
1.*præsumpt.* 30. & 2. *de arbitrar. cas.* 472. Schneid.
vvin. *ad §.ostendimus, nu.4.inst.de suspect.tutor.* Illa
47 autem supra allata præsump io † habet fortio-
rem præsumptionem contra se eamque naturæ
regulis fussu tam, videlicet rem omnem esse li-
beram à primævo statu & jure, *c.ius gen ium di-*
stinct. 1. H eron. de Monte *tractat.de finib reg.c* 6.
n. 5. & 12 Meichsnet. *decis.* 6. *n.* 49. *Tom.* 3. [Liber-
48 tatem † rebus omnibus natura indidit, servitu-
tem vero cœca hominum aviditas induxit. ut in
simili loquitur Anth. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud.*
iud.lib.3.tit.1.defin.4. Indeque liberos à servis, for-
tuna, non natura differre scribit Halicarnass. *anti-*
quit.Rom.lib.4.]

49 2. Dicit quod præsumptio † quæ ex situ &
loco territorii resultat, nemini faveat nisi sum-
mo Principi ob generalem eius iurisdictionem
in omnes, Gabriel. 1 *Comm. conclus. tit.* 1 *de pro-*
bat. concl. 9 Cravett. *consil.* 615. *nu* 13 In inferiori
verò Principis districtu id facile fallit, cum in e-
ius toparchia locus exemptus esse queat, Geil *de*
arrest.c.6.

50 3. Adducit textum † ex Recess. Imp. R. A. zu Aug-
spurg/de Anno 1500 § Der ander Kreyß begreifft Fürsten/
Landgraffen/Graffen/Prælaten/Herrn/Freyvnd Reichs-
stätte/vnter vnd bey ihnen gelegen/& de Anno 21.§. Der
ander Zirckel, & in Imperio nostro Nobiles, Præ-
laturæ & Civitates plurimæ quæ Principum oris
undique velut palis circumscipiuntur, salva ta-
men Imperii libertate, Paurmeist. 2. *de iurisdict.*
cap. 8. *n.* 27. Math. Steph. 1. *de iurisdict p.2.c 7 n.*
66. Idque multis aliis exemplis ibidem illustrat
Victor. Hæ tamē rationes non me adeò movent,
ut à communi & recepta Dd. opinione recedam
propter rationes, iura & auctoritates supra alle-
gatas.

Ad 1. respondetur. Quamvis † ab initio re-
51 rum gentiumque quælibet res libertatem suam
naturalem obtinuerit, indeque libera quoad su-
perioritatis & proprietatis iura præsumeretur,
postmodum tamen divisis & occupatis rerum
dominiis, castra cœperunt habere distincta ter-
ritoria respectu iurisdictionis, Paris. *consil.* 16. *n.* 23.
lib. 4. Johan. Köppen. *d.decis.* 48 *nu.* 1. Postquam
52 itaque ita divisa sunt territoria † & districtus,
divisæ etiam sunt iurisdictiones, ita ut quic-
quid in quolibet districtu continetur, id ejus cu-
jus districtus est jurisdictioni subjectum censea-
tur per jura supra relata. Sicut enim dominia, † 53
ita & Imperia postmodum distincta, ne justitiæ
ordo eo fundatur ex confusione Imperiorum.
c pervenit, 11. *q.* 1. Mynsing. 2. *obs* 28. [Et licet na-
turali jure, † nulli in alterum competat impe- 54
rium, cum natura unam æqualemque omnium
hominum fecerit conditionem, *l.4.de inst.& iur.*
l.32.de reg iur iure tamen gentium, non alii quam
potentiori, *l. ex hoc iure* 5. *ff.de iustit.& iur.* quia
scilicet potentioribus pares esse non possumus,
l. 3. in princ. de alien. iudic mut. caus. Anton. Fab. *in*
consultat. de Ducat. Montisferr. p. 40. Indeque † 55
non absurdè præsumitur veritatem ita se habere,
prout communiter fieri solet, *c. 1. de Cler. non re-*
sident. Meichsn. *decis.* 13. *n.* 325. *Et decis.* 14. *num* 34.
Tom. 3. Cravett. *consil* 949 *n.* 9]

Præterea si juxta argumenta objecti proposi-
tionem fortior † præsumptio tollat alias, uti- 56
que & nostra præsumptio, quæ ex districtu &
territorii situ universali promanat, alteram illam
vincet; quia illa fortior censenda est præsum-
ptio quæ magis in jure fundatur. Nostra autem
præsumptio in plurimis juris tam Canonici quàm
Civilis textibus expressè fundatur, ut superius
probatum. Deinde licet illa † præsumptio li- 57
bertatis, deprompta sit ex jure naturali primæ-
vo, notum tamen est, quod jus Civile non per o-
mnia serviat juri naturali, *l.6.ff.de iustit.& iur.* Et
quod ius naturale dicit in genere & in thesi, id
jus civile accommodat ad species & hypothesin,
Wesenb. *ad §.penult.instit.de iur.Nat.Gent.& Civ.*
Sicut autem † in toto jure generaliori disposi- 58
tioni per specialiorem derogatur. *l in toto & ibi*
Dd. ff. de reg. iur ita etiam præsumptio & conie-
ctura potentior creditur, quæ est specialior,
Bart. *in l cum in debito in pr. nu.1. ff de probat.* Bald.
in l sive possidetis, C. de probat. Menoch. 3 *de arbitr.*
iud cas. 472. *num.* 14. *& seq. &* 1 *de præsumpt. q.* 29.
in 7 [Cravett. *consil* 258. *num.* 21. Wesenbec. *consil.*
4. *num.* 68. Geil. 2. *obs* 144. *nu.* 6. Vult. *consil. Marp.*
22. *n.* 65. *in fin. Et notanter n.* 70. Sixtin. *cons. Marp.*
9 *num.* 111. *vol.* 1. Et præsumptio generalis † ce- 59
dit his, quæ specificè in opposito adducuntur,
Bart *in l. cum de indebito, ff. de probat.* Natt. *consil.*
506 *num.* 39. Geil *d. observ.* 144. *num* 6. ubi quod
præsumptio specialis sit potentior generali Sic-
ut enim clavus clavum trudit, ita præsumptio
fortior, infirmiorem excludit. *l Divus & ibi gloss.*
ff. de

ff. de in integr. restit. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig convent. lib. 13. tit. 7. n. 1.* Cravett *consil. 946. num. 8.*]

60 Ad 2. respondetur negando ; quia textus † allegati supra generaliter loquuntur, *d. l. 1. §. initio, ff. de offic. praef. urb.* ubi non de summo Principe, sed de praefecto urbis agitur, & tamen quicquid intra urbem admittitur ad praefectum urbis pertinere censetur, *Item d. l pupillus, §. territorium, ff de V. S.* Neq; Anton. Gabriel alleg. loc. id expressè decidit, sed saltem Guid. Papae Joh. Andr. & aliorum opinionem refert. Et quod is magis priorem sententiam probet, exinde patet, quod in ead. *conclus. 9. num. 14.* subjicit, quod si constet aliquem rem habere in feudum quicquid est intra fines illius rei censeatur etiam jure feudi habere, nisi aliud probetur, ex Jason. *cons. 235. in*

61 *fin. volum. 2.* Zas. 2. *consil 12. col. 1.* Jam verò † territoria, ditiones, & jurisdictiones communiter jure feudi possidentur, indeque jurisdictio in dubio magis feudalis quàm allodialis censetur, Bald. *in c audientiam, col. ult. x de praescr.* Cast ens. *consil. 179. num. 15. lib 1.* Chassan. *in Consuet. Burgun. tit. de Feud. §. 4. col 1. num. 18.* faciunt ea quae tradit Anton. Fab. *in consult. de Ducat. Montisferr. pro Duce Sabaud. part. 1. p. 39. in fin. & seqq.* Andr. Knich. *de jur. terr. 1. c. 1. n. 42.*

62 Praeterea ulterius ex eodem Gabriel. *d. conclus. 9. num. 15.* ita colligitur, quoties † ad concedentem pertinet res, quae conceditur, omnia concessa intelliguntur quae sunt inclusa intra fines rei concessae, ex Alex *Consil. 107. volum. 6* Oldrad. *consil. 187.* Cravett. *consil. 105. column. 1. & aliis.*

63 Jam vero † omnia sunt & fuerunt in Principis summi imperio & jurisdictione in districtibus concessis, Ant. Fab. *in d. consult. part 1. p. 43.*

64 Deinde notum est, quod † Principes, Comites & similes in suis territoriis hodie usurpent jura Principis & quoad jurisdictionem ordinariam posse dicantur, quae potest Imperator in universo, ita ut quemadmodum Imperatori in toto orbe omnimoda competit jurisdictio; ita etiam Principibus superioritas territorialis in suo districtu, confer Andr. Knich. *de territ. jur. d. c. 1. num. 22. & seq.* indeque Imperatorem repraesentare dicuntur, *ibid. num. 39.* [Et eodem ferè modo ad simile argumentum respondet Dn. Referens apud Gylman. *in symphorem. supplic. Tom. 2. part. 1. vot. 5. n. 19. vers. Ad secundum argumentum:*

65 Quod videlicet Principes † ex ipsius Imperatoris concessione & ex antiquissima & Notoria consuetudine Regalia habeant atque in suis Ducatibus Reguli & quasi Imperatores sint, & specialem pro se praesumptionem habeant, juxta Anton. de Butr. *in c. fin. num. 5. de offic. Archidiac.* Bald. *in l fin. C. de hered vel act. vend.* Inde que Dd. descendit traditio, videlicet, hodiè imperium scissum esse, & jura imperialia quodammodo divisa in Duces, Barones, Civitates, post Accurs. Johan. Fabr. Bald. & alios adfert Referens apud Gylman. *alleg. mod. loc. num. 21. fol. 71.* Quod tamen civiliter & sano sensu accipiendum per ea quae scripsi *inf. hac Class. cap. 6. per tot*] Imò fortius obligantur † illis subditi quàm Imperatori propter juramentum, ut vult Petr. Gregor *de concess. Feud. p. 7. q. 4 nu 12.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2 p. 2. c. 7. n. 38.* 66

Ad 3. respondetur, multa quidem loca † personas res in alicujus Principis territorio existentes & sitas, esse exemptas singulari privilegio, concessione & praescriptione immemoriali: hoc tamen non praesumi, tum propter rationes supra allatas : tum quia exemptiones sunt facti, 67
† quod ipse vocis sonus arguit : quae autem facti 68
sunt non praesumuntur nisi probentur, *l. in bello, §. facta, ff. de captiv. & postlimin.* Menoch. 3. *praesumpt 10 num. 10.* [Quamobrem dicens se exemptum à Domini universalis territorio, tacitè concedit de jure communi se comprehendi sub jurisdictione illius *argum l ex eo, 18. ff. de testib.* Meichsner. *decis. Cam. 26. n 2. Tom. 3.*] tum quia odiosa † quae sunt non praesumuntur, *c. odia de* 69
regul. jur. in 6. At particularis jurisdictio contra universalem alterius in territorio ejus odiosa est, Hieron. Schurff. *in consil. 26. per tot. & maximè, num. 7.* Johan. Köppen. *d decis. 48. num. 20.* & exemptiones † in praejudicium tertii stricti ju- 70
ris sunt, *c. cum Capella de privileg. l jus singulare. ff. de legib* Jas. *in l. si quando, num. 3. Cod. de inoffic testam.* Cravett *consil. 132. num. 20. part. 1.* Meichsner *tom 2. lib. 2. Decis. 3. n 19 ex* Beroi. *consil. 24. nu. 10. vol. 1* Itaque concedimus † multa loca reperiri 71
quae ita exempta sunt, non tamen inde infertur regulariter praesumendum esse locorum exemptionem. Multa namque fiunt, quae tamen fieri non praesumuntur. Sic licet multi illicita faciant, nemo tamen praesumitur in dubio hoc facere velle. [Et cum universalis jurisdictio, † territo- 72
rii Domino juris communis praesumptione competat, exemptio verò speciali jure nitatur, in dubio

Kk bio

bio utique pro illo pronunciandum erit, cum possessio habens concursum juris communis, favorabilior ea sit, quæ concursum juris specialis habet, Felin *in c. licet causam, n.9. deprobat. vers. verum enimvero. &c.* Matth. de Afflict *decis.* 400. *num.* 10.

73 Quamvis de jure † præsumptio isthæc sit valida ex districtu & territorio desumpta, probationem tamen in contrarium admittit. Unde paria censentur esse extra territorium: & esse in territorio, sed esse exemptum, *c. cum Episcopus de offic. ordin in 6. Jas. in l. fin. num. 5. ff. de jurisd.* Zas. *ad eand l fin. ff. eod.* Wesenb. *consil.* 88. *n.* 8. Non
74 enim † necessariò sequitur, sum in territorio. Ergo sum sub jurisdictione Domini, Natt. *cons.*
75 636. *num* 7. *vol.* 1. Nam etiam in ipso † territorio potest esse locus exemptus, Vant. *de nullitat. sub tit. ex. defect jurisdict. num.* 108. Socin. Jun *consil.* 68.
76 *num.* 7. *vol.* 1. Potest enim † castrum cum territorio suo etiam in alterius Provincia situm ad alium Dominum pertinere & per se territorium facere à provincia separatum, Abb. *in cap. nimis, n.* 1. *vers. potest. de jurejur.* Meichsner *tom.* 2. *l.* 1. *decis.* 8. *in causa* Hi nhem contra Pfaltz *n.* 43. [adde eundem *decis.* 6. *num.* 65. *Tom.* 3.]

77 Indeque non pauci † Nobiles, Comites, Barones in alicujus Principis districtu castra & villas habent, quæ tamen quoad jurisdictionem illi subjecta non sunt, *cap. dilectus de Capell. Monach.* Mynsing *resp.* 16. *num* 45. Thom. Mich. *de inrud. conclus.* 60. Et hoc respectu locus aliquis potest esse quidem in territorio, non tamen de territorio Principis. *c. si propter de rescrips.* Surd. *decis.* 129. *num.* 17. Zach. Viet. *d. conclus.* 27. Ziegler. *in d. §. Landsassii, n.* 29.

78 Sic quod Castrum † sit in territorio Januensium, non tamen de territorio Januensium, sicut loca exempta sunt in Diœcesi, non tamen de Diœcesi, tradit Ancharan. *consil.* 437. *n.* 3. [Vid. Cacheran. *decis. Pedemont.* 29. *num.* 6. Et quod unus Dominus possit habere jurisdictionem in parte alterius Domini territorii, tradit Bald. *in l. uno delegatorum in colum pen. de offic. deleg.* Ja. *cons.* 146. *num.* 4. Et jus terrendi apud unum, mœnia Castri apud alium consistere posse, dicit Bald. *in cap.* 1. *quid sit investitur. & in c.* 1. *§. è contrario ad fin. de investitur. de re alien. fact. quem alleg.* Zas. 2. *consil.* 16. *num.* 48. [Matth. de Afflict. *decis.* 122. *in fin.*]

Quemadmodum enim non est inconveniens,
79 ut unus † sit Dominus in universo, alter verò in particularibus, quibusdam rebus sub universitate illa comprehensis. *text. in l.* 1. *§ fin. vers. sed enim gregem ff. de rei vindic.* Sic rationi juris non repugnat, ut idem circa jurisdictionem contingat, cum argumentum à Dominio ad jurisdictionem & è contra regulariter procedat, ut per Bart. *in l.* 1. *ad fin de iurisd. & l. qui furere cœpit, ubi idem* Bart. *ff. de stat. homin. quod ita ponderavit* Referens *in causa* Teutschenmeisters *contra* Ottingen *apud* Meichsner. *tom* 2 *lib.* 1. *decis.* 6. *n.* 99.

Hinc etiam in vulgari sermone differunt † locutiones hæ, in eines Fürsten Land und Obrigkeit/ und unter eines Fürsten Obrigkeit sitzen / Bidenbach *in quæst Nob.* 1. *n.* 16. Viet. *d conclus.* 27. Qui verò ejusmodi † exemptionem docere non possunt, manent sub universalis Domini territorialis jurisdictioni, ejusq; subditi & Landsassii dicuntur. Nam Landsessen und Landsasseren / ad jus territorii der Lands Obrigkeit / correspectivè se habet & à Landes sitzen derivationem accipit, Meichsner *tom.* 2 *lib.* 2. *decis Cam r.* 8. *n.* 4. Matth. Wehner *in pract. observat. verb.* Landsasseren / Bidenbach. *d q: Nobil.* 1. 80 81

Hoc intuitu Landsaß † nihil aliud est, quàm homo jurisdictionalis, cui in omnibus præcipi ac mandari potest à Domino territorii, qui homagium præstat, ac Principem p. o suo agnoscit & nominat Erbherren und Landsfürsten / ut post Cylmann Schwanemann, scribit Wehner. *d loc.* [Cófer Geil. *de arrest. cap.* 6. *num.* 10.] quamvis definitionem der Landsasseren periculosam & multis imperii conventibus sollicitè & curiosè quæsitam, nondum tamē inventam scribat Watemund ab Ehrenberg *de fœderib. lib.* 2. *cap.* . *num.* 40. & *post eum* Ziegler *in d. §. Landsassii, num.* 15. 82

[Nota tamen ad præcedentia, † licet paria dicantur esse exemptum, vel extra territorium esse: id tamen non promiscuè obtinere scribit Doctissim. Alberic. Gentil Hisp. Advocat. *lib.* 1. *cap.* 5 *lit.* O. Nam extra territorium esse, est planè extraneum esse: non idem est, esse exemptum. Hinc consentiri in judicem à quo est exemptio, non item in extraneum posse. Nec etiam exempti uniusmodi sunt conditionis: quidam enim simpliciter, quidam secundum quid exempti reperiuntur. Coronidis loco ad hoc Caput notandum, magnam inter Principes & terrarum Dominos sæpè exoriri controversiam de finibus & determinatione territoriorum, ita ut quandoque ad arma deveniatur. Hac de re plenius agere nimis foret prolixum & contra institutti rationem. 83

tionem, ideoque summa capita attingendo ita
84 distinguendum existimo: Aut agitur † de probatione, determinatione & confinibus territorii, quatenus sumitur abstractivè pro universitate agrorum, seu certo districtu & complexu; & tunc uplurimum probatu per evidentiam confinium, naturâ vel opere humano, notoriè distinctam.
85 Natura † veluti per flumina, montes, rivos, convalles, &c. Johan. Andr. *in c. cum causam in princ. de probat.* Bald *consil 420. incip. verb Principis in princ. lib. 1 & consil 459. lib. 3.* Socin. Jun. *consil 91. num 9. lib. 2.* Marc. Anthon Natt. *consil. 672. num. 11.* vid. Geil. 2. *obs. 62. num. 11* Eamque potiorem & certiorem ac optimam territoriorum probationem, Dd existimant; quia naturæ causa potior est quam humana, *l fin. ibiq;* Bart. *ff. de offic proconsl. l. profectitia, §. fin. ff. de jur. dot. l. 3. in pr. ff. de tut.* Natt. *d consil 672. n. 11.* ubi dicit istos naturæ fines esse æternos & in illis semel verum semper præsumi tale, Cravett. *consil. 882. nu. 3. & consil. 949. nu. 5. vers. Tertio.* Regner. Sixtin. *consil. Marp. 8 n 39. volum. 3.*
86 Et ita Alpes † & iuga montium Appenninorum, ad æternam territoriorum distinctionem inter Lombardiam & Hetruriam esse, post Cravett. *d. consil. 949. num. 1.* tenet Cardin. Tusch *pract. conclus. 700. nu 12. verb. confinia qualiter probentur.*
87 Sic Pyrenæi montes † Galliam ab Hispania discernunt, Orthel *in descript. Gallia.*
88 Opere humano † distinguuntur territoria per fossas, clausuras & burgos, vulgo Landwehren / Landgraben / manufactas, Additio ad decis. Guido. Pap. 193 *n. 1 verb decimo,* Meichsner. *decis. Camer. 33* quæ est anterior, *n 72. & 75.* Item per scripturas columnarum, scripturas sculptas in lapidibus, ipsos lapides, vis Regales, libros antiquos, & similia, de quibus latè agit Cardinal. Tusch. *d conclus. 700. lit. C. junct. conclus. 51 lit. T.* Sixt n. *d consil 8 num. 40. volum. 3.*
89 Deinde † quando territorium concretè accipitur hoc est quatenus annexum habet ius terrendi, Regalia & iurisdictionalia, tunc optimè probatur territorium sive ius illud, per actus exercitium iurisdictionis importantes, ut est præstatio collectarum, item pedagii, vulgo Wagloit / circuitus finium den Ordnung & similibus iurisdictionis speciebus, de quibus *inf. hac Class. cap. 4. passim per tot.* Cardinal. Tusch. *d conclus. 51. verb. Territorium,* adde Meichsner. *decis. 6. n. 5. Tom. 3.* Natt. *consil. 204. n. 4.* Cravett. *consil 673. num 9.* Geil. 2. *obs. 62. num. 11.* Cardin. Tusch. *concl pract. 139 lit. H.* Historicis vero & Geographicis quantum hac in re fidei habendum, vid. Udalric. Zas. *consil. 16 num 39 40. 41. lib. 2.* Hæc distinctio eo pertinet † quod velut in præcedentibus monitum, sæpe accidit districtum aliquem ad unum, iurisdictionem vero territorialem ad alium pertinere vel in totum, vel quoad certos quosdam eiusdem actus & determinatum exercitium, Ad 3. quæ scripsi *infra hac Class. cap. 3. num. 11. & seq.*] 90

CAPUT II.

DE ACQUISITIONE ET CONcessione juris territorialis, & quibus id competat.

SUMMARIA.

1. *Princeps Romanus universalis mundi Dominus, quoad iurisdictionem, & superioritatem.*

2. *Omnis iurisdictio in orbe Romano vel Principis Romani esse, vel ab eo manasse præsumitur.*

3. *Nemo alius iurisdictionem habet, quàm Princeps summus, aut is, cui iurisdictionem, & territorii jus dederit.*

4 5. 45. *Iurisdictionem territorialem concedere solius est imperatoris, tanquam fontis omnis dignitatis, & iurisdictionis.*

6. *Patientia legitimi temporis interstitione munita in manifestam concessionem evadit.*

7. *Principes inferiores superiorem recognoscentes eiusmodi territorii iura constituere non possunt, &c.*

8. *In omni concessione Imperatoris semper excepta & reservata, concessionisq; nescia censetur suprema imperialis, & regia superioritas, &c.*

9. *Præcipuus, & potissimus modus conferendi territorii, &c. quis.*

10. *Omnes iurisdictiones præsumuntur à Principe datæ, atq; etiam feudales.*

11. *Itali allodialem quoq; constituunt, quæ donationis titulo permittitur.*

12. *Ratio dubitandi. Superioritas concessionis est nescia, est enim de essentia Principis eiq; medullitus adhæret.*

13. *In omni concessione censetur reservata superioritas. Rex donans castrum cum omni iure, non censetur donasse ius regium.*

14. *Superioritas sublimioris imperii, summiq; dominatus est symbolum.*

15. *Penes Imperatorem semper remanente superiori-*

q.2 nu.7. Andr.Knich. *de sublim. & reg.territ.iur.*
*c.1.n.*306 307. [Idem *de autocrat.siue territorii ori-*
*gin. & defin. n.*1076. *& aliquot seqq.*] ex quo solo
omnis potestas territorialis, superioritas, digni-
tas, & jurisdictio pullulat, profluit, & proma-
nat, ad eundemque refluit, Bald. *ad c.1. num.2. de*
allod. Menoch. 2 *præsumpt.*14 *num.4. per cap.1. de*
Feud. March Rosenthal. *de feud. cap.5. concl.4.n.1.*
& 2. fac.l.1 ad l.Iul.ambit l 1. ff. de constit. Princip.
l.1.§.cum urbem ff.de offic.præfect.urb. Ideoque nul-
5 la † terra, cum regali territorii jure, fieri vel
possideri à quopiam potest, nisi quam Imp. con-
stituerit, concesserit, & sub universitate domi-
nii consistere jusserit, Tob.Paurmeist. *de jurisdict.*
*lib.2. c.8. num.*31.39. *& seqq.* Johan.Gœdd. *in resp.*
*jur.de restit Baron.Vallend.num.*236. [Neq; ab ul-
lo qui superiorem recognoscit, constitui potest,
Knichen. *de autocrat. cap.1. num.*1976. *& seqq.*
Ziegler. *in §. Landsassii conclus.1.num.*20. Matth.
Steph. *de jurisd. lib.2.p 1. c.7.num* 23. *& seqq.*] Vel
6 ita † à tempore hominis memoriam excedente
possideri passus sit, Andr. Knich. *in tract de jur.*
*territ.c 3. num.*53. Hæc namque patientia legi-
timi temporis interstitione munita, in manife-
stam concessionem evadit, *argum l.cum de in rem*
vers.6.ff.de usur. Georg.Everh. *consil.*34. *num* 9. *&*
seqq. Ex quibus consequitur Principes inferiores
Imperatorem vel Regem recognoscentes supe-
7 riorem † ejusmodi territorium in quo exercen-
tur prædicta jura constituere non posse etiamsi
suis vasallis districtū aliquem concesserint, cum
omnigena jurisdictione, alta & infima nec non
venationibus, imò etiamsi concedatur cum o-
mnis imperii & potestatis jure, Petr *de jur.quæsit.*
*non toll. cap.*21.*n.*36.*fol.*283. Knich. *de autocrat c.1.*
n 1089. *& aliquot.seqq.* Confer Rosenthal. *de Feud.*
cap.5.conclus.14. in gloss a. Roland. à Vall. *consil.1.*
*nu.*144. Ziegler. §. *Landsassii, concl.7.n.21.* Rauch-
bar *p.2.q.11.n* 33. Ubi hoc observandum venit no-
8 tabile, † quod sicut in omni concessione Impera-
toris & summi Principis, semper excepta & re-
servata, concessionisq; nescia censeatur, suprema
imperialis & Regia superioritas: ita in inferiorum
Principum investituris & concessionibus, sem-
per ipso jure exclusa ac concessionis nescia ipsis
remanet, territorialis superioritas, ut videlicet
sint ejus superiores & Domini, daß sie jhre Her-
ren und Landes Fürsten bleiben.]
9 Præcipuus † & potissimus modus conferendi
territorium eiq; annexam superioritatẽ est con-
cessio Principis per modum feudalis beneficii &
investituræ sub nomine & qualitate der Landes
oder Hohen Ober- und Herrlichkeit/ Petr. Gregor.
de Concess. Feud.quæst 8.*part.*1. Matth.Steph. *d c.7.*
*num.*125. Indeque jurisdictiones † omnes præ- 10
sumendas esse non modò datas à Principe, sed
etiam Feudales, dicit Anton. Fab. *in d. consult.*
pag 43. [*c.si diligenti & ibi Abb.in princ.de præscript.*
Cardin.Mantic. *de tacit. & ambig convent lib.*23.
*tit.6. num.*10.] nisi expressim constet de contra-
rio, Bald. *in c.ad audientiam, col ult x. de præscript.*
Castrens *cons.*179. *num.*15. *lib.*1 Et quamvis Itali
† allodialem quoque constituant, quæ donatio- 11
nis titulo permittitur, in quæ hæreditario jure
succeditur, Decian *consil.*269 *post princ per c.di-*
lecta de major. & obedient. Purpur. *consil.*119.*n.*13.
communiter tamen apud nos Feudi lege conces-
sa censeri debet, Andr. Knich. *de jur. territ. d. c.1.*
*n.*42. [Tileman. de Benign. *Pentecost.*8. *obs* 2.*n.*7.
Quæ verò verba investituræ ejusmodi conces-
sionem arguant, vid. Meichsner. *decis.6.sub nu.*65.
Tom.3.fol 96. *in princ.*

Pro ratione dubitandi facit, quod † superio- 12
ritas concessionis sit nescia. quia illa est de es-
sentia Principis, eique medullitus adhæret, Cos-
s.t. *de potest. reg part.1.q.4.* Don. Gars. Mastrill. *de*
*Magistratib.lib.3.c.2.num.*26. in qua consistit sub-
stantialis essentia Majestatis, Car. Molin. *in con-*
suetud. Paris.tit.1.§.2.gl.4.sub num 16. Covarruv.
pract. qq. cap.4. circa princip. Ideoque in omni † 13
concessione censetur reservata superioritas, *c.*
dudum, §. hoc igitur de præbend. in 6. l. inquisitio &
ibi Dd C. de solution. Sixtin 1.*regal.c.5 nu* 3. *& seq.*
Matt. *de jurisdict p.4 cas.*196.*nu.*6. *& seqq.* Cache-
ran. *decis.*170. *num.*3. Rosenthal. *de Feud.cap.8 con-*
*clus.*15. *num.*3. Decian. *consil.*123. *num.* 3. *volum.*3.
Meichsner. *tom.2 lib.1.decis Camer* 6. *nu.*88. [Ca-
rol. Molin. *in consuetud. Paris tit.1.§.1.gl.5.n.*49.
Alber. de Rosat. *in l.1. in fin. de offic.ejus cui mand.*
est jurisd. ubi ait Regem donantem castrum cum
omni jure, non censeri donasse jus Regium,
Mynsing. *consil.*39.*n.*7.]

Est namque † superioritas sublimioris Impe- 14
rii summiq; dominatus symbolum, Joh Gœdd.
in resp.jur. de restitut. Baron. Vallend.num 105. Si
itaque penes Imperatorem † semper remanet
superioritas per concessionem ad status Imperii
non transibit; tum quia eadem res ad duos in
solidum pertinere non potest; tum quia absur-
dum † foret, duas superioritates constituere in 15

uno Imperio, Natt. *consil.636. num* 170. Thom. Mich *de jurisdict. conclus.*8. Et superioritatis non datur superioritas, supra quam nullus existimatur ascensus, Bald.*consil.434.nu.1. vers duodecimo sic arguo, volum.*3. Andr.Knich *de sublim. & reg. territ. iur.c.5.nu.*70. sicut nec servitutis servitus, *l.1.ff.de usu & usufr.* nec commodum commodi, *l.2 §. si indemnitas, ff. de administr.rer ad Civit. pertenent.* nec lucrum lucri, Marc.Ant.Peregrin *de jur.Fisc lib.6.tit 7.num.30 & seqq* nec accidentis
17 datur accidens: quamvis † jurisdictionis jurisdictio esse possit, *ut testatur* Knich. *de vestitur. paction part.2.c.1. n.35.* ex Bald. *in c.uno delegatorum, 42.n.15.* Hering. *de Fideiuss.c.4.n.55.*

18 Pro ratione decidendi distinguendum inter † superioritatem Imperialem & absolutam, quæ fundatur in supremo & universali totius Imperii dominatu: & inter superioritatem territorialem, quæ fundatur in alicujus certi districtus jurisdictione & imperio, salva supremi Dominatus recognitione: Illa concessionis nescia: quia non habet gradum supra se, & non est dare ascensum super eam, Don. Garf. Mastrill. *de Magistra-*
19 *tib.lib 3.c.1.n.25.* [Et nunquam concedi potest † tanta potestas, quin superioritas semper sarta tectaque remaneat, & major reservata censeatur, Roland. à Vall. *consil 1 nu 135. cum seq vol 2.* Cacheran. *consil.3.num.7. & 8.* Alexand.Raudens. *resp.1.n.263. & 435. per text in c.dudum. §.nos igitur de præbend. in 6. c.suggestum x de decim.* Natt *consil. 487. num 24. & seqq.* Carol.Molin. *in consuetud. Parisiens. tit 1. § 1.gloss.5.num.53.* ubi id extendit, etiamsi adjecta fuerit clausula cum omni jure, quod habet, nullo reservato; quia non potest accipi de reservatis Regiæ Maiestatis, sed tantum istis juribus, quæ possunt convenire inferiori &
20 particulari Domino castri.] Hæc verò citra † illius læsionem concedi & transferri potest. Neq; etiam ex tali concessione accidentis generatur accidens. quia hæc subordinatur illi supremæ. Non autem absurdum est, ut accidens accidenti subordinetur, vel in eodem subiecto vel in diver-
21 so. [Summus enim Princeps † vel Rex concedens alicui territorium vel castrum, duplex jus habet in eo: aliud tanquam Rex, ratione iuris Regii universalis in toto Regno fundati, & hoc nunquam transit: aliud tanquam Dominus utilis & particularis, quod cum iurisdictione territoriali iisque annexis iuribus transferre potest, uti post Albert. *in l.t in fin. ff. de offic. ejus cui mand. jurisdict.* Luc. de Penn. *in l.1. col.7. vers. vel dicas plenius, C de privileg. Scholar* Carol.Molin. *alleg. modo loc.n 53.* Meichsner *decis.3.n.34. vers præterea licet*, ubi ex Bald. *ad l.1 nu.4. ff de offic præfect. &c.* dicit: Quod possessiones quædam sint subornatæ, quædam oppositæ, &c. subornatæ, quando unus possidet ut superior, alter tanquam inferior, Roland, à Vall. *consil.80. n 2.3.4 & post n.17. vers. quartò, & 1. vol 2.* ubi ex Bald. *consil.253. col 2.* refert: † Quod si Princeps uni iurisdictionem, ma- 22
ximè ei, qui subalternatur superiori, concedat, tunc nō videri denegatum superiori causas nihilominus audire, cum Reipub. intersit habere plura prætoria, *l.1 C.de offic præfect. urb & l.fin. junct gloss. c.ubi caus Fisc* ex qua Rol. à Vall *all loc.* colligit, licet iurisdictio specialis Comiti Domorum datur in colonos vel inquilinos Imperatoris, tamen iurisdictio contra easdem personas non censetur adempta Præsidi provinciæ, cui ut maiori Magistratui circa easdem personas collata est, *l cum aliquid C. eod tit. d.l.1. & ibi Bart. C. de offic.præfect. urb.* Notandum hic etiam † quando Imperator, 23
mandata universalia in universum imperium promulgat, vel etiam privilegia & indulta concedit, quod tanquam Cæsar ex Cæsarea, tanquam Princeps imperii ratione ditionum imperii, quas hereditario iure possidet, ex Principali potestate, mandet, hac usitata formula, quam in multis mandatis adverti: **Auß Röm. Kayserlicher/auch Landsfürstlicher Macht.**]

Acquiritur etiam territorialis † iurisdictio 24
præscriptione & consuetudine. Andr.Knich. *de jur.territ c.3. nu.53. & seqq.* Johan.Gœdd. *in resp. jur. de restit. Baron Vallend.num.175.* Sicut enim ipsum † territorium præscriptione quæritur, ita 25
etiam iurisdictio. quæ ei materialiter & passivè cohæret, & in eo quodammodo plantata & radicata est, Socin Jun. *consil.146.nu.22.volum.3 quod ita considerat* Referens *in causa* Hern h. m/ *contra* **Chur Pfaltz**/ apud Meichsner. *tom. 2. lib.1.decis.*8. *n.25.fol.*804.

Et omnimodam iurisdictionem † consuetu- 26
dine quæri posse post *gl. tradit* Bart. *ad l.5 de jurisdict nu.9.* Hieron.Treutler. *vol 1 disp 3 thes.6. lit. E. in not.* quia tempus immemoriale habet vim privilegii & concessionis. *l.fin. de aqu pluv. arc. l. hoc jure, ff. de aqu. quotid.* Menoch. 2. *arbitr. cas 43.* Ernest. Cothman. *consil 79.nu 71.* Sixtin. *de regalib. lib.1. cap.5 nu.139* [Cacheran. *decis.9. nu.7.* Mynsing. *obs.30 cent.1* Sixtin. *cons. Marp 9. n.36.*

27 *n.36. & seq.*] favorque & veneratio † antiquita-
tis & temporis immemorialis, loco tituli, Ga-
briel. *in commun conclus. lib. 5. tit. de præscr. concl. 1.*
nu. 44. & seq Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. nu.*
28 118. & possessio † cursu suo absoluta titulum præ-
sumptum manifesto æquivalentem conciliat,
Andr. Knich. *d cap. 3. nu. 53 & in comment. ad jus*
Saxon. verb. Ducum Saxoniæ, c. 9. p 221. in fin. [Ad-
eò ut non necesse sit, alium probare titulum,
qui temporis immemorialis privilegio nititur,
l. 1. §. fin. ff. de aqu. pluv. arc. & ibid. gl. in verb. inter-
dictum, c. 1. de præscr. pt. in 6. Dyn *in c. possessor de reg.*
jur. in 6. Alexand. *consil. 24. nu. 14. & seq. volum. 5.*
Meichsner *decis. Camer. 3. n. 23. Tom. 3.* Mynsing.
observ. 20. cent. 1. Geil. *2 obs. 71. nu. 9:* Decian *resp.*
24. num. 11. vol. 1. vid. Sixtin. *consil. Marp. 21 nu. 93.*
29 *volum. 3.* Tanti enim temporis cursus, † non mi-
nus Dominia & jura quam alias res mundanas
omnes mutat, Johan. Oldendorp *Class. 3. act. 2.*
vers. illud. Idque in tantum procedit, ut licet in
dispositione aliqua sit clausula, nulla præscripti-
one obstante, non tamen excludatur præscriptio
tanti temporis cujus initii memoria non extat,
Angel. *in l. 1. C. ne rei domin.* Bald. *in l. 1. C de annal.*
præscrip. Et in Auth. *quas actiones, C. de sacrosanct.*
Eccles. Matth. de Afflict. *decis. 254. n. 5.*]
30 Et in hoc differre puto † usucapionem & im-
memorialis temporis usurpationem, quod ad
hoc, ut usucapio censeatur legitima, requiratur
titulus; Immemoriale verò tempus est loco ti-
tuli, & alium titulum non desiderat, ut modo
dictum in præcedentibus. Idque ex hac ratione
31 fieri existimo, quod † elapso tanto tempore, cu-
jus initii non extat memoria, valdè difficile foret,
probare titulum, indeque difficilia quæ sunt, an
numerantur impossibilibus. Arist. 5. *Metaph. Et est*
text. in l si familia, 5r. ibi tam difficilis, ut penè
impossibilis videatur, *ff. famil. ercisc. l. nepos Pro-*
culo ff de V. S. l. 2. de his qui effud. vel dejec. Menoch.
32 *5 arbitr. cas. 421. num. 69.* Ideoque ea quæ fieri †
commodè non possunt, censentur simpliciter
fieri non posse, quæ dicitur impossibilitas civilis
& legalis, Zas *ad l. possessio, 1. §. municipes, 22 nu. 9.*
33 *ff. de acquir. possess.* Ad impossibilia † autem nemo
adstringi debet.
34 Et vero quemadmodum † sola tam longi &
immemorialis temporis antiquitas facit, ut
quamvis ab initio probari potuisset titulus, post-
ea tamen probari id non possit à tanto tempore,
omnibus, qui tum adfuerant, extinctis, *l. in lege*
Aquilia, 40. ff. ad l Aquil. [Matth. de Afflict. *decis.*
324. sub n. 15.] ne quidem per auditum & eo mo-
do quo immemorialia pleraque probari solent,
l. si arbiter, 28. ff. de probat. æquissimum est sanè, ac
rationi adprimè consentaneum, ut omnes hi
probationum † defectus, quo temporis anti- 35
quitas parit, ejusdem antiquitatis autoritate
suppleantur, *ut eleganter elegantissimus* Anton.
Fab. *docet in Consultat. de Ducat. Montisferr. pro*
Duce Sabaud. part. 1. pag. 19. ubi subjicit illud Ovi-
dianum:

Vulnus Achillæo quod quondam fecerat hosti
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

[Et in antiquis † probationes admittuntur, 36
quæ aliàs non admitterentur, *text. in c. veniens,*
2. de testib. l. census & monumenta. ff. de probat l qui
ex liberis, ff. de bonor. possess. secund. tab. Zas *consil.*
15 n. 1 lib 2. Cravett. *de antiquit. tempor. part ult.*
prim part princip n 30 & 31. Meichsner. *decis. Ca-*
mer 3. sub nu. 24. vers. quarto ad probationem. Vult.
consil Marp 16. n 52. & 58. vol 1. Gylm. *in sympho-*
rem. supplicat. part. 1. tit. 2 sub n 22 vot 1.] Quam-
obrem † præsumptio quæ insurgit ex hoc cursu 37
temporis immemorialis, est juris & de jure & dif-
ficulter admittit probationem in contrarium,
Menoch *1. consil 90. nu 67 & lib. 3. Præsumpt. 131.*
num. 39. Quid vero sit immemoriale † tempus, 38
non convenit inter Dd. [Ut videre est apud Hon-
ded *consil 17. num. 57. & aliquot seqq.* Sixtin. *consil.*
Marp. 9. num. 34. & ibi allegat.] Sunt enim qui as-
serunt immemoriale tempus id non dici, cujus
initium quocunque modo ostendi potest, Co-
varruv *in cap. possessor. 2. part. relect § tertius, nu. 8.*
Balb. *2. part. 3. part princ. q. 6. num. 26.* sive per in-
strumenta sive per literas & alia monumenta,
Mascard. *de probat. conclus. 1043.* quæ opinio † si 39
subsisteret, nec diluvium nec orbis initium hac
ratione immemoriale tempus dici posset, uti di-
cit Wesenb. *cons. 2. n 82.*
Itaque Wesenberio & aliis immemoriale
tempus dicitur, † quod excedit annos centum. 40
Nam quod excedit centum annos, memoriam
hominum utique superat, quia iste censetur ulti-
mus vitæ humanæ terminus, *l ult. Cod de SS Ec-*
cles l an ususfructus, ff de usufruct. Wesenbec. *d.*
consil 2. num. 77. Francisc. Ball *de præscript part. 2.*
part 3. principalis, quæst. 6. num. 24. Johan. Gœdd.
de restit. Baron. Vallend. num. 533. [Ejusque ex-
cessum jamdudum apud Romanos insolitum
fuisse, scribit Dionys. Halicarn. *l 4. antiq. Roman.*]
Suffien-

41 Sufficere tamen puto ad † immemorialis temporis constitutionem, si memorari de principio nemo possit. Itaque in foro † ut probetur
42 tempus carere memoria, sufficit testes laudare canitie venerabiles, qui nec se vidisse, nec homines qui viderint vidisse, sed à majoribus semper contrarium audivisse profitentur, *argum. l. si arbiter, 28. ff. de probat.* Zachar. Viet. *de exempt. concl.* 18. vel etiam si testes ita deponant: *quod nemo aliter: sed eorum unusquisq; à primo ortu & memoria sua semper & ubiq; non aliter homines loquentes audiverint, ten de probat. jurisgent. loquitur* Plat. 8. *de legib. & ex eo* Albetic. Gentil. *de jure bell. lib. 1. cap. 1. pag. 13.* [Vel ita, **habe es von Alten nit anders gehört/ noch selbst anders gesehen/** hoc est, se nunquam à senibus aliter audivisse, aut se vidisse, ut est apud Meichsner. *decis. 3 nu. 6. Tom. 3.* item si dicat, **solang es ihme gedenckt/** hoc est, quam diu meminit *ibid & nu 18 19 20. adde eund. de is. 14. nu. 17 d. Tom. 3.* Sixtin. *d. consil. 9. num. 35.*] Paulò distinctius hanc rem explicat, Mynsinger. *1. observ. 30. per tot.* Andr. Geil. *2. observ. 66 nu. 7.* [Et magis
43 est id ipsum † committi prudentis judicis arbitrio, Hostiens. & Butr. *in c. illud de praesumpt. post alios,* Menoch *praesumpt. 3 cent. 1. lib. 2.* Et inspecto moderno breviori vitae cursu hominum tempus excedens septuaginta annos, immemoriale dici, post Ruin Socin. Cephal. & alios testatur, Johan. Vincent. Honded. *consil 17. n. 59. lib. 1.* Indeq; à quibusdam hoc tempus ad quadraginta annos restringitur, ut ex Bald. Dec. & aliis respondit Vult. *2. consil. Marp. 30. num. 116.*

44 Pro ratione dubitandi facit, quod adversus † ea, quae Principi sunt reservata in signum praeeminentiae: nulla currat praescriptio, *cap. cum inter, x de consuetud gloss. in c. volumus, 16. q. 4.* Sixtin. *1. de regalib. cap. 5 num. 145.* Zas. *2. consil 16 num. 12.* Don. Gais. Mastrill. *de Magistratib. lib. 3. c. 2. n. 26.*

45 Atqui jura superioritatis † & territorii concedere, solius est summi principis, tanquam fontis omnis supremae dignitatis, per ea quae in principio hujus capit. dicta sunt.

Pro ratione decidendi haec notanda distin-
46 ctio: Quod quae competunt † Principi in signum superioritatis sive universalis recognitionis, ut est obedientia & quae ei annexa sunt, ea neque praescribi, neque tempore immemoriali quaeri possunt, Bald. *de praescript. 2. part 5. part princ. q. 1.*
47 *num. 3. per ibi tradita:* Quae verò Principi † reservata sunt in signum praeeminentis dignitatis, ut sunt concessio territorialis superioritatis regalium & similium jurium, ea immemoriali tempore, salva extrema & suprema Principis potestate quaeri possunt, & ita intelligendum quod Dd. dicunt tale tempus vim privilegii & concessionis obtinere etiam in his, quae sunt reservata Principi, *c. super quibusdam, §. praeterea de V S.* Jas. *in l. de quib. colum. 10. ff de legibus,* Mynsinger. *d. obser v. 30. in pr.* [*Et obs. 24. cent. 4. & obser. 29. num. 5.* Schneidwin *in §. summa divisio, n. 66 instit. de interdict.* Sixtin. *d. consil. 9. num 31.*] Deinde cum summus Princeps † immemoriali tempori tribuit, ut haberet illud vim concessionis & juris plenissimi, illud voluit aequivalere speciali concessioni. Plura de hoc acquirendi superioritatem modo & ejus requisitis, vide apud Matth. Steph. *de jurisdict. lib 2. part. 1. c. 7 num. 139 & mult. seqq.*

Nota praeterea † non in quemvis cadere hanc 4[9]
territorialis jurisdictionis superioritatem, sed necesse est aliquem immediatum imperii subditum esse. Nam in hunc qui non est immediatè sub imperio, non potest cadere causa juris sublimis potestatis territorialis, quae est, quod quisque Princeps & Comes in suo territorio jura summi Principis exercet, & possit in suo territorio ea, quae potest Imper. in toto, Johan Goedd. *in resp. jur. de restit. Baron. Vallend. num. 208. & ibi relati.*

Nam si in mediatum † Imp. hanc dignitatem 50
conferre vellet, ut in suo solo esset superior, praejudicaret Domino immediato, quod juris ratio nō admittit, **R. A.** de Anno 1548. §. **Wiewol auch in der Anlegerung geschicht.** Concessiones † nam- 51
que Principis semper intelliguntur fieri salvo jure tertii, *l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. l. 40. de administr. tut.* qua de re latius supra *cap. praeced n. 38. & seq.*

Hinc etiam est, quod terra † quae non reperi- 52
tur in matricula imperii, nec etiam **im Anschlag deß Reichs**, non praesumitur esse per se territorium, & immediatè sub imperio, sed esse de alicujus Principis provincia & ejus superioritati subjecta, ut idem Goedd. *de resp. num. 212.* ex Gylman. & Geil. *tradit.*

Hac occasione denuo notavi differre territorialem † dignitatem à regali feudali. Siquidem 53
regalis feudalis qualis est etiam Comitatus, Baronatus potest etiam cadere in mediatum. Et ita multi sunt † Comites & Barones, qui quidem 54
de

de dignitate regalis Feudi investiti sunt, territorialem tamen jurisdictionem & superioritatem non habent, cum sint aliorum Principum Landsassii, & salva illorum superioritate seu Landesfürstlicher Obrigkeit dignitatem tituli habentis annexam regalem præeminentiam nacti sunt, *per textum clarum & apertum in d.* R. A. de Anno 1548 §. Wiewol auch in der Regierungshandelung/*add. ea quæ supra Class. 4. cap. 14. circ. med tradidi.* Et vice versa † in Nobiles imperii immedia-
55 tos cadere potest territorialis dignitas & potestas, Bidenbach. *Nob. quæst.* 1 qui tamen regalis dignitatis expertes sunt, ut notum est, siquidem Nobilem esse, non est regalis dignitas. Pari ratione Civitates imperiales, Territorialia iura usurpant, etiamsi feuda regalis dignitatis non possideant.

Caput III.

DE DEFINITIONE SUPERIORITAtis territorialis, et Landes Hohen Obrigkeit.

SUMMARIA.

1. *Difficile est de territoriali superioritate aliquid scribere.* 2. *Et nomen & res juri nostro scripto incognita, & solis moribus introducta, varieque usurpata.*

3. *Auctoris definitio superioritatis iurisdictionis territorialis.*

4. *Allegans exemptionem & immediatatem contra Dominum territorialem, eam probare tenetur.*

5. *Solus summus Princeps per prius habet territorium, fundatum in omnibus territoriis inferiorum.* 6. *Hoc respectu illud propriè dicitur territorium quod intra iurisdictionem supremi Principis situm est.*

7. *Territorium ab aliis distinguitur in maius, & minus.*

8. *Imperatoris superioritas imperialis respectu inferioris territorialis appellatur.*

9. *Territorialis inferiorum potestas intelligitur salvâ & illæsâ imperialis potestatis recognitione.*

10. *Territoriale imperium non nisi in immediatum cadit.*

11. *Alium quàm Imperatorem superiorem quis agnoscens in suo solo, & districtu, superioritatis territorialis jus habere, & usurpare non potest.*

12. *Criminalem tantum iurisdictionem habens, nullum subiectionis ius habet, nisi delicto commisso, &c.*

13. *Una provincia plurium dominatu fatigari, & subiecta esse potest.*

14. *Vox imperii generaliter accepta omnia superioritatis iura & actus complectitur, &c.* 15. *Assessoribus Cameræ imperialis ita explicantibus. Per iura imperii intelliguntur iura superioritatis territorialis.*

16. *Regalia territoriali potestati, &c. ut plurimùm insunt.* 17. *In imperio Romano concesso territorio universali, concessa æstimantur omnia Regalia, cum omnimoda iurisdictione.* 18. *Econtra sub Regalibus ius superioritatis non comprehenditur. Usu loquendi tamen sæpè commiscentur.*

19. *Quicquid sub ambitu territorii continetur, eiusdem iurisdictioni subesse, eique parere censetur.*

20. *Inter Dominum seu superiorem territorialem & subditum, correspectiva est habilitas, & relatio utriusque ad alterum.* 21. *Superioritas se habet ad subiectionem, ut correlatum.* 22. *Et vice versa* Landsassen und Landsasserey/ *ad ius territorii correspectivè se habent.*

23. *Territorium* eines Landsfürsten/*respectu Landsassiorum, definitur, terra spatium iurisdictione munitum.*

24. *Dominus qui propriè dicatur.*

25. *Forenses ratione rerum ferunt etiam onera realia, &c. Paria sunt, non esse in territorio, & esse, sed tamen exemptum, & privilegiatum esse, &c.*

Difficilè † est de hac territoriali superioritate von der Landes Fürstlichen oder Landes Hohen Obrigkeit aliquid scribere, cum & nomen 1
& res der Fürstlichen Landes Obrigkeit und Oberherrligkeit nec legibus expressa, † nec usu iuris sa- 2
tis definita aut certis limitibus circumscripta reperiatur, adeoque iuri nostro scripto incognita, & solis moribus introducta, varieq; usurpata, *uti ex variis Cameralium votis apud* Gylman Meichsner. *& alios apparet, & refert.* Matth. WVehner *in pract. observat. verbi* Landsfürstliche Obrigkeit / *pag.* 458. *ubi aliquot refert opiniones, ad quem eas scire cupientes remitto.*

Mihi superioritas & iurisdictio territorialis † 3
die Landes Fürstliche oder Landes Hohe Obrigkeit nihil aliud est, quàm ius & exercitium summi, post principem seu Imperatorem, imperii, eique annexorum regalium, quod in omnes territorii istius septis inclusos homines, tanquam subditos regulari juris præsumtione competit, donec probetur exemptio, privilegio, vel quod ei æquivalet immemoriali tempore quæsita, ex notoria rei evidentia, vel testibus, vel documentis.

4 Et ita ex multarum † causarum relatione & vo-
tis apparet Cameralibus, quod allegans exem-
ptionem & immediatatem contra Dominum seu
Principem territorialem, eam vel ex privilegio
vel testibus vel documentis vel aliis argumentis
probare necesse habuerit.

Dixi autem, esse *ius summi post principem im-*
5 *perii*, tum ad differentiam † imperialis & territo-
rialis superioritatis. Nam summus Princeps so-
lus per prius habet territorium, quod fundatur
in omnibus territoriis inferiorum, & est supra
omnia territoria territoriorum & ubique loco-
rum, quoad recognitionem universalis Domi-
natus & imperii, ex quo ubique locorum inten-
tionem suam fundatam habet, secund. Bald. *in c.*
1. colum. 1. de his qui feud. dar. poss. Menoch. *consil.*
2. num. 5. Don. Gars. Mastrill. *de Magistrat. lib. 1.*
6 *cap. 3 num. 7.* [Et hoc respectu † illud propriè di-
citur territorium, quod intra jurisdictionem su-
premi Principis situm est; Et si quæ ei sunt an-
nexa, provinciæ, non territoria dicuntur, Rut-
ger. Ruland. *de Commissar. part. 1. lib. 5. cap 5. sub*
7 *num.* 20. Alii distinguunt † inter territorium
majus & minus: Regnum habet territorium Re-
gni, in quo sunt Ducatus, Comitatus, Civita-
tes & Castra; Et tamen quilibet Ducatus, Co-
mitatus, Civitas & Castrum, etiam suum habet
territorium invicem separatum, comprehen-
sum tamen in maiori territorio regni, & utrum-
que suo respectu dicitur quid universale, Ruin.
consil. 22. num. 5. lib. 1. Cardin. Tusch. *practic. con-*
clus 49. num. 4. verb. Territorium.] Indeque Impe-
8 ratoris † superioritatem imperialem respectu
inferioris territorialis distinctionis gratia appel-
lare, tum etiam hisce verbis innuere volui, quod
9 territorialis † inferiorum potestas, intelligatur,
salva & illæsa imperialis potestatis recognitione:
[Quo sensu dicitur: Cæsaris & Papæ jurisdi-
ctionem, non restringi ad limites alicuius ter-
ritorii, Socin. *consil. 237. col. fin. lib. 2* Alex. *consil. 77.*
col. 1. ad fin. Cravett. *consil. 128. num 2.*] tum deni-
10 que quod non † nisi in immediatum territoriale
illud cadat imperium, per ea quæ supra capite præ-
cedenti notata sunt *circ. fin.*

11 Si enim alium quàm Imperatorem † superio-
rem quis agnoscat in suo solo & districtu, utique
is post Imperatorem superior dici & superiorita-
tis territorialis ius habere & usurpare non po-
test, sed erit Landsassius Domini territorialis, et-
iamsi merum & mixtum imperium ac simplicem
jurisdictionem habeat, quæ omnia sine superio-
ritate territoriali consistere (quamvis eidem in
dubio adhærere censeantur) possunt & separa-
tionem admittunt ab illa quæ dicitur die Landes
Fürstliche oder Landes Hohe Obrigkeit.

Nam criminalem † tantùm jurisdictionem ha-
bens, nullum subiectionis sive competentiæ ius 12
habet, nisi delicto commisso, Jacob. Burrig. *in l.*
ff. de offic. præfect. prætor. Afflict. *in cap unic. qualit.*
vasall. jurar deb. fidelit. Ideoque exinde tantùm
malè sibi vendicat iurisdictionem.

Neque novum † est, ut una provincia pluri- 13
um Dominatu fatigetur, alio summum impe-
rium, alio iurisdictionem simplicem, alio ius
gladii, alio alia iura sibi vindicanti, Gylmann. *in*
Symphorem. supplicat Tom. 1. part. 1. tit 3. vot. 2. nu.
15. Ziegler. *in Commun. reclus §. Landsassii, num.*
74. 75. ubi subiicit quod nō infrequens, daß zwey
drey oder vier Heutige urbes seu provinciæ repe-
riantur, ubi unus habet die Lands Fürstliche / alius
die Fürstliche Obrigkeit / tertius den Wildbahn /
quartus die forstliche Obrigkeit / alius die Vogtey
vñ Erbgericht. [Et hoc multis explicat & exēplifi-
cat Meichsner. *in decis. Cameral. 3. sub n. 34 Tom. 3.*]

Posui in definitione hanc vocem † *imperii*, quæ 14
generaliter accepta, omnia superioritatis iura &
actus suis qualibus complectitur, & vel per di-
rectum vel per obliquum latissimum territoria-
lis dignitatis exercitium pervagatur. Et ita et-
iam † ab Assessoribus Cameræ imperialis repe- 15
rio explicatum, ut videre est apud Meichsner *tom.*
2. lib. 2. decis. 3. num. 67. fol. 144. in causa Ewerfeld /
contra Richter und sampt die Hoffleute deß
Hoffs Norbede / *& d tom. 2 lib. 1 decis. 6 n. 70. ibi,*
ius regium vel imperii *fol. 633. in causa* Teutschen
Meister contra Ottingen / Gylman *in Sympho-*
rem supplicat tom. 1 part. 1 tit. 3. vot. n 16. quibus ad-
de Don. Gars Mastrill. *de Magistratib. lib 1. c. 3. n. 10.*
ibi: licet hodie habentes iura imperii, in eorum
Dominiis Principes nuncupantur, ubi per iura
imperii intelligit iura superioritatis territorialis.
Addidi præterea verba, *eique annexorum rega-*
lium; quia † regalia territoriali potestati, præser- 16
tim si illa ex possessione feudi regalis, utpote Du-
catus, Comitatus, &c. descendat, ut plurimum
insunt, ut supra suo loco monui, *fac. c. 1. in pr. de*
Feud. March. Paurmeist. *lib. 2. de iurisd. c. 4. n 43.*
Rosenth. *de Feud. c. 5. conclus. 11. 14.* [Et in imperio
Romano, † concesso territorio universali, con- 17
cessa existimantur omnia Regalia, cum omimo-
moda

omnimoda iurisdictione, Schrader. *de Feud. part.* 10, *sect.* 3. *num.* 152. Knich. *de autocrat. num.* 1404. Indeque est, quod territoria habere, sit habere Regalia iuxt. Bald. *consil.* 49. *part.* 2. quem allegat Zas. *consil.* 14. *num.* 23. *lib.* 1 Nec reperire est Principem imperii habentem territorium, qui non etiam Regalia habeat, Ruland. *de Commissar part.*
18 1. *lib.* 5 *cap.* 4 *sub n.* 25.] Non verò è contra † sub regalibus ius superioritatis comprehenditur, Borchold *ad c.* 1. *num.* 20 *Quæ sint regal.* Thom. Mich. *de iurisd conclus.* 68. [Ut maximè enim quis superioritatis ius non habeat: regalia tamen ex consuetudine vel præscriptione habere potest, vid. Welner. *in pract. observat verb* Herrligkeit/ *in fin. pag.* 288. Quamvis in usu loquendi sæpè commisceantur, per ea quæ tradit Sixtin. *de regalib. lib.* 1 *c.* 1. *n* 19 *& seqq.*

Adieci præterea in definitione, *in omnes istius territorii septis inclusos homines regulari iuris præ-*
19 *sumptione competere*, quia quicquid † sub ambitu territorii deß Land Fürsten continetur, eiusdem iurisdictioni subesse eique parere censetur, per ea quæ supra *cap.* 1. *num.* 22. *& seqq. hac Class.* tradita sunt.

Verba illa inserta definitioni, *tanquam subditos*,
20 ostendant † correspectivam habilitatem & relationem utriusq. ad alterum. Sicut enim pater esse non potest propriè, sine prole, ita nec Dominus & superior territoriali, sine subdito cuius respe-
21 ctu dicendus est superior. Nam superioritas † se habet ad subiectionem ut correlatum, quod sensum absolutum, mancando tale, nauseat. Sic & vi-
22 ce † versa Landsassen & Landsasserey/ ad ius territorii deß Landes Obrigkeit correspectivè se habet, ut suo loco superius dictum.

Hinc etiam eines Landes Fürsten territorium
23 † respectu suorum Landsassiorum definitur: terræ spatium iurisdictione (intellige omnimoda) munitum, Bald *in rubr. quæ sint regal* Boët. *decis.* 227. *n.* 7. Bidenbach. *in Nob quæst.* 1. *& ibi allegati*, Hieron. de Mont. *in tract fin. regund. cap.* 6. *nu* 10. Hieronym. de Cævall *in spec. com. opin quæst.* 899. *nu.* 6. [Confer Nicol Everhard Junior. *consil.* 41. *num* 94. *vol* 1. Et Landes Fürst idem denotat,
24 quod apud alios, Dominus, † qui propriè ille dicitur, qui habet potestatem & iurisdictionem, super inhabitatam terram suam, quivè superioritate & præeminentia fulget Bart. *in l. cum fiex hibuissent*, 3. § 1. *de public. & vectigal.* Ac iurisdictio & subiectio probatur, quod quis Dn. vocatur, & à subditis ut talis honoratur, Pett *quæst.* 12. *num.* 409. vid. Gylman. *part.* 1 *tit.* 2. *vot.* 1. *num.* 79 *vulgo* der Landes Herr.] Deinde hanc † restrictionem adieci respectu forensium, qui ratione rerum ferunt etiam onera tecia, Welner. *in practic. observat.* Landsasserey: Et ratione exemptorum & privilegiatorum, quia paria sunt certo tamen modo, non esse in territorio, & esse, sed tamen exemptum & privilegiatum esse, per ea quæ supra latius dicta sunt. Et hæc de quali qualii territorialis superioritatis descriptione dicta sufficiant: Brevibus etiam erit agendum de actibus, in quibus illa fundatur, exercetur & probatur. 25

CAPUT IV.

DE ACTIBUS CORRESPECTIVIS superioritatis territorialis der Landes Hohen Obrigkeit/ *& subiectionis Landsassiorum, & ex quibus tam ille quàm hæc arguatur.*

SUMMARIA.

1. *Jurisdictio territorialis constat ex diversis, & separatis actibus Jurisdictionalibus.*

2. *Homagium, sive iuramentum subiectionis à subditis præstandum est statim in ingressu regiminis.*

3. *Homagium est prima agnitio & confessio subiectionis. Et superioritatis recognitæ tessera. Ad eamq; probandam multum operatur.*

4. *Huius exactio & præstatio actum universalem iurisdictionis inducit, & de necessitate iurisdictionem arguit.* 5. *Hoc præstans propriâ, & iuratâ suâ confessione se subditum constituit.*

6. *Iuramentum hoc subiectionem, & superioritatem non à priori, sed posteriori arguit.*

7. *Confessio non inducit obligationem aut dispositionem novam, sed inductam firmat, & probat.*

8. *Subditi hoc iuramentum recusantes, officio iudicis ad id compelli possunt Etiam mandata pœnalia adversus eos in Camera impetrantur.*

9. *Jus pr[illegible]andi homagii longissimo tempore præscribi potest* 10. *Imperialis civitas Argentiensis licet indubitatò imperio pareat, hoc tamen iuramentum Imperatori vetusto more non præstat.*

11. *Subditus non iurans fidelitatem non minùs ad eam tenetur, quàm vasallus, qui non iurat, vel cui per pactum illud remissum est.*

12. *Sta-*

12. *Status imperii iuramentum subiectionis peculiare imperatori non præstant, præterquam fidelitatis, & vasallagii.*

13. *Ex pacto speciali aut consuetudine Domini priores iurant, de iuribus libertatibus, & privilegiis subditorum sartis, tectisq; conservandis.*

14. *Contractus correspectivi dicuntur, quorum unus fit respectu alterius.*

15 *Qui differt facere, quod debet, non potest petere quod ei debetur.* 16 *Nec recipit quod oportet, qui non facit, quod debet.*

17. *Fidem contractus correspectivi non implens, facit, ut adversa pars liberetur.* 18. *Ex eo se iuvare nemo potest, quod ipse impugnat, vel transgreditur.* 19. *Ampliatio.*

20. *Non dicitur actum, quamdiu adhuc superest aliquid agendum.*

21. *Reciproca hæc promissio Dominorum, nihil adimit superioritati, aut dignitati Principum.* 22. *Compatibilia sunt, stareq; simul possunt, subditorum iura iurata, cum superioris potestate & maiestate.*

23. *Nimia privilegia perpetuam contentionis & litium materiam præbent subditis.*

24 *Verbum homagii æquivocum est, eiusq; varia significationes remissive.*

25. *Ratione feudi, familiaritatis, & subiectionis iuramenta exiguntur.*

26. *Iuramentum* der Ganerbschafften/ vnd Nachbarschafften *ad mutuas repromissiones, & fœdera potiùs, quàm ad Homagia referuntur. Quando par pari, vicinus vicino iurant, nullum subiectionis argumentum præbetur.*

27. *Formula & summa Homagii,* Huldigungs Pflicht. 28 *A consueta & usitata formula invitis subditis non est recedendum.*

29. *Formula iuramenti fidelitatis remissive.* 30. *Formula iuramenti familiaritatis pro officiorum diversitate variat.*

31. *Differunt hæc iuramenta inter se forma, & specie.*

32. *Etiam ad rerum in alterius territorio possessarum recognitionem præstatur aliquando homagium.*

33. *Respectu diversorum bonorum aliquis alti atque altè iurisdictioni subesse, plures ac diversos Dominos agnoscere potest.*

34. *In alterius Principis territorio etiam per familiares suos focum & larem habens, de consuetudine ad præstandum iuramentum adigitur.*

35. *Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, Finis in omni actu, quo se dirigat, inspiciendus.*

36. *Plurimi in Romano imperio ratione rerum Principi homagium præstant, ratione suæ personæ omninò liberi, & nemini nisi Cæsari subiecti.*

37. *Etiam quis duobus, vel pluribus præstare potest homagium.*

38. *Hamburgum Regi Daniæ tanquam Duci Holsatiæ, salvâ imperii libertate homagium præstitit.*

39. *Etiam simplicem iurisdictionem habens pro modo, & ad effectum suæ potestatis iuramentum exigere potest.*

40. *In homagio, velut in omnibus aliis actibus hominum inprimis spectandum, quâ intentione, & ad quem effectum exigatur, & præstetur. Actionis humanæ distinguuntur finibus.*

41. *In hereditariis Principatibus, &c. hoc iuramentum præstatur quidem Dominis principaliter ipso actu regentibus, sed tamen pro se, & successoribus, &c.* 42. *Exemplo duarum linearum regentium in Hassia.*

43. *Clerici ab hoc iuramento exempti sunt. Pastores aulici à iuramento officii immunes sunt. Pastores in Hassia iuramentum subiectionis non præstant. Professores Academici coniunctim id præstant.*

44. *A subditis iuramento subiectionis præstito, Domino incumbit protectio & defensio subditorum.*

45. *Soli Principi, vel qui iura Principis obtinet, talis protectio de iure competit.*

46. *Superioritas territorialis quomodo à multis definiatur.*

47. *Ad hanc protectionem pertinent etiam literæ tuitivæ,* Geleidsbrieff.

48. *Nuda protectio nec iurisdictionem alicui tribuit, nec superiorem iuri praindicat.* 49. *Sub protectione esse, non est sub iurisdictione esse. Sub specie Patrocinii & protectionis clientibus libertas non eripienda.*

50. *Clientes non dicuntur* Schutz Underthanen/ *sed* Schutz vnd Schirmsverwandten. 51. *Territorialis potestas inde induci non potest.*

52. *Domus Burgundica in protectione imperii est, de iurisdictione tamen eiusdem exempta.* 53. *Idem obtinet in Ducibus Lotharingia, casu fracta pacis, & collectarum excepto.* 54. *Summa transactionis Burgundicæ recitatur.*

55. *Non rarò protectionis ius iurisdictionis initium existit.*

56. *Aliud obtinet in Dominorum territorialium, non in pactitia extraneorum protectione.*

57. *Si Dominus & superior protectionem & clientelam*

telam praestet ad versus quemcunq, usu & moribus ad superioritatis ius fertur.

58. *Ad proprios & ordinarios Dominos pertinet. subditos suos tueri, ac defendere.*

56. *Priori protectioni, tanquam Dominorum ordinariorum iurisdictioni inhianti subditi se committere regulariter prohibentur.*

60. *Homines magis orientem, quàm occidentem solem adorare solent.*

61. *Tuitio & protectio subditorum, & custodia totius territorii spectat ad officium Domini.*

62. *Quodammodo iniuria afficitur Dominus, quasi se suosq subditos tueri nequeant.*

63. *Clientes pro Advocatia stipendium annuum, vel aliud quid praestare coguntur Patronis.*

64. *Interest Domini subditos non depauperari.*

65. *Opes tenuium patrocinijs exhauriuntur.*

66. *Lucenses. Parmenses, Genuenses, Florentini patrocinium Regis Hispaniarum ingenti mercede pacifcuntur.*

76. *Sapè jus Advocatia plus aequo extenditur, & ad quaestum & privatum lucrum transfertur.*

68. *Domini subditos suos invitos alienare nonpossunt, nec vicissim subditis licet Dominis invitis patronum eligere.*

69. *In uno correlativorum dispositum, censetur etiam in altero dispositum esse.* 70. *Dispositum in uno correlativorum digniori, censetur etiam dispositum in altero minus digno.*

71. *Potentiorum patrocinium à nemine implorandum*

72. *Hodiè pace publicâ sancitâ, & stabilitâ omnis violentia prohibita est.* 73. 74. *Denunciationes bellica sublata, & pax inter omnes sub Banni, & proscriptionis poena, constituta.*

75. 1. *Fallentia quando subditi in supremi Principis, & Protectoris, veluti Imperatoris clientelam se submittunt.* 76 *Supremae Majestatis quodnam officium proprium.* 77. *Ejusmodi Protectionis privilegia dici solent Protectoria sive Salvaguardia & diplomata. Quae de ordinaria inferiorum judicum jurisdictione nihil detrahunt, &c.*

78. *Habens aliquem sub protectione, non dicitur eum habere sub jurisdictione.*

79. 2. *Fallentia, quando ex privilegio vel praescriptione jus eligendi protectorem usurpatur. Qui suo jure utitur, nemini facit injuriam.*

80. 3. *Fallentia, quoties subditi ob iustam, & necessariam causam alterius patrocinium implorare coguntur, &c.* 81 *Quod Germania consuetudine quodammodo videtur receptum.*

82. *Omnis ratio expediendae salutis necessaria.* 83. *Sui ipsius defensionem omittere, non culpat antum, sed & dolus perhibetur.*

84. *Necessitas ingens est telum, nulli subiectum legi.* 58. *Factum necessitate urgente, culpabile non est.* 86. *Propter imminens periculum receditur à regulis juris communis, etiam prohibitivi.* 87. *Vrgente necessitatis telo, quae injusta sunt, etiam justissima censentur.*

88. *Cautè in protectionibus agendum. Non rarò primus post protectionem gradus existit in vasio.* 89. *Patroni facilè in Dominos vel tyrannos, clientes verò in subditos vel etiam servos evadunt.*

90. *Non sine magna & gravi necessitate, & cautè ac prudenter tutelae & protectioni potentioris sese subjiciendum.*

91. *Cautela prudenter ineunda protectionis.* 1. *Patrocinia sint gratuita, officio mercis non debetur.* 92. 2. *Aequissimis conditionibus ineatur.* 93. 3. *Patronicii tabulae erigantur & à novis successoribus rata habeantur.* 94. 4. *Brevi ori temporis spatio patrocinia circumscribantur.* 95. 5 *Patroni clientum arces vel oppida praesidio militari non teneant*

96. *Nocendi voluntas ambitiosis hominibus, & imperandi cupido nunquam defutura.*

97. *Duobus principibus unius Civitatis existentibus protectoribus, an unus ex illis contra alterum oppugnantem eam, protegere possit, & debeat, &c. remissivè.*

98. *Iustitiae administratio superioritatis territorialis symbolum & cryterion est infallibile.*

99. *Ad justitiae administrationem pertinet.* 1. *Subditorum comparitio ad conventus provinciales.* 100. *Quae comparitio inducit possessionem, & subjectionem jurisdictionis territorialis.* 101 *Sicut comparitio in Comitiis imperii immediatum civem, & statum aliquem esse arguit, ita & has subditum, & Landsassium.*

102. 2. *Comparitio in judicio.* 103. *Iudiciorum exercitium, superioritatis est indicium.*

104. 3. *Constitutio judicum, Praetorum, & Magistratuum, eorumq destitutio. Quod est signum dominii & superioritatis.*

105. *Ius constituendi magistratus ab aliis refertur ad Regalia.* 106. *Dici potest hocjus esse de regalibus, quae adhaerent iuribus superioritatis.*

107. *Obiectio. Ad eamq responsio Talia sunt praedicata, qualia permittuntur esse à subiectis.*

108. 4. *Vocatio, & comparitio ad bellum, excubias arcis, & sequelam.* 109. *Quae comparitio superioritas*

rioritas vocantis agnoscitur. 110. *Huic proximum est ius apertura tempore belli, vulgò* die Oeffnung. *Quæ ad superiorem Vogtheiam sine principatus competentem refertur.*

111. *Ius apertura non rarò ex speciali pacto, iure fœderis, vel ex singulari reservato competit.* 112 *Ex apertura iurisdictionis subiectio non sequitur.*

113. 5. *Edictorum ac constitutionum provincialium promulgatio, Mandatorum & inhibitionum propositio.* 114. *Verbum,* Gebott *generaliter acceptū tàm ad merum, quàm mixtum imperium & simplicem iurisdictionem pertinet.* 115. *Quandoq; etiam Magistratibus municipalibus, quandoq; præfectis collegiorum mechanicorum competit.*

116. *Qui paret mandatis, edictis, inhibitionibus, subditus esse censetur.* 117. *Ille non est subditus, qui non potest cogi parere mandatis.*

118. 6 *Mulctarum, & pœnarum impositio.* 119. *Mulcta & pœna sunt fructus iurisdictionis, & meri imperii.* 120. *Solvens mulctas & pœnas agnoscit eius dominum, cui solvit.*

121. 7. *Ius recipiendi appellationes. Quod est ius quiddam superioritatis, & iurisdictionis.*

122. *Administrando iustitiam circa appellationes constituitur quis in q. possessione superioris iurisdictionis.* 123. *Appellatio non tenet, nisi ad superiorem & in maius tribunal ascendat.* 124. *Appellationis subsidium quaritur, ut prior sententia emendetur.* 125. Ex *parte iudicis ad quem superiortas præsupponenda.* 126. *Nisi consuetudine inductum, ut ad peregrinum iudicem appelletur.*

127. *Si una Civitas de consuetudine consultet apud aliam, hoc non est propriè appellare. Sed est genus quoddam prorogationis, &c.* 128. *Hodiè à senatu Rostochiensi, ad curiam vel Ducis Magapolitani, vel senatus Lubecensis appellantur. Et aliæ Civitates ad mare Balthicum eundem senatum appellant.* 129. *Quæ provocationes in vim consilii & consultationis, aut prorogatæ iurisdictionis, non superioritatis fieri censentur.*

130. *Superioritatis indicium & argumentum est appellationum & secundarum instantiarum ius habere.*

131. *Onera pro sustentatione dignitatis & honoris vigore superioritatis territorialis exiguntur, & præstantur* 132. *Sunt & dicuntur sublimioris dominii ac eminentiæ symbola.*

133. *Domini tenentur protegere, defendere, & tueri subditos, & subditi vicissim tenentur onera subire.*

134. *Onera seu munera triplicia sunt, personalia, realia, & mixta.* 135. *Personalia quæ sint.* 136. *Patrimonialia quæ.* 137. *Hæc subdividuntur. Quædam simpliciter rebus imponuntur, & principaliter rei cohærent* 138. *Quædam principaliter personis indicuntur, rerum tamen intuitu, & propter res. Hæcq; dicuntur onera mixta.* 139. *Tertia species adiicitur munerum patrimonialium.*

140. *Onera ordinaria, quæ sunt.* 141. *In quibus consistunt nervi Reipubl.*

142. *Extraordinaria quæ sint.*

243. *Onera ordinaria regulariter solius rei intuitu, à possessoribus prædii præstantur. Onus tributorum sequitur tributariam.* 144. *Et usufructuarii eiusmodi collectas solvunt.* 145. *Item Emphyteuta.* 146. *Aliud obtinet in colonis partiariis.* 147. *Ampliatur in colonis Ecclesiasticorum* 148. *Ampliatio de usufructuario.* 149. *Limitatur prædicta ampliatio.*

150. *Collectæ, tributa & census ab illis solvendi, qui rem possident iure proprio, eiusq; fructus suos faciunt.* 151. *Ad eiusmodi onera non conductor, sed locator tenetur.*

152. *Extraordinaria onera non solum à subditis, sed etiam extraneis, & forensibus exiguntur.* 153. *Vti & à Clericis, & aliis privilegiatis, & exemptis.* 154. *Nisi essent eis specialiter remissa.*

155. *Res semper ad quemcunq; possessorem transit cum suo onere, nec plus iuris quis potest in alium transferre quàm ipse habet.*

156. *Ab his oneribus, quæ possessionibus, vel patrimoniis indicta sunt, nulla privilegia præstant vacationem.*

157. *Accidentia non migrant de subiecto in subiectum.*

158. *Bona rusticorum à Nobilibus empta, nihilominus manent obnoxia servitiis & oneribus, ab emptore Nobili præstandis.* 159. *Ita iudicatum in Camera imperiali, in Parlamento Parisiensi. Et extat in Hispania lex. Et in Hassia expressa desuper constitutio.*

160 *In imperii constitutionibus personæ diversa bona possidentes, diverso onerum iure censentur.*

161. *Semel res libera ad privilegiatum clericum, vel exemptum perveniens, conditionem personæ sequitur, & libertatem cum ea retinet.*

162. *In dubio res censetur sine onere & libera. Nullius rei servitus præsumitur.* 163. *Libertas magis in rebus, quàm in personis præsumenda.*

164. *Testibus de libertate deponentibus plus creditur.*

165. *Ab*

165. *Ab extraordinariis oneribus, quæ personæ principaliter imponuntur rerum intuitu, Clerici privilegiati & exempti immunes sunt. Vti & Scholares.*

166. *Hæc munera ita pro utilitate Reipubl. personis principaliter, rerum tamen contemplatione imponuntur, collectæ nomine veniunt.*

167. *Collectæ ad munera extraordinaria referuntur.* 168. *Hodierna consuetudine collecta onera mixta ordinaria censentur.* 169. *Imponuntur non nisi subditis, & incolis. Vera sunt Symbola ac notæ superioritatus, probantq; quasi possessionem jurisdictionis superioris.*

170. *Probans præstationem collectarum intentionem superioritatis habet fundatam, Collectatio est actus jurisdictionalis.*

171. *Ratio dubitandi. Collectio est de regalibus. Et quidem majoribus.*

172. *Respondetur ad eam distinguendo.* 173. *Impositio collectarum inter regalia, quæ jure superioritatis, &c. competunt, numeratur.*

174. *Etiam illi qui jurisdictionem tantum simpliciter habent, à sua jurisdictionis subjectis urgente necessitate collectas exigere possunt.* 175. *Hecq; casu major pars minori præjudicare non potest.* 176. *Forensibus & non subditis imponi non potest collecta.* 177. *Rei tamen, quam forensis sub alterius territorio sitam possidet, imponi collecta potest.*

178. *Quæstio in hisce belli turbis sæpius agitata. An forenses in locis per hyberna vel præsidia gravatis non habitantes, vel etiam aliàs privilegiati, ratione bonorum ibidem sitorum ad contributiones militares pro proportione eorum teneantur? affirmativè deciditur.*

179. *Ab ejusmodi oneribus ne quidem Ecclesia, immunis est.*

180. *Hoc munus merè est reale, quod præsidiis inducitur in quibus transit, vel moratur exercitus.*

181. *Sive aliquis de iure, sive speciali Principis vel Ducis Belli Salvaguardiâ exemptus sit ab hospitatione militum, non tamen propterea exemptus est ab onere bursali, hospitationi annexo.* 182. *Præjudicium adfertur in aula imperatoria, in causa Dn. Philippi Landgravii Hassiæ &c. & N. N. &c.*

183 *Peculiares extorsiones, dereptiones animalium, equorum, &c. Vastationes ædium, &c. cuiusq; damno cedunt. Suam quisq; sortem patienter ferat.*

184. *Quoad Nobiles quænam distinctio obtinuit in Hassia.* 185. *Etiam coloni Ecclesiæ ab ejusmodi oneribus non excusantur.*

186. *Ista contributiones quonam referendæ.*

187. *Sicut res transit cum onere, ita & tanto magis cum libertate.*

188. *Idem operatur oppositum in opposito, quod operatur propositum in proposito.*

189. *Contrariorum eadem est ratio, tàm quoad iuris dispositionem, quàm decisionem.*

190. *Iniquum est vendentes privari commodo majoris pretii, aut ementes sub bona fide decipi, ac gravari.*

191. *Ad inducendam q. possessionem collectandi pluralitas actuum non desideratur, sed etiam unus actus quietus non violentus, aut vitiosus sufficit.* 192. *Pluralitas actuum ad q. possessionem iurisdictionis acquirendam, vel conservandam non requiritur.* 193. *Generaliter in corporalibus per unicum actum legitimum acquiritur q. possessio iurisdictionis.* 194. *Hic actus est de genere eorum, quæ non solent facilè concedi.* 195. *In dubio non præsumitur talis actus iure familiaritatis vel voluntariè usurpatus esse sed potiùs ex causa necessitatis.* 196. *Præstans ad id præstandum Domini superioris autoritate cogi potest.*

197. *Ex voluntaria & necessaria causa quod fieri potuit, præsumendum est factum fuisse potius ex necessaria causa.*

198. *Immunis à collectis, semel solvens, nec intra decem dies appellans, intelligitur renunciasse suo privilegio, & se collectis subiecisse.*

199. *Quædam collecta est Provincialis, quædam imperialis, quædam circularis.*

200. *Imperialis collecta universis imperii subditis indicitur.* 201. *Etiam clericis privilegiatis, & exemptis.* 202. *Qualis est collecta pro expeditione Turcica.* 203. *Item quæ olim ad Regimenti, hodiè ad Cameræ sustentationem solvitur.*

204. *Dicitur hæc collecta imperialis, quia ab Imperatore imponitur.* 205. *A reservata imperatori summa imperii potestate descendit.* 206. *Et Imperatori in signum supremi Dominatus solvitur.* 207. *Ex tenore capitulationis non nisi cum consensu Procerum, & statuum imperii hodiè imponitur.* 208. *Quod tamen Maiestatem Imperatoris non evacuat. Exemplo aliorum Regum.*

209. *Nemo omnium Princeps ius habet vel teruncium unum exigendi à suis præter constitutum censum, nisi populus assentiatur.* 210. *Christiani Principes limitatam habent à Deo, & legibus, ad tributa exigenda licentiam, cuius terminos sine gravi peccato non excedendi.* 211. *Hispaniarum Regum in imponendis tributis, moderatio, & humanitas laudatur.*

212. Col-

212. *Collecta imperialis imponitur immediatis imperii civibus primariò. Secundariò verò etiam mediatis.*

213 *Immediatis permittitur subditos suos in subsidium subcollectare.* 214. *Ne tamen status à subditis ultra summam cuiq; in Matricula imperii designatam quicquam exigant.* 215. *Hoc casu status imperii nudum tantum ministerium, & exactionem habent.*

216. *Exigenda est collecta à subditis, habitâ ratione bonorum cuiusq;.*

217. *In collecta imperiali subditi in loco domicilii & habitationis, de omnibus bonis, ubicunq; sitis, collectantur.* 218. *Ratio huius additur.* 219. *Observatio subiicitur de collectarum impositione.* 220 *Ratione bonorum in alterius territorio sitorum, iurisdictioni illius quis subiicitur, & ibi etiam collecta solvenda.*

221. *Limitantur prædicta.* 222 *In Hassia tàm forenses, quàm clerici in loco rei sitæ collectas solvunt.*

223. *Laudandi sunt Principes & superiores, qui non effusè, sed parcè citra subditorum perniciem regali collectandi iure utuntur.*

224 *Princeps veluti communis omnium pater, subditos non gravare, sed eos in cunctis necessitatibus pastoris instar fovere debet.*

225 *Regia Iacobi Angliæ Regis ad Henricum Filium admonitio.*

226. *Prudentissima Eberhardi I. Ducis Würtenbergici de suis gloriatio.*

227. *Adulterinum est aurum cum subditorum lachrimis collectum. Tributis & vectigalibus auctis facultates Principum diminui, æs alienum crescere experientia testatur.*

228. *Non solum regionis, sed & religionis cura ad Dominos territoriales pertinet.* 229. *Reformatio religionis sequela superioritatis indubitata censetur.*

230. *Ad actus Ecclesiasticos quæ referantur.* 231. *Ecclesiasticos actus Principes per Ecclesiasticas personas expediunt.* 232 *Quocunq; loco actus iurisdictionis Ecclesiastica exercens, fundatam habet intentionem superioritatis.*

233. *Etiam per alios actus declaratur superioritas.*

234. *Ius etiam conducendi in via publica regulariter ad territorii Dominum pertinet* 235. *Quidam tamen Electores & Principes jus conducendi usurpant etiam in aliorum districtu & territoriis.* 236. *Hassiæ Landgravii ius conducendi habent per Wetteraviam, per Fridbergam, Wetzflariam.* 237. *Elector Moguntinus per quendam districtum Darmstadinum, &c.*

238. *Territorium & conducendi ius non semper & ubiq; termini sunt convertibiles, sed hoc sæpius ultra territorium extenditur.*

239. *Superioritati & Regalibus connexum est etiam jus Foresti, de quo remissivè.*

240. *In incorporalibus quasi possessio propriè in actibus possessoriis consistere dicitur.*

241. *Dubium movetur. An unius atq; alterius actus iurisdictionalis exercitium ad alium actum extendendum.* 242. *Iurisdictionis usus in uno actu censetur iurisdictionem tribuere in alio.* 243. *Exercens & conservans jurisdictionem in uno actu, censetur eam exercuisse, & conservasse quoad cætera omnia.*

244. *Ex probatione specierum resultat probatio generis.* 245. *Species sub genere posita habent caudas colligatas.*

246. *Iurisdictio respicit universalitatem, quæ per se una est, licet multis modis exerceatur.*

247. 1. *Limitatio prædictorum.* 248. 2. *Limitatio.* 249. *Possessio collectandi transfertur de una specie in aliam.* 250. 3. *Limitatio* 251 4. *Limitatio, seu declaratio.*

252 *Obedientiæ nexus complectitur omnes actus iurisdictionis. Per obedientiam acquiritur ius subiectionis.*

253. *Usus contra certas personas non extenditur ad alias.*

254. *Divisi sunt homines eiusdem populi. Et unus homo non est idem cum alio.*

HOMAGIUM.

IUrisdictio territorialis, licet † sit totum intel- 1
lectuale & individuum, constat tamen ex di-
versis & separatis actibus jurisdictionalibus, ex
quorum uno non semper infertur ad alium, U-
dalric. Zas. *lib. 2. singul. respons. c. 31. nu. 3 in fin.* Pri-
mus actus † superioritatis territorialis, & subje- 2
ctionis exerceri solet in receptione & præstatio-
ne Homagii, seu juramenti subjectionis: siqui-
dem Dominis territorialib. per Landsassios & a-
lios subiectos juramentum subiectionis die Erb-
und Landes Huldigung / præstandum est, statim
in ingressu regiminis so bald im Antritt ihrer Re-
gierung / confer Andr. Knich. *de iur. territ. cap. 3.*
num. 155. Hoc enim † prima agnitio & confes- 3
sio subjectionis est, Thom. Michaël. *de iurisdict.*
conclus. 57. Geil. *de arrest. cap. 6. num. 10.* Ernest.
Cothman. *respons. Academic. 47. num. 38.* Hieron.
Schurff. 3. *consil. 35. n. 13. vers. potissimum*, Meichs-
ner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. num. 122 & seqq.* Et ma-
ximum

ximum obſequii & humilitatis ſignum arguit,
Mart. *de iuriſd. part.1, cap.27. nu.1.* Eſtque ſuperio-
ritatis recognitæ teſſera, Andr. Knich. *de iur ter-
rit. c.3. num* 168. [et ad eandem probandam mul-
rum operarur, *c. cum olim, de privileg.* Bald. *in c.
quæ in Eccleſiarum, colum. 6. de conſtitut.* Nevizan.
conſil. 11. *num.* 2. Menoch. *conſil.* 748 *num.* 38. *vol.*
8. Tileman. de Benign. *Deciſ. Camer. ſyntagm.* 4.
vot. 6. num. 228. *& eod ſyntagm. deciſ.* 2 *vot. 5. num.*
17 *fol.* 77. Huius exactio & præſtatio † actum u-
4 niverſalem juriſdictionis inducit, qui alios com-
prehendit, & de neceſſitate ſubjectionem argu-
it, Zaſ. *ſingul. reſp. lib. 2. cap. 31.* Sixtin 3. *conſil. Marp.*
8. *num. 77. & ſeq.* Gylman. *deciſ. 46. num.* 13 ſiqui-
dem nomine Principatus & territorii ſive alti &
univerſalis Dominii, ſublimioriſque juris & im-
perii poteſtate exigitur & præſtatur, eaque ſola
quaſi poſſeſſionem ſuperioris juriſdictionis pro-
bat, poſt Andr. Knich. reſpondit Herm. Vult. 3.
5 *conſil. Marp. 35 num.* 30. Nam hoc præſtans † pro-
pria & jurata ſua confeſſione, ſe ſubditum con-
ſtituit, non ſecus, ac ſi quis confiteretur, ſe tene-
ri pro aliquo, Bald. *in l. 2. num. 56. verſ ſed ego, C.
de ſervitut.* Hinc Philip Comin. *lib. 9. Commen-
tar. pag.* 661. ſcribit Hoc juramentum conſuevisse
ei fieri, quam ut magiſtratum & Principem a-
gnoſcimus.]

6 Arguit autem hoc juramentum † ſubjectio-
nem & ſuperioritatem, non à priori ſed poſterio-
ri: Non enim ideò quis cenſetur ſubditus quia
jurat; ſed quia ſubditus eſt ideò jurat [Eſt enim
quaſi quædam confeſſio & agnitio ſubjectionis
hoc juramentum, ut modò dictum, *num.* 3 Con-
7 feſſio autem † non inducit obligationem aut di-
ſpoſitionem novam, ſed inductam firmat & pro-
bat, *l. Publia in fin. ibique* Bart. *num 2. ff. depoſ. l in
contractibus, §. 1. C. de non num. pec. l pecuniæ, C. de
ſolut.* Cravet *conſil.* 1 *pro gener. num.* 466.] Et vi-
ce verſa, non ideò quis ſuperior eſt, quia reci-
pit juramentum; ſed quia ſuperior eſt, ideò exi-
8 git & recipit hoc ipſum, indeque ſi † ſubditi præ-
ſtare recuſent, officio judicis vel condictione ex
moribus, ſeu ex *l. litibus, & l. ſi coloni, Cod. de agri-
col. & cenſit lib.* 11 ad id compelli poſſunt, uti &
mandata pœnalia adverſus ſubditos nolentes ju-
rare oder die Erbhuldigung erſtatten / in Came-
ra impetrare poſſunt Domini, Auctor. *Deciſ. ſeu
præiudic. Camer. verb ſubditus* Maul. *de homag. tit.*
1. *num.* 27. [Subditus namque de jure communi
tenetur jurare fidelitatem, Cravett. *conſil.* 27 *num.*
c. *& num. 5. verſ. ſextò, ubi dicit hanc obligationem
eſſe legis ſive legalem, & fortiorem obligatione homi-
nis num.* 6.] modò ſoliti ſint ſubditi † jurare ho- 9
magium cum hoc jus præſtandi homagii longiſſi-
mo tempore præſcribi poſſit, Specul. *in §. quoniã,
verſ. quæritur, de feud.*

[Huius rei notabile exemplum habemus in
imperiali Civitate Argentinenſi, † quæ licet in- 10
dubitatò imperio pareat, hoc tamen juramen-
tum Imperatori vetuſto more non præſtat, idque
Senatus Argentinenſis in literis 22. die Aprilis,
Anno 1622. ad Electores & Principes Mülhuſii
congregatos datis atteſtantur hiſce formalibus:
Gleich wie aber vnſere geliebte vnd geehrte Vorfahren Frey
zum H. Reich kommen / vnnd solche jhre / vor jetztbemelter
Herbeytrettunge zum Reich / wolhergebrachte Libertät vnd
Freyheit / auff vns jhre Nachkömlinge continuiret, deren
sich auch weiland Röm. Keys. vnd Könige so mültiglich jeder-
weilen erinnert / daß denselben weder wir noch vnsere Bür- "
gerschafft jemals gehuldiget / der Pflicht erstattet / vñ als auch "
etwann dergleichen begehret / vnnd aber vnsere Vorfahren "
am Statt Regiment jhr Herkommen vnd Freyheit dargegẽ "
eingewendet / sie vnangefochten darbey gelassen worden / vnd "
nichts destoweniger den Römischen Kaysern vnnd dem H.
Reich trew vnd hold gewesen vnd geblieben / ꝛc. Hæ literæ
exſtant in relat. autumnali Sigiſmundi Laromi
de Anno 1620. Nec enim ſubditus † etiam non 11
jurans fidelitatem, minus ad eam tenetur, quàm
vaſallus qui non jurat, vel cui per pactum illud
juramentum remiſſum eſt, Bald. *in l ſi quis ſervo,
C, commun. de manumiſſ.* Marant. *de Feud qualit.
tit. de Feud. ſine fidelitat. num.* 2. Cravett *conſil.* 24.
num. 4. Natt. *conſil.* 518 *num* 6. 7. Johan. Ferrar. *in
uſus Feud lib. 6. cap. 1. verſ & quamvis non ſolum.*
Pariſ. *conſil. 23. num. 34. vol.* 1. Tiber. Decian. *reſp.*
19. *num.* 203. *vol.* 3. Et ita Referens apud Gylman.
in ſymphorem. ſupplic. in cauſa Mentz contra Er-
furt / in terminos ſubjectionis decidit *part* 1. *tit.* 2.
vot. 1. *num.* 38. *fol.* 77. Treutler. *conſil.* 83. *n.* 80. De
conſuetudine verò & moribus imperii, † Duces, 12
Principes & Comites Germaniæ qui ſtatus ſunt
imperii, juramentum ſubjectionis peculiare Im-
peratori non præſtant, præterquam fidelitatis &
vaſallagii, in quo tamen & fidelitatem & obediẽ-
tiã iſtis verbis, Trew / Hold / Gehorſam zu seyn /
promittunt, ut patet ex formula ſupra relata *Claſſ.*
2. *cap.* 2. *num.* 202. Nullus tamen ut exiſtimo
Ducum, Principum aut Comitum imperii repe-
ritur, qui hoc juramentum Imperatori non præ-
ſtet. Licet enim quidam, ipſum Principatum,
Ducatum aut Comitatum ab Imperatore Feudi
lege non recognoſcant; attamen ad minimum

25 Unde ratione † Feudi, familiaritatis & subjectionis juramenta exiguntur, Alvarot Bald & Afflict. *in c 1 qualit. Vasall. Domin iur. fidelitat* Rosenth. *de Feud. cap.5 conclus.85.& seq.* [adde Natt. *consil.* 618.*num.* 1. Gylman. *d. vot.*1.*num.*116. Vultei. 3.*consil Marp.*35 *num.*27.& 28. ubi latè. Praeter has tres enumeratas species, adhuc alias dari, scribit Auctor **deß Friedbergischen Berichts**/*fol.*96. ideque exemplificat in juramentis **der Söhnerbs** **schnitten vnd Nachschbarren**. Et post eum Johann. Bruning. *in disputat. de Homag. conclus.*6. verùm

26 ego † hæc juramenta potius ad mutuas repromissiones, fœdera & conjunctiones, quam Homagia referri salvo eorum judicio existimaverim. Quando enim par pari, vicinus vicino jurat, subjectionis argumentum de quo hic agimus, nullum præbet.] Priora tamen in unam eandemque personam diversa consideratione concurrere possunt, ut videre est apud Vult. *dict. loc. ubi vid.* unde vulgo **Huldigungspflicht/ Lehen**

27 **pflicht/ Ampts oder Dienstpflicht.** Formulam † **der Huldigungspflicht** refert Wehner. *in pract observat. verb.* **Landesoder Erbhuldigung** *pag.*464. cujus summa est, quod jurans sibi curæ esse velit, vitam, corpus, honorem & commodum Domini, **getrew/ hold vnd gehorsamb zu seyn**/ Maul. *de homag. d. tit* 1 **Erw, als getrewer Landsasse vnd Vnderthan seinem rechten Erbherrn vnd Landesfürsten zu thun schuldig ist.** Et quod hac formula secundum Germaniæ consuetudinem uti solent Domini Provinciarum & terrarum perpetui in receptione homagii à subditis, testatur Rosenth.

28 *de Feud. cap* 6. *conclus.*5. [A consueta autem † & usitata formula invitis subditis non est recedendũ. quia novitates in actu fidelitatis vitandæ, cum facilè generare possint discordias inter Dn. & subditos ut post alios prudenter monet Casp. Anth. Thesaur. 1. *quæst.* 38.*num.*10.11.12.] Et ex hujusmodi homagio, probari subjectionem asseverat Geil. *in tr. de arrest. Imper. cap* 7 *num.*10.& *seqq.*

29 Formula † fidelitatis vasallitiæ refertur *in cap.*1. *in Nov form. fidelit & cap.*1. *qualit. vasall. Domin.*

30 *iur. tenent.* Formulam † juramenti familiaritatis quod attinet, illa pro officiorũ diversitate variat, & ex ipso quotidiano rerum usu apparet. [Et dif-

31 ferunt † hæc juramenta inter se, forma & specie, ut post Bald. *consil.*327 *lib.* Natt. *consil.*367.*nu.*19. Guid. Pap. *quæst* 306. notat Caspar. Anthon. Thesaur. *d. quæst forens* 38.*num.*1. ubi de hac materia omninò videndus, & *sub. numer.*3 pro differentia notat, quod subditi teneantur jurare personaliter, & non per procuratorem, quod tamen vasallus potest. Id quod etiam observavit Johan. Köppen. *observ. Feud.*6.*num.*7. allegans *ibid.* Knich. *de sublim. & Reg. territ. iur. cap.*3 *n.*247.]

Prærerea præstatur † aliquando homagium non ad inducendam vel arguendam personæ subjectionem, sed rerum in alterius territorio possessarum recognitionem, Hern. *in cap.* 1. *num.*1. & *ibid.* Alvarott. *num.* 1. Paurmeister. *lib.*2. *de iurisd. cap.* 8. *num.*12. [Ideoque aliquem † respectu diversorum bonorum, alteratque alii jurisdictioni subesse, ac plures & diversos Dominos agnoscere & jure communi receptum, & de more nostrorum temporum, præsertim in imperio usitatum esse, adfert Referens apud Meichsner. *decis. Camer.* 6 *num* 5. *Tom.*3 *fol.*96. Neque contraria sunt, aliquem esse in libertate respectu unius, & in servitute quoad alium, *arg. l. loci*, §. *competit, ff. si serv. vindic.* Bald *in c. cum sup. num.*1. *de sentent. & re iud.* Tileman de Beni *in syntagm.* 4. *decis.*2. *vot.*5. *num.* 23. Etiamsi aliquis † in persona propria non habitet in alicuius Principis territorio, si tamen per familiares suos ibidem locum & larem habeat, de consuetudine ad præstandum hoc juramentum adigi solet, atque ita etiam pronunciatum refert Joh. Köpen. *observ. Feud.* 6 *num.*8 *versic. & ita pronunciatum.* Maximè si quis illius communitatis vel territorii commodis & privilegiis uti velit.] Ideoque ab homagio † ratione rerum præstito non est fundanda qualitas subjectionis personalis absoluta, cum illa tanquam personæ naturalem libertatem imminuens sit stricti juris & odiosa, ideoque interpretationis extensione non adjuvanda; tum quia odiosa non sunt extendenda, *c. odia. de reg. iur. in* 6. tum quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, *l non omnis.*19 *in pr de reb. cred.* eoque respectu & ad eum finem ad quem interponitur interpretandus. Finis enim in omni actu quo se dirigat inspici deber, Menoch. *cons.*1. *num* 31. 32 33 34 35

Hinc plurimi in Romano imperio † existunt, qui ratione rerum Principi homagium præstant. Ratione autem suæ personæ omninò liberi, & nemini nisi Cæsari subjecti sunt; Eosdemque Constitutionibus imperii non secus ac alios immediatos comprehendi, insin tis præjudiciis demonstrari posse testatur, Thom. Michaëlis *de iurisdict. conclus.*58. *lit B. in notat.* 36

37 Ex his etiam ulterius infertur, † quod quis
duobus vel pluribus præstare possit homagium
die Erbhuldigung. [veluti latissimè agitatum fuit
in causa Oettenburg contra Beuern/vid. Meichsn.
decis. Camer. 6. per tot Tom. 3. Andr. Gail *de Arrest.*
cap. 6. n. 10. & seqq. Johan. Bruning. *d. disput de Homag. conclus.* 44. & 45. ubi tale Homagium rectè
Limitatum & respectivum appellat.] Exemplum
habemus in quibusdam liberis imperii urbibus,
quarum quædam vicino Principi præstant fidelitatis sacramentum, salva imperii libertate, Tileman. de Benign. *syntagm. 4. dec. 1. vot. 10. num. 18.*
Zachar. Viet. *de exemption. conclus. 36.* Sic non ita
38 pridem Hamburgum † quod jam olim imperiali decreto pro libera imperii civitate agnitum,
Regi Daniæ tanquam Duci Holsatiæ, salva imperii libertate homagium die Huldigung præstitit, neq; tamen ei subjugata est, ut notum. Unde
apparet dass die Erbhuldigung simpliciter & absolutè non sit fundamentum der Voigteylichen
oder Landesfürstlichen Obrigkeit/ sed tantum
adminiculum, ut consulendo tradit, Wehner. *in consil. Frantonic. cons. 79 n. 2.* [Quandoque etiam
homagium præstatur uni als dem Erb- und Gerichtsherrn/ Alteri, als dem Landsfürsten oder
39 Landsherrn. Adeoq; † etiam simplicem jurisdictionem habens pro modo & ad effectum suæ
potestatis, id exigere potest, ut post alios tradit
Jacob. Cancer. *lib. 2. resolut. jur. cap. 2. n. 2 61.* Andr.
Knich *de jur. territor. cap. 3. n. 253.* Matth Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 211.* Ziegler. *§ Nobiles conclus. 1. num. 3. & §. civitas, conclus. 1. nu. 9. &*
40 *seqq.* Quamobrem in homagio, † velut in omnibus aliis actibus hominum inprimis spectatur,
qua intentione & ad quem effectum exigatur &
præstetur per tradita supra *nu. 35.* Si enim aliquis
hoc exigat ut Dn. territorii als der Landesfürst/
eique ut tali id præstetur, importat superioritatem territorialem: Si alio fine, cujus gratia recipitur, alium effectum arguit. Et vel maximè hic
locum habet illud: Actiones humanas distingui
finibus, Cardinal. Tusch. *pp conclus. 269.* Cravett.
consil 1. pro gener. num. 460. Goedd. 1. *consil. Marp. 26 num.* 219. Et dictionem illam Huldigunge æquivocam esse, & non aliter subjectionem importare nisi eo nomine disertè præstetur, notant
Paul. Matth. Wehner. *verb.* Landeshuldigunge/
Besold. *in Thesaur. pract. verb.* Huldigunge. Corollarii loco adjicere lubet. Quod in hereditariis Dominatibus & Principatibus, † hoc juramentum præstetur quidem Dominis principaliter ipso actu regentibus, dem regierenden Landesfürsten/ Regenten oder Landesherrn/ sed tamen pro se & successoribus ex descendenti vel
collaterali linea, juxta successionis vel pactitiæ,
privilegiatæ aut communis juris seriem, pro cujusq; Regionis & Principatus more nach eines jeden Fürstlichen oder Gräfflichen Hauses Herkommen/ Rechten/ Statuta und Gewonheiten. In Hassia hodiè duæ sunt lineæ: † Cassellana & Darmbstadina: & in utraque vigore pactorum familiæ à
Cæsarea Maiestate confirmatorum, unus tantum
Regens Princeps. Is suo & suorum posterorum,
non solum natorum, sed etiam nasciturorum, adeoq; eorum, qui adhuc in lumbis sunt, omniumque collateralium nomine, & in defectum eorum
ac utriusq; lineæ pro serenissima Domo Saxonica vigore confraternitatis Homagium recipit,
substitutionum gradatione admodum solenne.
Confer Vultei. *3. consil. Marp 35. n. 31. 32. & 33.* Deindè etiam omittendum non esse duxi. Quod in
Hassia subditi mediati videlicet Landsassiorum
& Nobilium, iuramentum homagiale, non Principi sed hisce ihren Gerichtsherrn oder Gerichts
Junckern plerumq; præstent, qui rursus Domino territoriali iurant. Clerici † ab hoc iuramento 43
exempti sunt, *per c nimis, 30. c. seq. x. de jurejur.* indeque Pastores aulicos, à iuramento officii immunes esse, quamvis æquè atq; alii ad observantiam eorum, quæ in tali iuramento officii sive
domesticitatis continentur obstricti sint, notat
Johan. Köppen. *obser v. Feud. 6. nu. 2.* Et non vidi in
Hassia, Pastores urbanos aut paganos bey Einnehmung der Huldigunge iuramentum subiectionis præstare, quamvis non semel istis actibus
interfuerim. Professores tamen Academici coniunctim id præstare solent.]

41 and 42 in margin: 41 beside "riis Dominatibus"; 42 beside "sia hodiè duæ sunt lineæ".

PROTECTIO.

Postquam Dominus territorialis à suis subditis debito modo recognitus, ad eius officium †
pertinet, ut subditorum suorum bona, res & personas protegat, defendat, & tueatur, indeq; protectio generalis, defensio & custodia territoriorum, tam iuris quàm facti, de potioribus iuribus
iurisdictionis & superioritatis dicitur, Chassan.
in Catalog glor. Mund. p. 5. num 195. Udalric. Zasi.
consil. 14. nu. 8. & mult. seqq. & consil. 15. nu. 4. 5. & seqq. Et soli Principi † vel ei qui iura Principis
obtinet, ta is protectio de iure competit, [die
Underthanen bey ihren alten Herkommen/ Freyheiten/

heiten/Recht und Gerechtigkeiten/schützen/schirmen und handhaben/ Geil. *de arrest cap.* 8. *n.* 12. Hieronym Schurff. 3 *consil.* 23. *num.* 3. vid. Besold. *in Thesaur. pract. verb.* Landes Schutz.] Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cas.* 338. *n.* 3. Boët. *decis.* 179. Sixtin. 1. *consil. Marp.* 8. *n* 46. Meichsner. *tom* 2. *lib.* 2. *decis.* 3. *n.* 5. 6. ubi hoc latè consideratum dicit in causa Maynz contra Erfurt.

46 Hinc multi superioritatem † territorialem definiunt, quod sit protectio defensioque ratione jurisdictionis seu gubernationis territorii universalis competens. Wehner *post alios à se allegatos verb.* Lädesfürstliche Obrigkeit/ *p.* 462. Thom. Mich. *de jurisd. concl.* 44. *lit D in notat.* Ziegler. *in commun. conclus.* §. *Landsassii, nu.* 8. [Ad hanc pro-

47 tectionem † quæ jure superioris usurpatur, pertinet etiam, concedere alicui in suo territorio literas tuitivas, quas vocant lettre de sauve garde, schrifftlich Geleyd / Geleidsbrieff / Renat. Choppin. *lib.* 2. *de domain. tit.* 8 *num.* 11. *& lib.* 1. *de Legib. Andium cap.* 78. Georg. de Cabed. *decis.* 71. *part.* 2. ubi dicit quod ejusmodi chartas tuitivas dare sit supremæ jurisdictionis & ad Regem pertineat.]

48 Et quamvis nuda protectio † nec jurisdictionem alicui tribuat, nec superiorum juri præjudicat, *text. in c. recepimus in fin x. de privileg.* Hieron. Schurff. 3 *consil.* 23 *num* 3. 4. *&* 12 quem refert & sequitur Wesenbec. *consil.* 48. *n.* 30, Andr. Geil 2. *observ.* 54. *num* 1. *&* 4. Anton Fab. *in Cod rerum in Sabaud. iudic lib.* 3. *tit.* 2. *defin* 5 Gerlac. Buxtorff. *in dissertat. aur. Bull. conclus* 99 [Natt. *consil.* 636. *num* 96. Cardinal Tusch. *pp. conclus* 618 *num* 5. *&* 6 *lit. C. verb. confœderatio. ubi vid*] nec aliquem eximit. Waremund ab Ehrenberg / *de fœderib. lib.* 1. *c* 4 *n* 12. *& seqq.* Geil. *d. obs* 54.

49 Siquidem † subprotectione & commendatione esse, non est subjurisdictione esse, sed sub defensione facti ab injuriis & violentiis, Alber. Gentil *de iur. bell. lib.* 3. *cap.* 16. *post princ.* Gylman *in symphorem. supplic tom.* 1. *part.* 1. *tit* 6. Unde vulgò dici solet, Advocatum vel defensorem Ecclesiæ non esse ejus dominum per *c. præterea,* 23 *de iur. patr. cap. in singulu regnu, de stat. Monach.* Bald. *in l. fin. C de edict. Div. Hadr. toll.* Duaren. *de sacr. Eccles. Minist. r. lib* 5 *cap.* 4. *post princip.* Neque patronis & protectoribus sub specie patrocinii clientibus libertatem eripere fas est, Bodin. *de repub. lib.* 5 *cap.*

50 6. *p.* 909 *&* 914. Unde Clientes † non dicuntur Schutz Unterthanen sed Schutz und Schirms verwandten/ denn Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit/ Geil. *d. obs.* 54. *num.* 1. *&* 23. Ideóq; territorialis † potestas die Landes Obrigkeit inde 51 induci non potest, licet dicantur die Obriste Schirmherren Roland. *de Commiss. lib* 2. *part.* 4 *cap.* 3. *num.* 12. Zachar. Viet. *de exempt. conclus.* 20. *ubi ex* Natt. subjicit quod potius evidens signum jurisdictionis & superioritatis non competentis sit protectio, si peculiaribus pactis impetretur, Natt. *consil.* 636. *num* 1 [add. Sixtin. *d. consil. Marp.* 8. *n.* 49. ubi hoc exemplificat in domo Burgundica, † quæ licet sit in protectione imperii, de jurisdi- 52 ctione tamen ejusdem vigore transactionis Augustanæ, de Anno 1548. nototiè exempta est. Hujus transactionis formulam reperies apud Waremund. de Ehrenberg / *in appendice tractatus de fœderib. pag. mihi* 350. Idem obtinet † in Ducibus 53 Lotharingiæ, casu fractæ pacis & collectarum excepto, iuxta transactionem de Anno 1542 Cujus formulam idem Waremund. *d. loco, pag.* 369. Jacob. Aug. Thuan. *lib.* 5. *Histor.* ubi summam Burgundicæ transactionis ita recitat: † ICtum & 54 in Comitiis (videl. prædictis de Anno 48.) fœdus, quo Cæsaris provinciæ omnes, quas per Germaniam & Belgium obtinet, sint in tutela & patrocinio imperii & in usus publicos contribuant, ita tamen ut suis utantur legibus & iurisdictione: Germania invicem à Cæsaris provinciis eandem tutelam & auxilia exspectet, *fol. m.* 94 *col.* 2. *vers. ICtum, &c.*] quamvis non rarò † protectionis 55 ius, iurisdictionis initium existat, Frider. Mindan. *de processib. l.* 2. *c.* 14. *n* 3. Ziegler. *in d.* §. *Landsassii, n.* 86.

In nostris tamen terminis † ubi non de pa- 56 ctitia protectione extraneorum, sed Dominorum territorialium loquimur aliud obtinet, [per tradita Natt. *d. consil* 636 *nu.* 95. *& seq*] Ideoque si quis tanquam Dominus † & superior intra pro- 57 prios territorii sui fines alicui protectionem & clientelam promittat & præstet, adversus quemcunque, usu & moribus ad superioritatis ius refertur, ut post Andr. Knichr. & alios scribit Johan. Gœdd. *in resp. iur. de restit. Baron Vallend. nu.* 297. [Gylman. *in symphorem. part.* 1. *tit.* 1 *vot.* 1. *num.* 141. *&* 144. *fol.* 10. *Tom* 1. ubi dicit, † ad proprios & 58 ordinarios Dominos pertinere, subditos suos tueri ac defendere, Roland. à Vall. *consil.* 18. *n.* 28. *vol* 1. Cagnol. *in l. culpa caret. de reg. iur.* Schurff. *consil.* 23. *num* 3. Sixtin. 1. *consil. Marp.* 8 *num* 46.]

Priori isti protectioni tanquam Dominorum ordinariorum † iurisdictioni inhianti se subdi- 59 ti committere regulariter aurea Carol. IV. Bull.

& Noviss. Imper. Constitutionibus prohibentur. *Aur. Bull. tit. 15. praetextu parentelae & tit. 16.* R. A. de Anno 1529 §. Wir auch Churfürsten/ ibi, haben uns einmütiglich verglichen/ daß keiner deß andern Underthanen/ deß Glaubens oder anderer Ursach halber/ in sondern Schutz und Schirm wider die Obrigkeit nehmen solle/ quod repetitum in R. A. de Anno 1541. §. Unnd damit im H. Reich Teutscher Nation in fin. & de Anno 1548. & de Anno 1555. Es sol auch kein Landfried/ de Anno 44. in pr. §. Doch soll auch kein Stand. Denais. *in iur. Cam. verb. Pacis publicae constitut.* §. 2. Sleidan *lib. 6. Comment pag. mihi* 171 quod multis consideratum in causa Menaz contra Erfurt/ Gylman *in sympho-rem. supp'ic. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1.* Meichsner

60 *tom. 2. lib. 2. decis. 3. n. 6.* tum quia † auctoritas veri Domini inde non parum minuitur, Paurmeister. *de iurisdict. lib. 2. c. 9 n 19.* Zas. *2. consil. 7. n 5.* & ita comparatum sit, ut homines magis orientem quàm occidentem solem adorent, ut Pompei. Syll. *dicit* Plutar. *in vit. Pompei.*

61 Ideoq; tranquillitati publicae † & reverentiae, quam subditi proposito à Deo Magistratui debent contrarium videtur, ut spreto ordinario, quem velint, protectorem eligant, cum tuitio & protectio subditorum, & custodia totius territorii spectet ad officium Domini. *l. illicitas, §. ne potentiores ff. de offic. Praesid* Obrecht *de iurisd c 8 nu. 97.* Maul. *de homag. tit. 11 num* 1. Boër. *decis.* 179. &

62 quodammodo † injuria afficitur Dominus, quasi non sit ejus animi & potentiae, ut se suosq; subditos tueri queat, Atum *in Aur. Bull. Discurs. 6. conclus. 2. pag. 251.* faciunt et quae supra dicta sunt:

63 tum quia † Patrocinii praetextu subditorum bona exhauriuntur, cum clientes pro Advocatia stipendium annuum vel aliud quid praestare coguntur Patronis, Zas. *d. cons. 7. n. 5.* Bocer. *de iurisd. c. 8. nu. 97.* Zachar. Viet. *de exempt. conclus.* 20. Interest

64 autem † Domini subditos non depauperari, *arg. §. sed & maior. instit. de his qui sunt sui vel al. iur.*

65 Hinc Salviani † Massiliensis graves querelae, opes scilicet tenuium patrociniis exhauriri. Quis

66 enim est, qui nesciat † Lucenses, Parmenses, Genuenses, Florentinos, patrocinium regis Hispaniarum ingenti mercede pacisci, inquit Bodin. *5. de rep. lib. c 6. p mihi* 911.

67 Unde fit ut patrocinii pretium † à clientibus saepè solvitur, non ut ab hostibus vel finitimis, sed ut ab ipsius Patroni latrociniis tut ores sint. Et ita saepè ius advocariae plus aequo extendi & ad quaestum & privatum lucrum transferri docet Geil *d. obs. 54. n. 6.*

Et uti Domini † subditos suos invitos alienare non possunt Hotoman. *illustr. q.* 1 ita vicissim nec subditis fas erit Dominis invitis patronum eligere Thom. Mich. *de jurisdict concl.* 137. Quicquid enim in uno † correlativorum dispositum est, censetur etiam in altero dispositum esse, *l. fin. in pr. C de indict. vid. tollend.* Bart. *& in l. fin. ff. de acceptilat* Bald *in l. 1. C. de bon. matern* maximè † ubi aliquid dispositum est in uno correlativorum digniore uti est magistratus, quo casu censetur etiam dispositum in altero minus digno, *gl in rubr. de reb. cred. & ibi* Bald *fac l. quaeritur de stat homin fac rubr. ff. quod quisq; jur. in alterum stat.* Matth. Boyss. *in addit. ad tract. Baptistae d. S. Blasio. c. 3 n. 3.* 68 69 70

Et jam olim † legibus scriptis veterum, ut nemo potentiorum patrocinium imploret, *l. 1. C ne liceat potentior. l. 1 C ut nem. ad suum patroc in.* quod multò magis † hodie obtinebit cùm pace publica stabilita & sancita omnis violentia prohibita sit, R. A. de Anno 1521. de Anno 1548. de Anno 1555 & passim, ac † denunciationibus bellicis per universum Imperium exulare jussis, pax inter omnes sub Banni & proscriptionis poena constituta, R. A. de Anno 1595. d Recess. de Anno 1521. 48. & passim. Imò † literatum belli denunciatoriarum scriptores, eâdem qua ipsi auctores poenâ tenentur, R. A. de Anno 1549 §. Dergleichen P. H. O. *art.* 128 & 129. [Matth. Stephan. Rem. & Zieritz. *ad dd artic.*] 71 72 73 74

Praedicta tamen fallunt, 1. quando † subditi in universalis & supremi Principis & Protectoris veluti Imperatoris Clientelam se submittunt. Is enim cum jam antea generalem potestatem in omnes habeat, *l depraecatio ad L. Rhod de iact. l. 3. Cod. de quadrien praescr.* Maul. *de homag. c. 11. nu 6.* quod est supremae † Majestatis officium proprium, daß keiner uber Recht beschweret/ oder Rechtloß gelassen werde/ Reichs Abschied zu Augspurg/ de Anno 1530. §. Item wir hiebevor ibi: und aber uns als Römischen Keyser gebühret einsehens zu haben/ daß niemand das seine mit Gewalt wider recht entzogen ꝛc. *& in ead. constit in praecedentib. §.* Weiter nach deme/ ibi: Als einem Christlichen Keyser der Rechts niemand weigern soll. Geil. *d. obs. 54. n. 7.* ubi Protectionis ejusmodi privilegia ab Imperatore etiã privatis dari asserit. daß sie ihr R. ...der/ und dero Güter in der Keys. Majest. Schutz und Schirm stehn sollen/ neq; subjectioni immediatae ullum inde generari praejudicium. [Et dici 75 76

solent

77 solent † Protectoria, sive Salvaguardiæ & Diplo-
mata Anton.Fab. *in Cod. rer. in Saband iud. lib.3.*
tit.12 def.n.5. ubi ita scribit: id genus Diplomatis
Principalis, quo quis se suaq; omnia in Principis
protectionem specialem insinuat, sicut nullum
jus tribuit impetranti, sed competentis duntaxat,
si quam habebat possessionem, conservat, ita de
ordinariâ inferiorum judicum jurisdictione ni-
hil detrahit, sed si qua possessionis controversia
emergat, agendum esse, coram eodem judice, qui
si diploma nullum esset, de ea re cognosceret, ad-
de Geil. *d.obs.54.n.7.* Sixtin. *3.consil.Marp 8.n.107.*
Guid.Pap. *decis 56.n.1* ibidemq; Additionatores,
Natt. *consil.237.n.2.3.* vid. exempl. traditum *infra*
78 *hoc cap. sub num.*132. Et ideò habens † aliquem re-
commendatum vel sub protectione, non dicitur
eum habere sub suo gubernio vel jurisdictione,
Gemin *cons.51.per tot.* quem refert Card. Tusch.
pp.concl 935 n.2] Tale privilegium protectionis à
Rodolpho II. Imp. pro se, uxore, liberis famulis,
subditis & hominibus se impertasse, Anno 1610.
die 15. Septemb. testatur, Matth. Wehner *in pract.*
observ verb. Schirmbrieff.
79 2. Fallunt prædicta in iis, † qui ex privilegio
vel præscriptione jus eligendi protectorem usur-
pant, R. A. de Anno 1555. §. Es soll auch/ibi: daß
hiemit den jenigen so hiebevor ein Alters Schutz
und Schirmherren anzunehmen gehabt/nichts be-
nommen seyn soll/ qui enim jure suo utitur, nemi-
ni facit injuriam, per vulgata.
80 Tertiò fallunt prædicta, quoties † subditi ob
justam & necessariam causam, alterius patroci-
nium implorare coguntur, quod fit, quando Do-
minus territorii ordinarius illos vel propter ne-
gligentiam defendere nolit, vel propter absen-
tiam, impotentiam, aut alias causas defendere
non possit, *fac.l.23.ff. quod met. caus.* Idque con-
81 suetudine † Germaniæ quodammodo videri re-
ceptum testatur Sixtin. *consil.8. Marp.num.* 04. *&*
seq. volum.3. Et ita procedere puto ea quæ tradit
Wesenbec. *consil 48.num.23.* Geil. *d observ.54.n.4.*
Hieron Schurff. *3 consil.23.nu 2. & seq.* Et ita et-
iam limitat Gerlac Buxtorff. *in dissert. Aur Bull.*
conclus.16 in notat. circ. fin. Ziegler. *in commun.*
conclus. dict. § Landsassii, num.98. tum quia omnis
82 † ratio expediendæ salutis honesta, Cic. *pro Mi-*
83 *lon.* suique ipsius † defensionem omittere non
solum culpa sed dolus perhibetur, Bald. *consil.4.*
*num.*111. Alberic. Gent. *l. de jur. bell. c.15* tum quia
84 † necessitas est ingens telum, nulli subjectum
legi. *l.1. de offic. Proconf. l.7. §.3.ff. quod vi aut clam,*
sed ipsa facit legem, *cap. remissionem 1. quæst.1.* ac
nulla curat privilegia, R. A. de Anno 1542. §.
Und nemblich *cum similib latè* Tymquell. *in tra-*
ctat. lignag. §.26. gl 1. n 19. & seqq. Ideoq; † factum 85
necessitate urgente culpabile non est, *cap. ad li-*
mina caus.30. quæst.1. Hieron de Cævall *in spec.*
comm.opin q.906 num.50. Et propter imminens
† periculum receditur non solum à regulis juris
communis, sed etiam prohibitivi, Jas. *ad l. de* 86
pupillo, §.præterea.ff. de nov. oper. nunciat. ubi alle-
gat, l. si quis filio exheredato, §. hi autem in fin. de
iniust. rupt. irrit fact testam. Zas. *1.consil.2. num.11.*
ubi exemplo id illustrat. Et urgente † durissimo 87
necessitatis telo quæ injusta sunt, justissima cen-
sentur, ut pulcrè declarat Bodin. *5 de republ. cap.5.*
pag. mihi 896. adde Nevizan. *in sylv. nupt. lib.5. sub*
tit quomodo judicandum, num 48. Si verò necessi-
tas † vel alia justa causa urgeat, alterius se pro- 88
tectioni committere, cautè agendum est, ne no-
vus patronus magis hoste noceat, cum non rarò
primus post protectionem gradus existat inva-
sio, Petr Gregor. *lib.11 de republ c.11.num.6.* Et fa-
cilè fit ut patroni † in Dominos vel etiam tyran- 89
nos, clientes verò in subditos vel etiam servos
evadant, Bodin. *lib.5 de repub. cap.6. pag.*914. quod
recentibus exemplis illustrat Ziegler. *in d §. Land-*
sassii, n 103.
Unde & † civitatibus & aliis statibus liberta- 90
tem amantibus autor ego essem, inquit Frider.
Mindan *lib 2. de processib. cap.4. n.7.* ne sine magna
& gravi necessitate, idq; cautè & prudenter tute-
læ & protectioni potentioris sese subjicerent. Et
tutius potiusq; existiment exiguum aliquod de-
trimentum, vel incommodum pati, gustu licet
insuaviore, quàm servitutem annuo emere sala-
rio & mercede, sed plausibili protectionis titulo.
Tutissimum cujusque status & magistratus pa-
trocinium est rectè agere, jus & justitiam admi-
nistrare, & cum vicinis cuiuscunq; illi conditio-
nis sint amicitiam colere, & si quæ contra jus, pri-
vilegia, vel immunitatem attententur, placidè &
quàm citò sedare & componere, æquissimis de
jure & æquitate permissis & constitutis mediis
utendo. Hæc Mind. Adde Wintzler. *de Collect.*
*obs.*21. Boter. *de Polit. illust. lib.6. c.15.*
Cautelas † aliquot prudenter initæ prote- 91
ctionis tradit Bodinus, quarum inter alias hæ
sunt. 1. ut patrocinia sint gratuita, quia officio
merces non debetur, *l.1.ff. mandat.* 2. ut æquissi-

mis

92 mis conditionibus † uterq; utriq; teneatur. 3. ut
93 patrocinii † tabulæ quas nostri protectionis literas appellant Germanicè Schirm vnd Schirmbrieffe quibus testatum sit clientibus iura salva & integra futura; quæ tabulæ à novis successoribus ratæ habendæ: alioquin patrocinium morte clien-
94 tis æquè ac patroni dissolvitur. 4. ut patrocinia † breviore temporum intervallo circumscribantur, & terminentur, ut si clientibus graviora videantur, mutari; si honesta, continuari possint:
95 quod exemplis illustrat. 5. Omnium † optimam & maximam cautionem dicit, ne patroni clientum arces vel oppida præsidio militari teneant. Hinc à Bruto tribuno plebis velut ab oraculo in concione populi Romani dictum est: unam esse
96 tenuium † adversus potentiores securitatis cautionem, ut scilicet potentes si nocere velint, non possint: cum nocendi voluntas ambitiosis hominibus & imperandi cupidis nunquam sit defutura, *de quib.* vid. Bodin. 5. *de repub. dict. cap. 6. pag. 910. 911. 912. 913 914. & passim tot. illo cap.* Argumenta eorum qui simpliciter subditis protectionem extranei quærere permittunt, refellit Arum. *in Aur.*
97 *Bull. d. discurs 6 concl. 2. p* 252. [Si duo Principes † unius civitatis sint Protectores, an unus ex illis contra alterum socium oppugnantem eam, protegere possit & ad hoc teneatur, vid. Simon. Pistor. *inter consil. Modestini Pistor. 19. vol. 2. per tot.*]

JUSTITIÆ ADMINISTRATIO.

98 PRotectioni & defensioni legitimæ, † annexa est iustitiæ administratio, quæ superioritatis territorialis symbolum & cryterion infallibile, Thom. Michaël. *de iurisd. concl.* 62. [ejusq; quasi possessionem arguit, Decian. *consil.* 694. *num.* 12. Meichsner. *decis. Camer.* 1. *sub n.* 17. *tom.* 3.] Ad justitiæ autem administrationem pertinet 1. ut sub-
99 diti † vocati compareant ad conventus provinciales auff Landtage quos Domini territoriales vigore territorialis iuris cogere possunt, Geil. *de arrest. cap. 7. num.* 14. [Meichsner. *decis. Camer. 5. num 47. & 52. Tom 3* Gylman. *in symphorem. Tom. 2. part. 1. vot 5 num.* 14.] Zachar. Viet. *de exempt. concl.* 37. Ziegler. *in 6. Landsassii, n.* 139. quæ com-
100 paritio † inducit possessionem & subiectionem iurisdictionis territorialis, Afflict. *decis* 265. *num.* 10. Ernest. Cothman. *consil. Acad* 47. *n* 33. Andr. Knich. *de iur. territ. c. 3. n.* 181. [Nam ad Comitia provincialia comparere, in commune cum aliis provincialibus de iure Principis & Principatus consulere subditorum sunt officia & munera, Tileman. de Benign. *Syntagm. 4. decis. Camer. 2. vot. 5 num.* 28. *& 29.*] sicut enim † comparitio 101
in Comitiis imperii publicis, immediatum civem & statum aliquem esse arguit, per ea quæ supra *hac Class. c. 1. n. 14 dicta sunt*, ita & hæc Landsassium & subditum.

2. Comparitio † in iudicio: quia subditi tenentur comparere in tribunali mediato & immediato Dominorum territorialium, tam in personalibus quàm realibus, activè & passivè *arg. cap. licet in fin. de elect.* Matth. Wehner *in practic. observat. verb* Landsassen ubi dicit quod annexum sit der Landes-Hohen Obrigkeit/ daß ein Landsfürst vber Landessachen vnter den Landsassen richtet 102
quia iudiciorum † exercitium superioritatis est indicium, Menoch. *remed. 4. retinend possess n.* 585. Socin. Sen. *consil. 178. n. 19. lib. 2.* Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. num.* 128 unde vulgatum illud, qui te iudicat Dominus tuus est, ut ex Ludovic. Roman. & Menoch dicit Thom Mich. *conclus.* 61. *lit a. in notat.* [Cylman. *in symphorem part. 1. tit. 2. vot. 1 num* hoc.] 103

3. Jus constituendi † iudices scabinos, Prætores & Magistratum, eosque destituendi, die Gerichte zu besetzen vnd zu entsetzen quod est signum Dominii & superioritatis, *l. 1.* [*ibi: quia ad curam Principis Magistratuum creatio pertinet. ff. ad L Jul. de ambit.*] Nov 15 *cap. 1. §. 1.* Bald. *in l. fin. n 2. Cod. de legib. & in l. Barbarius in lect. 2. nu. 13. de offic. prætor.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. consider.* 24. *nu.* 14. quod in relatione consideratur in causa Burgermeister/ Recht vnd Gemeinde/ Ober vnd Nieder Ingelheim contra Chur Pfaltz/ apud Meichsner. *tom. 2. lib 2 decis. ult. nu* 120. *& seq.* [Philip. Cominæ. *lib 2. commentar. circ fin.* ubi de constituendis à Principe Flandriæ magistratibus agit. Et ejusmodi Magistratus sive scabini tenentur jurare Domino judicii, quod ipsum non leve est argumentum imperii & superioritatis, per ea quæ tradit Schurff *consil. 35. nu. 13. cent* 3. Natt. *consil.* 636. *num.* 64.] 104

Hoc jus constituendi † Magistratus ab aliis refertur ad regalia, *per text. in c. 1 quæ sint regal. in usib. Feud.* Vid Sixtin. *de regal. lib 2. c. 15. num 4. & seqq ubi latè defendit hanc sententiam.* Posset pro concordia † opinionum dici hoc jus esse de regalibus, quæ adhærent juribus superioritatis seu iuri territoriali. [Sed huic rursus opponi posset, † Dominos iurisdictionales, vigore iurisdictionis & administrationis suæ etiam constituere 105 106 107

tuere consuevisse Magistratus, officiales, scabinos, judices, &c. in suis pagis & oppidis. Ad hoc respondetur. Talia esse prædicata, qualia permittuntur esse à suis subjectis. Quando itaq; Magistratus, officiales & judices constituuntur a Dominis Territorialibus vom Landesfürsten oder Landesherren/ tunc censetur constitui in vim juris territorialis: Quando constituuntur ab aliquo habente Regalia, & non territorialia jura, vel quando in vim Regalium vel pro eorum intuitione & exercitio, hoc fiat, tunc Regalib. adhæret: Quando verò vigore simplicis jurisdictionis, & pro ejus exercitio & administratione Magistratus, &c. constituunt, tunc etiam meritò ei adscribitur. Confer quæ in eandem ferè sententiam distinguendo scribit Carol. Molin. *in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 57. & seq.*]

108 4. Cum aliquando † jubentur insurgere leges, & jura armari gladio ultore, ad justitiæ administrationem & executionem ac territorii tuitionem, arma sæpè desiderantur, ubi justitia sine illis invenire locum non potest. Itaq; pro administratione justitiæ & defensione patriæ Dominus territorialis subditos & Landsassios, vocat ad bellum, excubias arcis, sequelam, Rays/Folg/Mu-
109 sterung/Auffbieterung/ qui si vocati † compareant superioritatem vocantis agnoscunt, Matth. Wehner *in pract. observ. verb.* folge/ Bidenbach. *q. Nob. 7.* Andr. Knich. *de sup. territ. cap 3. num. 239.* Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 1 num. 27.* [Huc etiam pertinent operæ in construendis fortalitiis præstitæ, Wann die Underthanen müssen frohnen vnd dienen zu den Festungen. Hæc sequela militaris probari solet, Durch die Muster Rollen/ Forticrzettel & similia documenta.]

110 Huic proximum est jus aperturæ † tempore belli, vulgò die Offnung/ quia subditi tenentur tempore belli Domino territoriali aperire castra & arces si quas possident, Wesenb. *consil. 2. n. 78.* [Nicol. Boër. *decis. 2. num 51. in fin.* ubi dicit, quod Rex, sive Princeps, in civitatibus, castris, villis & munitionibus regni seu Principatus sui, debet absq; difficultate cum omnibus suis intrare, atq; honorificè recipi, vid. Wehner *in observ. verb.* Oeffnunge/ & Besold. *in Thesaur. practic. eod verb.*] Ideoq; ad superiorem Vogtheiam quæ jure Principatus competit refertur. Knich. *de jur. territ. nu. 354.* & ad munitiones ac jura belli spectat, *argum. cap. 1. quæ sint regal.* Johan. Gœdd. *in resp. jur. de re-*
111 *stit. Baron. Vallend. n. 399.* [Non rarò tamen † hoc jus aperturæ ex speciali pacto, jure fœderis vel etiam in nudo feudo seu castro Feudali ex singulari reservato competit, prout experientia passim testatur. Sic Hassiæ Principes in arce Kronbergk/ quæ extra territorium Hassiacum sita, aperturam ex speciali reservato habent. Et sæpe unus Princeps in territorio alterius hoc jure gaudet ex speciali provisione. Non itaq; sequitur, † Titius jus 112
habet aditus sive aperturæ in meis arcibus, eique ad præstanda obsequia sum obligatus, ideicò arces meæ egoq; ipsi subsumus, ceu colligit Referens apud Meichsn. *decis. Camer. 6. nu. 54. vers. jam verò ad tertium &c. in fin.* Et non statim qui Principi vel pari concedit jus aperturæ, hoc agit ut se suaq; subjiciat eius iurisdictioni.]

5. Pro administratione iustitiæ Dominus territorialis vigore superioritatis proponit † edicta, 113
constitutiones Provinciales Landesordnung/ promulgat. [Wehner. *in verb.* Landsassen *in fin.* Ziegler. *in §. Landsassii, nu. 135.* Meichsner. *decis. 8. n. 47. Tom. 2. lib. 1. decis.* 8. Quo pertinent, ponderum & mensuræ constitutio, Ehlen gewicht vnnd Maoß anzuordnen. Itē Leges sumptuariæ, Kleider-Hochzeit vnd Gastereyen Ordnungen similiter Leges sylvarum, Wald vnd Holtzordnunge/ cum similibus, item mandata & inhibitiones proponit,] Gebott vnd Verbott anzulegen/ Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part 1. cap. 7. membr. 1. nu. 441.* [Quæ nihil aliud sunt, quàm arresta, ut Galli vocant, quæ superioris & judicis auctoritate fieri debent, post Rebuff. Gylman. *in Symphorem. part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 185. fol. 129.*] modò Gebott versetur circa ea quæ sunt superioritatis territorialis propria: Nam aliàs verbum † Gebott generaliter ac- 114
ceptum tam ad merum quàm mixtum Imperium & simplicem iurisdictionem pertinet, *arg. l. 1. l. 2. l. jubere, l. qui jurisd. ff. de jurisd. l. ait Prætor ubi* Duaren *ff. de rejud.* Joh. Gœdd. *in d. resp. de restit. Baron. Vallend. n. 332.* Wehner. *in observ. verb.* Gebott. [Et quandoq; † etiam magistratibus municipalibus 115
pro tuitione civitatis aut communitatis & conservatione disciplinæ competit, *l. non tantum verb. Rempublicam, ff. ad Municip. l. ad Rempubl. ff. de muner. l. per omnes defensores, C. de defensorib. civ.* Besold *in Thesaur. practic. verb.* Gebott vnd Verbott. Item præfecti collegiorum mechanicorum pro potestate sibi competente mandant. Die Zunfftmeister haben auch in Zunfftsachen Gebott vnd Verbott. Et quandoque sub certa mulcta bey nambaffter Buß.] Ideoq; pro re subjecta accipitur diversimodè.

116 Si itaque apparet † aliquem edictis, manda-
tis, inhibitionibus ex jure territorii profluenti-
tibus paruisse, subjectio & superioritatis reco-
gnitio exinde etiam probatur; quia qui paret
mandatis, subditus esse censetur, Mascard. *de
probat. conclus.* 146 *num.* 4. Pacian. *lib. 2. de probat. c.*
35. [Vult. 2. *consil. Marp* 30. *nu.* 102. Meichsner. *de-
cis.* 6. *num.* 26. *Tom.* 3.] dummodo ratione imperii
& non ex alia quadam causa pareat. [Quamob-
117 rem † præceptum solum sine obedientia ei præ-
stitâ probare, nihil relevat, Bald. *in c. 1 de majo-
rit. & obed* Matth. de Afflict. *decis.* 265. *nu.* 10. quia
ille non est subditus, qui non potest cogi parere
mandatis, post Bald. *consil.* 226 *col.* 1. Ancharan.
q 9. *num.* 12 *lib.* 1 respondit. Honded. *consil.* 6. *num.*
16. *lib.* 2.]

118 6. Si edictis † mandaris non pareatur potest
Dominus territorii imponere mulctas & pœnas,
Peregrin. *de iur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 8. Sixtin. 2. *de rega-
lib. c.* 8. Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 2. *decis. ult. num.* 137.
119 quia mulctæ † & pœnæ Freffel unnd Bussen sunt
fructus jurisdictionis & meri imperii, Bart. &
Bald. *ad l. fin. ff. solut. matrim. l.* 5. *Cod. de mod. mul-
ctar.* Johan. Köppen. *decis.* 30. *nu.* 35. Geil. *de arrest
c.* 8. *num.* 4. 5. [Thessaur. *decis* 266. *n.* 5. Carol. Mo-
lin. *ad consuet Paris. tit.* 1. §. 1. *gl.* 1. *num* 1. Besold. *in*
120 *Thessaur. practic. verb.* Frevel *fol.* 264.] Solvens †
itaque mulctas & pœnas agnoscit eius Dominiũ
cui solvit. Qua de re idem quod supra de Schott
monui observandum, cum mulcta diversimo-
dè imponatur. Ideoque pro subjecta materia, il-
la dictio accipienda, *vid infr. lib* 2. *Class.* 1 *c* 17. *n.*
55. *& seq.*

121 7. Superioritatis † indicium est, si Dominus
territorii habeat jus recipiendi appellationes,
quod ipsum etiam est jus quoddam superiorita-
tis & jurisdictionis, Jas. *consil.* 101. *num.* 1. *lib.* 1.
Wesenbec. *consil.* 43. *nu.* 70. Carol. Molin. *in con-
suetud. Paris. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *num.* 50 Geil *de arrest.
c.* 7. *num.* 14. Thom Michaël. *de jurisd. concl.* 55.
Zachar. Viet. *de exempt. conclus.* 36. Meichsner.
d. decis. ult. num 139. & ad summam iurisdictio-
nem pertinent, Bald. *in Auth quas actiones, num.* 4.
Cod. de SS. Eccles. [Cravet. *consil.* 209. *n.* 10. Wesen-
bec. *consil.* 43. *num.* 70. Bernh. Græv *pr. concl.* 119.
consid. 1. *num.* 6. *Et concl.* 124. *n.* 1. Meichsner *decis.*
28. *Tom.* 3. Innocent. *in c. solita, de major. & obed.*
Natt. *consil.* 636. *n.* 73. *& seq. per cap. Romana, §. de-
bet, de appellat.*]

122 Et circa appellationes † administrando justi-
tiam constituitur quis in q. possessione superio-
ris jurisdictionis, Dec. *consil.* 58. *n* 34. Gœdd. *in
resp. jur. de restit. Baron. Vallend num.* 127. Nam ap-
pellatio † non tenet nisi ad superiorem & in ma- 123
jus tribunal adscendatur, *l.* 1. §. *si quis,* 3. *ff. de appellat.*
Nov. 23 *c.* 4. *c. anteriorum,* 2. *q.* 6. Ratio rationis est,
quia † appellationis subsidium quæritur, ut pri- 124
or sententia emendetur, ad quod majoris au-
ctoritatis auxilio opus est, ut dicit Joh. Ferrari-
ens. *in tractat. de appellat lib.* 2. *c.* 5. *num* 138. *tom.*
5. Matant. *in specul. part.* 6. *sub tit d. appellat. num.*
3. Sigismund Scac. *de appellat. q.* 2. *num.* 4 *& q.* 7.
num. 1. *& mult. seqq.* Unde consequitur quod † ex 125
parte judicis ad quem superioritas præsupponen-
da sit, Mart. *de jurisdict part.* 1. *cap.* 42. & judicis
à quo subiectio, Viet *d. conclus.* 36. nisi consue-
tudine † inductum sit, ut ad peregrinum iudicem 126
& à quo non dependet iurisdictio iudicis à quo
appelletur. Coler. *consil.* 1 *num.* 283. *& seqq* Sigis-
mund. Scacc. *d q.* 7. *limit* 7 [Vid. Auctor. ano-
nym. *præjud. Camer. verb. Appellatio in genere fol.
mihi* 19. ubi scribit: † Si una civitas de consue- 127
tudine solet consulrare apud aliam, hoc non est
propriè appellare, prout inferior facit apud su-
periorem, sed est genus quoddam prorogatio-
nis, & est voluntatis non necessitatis. Ideoque
si acta non exhibeantur ultrò, tunc ipsa loca con-
sultationis, non possunt concedere compulso-
riales, quia par in parem non habet imperium,
sed perveniri ad Cameram vel alium superiorem
competentem, tanquam à denegata vel impe-
dita iustitia. Et in Camera relatum in causa Mo-
nasterii S. Cæciliæ contra N. adducitque ibid. ex-
empla & repetit idem Auctor, *fol* 37. *in fin. & suiv.
seq.*]

Sic & hodie † à Rostochiensi senatu vel ad cu- 128
riam Ducis Megapolitani, vel Senatus Lubec-
censis, qui tamen nullam in Rostochienses iuris-
dictionem habet, appellare licet, sicut & aliæ ad
mare Balthicum civitates eundem senatum ap-
pellant. [Confer Cothman. *consil* 3. *num.* 2. *vol.* 1.
Marth Steph *de jurisd. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 7. *num.* 160.
ubi dicit Rostochienses hoc ius, ut prætergres-
sâ Curiâ Ducali Lubecam appellent, titulo em-
ptionis sibi acquisivisse ex contractu celebrato,
cum Duce quodam Megapolitano, Anno 1358.
eumque contractum confirmatum ab Imperato-
re Ferdinando primo.] Quæ provocationes, † ut 129
dictum, in vim consilii & consultationis aut pro-
rogatæ iurisdictionis, non superioritatis fieri cẽ-
sen-

censentur, Hillig. *in Donell. enucl.* 28. *Comment. c. 7. in notat. lit. A.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.*
130 2. *part.* 1. *c.* 7. *num.* 362. Sicut autem † superioritatis argumentum est appellationum vel secundarum instantiarum jus habere, ita superioritatis & praeeminentiæ indicium & appellationes à se & suis sententiis ad hunc vel illum qui inferior sit, à summo Principe vel summo ejusdem judicio, non admittere, Æneas Sylv. *de gest. Basiliens. concil. lib.* 1. *fol.* 7. *in princ. quem alleg.* Ernest. Cothman. *resp. Acad* 1. *n.* 225.

ONERUM EXACTIO Et *Præstatio.*

131 ONera tàm pro administranda † justitia, per leges & legiones, quam pro sustentatione Dignitatis & honoris vigore superioritatis territorialis exiguntur & præstantur, Bald. *in l.* 3. *C. de nat. ural. lib* Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 2. *d. decis. ult. num.* 177. Pruckman. *consil.* 27. *num* 35 [Et rectè
132 † sublimioris dominii ac eminentiæ symbola sunt, & dicuntur per *l. nulli, C. de Episcop. & Cleric. cap.* 2. *de censib.* Corn. *consil* 333. *nu.* 2. *volum.* 1. Geil. 1. *observ.* 21. *num.* 9. Et quod præstentur in signum & recognitionem divinæ & humanæ subjectionis, post Johan de Amic. *consil.* 8. *num.* 53. scribit Vultej. *consil. Marp.* 35. *nu.* 39. *vol.* 3 Modestin. Pistor. 2. *consil.* 14. *num.* 41 *& seq*] Sicut enim
133 † Domini tenentur protegere, defendere & tueri subditos, ita etiam æquum est ut subditi cum pro curis & laboribus quos sustinent Domini; tum in recompensationem expensarum, quas Domini facere & pati debent pro pace & quiete inter subditos: tum pro salariis officialium ob justitiam administrandam, onera subeant, Simon. de Prætr. *consil.* 100. *n.* 1. *part.* 3 Nic. Everhard. Jun *cons.* 10. *n.* 28 *lib.* 1.

134 Onera † seu munera ex usu juris Civilis in triplici sunt differentia: quædam enim sunt personalia, quædam realia, quædam mixta, *l.* 1 *& l. ult. & ibi* Bart. *ff de munerib. & honorib.* Wesenb. *consil.* 40. *n.* 1.

135 Personalia † sunt 1. quæ labore animi & corporis, sine aliquo gerentis detrimento perficiuntur & præstantur, ut est tutela, cura, calendarii curatio, &c *text. in d. l.* 1. § *illud tenendum d. l. munerum*, §. *personalia*, Andr. Gail. 2. *observ.* 52. *nu.* 4. quæ in triplici differentia esse ostendit, idem Geil. *d. loc* Wesenb. *d. cons.* 40. *n.* 6.

136 Patrimonialia † sunt, quæ sumptibus patrimonii & damnis administrantis expediuntur, *text. in l. munerum*, 18. §. *patrimoniorum*, 18. *ff de muner ib.*

Hæc rursus subdividuntur: Quædam simpliciter † rebus indicuntur & principaliter rei cohærent, indeque merè realia dici possunt, cum & rei imponantur, & simul intuitu rei, Wesenb. *d. cons* 40. *n.* 3. 137

Quædam verò principaliter † quidem personis indicuntur, rerum tamen à personis possessarum intuitu, & propter res. In his obligatio in personam dirigitur, sed causa finalis & movens res ipsa est, ut inquit Bald. *in l. un num.* 33. *Cod. de sentent. quæ pro eo quod inter.* Henric. Bocer *de collect. c.* 7. *num* 11. Rosenth. *de feud. cap.* 5. *concl* 8. *gl. b.* Indeque quoad formam personalia, quod materiam dicuntur patrimonialia, ratione patrimonii, Geil. *d. obs.* 52. *n.* 10. Et quoniam materia & forma faciunt unum totum, idcircò dicuntur onera mixta, Natt. *consil.* 105 *nu.* 7. Casp. Klock. *de contribut. concl.* 5 *lit. f in notat.* Ernest. Cothm. *cons.* 11. *n.* 1. 138

Hisce quidam † adhuc tertiam speciem adiiciunt munerum patrimonialium, quæ quidem sumptu personæ, nulla tamen patrimonii contemplatione imponuntur, ut est tributum vel census qui solvitur per capita in recognitionem universalis Dominii, Joh. de Plat. *in rubr & l. indictiones, C. de annon. & tribut. & in l nu. C de mulier. lib.* 19 Meichsn. *tom.* 2. *lib.* 1. *decis* 6. *n.* 103. 139

Onera sunt vel ordinaria, † quæ certam annam, regularem, & semper uniformem ac perpetuam habent præstationem, Guilielm. de Cune. *in l. neminem, Cod. de Sacr. sanct. Eccles.* Cyn. *in l. voluntaria, Cod. de excusat. tut.* ut sunt indictiones sive tributa vulgariter Stewr/ Geil. *d observ.* 52. *n.* 9. vel Beeth/ Henric. Bocer *de collect. c.* 6. *nu.* 6. in quibus † consistunt nervi Reipubl. ut inquit JC *in l.* 1. §. *in causa, ff de quæst.* 140 141

Extraordinaria † verò sunt, quæ talem præstationem unitformem certam & perpetuam non habent, verum ut res & necessitas postulat, impetrantur *arg. l. sed et si per Prætorem*, § *si feria, ff ex quib. caus maj.* Bart. *in l un. C. de mulier. n.* 40 Jas. *in l. placet, num.* 7 *Cod de Sacr. Eccles.* Sixtin. *de regal. lib.* 2. *c.* 14 *n.* 12. 142

Illa regulariter † possessores prædii gravant omnes, cum solius rei intuitu præstantur. *l. unic. Cod. de vocat. public. muner. l. omnes*, 4 *C. de annon. & tribut. lib.* 10. *in princ.* [Siquidem onus tributi 143

ti, rem sequitur tributariam, l. omnes, C. sine cen-
su vel reliq. l. inter debitores, de pact. Matth. de Af-
144 flict. decis. 95 num. 4 Inde & † usufructuarii eius-
modi collectas solvunt, Bart. in l. quaro. ff. de u-
sufruct. leg. & in l. hactenus, de usufr. Calcan. de
usufruct. num. 161 per l. si pendentes, §. si quid, de u-
sufr. Tiraquell. de iur. primogenit. q. 74. num. 3.
Matth. de Afflict. decis. 252. sub num. 4. vers. item
quia usufructuarius, Cacheran. decis. 83. num. 4.
Köppeu. decis. 42. num. 13. Item Emphyteutæ,
145 † qui ad publicas functiones & onera Reipubli-
cæ personalia & realia, propter ius quod in fun-
do habent tenentur, Johan. Oldendorp. Class. 5.
de action. Emphyteut. vers. Emphyteuta tenetur, per
l. 2. C. de jur. Emphyt. l. si pendentes, §. si quid cloaca-
146 rii, ff. de usufr. Aliud obtinet † in colonis Par-
tiariis, quorum Domini functiones publicas
subeunt per l. hi penes, l. litibus in fin. C. de agricol.
& censit. Novell 128. cap. nullus autem, 14 Jas. in l.
fructus, num. 14 ff. solut. matrim. Socin. consil. 119. n.
2. vol. 1. Natt. consil. 409. num 3. quos & alios alle-
gat & decidendo sequitur, Cacheran. decis. 83. nu.
3. & num. 6. ubi hanc subiicit rationem; quia
huiusmodi fructus portionis colonicæ haben-
tur loco operæ laboris & sumptuum factorum
in culturam agrorum, igitur propriè non dicun-
tur fructus, qui si deductis impensis supersunt,
fructuum nomine veniunt: Si tamen deducta
impensa aliqui fructus superessent, eorum ra-
tione colonum teneri contribuere arbitratur
idem Cacheran. d. decis. num. 8. Idque etiam †
Ampliatur procedere in Colonis Ecclesiastico-
rum, ut pro rata fructuum illorum, immunita-
te Ecclesiæ non gaudeant, ad evitandum onus
collectarum, Wintzler. de collect. obs. 24. siquidem
fructus quos percipit Colonus, uti & meliorati-
ones non concernunt Ecclesiam vel alium Do-
minum prædii colonici, sed quid proprium
fiunt, ipsius coloni, per tradita Menoch 2. arbi-
trar. cas. 562. num 37. 38. 39 cent. 6. Quod de usu-
fructuario † dictum est, id etiam ita procedit,
nisi tantæ sint collectæ, quas si solveret, ususfru-
ctus ei planè foret inutilis, quo casu ad proprie-
rium spectabit, quamvis alias non teneretur,
ff. in l. qui concubinam, 29. §. qui hortos, in verb.
astiturum, de legat. 3. Roman. singul. 157. Tu scis
quod usufructuarius, Surd de aliment. tit. 4 q. 16 n.
Castill. de usufr. cap. 56 num. 18 & seqq Stephan.
Gratian. disceptation. Forens. Tom 1. cap. 128. num. 4.
quod tamen rursus ita moderandum existima-
rem, † ut nec solus proprietarius, nec solus fru- 149
ctuarius eiusmodi onera ferat, sed proportiona-
liter inter eos dividantur, prout in Emphyteu-
ta & pensionario, ut videlicet unusquisque Dn.
videlicet pro modo Canonis seu pensionis, Em-
phyteuta pro modo fructuum eiusmodi onera
subeant, declarat Gars. de expens. & meliorat. cap.
11 num. 57. & seqq. quæ declaratio æquitate sum-
maniti videtur.] Aliud tamen obtinet † in nu- 150
dis detentatoribus; quia collectæ tributa & cen-
sus ab his solvi debent qui rem possident iure
proprio, & eius fructus suos faciunt, tot. tit. Cod.
sine cens. & reliq. fund. compar non poss. Bart. in l. hi
penes, C. de agricol. & censit. lib. 11. Alex. cons. 35. n. 1.
vol. 4. Et hinc † ad eiusmodi onera non condu- 151
ctor, sed locator tenetur, utpote qui habet &
percipit commodum fructuum, Bart. d. loc. Ca-
strens. in l. si pendentes, §. si quid cloacarii, ff. de usu-
fruct. Jas. in l fructus, num. 14. ff. solut. matrimon.
Natt. cons. 409. num. 3. & seq. Osasc. Cacheran.
decis. 83. Hæc autem non solum † à subditis, sed
etiam extraneis & forensibus exiguntur, Bart ad 152
l rescripto, §. sciendum, num. 3 ff. de munerib. Hen-
ric. Bocer. de Collect. cap. 9. num. 9. Petr. Frider.
Mindan. lib. 2. de mandat cap. 45. num. 8. [Geil. de
arrest cap. 10. n 6. Casp. Anthon. Tessaur. quæst. Fo-
rens. 93. Bernh. Græv. pract. conclus. 152. lib. 3.] uti
& a Clericis, † & aliis privilegiatis & exemptis, 153
l. de his, Cod. de Episcop. & Cleric l. placet. C. de Epi-
scop. & Cleric. Geil. dict observat. 52. num. 12. Andr.
Knich. de Vestitur. paction. part. 2. cap. 3. num. 38.
Caspar. Klock. de Collect. conclus. 32. lit. B. in not.
[Modestin. Pistor. consil. 24 num. 14. vol. 1. Olden-
dorp. 1. consil. Marpurg. 5. per tot. Confer Johan. A-
zori. Institut. Moral. lib. 5. cap. 13. part 1. vers. est igi-
tur annotandum.] nisi essent † eis specialiter re- 154
missa, ut in simili est text. in l 1. C. de Episcop. &
Cler. non tenetur recipere hospites, quod ta-
men reale onus est domus, Bart. in d l. rescripto, §.
sciendum, n. 3.

Hoc tamen ita procedit, † si bona illa ante- 155
quam ad Clericos privilegiatos & exemptos per-
venerunt, hoc onere affecta sint, tunc enim res
semper ad quemcunque possessorem transit cum
suo onere, l. traditio, §. 1 ff. de acquir. Domin. ne-
que plus iuris quis potest in alium transferre,
quàm ipse habet, l. nemo plus, de regul. iur. [Geil. 2.
obs. 32. num. 9. Cacheran. decis. 136. num. 3. ubi no-
tabiliter Nicol. Reusner. consil. 2. num. 23. & 24.
lib. 1. ubi etiam notat quod Ecclesiæ bona immu-

nitatem

nitatem suam retineant, etiamsi ab aliis sint pos-
156 sessa & conducta. [Ideoque † ab his oneribus,
quæ possessionibus vel patrimoniis indicta sunt,
nulla priv legia præstant vacationem. *l.2. & l ob-
sistere, Cod. de annon & tribut. lib. 10 l.1. C. de indict.
eod. lib. l. his honoribus ff de vocat. mun.* neque jus
157 personæ † statim mutat conditionem rei, cum
accidentia non migrent de subjecto in subjectũ,
l. si, quis ergo, §.1. ubi gl ff de pecul. [Anton. Fab. *in
Cod. rer. in Sabaud judicat. lib.1. tit.2. defin.16 n.2.*]
præsertim si subjectum affectum sit accidenti
contrario. Et hanc sententiam communem di-
cit Bursar. *consil.42. num 7. vol.2. & pro ea consulu-
it* Bartholom. Socin. *consil. 12. num. 8. volum. 4.*
Castill. 2 *controvers. quæst. cap 5. num 58. fac. text.
in l.1. & l. fin C. sine cens. vel reliq fund. corp. non poss.*
Clement. 1. *de sensib. l. Imperatores, de vectigalib.* Et
esse ea de re legem in regno Hispaniæ expressam,
testatur Hieronym. de Cævall. *in specul. Comm.
opin. quæst. 899. num* 8. ubi tamen prolixè contra-
riam sententiam multis rationibus defendere co-
natur. [Ex hisce facilè decidi potest illa quæstio,
158 si Nobiles emant bona rusticorum, † Bawern oder Bürgerliche Güter / quod ea nihilominus
maneant obnoxia servitiis & oneribus, non mi-
nus ab emptore Nobili quàm anteriori præstan-
dis, per modò adducta, *junct. l. pen & l. ult. C. sine
censu vel reliq. d. l. his oneribus, ff. de muneribus l. si
quando, C de bon. vacant.* Cravett *consil.642. num.
4. vers. Arbis non obstantibus.* Andr. Knich. *de ve-
stitur. pact. lib 2. cap.3.* Gothofred. Anthon. *disp.
Feud.1 th.2 lit a. in notat in fin.* Paul. Matth. Weh-
ner. *in practic. observ. verb.* Dinanotul Dienste /
vers. si Nobiles emunt, &c. Thom. Maul. *de Homag.
159 tit. 9. num.* 68. Et ita etiam in Camera imperiali †
relatum & probatum fuisse videre est apud
Meichsner. *decis. Camer* 8. *num* 46. *Tom.* 2. ac in
Parlamento Parisiensi judicatum, testis est Pa-
pon. *lib. 5. tit. 11. arrest. 39.* & per legem expressam
in Hispania provisum scribit Hieron. de Cævall.
in spec aur. opin. d. quæst. 899. *nu.* 8. Et in Hassia ex-
pressa desuper exstat ordinatio, de qua etiam te-
statur Gothofred. Anthon. *alleg mod. loc.* Et in der
Sachsen-Weimarischen Landes Ordnunge. *tit.*
36. similiter tantum reperiri notavit Wehner *d.
160 loc. pag* 105. *col.*1. Indeque etiam † in imperii Con-
stitutionibus personæ diversa bona possidentes,
diverso onerũ jure censentur, R. A. zu Augspurg /
de Anno 1548. §. Auch der Graffen von Tübingen /
junct. arg. § præced. Wiewol auch / Geil. *de arrest.
cap.6. n.14.* ubi id multis exemplis illustrat Nicol.
Everhard *in loc. à tanquam seu respectiv.*]

Si tamen semel res libera † ad privilegiatum 161
Clericum vel exemptum perveniat, conditionẽ
personæ sequitur & libertatem cum ea retinet.
*l.1. C. de imponend. lucrativ. descript. prolixè & ele-
ganter* Ernest. Cothman. *in respons. Academ.27.
num.49. ubi ex professo tractat, quatenus Magistra-
tus oppidanus, Clericis & Academicis imponere col-
lectas possit.*

In dubio † autem res censetur sine onere & li- 162
bera; quia nullius rei servitus præsumitur, quæ
est qualitas accidentalis non naturalis, *l. 4. de in-
stit. & jur. l. altius, 8. C. de servit. & aqu.* Anton.
Fab. *in consult de Ducat. Montisfer. part. 1. fol. 39.*
(Meichsner. *decis. Camer. 3 num. 10. Tom 3. & de-
cis. 1. num. 12. ibid*] neque naturalem sed imposi-
titiam causam habet, *§ ult. instit. de iur. personar.*
Hieronym. Schurff *consil 65.* Imò libertas † quæ 163
omnibus rebus est præstantior, magis in rebus
quàm in personis præsumenda; cum homines
pluribus modis servos nasci & fieri posse contin-
gat, res non itidem, inquit Ferrariens. *in form. li-
bell. action: confess in gl. pleno iure* Ideoque testibus
† de libertate deponentibus plus creditur, quia 164
iuris præsumptio illis adminiculatur, cum de-
ponant pro favore libertatis & id quod iuri
communi conforme est, per ea quæ tradit An-
thon. Gabriel. *t. de testib. conclus 4. n.28. cum seqq.*

Ab extraordinariis † autem oneribus, quæ 165
non præcisè adhærent possessionibus & rebus,
sed personæ principaliter imponuntur intuitu
rerum vulgò Schatzung / Clerici privilegiati im-
munes & exempti sunt, *l. hi qui 6. l. in honoribus, 8.
§. qui muneris, 3. ff. de vocat. & excusat.* Batt. *in l. 4.
§. si actor. ff. de re judic.* Henric. Bocer. *de collect c.6.
n.7* [Confer Gylman. *p.1. tit.2. num* 202. *fol.*143.
Nicol Reusner. 1. *consil.* 2.] uti & scholares. *l.1. C.
de professorib. & Medic.*

Et hæc munera † quæ ita pro utilitate Rei- 166
publ. personis principaliter, rerum tamen con-
templatione imponuntur, collectæ nomine ve-
niunt. [Geil. *de arrest. c 9. nu.19. & seq.* Ant. Fab.
in Cod rer. in Sabaud. iudicat. lib.1. tit.3. defin.56.]
Et collectas † ad munera extraordinaria, refert 167
Meichsner. *tom.2. lib.1. decis.6. sub n.38 per text in
l. honoribus, §. vacationem, ff. de vacat. muner.* Jas. *in
l. placet, n.7. C. de SS. Eccl.*

Hodierna † tamen consuetudine inspecta re- 168
ctè indigitari collectas, onus mixtum ordina-

rium, asserit Caspar. Klock *de contribut. concl.5. lit.E. & ibi allegat.* Et imponuntur a Domino territorii non nisi † subditis & incolis. Unde vero
169 censentur esse symbola ac notæ superioritatis seu sublimioris eminentiæ, *l. nulli, C. de Episcop. & Cleric.* Andr.Knich. *de iur. territ. c 3. num.*108. & 109 § xtin. *de regalib. lib.2.cap.14.num.*21. [*vid. supra num.*131. Nisi forte usu & moribus ad forensium bona in territori o indicentis sita, extendantur.] probantque quasi possessionem iurisdictionis superioris, *cap. licet causam de probat.* Spec. *tit. de restit. spoliat. §. nunc dicemus*, Gylman. *in symphorem. tom.3.tit.1. vot.5.n.9.* ubi subjicit, si qu s impediat Dominum territorii in exactione collectarum, ab ipso spolia committi & competere Domino interdictum unde vi.

170 Itaque probans præstationem † collectarum, intentionem superioritatis habet fundatam, per ea quæ tradit Hieronym. Schurff. 1. *consil.*59. Est namque collectatio actio jurisdictionalis, ut ex Corn. *consil* 199.*num.* 6. & *consil.*313.*n.*2.*volum* 2. Meichsn.*tom.*2.*lib.*1.*decis.*8.*n.*11.*in caus.* Hirnheim *contra Chur Pfaltz fol.*802. [Geil.2.*obs.*52.*num.*19. Matth.Stephan.*de iurisd. lib.*2.*part.*1. *cap.*7.*n* 453. 467. Knich *in Comment. de Saxon. non provoc. iur. in verbo Ducum cap.*5.*n.*304. & *seq.* Natt *consil.*672. *num.*4. & 5. Meichsn. *dec.*1.*n.*15.*Tom* 3.]

171 Pro ratione † dubitandi facit, quod coll ctatio si de regalibus, *per text. in cap.un. quæ sint regal.* & quidem potioribus & maioribus, Wesenbec. *consil.*45.*n.*8 Meichsner.*tom* 2.*l.b.*1.*decis Camer.* 6.*num.*25.*fol.*617. ubi dicit, quod ius collectan i non imperio vel iurisdictioni, sed regalibus cohæreat, ex Bald. *ad cap un. & in eadem decis.nu.* 40. *ubi post* Bald. *alleg. etiam* Schurff. *d.consil* 59.*num.* 20. & *tamen num.*48. dicit, quod habens iurisdictionem collectare possit, quæ sibi quo ammodo videntur contraria. Et quod collecta sit de regal bus, prolixe & mult s auctoritatibus defendit eximius Hassiæ JC. Regnerus Sixtin. *de regalibus, lib.*2.*cap.*14. *num.*17. [Modestin. Pistor. *consil* 14. *n.*41.*vol* 2. Philip. Matth. *d. consil Marp.*27. *n* 52. Vult 3.*consil Marp* 35.*nu.*38. Wesenb. *consil.*47.*nu.* 20.] Et hanc sententiam communem ex Clar. §. *Feudum, q* 29.*n* 1. & generali consuetudine receptam ex Wesenb. *dict. consil.*45.*n.*20. Idem Sixtin. *dict. loc. num.*18 *subiicit.* Idq; receptius esse asserit Rolenth *de Feud. c.*5. *concl.*74.*n.*1.4. & 6.

172 Hasce opiniones distinctionis fœdere † conciliari posse puto, si quidem concedamus collectationem esse de regalibus, sed illis, quæ sunt qualitates superioritatis territorialis & iurisdictionis superioris vel Feudi regalis, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baronatus, & c. quia huius concessione regalia cum omnimoda iurisdictione regulariter transeunt, per ea quæ supra *sub cap. de Ducatib. & Feud. regal. Dign t. monui.* Et ita etiam seipsum exp'icat Meichsner. *dict. tom.*1. *libr.*1. *in causa* Meintz *contra* Erfurt *de. if.*9 *n.*2. Daß imposicio † collectarum nicht seu iurisdictionis, 173 auch den Gerichten nicht anhängig, sondern in die hohe Obrigkeit und regalia gehörig. ut ita ius hoc inter regalia, quæ superioribus competunt, numeretur, ut ex Rebuff. Ruin Parisiens. & aliis idem Meichsner. *explic. d tom.*1.*lib.*1 *decis. ult. in caus.* Zweybrücken *contra* Pfaltz / *num* 132.*fol.*153. [Add. tradita Wesenbec *consil.*17.*nu.*17. Bocer. *de collect. cap.*5.*num.*7. & 8.]

Nota tamen † quod etiam illi qui neque regalia, neque territorialem superioritatem, sed iurisdictionem tantum simplicem habent, à suæ iurisdictionis subiectis urgente necessitate collectas exigere possint, si unanimi decreto communitatis ac conventione cum ea habitâ imponantur, Bald *in l. hu quibus. in pr. vers. qua propter nobiles, C. de fideic. libert.* Molin *in consuet. Paris. tit.*1 §.5. *n* 55. & *seqq.* [Phil Matth. *d. consil Marp.* 27.*nu* 52.*volum.*1.] quo casu † maiorem partem minori præiudicare non posse, *arg l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin faciend. tradit* Caspar. Klock. *de contribut. concl.*12. *lit.B. ubi ex Puspur. dic t*, quod in istis actibus voluntariis una faba nigra impediat totum actum, add. Anton. Fab. *in C. rerum in Sabaud. iud. lib.*9.*tit.*29.*defin.*18.*n.*1. 174 175

Forensibus † autem & non subditis imponi non potest, *l. rescripto, §. ult ibi, non nisi municipibus vel incolis & ibid.* Bart. *de munerib. & honorib. l.*1. *munerum*, 18 § *patrimonium. ff eod.* Geil. 2. *observ* 51.*nu.*13. Henric. Bocer. *de Collect. c.*9 *n.*1. [Natt. *consil.* 673. *num* 4.] quod tamen quatuor casibus limitat idem Bocer. *d.c.*9.*num.*13. & *seqq.* aliam limitat. vid. apud Meichsner. *tom.*2.*lib.*1. *in predict. caus.* Hirnheim *contra* Pfaltz *decis.*8.*num.* 16 *fol.*802. 176

Rei tamen † quam forensis sub alterius territorio sitam possidet, imponi collecta posset, quia licet persona non sit subdita, res tamen subdita est: Vel etiam si pro onere merè reali, ut refectione viarum, pontium, ad quam prædia vicina tenentur, Ecclesia & forenses etiam tenen- 177

tur,

tut, vi. eund. Meichsn. tom 2. lib. 1 dec. 6. nu. 109. [Durantibus hisce belli turbis & calamitatibus, multæ sunt exortæ controversiæ de exactionib. militaribus, Kriegs Contributien / quando integræ legiones vel cohortes in territoriis Principum, civitatibus, oppidis aut villis in hyberna præsidia vel etiam pro sustentatione militis collocatæ vulgò einquartierunge dictæ. Et quidem
178 † sæpius controversum memini, num forenses, qui in locis, per hyberna vel præsidia gravatis non habitarunt vel etiam alias privilegiati fuerunt, ratione bonorum ibidem sitorum ad illas contributiones militares, pro proportione eorum, teneantur? Et quamvis negativam non pauci acriter defendere conati sint, affirmativa tamen ob-
179 tinuit; Nam ab istis oneribus † factum belli & publicam utilitatem concernentibus ne quidem Ecclesia, licet privilegium in corpore juris clausum habeat, immunis est, l. neminem, Cod. de sacros. Eccles. Cacheran. decis. Pedemont. 68. per tot. ubi testatur senatum supremum illius loci semper cum hac opinione transivisse, Ant. Thessaur. decis. 234 num 10 & ibid. Addionar. Casp. Anton. Thessaur. quæst. Forens. 93. n. 4. & passim per tot. ubi de generali consuetudine ex Bart. attestatur n. 7.
180 cum hoc munus † sit merè reale, quia præsidiis inducitur, in quibus transit vel moratur exercitus, Bald. in d. l. neminem, C de SS. Eccles. per text. in l. si pendentes. § si quid cloacarum. ff. de usufr. l. sunt munera. ff. de vacat & excusat. mun. vid. omnino Gœdd. 4. consil. Marpurg. 16. nu. 269. & mult. seqq.
181 Quamobrem † sive aliquis privatus de jure, sive speciali Principis vel Ducis belli Salvaguardia exemptus sit ab hospitatione militum, von der Einquartierunge, nō tamen propterea exemptus fuit ab onere bursali hospitationi annexo, sed tantum a residentia in domo & molestatione juxta tit. C. de Salgam. hospitib. non præbend. Nisi hoc expresse remissum sit. Et ita tenuisse senatum Pedemontanum Anno 1595. 1 Novembr. testatur Casp. Anton. Thessaur. d. quæst. forens. 93. nu. 9 Et ab ipsa
182 imperatoria Majestate † in causa Domini Philippi Landgravii Hassiæ contra N. N. ratione bonorum sub Domino Landgravio sitorum ab onere contributionum militarium, sub prætextu Cæsareæ Salvaguardiæ, Palatinatus & consiliariatus, privilegii se eximere conantis, ita per rescriptum 22. Martii Anno 1627. decisum, daß Keyserl. Majest. durch die obgemelte ertheilte Befreyunge vnd Privilegia, Herren Landgraffen zu Hessen hergebrachter Gerechtigkeit kein Præjudiß zuziehen gemeinet. Et cum ad hoc rescriptum paritio non subsequeretur, postea in consilio imperiali aulico im Reichs Hoffrath per decretum comprobatum & Reo sub pœna amissionis illius Privilegii Cæsarei, necessitas parendi & onera exsolvendi 16 Aprilis Anno 1628 injuncta fuit. Ac aliquoties in facti contingentia in Principali Dicasterio Marpurgensi decisum memini. Peculiares tamen † 183 extorsiones, vexationes, quæ per concussiones singularium fiunt, item direptiones animalium, equorum, gallinarum, ovium, & c. uri & vastationes ædium, fenestrarum, & c. cujusq; damno cesserunt, nec quicquam forensibus aut privilegiatis præter id quod ex communi computo & taxâ moderatâ exactum, imputatur; quia isthæc hospitantibus fortuitò contingunt & per quandam violentiam, & possunt aliis alio die evenire, quod hodie uni evenit. Quam autem unusquisque sortem patienter ferre debet.

Quoad Nobiles † durante hoc bello, ea obti- 184 nuit distinctio in inferiori & superiori Hassia, ut de iis bonis, quæ ipsi immediate possederunt & sub sua cura, aratro & cultura habuerunt, So sie selbst besessen vnd unter jhrem Pflug vnd eygenen Gebrauch gehabt, immunitatem habuerint: ratione verò eorum bonorum, quæ a Colonis, censiticjs Emphyteutis vel conductoribus coluntur, sub certo censu, canone vel fructu, oneri subjecti fuerunt, per ipsos tamen Colonos præstando. Nam & Coloni Ecclesiæ, † ab ejusmodi o- 185 neribus non excusantur, sed pro rata suorum fructuum, non obstante Ecclesiæ privilegio contribuere tenentur, per tradita Menoch. 2. arbitrar. cas. 562. num 37. Wintzler. de Collect obs. 24. ad ie tradita supra de Colonis, sub num 143. junct. n. 155. infr hoc cap. Istæ contributiones. † neque ad 186 Regalia, neque ad territorialia jura, sed ad temporum injurias, belli calamitates, & militum violentiam referendæ adeoque planè irregulares sunt, nec de iis ex vulgatis juris regulis ita statui potest. Eadem est ratio si plebejus emat bona Nobilium libera, Freye Adeliche Ritter Güter / mit jhrer Frey- vnd Gerechtigkeit. Sicut enim res † transit cum onere, ita & tanto magis cum liber- 187 tate, quæ favorabilior multò & naturæ convenientior est, servitute quavis, ut idem operetur † oppositum in opposito, quod operatur propo- 188 situm in proposito, l. etsi contra, ff de vulgar. & pupill. substitut. l. fin. §. fin. de legat. 3. Deci. cap. 2. nu. 1. de con-

de constitud. in 2. lectur Cacheran *decis. 25. num. 16.*
189 *& decis. 97. n. 3.* Et contrariorum † eadem est ratio tam quoad juris dispositionem, quàm decisionem, per tradita eruditè à Zas. *ad rubr. num. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess.* Surd. *decis. 272. nu. 31.* Faciunt *tradita supra num. 157.* Et ita quandoque in Dicasterio Giessensi, in casu quodam ubi rustici emerant bona Nobilium libera, me referente decisum memini pro emptoribus. Juvat etiam hanc sententiam,
190 † quod bona Nobilium propter annexam libertatem ab oneribus istis merè realibus, tanto carius venduntur & emuntur. In quum autem foret Nobiles vendentes hoc privari commodo majoris pretii, aut ementes sub bona fide decipi ac gravari.]

An autem ad inducendam quasi possessionem collectandi plures actus requirantur? Mihi eorum
191 † arridet sententia, qui pluralitatem actuum non desiderant, sed etiam unum actum quietum non violentum aut vitiosum sufficere existimant, Osasc. Cacheran. *decis. Pedement. 91. num. 5. in fin.* Wesenbec. *consil. 28. nu. 20.* cum illa ad quasi pos-
192 sessionem jurisdictionis † acquirendam vel conservandam non requiratur, & vel unico servitutis causa interposito actu, possessio generalis jurisdictionis apprehendi & conservari possit, *l. quæsitum, ff. de aq. quotid. & æst. c. consultationibus, x. de iur. patron. l. fin. ff. de itin. act. priv. l. fin. ff. quemad. serv. amitt. c. cum Ecclesia Sutrina x. de caus. poss. & prop.* Et hanc sententiam communiter esse receptam, testatur Mich. *de jurisdict. conclus. 65.* quæ etiam decisivè refertur in causa Ingelheim contra Chur Pfaltz, apud Meichsner. *tom. 2. lib. 2.*
193 *decis. ult. num. 133. fol. 253.* Et ita generaliter † quod incorporalibus per unicum actum legitimum acquiratur quasi possessio jurisdictionis, tradit Menoch. *de arbitrar. cas. 160. & ibi alleg.* Bart. Cravett. Ruin. *& alii,* quia hic actus † est de ge-
194 nere eorum quæ non solent facile concedi, nequidem ratione amicitiæ vel familiaritatis, Johan. Goedd. *in resp. iur. de restit. Baron. Vallend. nu.*
195 *133.* Et in dubio non † præsumitur talem actum jure familiaritatis vel voluntariè usurpatum esse, sed potius ex causa necessitatis, juris scilicet & obligationis, per ea quæ scribit Bart. *in l. cum servus & in l. triticum, ff. de V. O.* Riminald. *consil. 9. num. 19.* Wesenbec. *cons. 48. num. 29.* quia præstans ad id præstandum † se Domini superioris
196 autoritate cogi posse putavit, *l. novissimè ff. quod. fals. tut. auct. gest.* Cagnol. *ad l. si quis maior, nu. 67. C. de transact.* Hyppol. Riminald. *consil. 384. n. 42.*
44. 45. Et generaliter † quicquid tale est, quod 197
fieri potuit ex duplici causa, quarum una fuit voluntaria, alia necessaria, præsumendum est actum fuisse potius ex necessaria, *l. 3. in fin. l. 4. & 7. l. cum ex pluribus, 97. de solut.* Anton. Fab. *in Cons. ut. de Ducat. Montisferr. part. 1. p. 167.*

Quinimò immunis † à collectis, si semel sol- 198
vat in communi æstimo, & infra decem dies non appellet, intelligitur renunciasse suo privilegio & se collectis subiecisse, *argum. l. his 1. i. ibi,* si appellationis auxilio non utantur consensu suo confirmant nominationem, *cum l. 4. C. de appell.* Alexand. *consil. 336. num. 11. lib. 2.* quem allegat Cothman *cons. 11. n. 178.* Osasc. Cacheran. *d. decis. 91. n. 5.* Caspar. Klock *de contribut. concl. 30.* Dissent. Zachar. Vier. *de exempt. conc. 37. & ibi allegati.*

Variè collectæ † distribuuntur; Præcipua 199
tamen distributio est, quod quædam collecta sit Provincialis Landsteuer / de qua hic præsertim agitur: quædam imperialis Reichs Steuer / Reichs Anlage / Reichs Hülff; quædam circularis Kreyß Steuer.

Imperialis † collecta est, quæ ad utilitatem 200
totius imperii universis, qui ei subsunt, indicitur, R. A. zu Speyer / de Anno 1544. §. Und wiewol derhalben auch zuvor / ibi, daß ein gemeiner Pfennig und Anschlag durch das gantze Reich Teutscher Nation / etc. & §. seq. ibi, niemand außgenommen: Etiam † Clericis privilegiaris & ex- 201
emptis, *d. Recess. §.* Und zu diesem Christlichen / ibi, auch alle Stifft / Capitteln / Clöster / etc. Modestin. Pistor. *consil. 4. n. 1. lib. 1.* Henric. Bocer. *de Collect. c. 2. n. 3.* [R. A. zu Augspurg / de Anno 1582. §. Und nach deme diese ansehnliche / ibi: Ihre Underthanen / Geistlich und Weltlich / die seyen Exemptionen der nicht Exempt / gefreyet niemand außgenommen] qualis est collecta † pro expeditione Turci- 202
ca, R. A. de Anno 1542. & 48. & passim. Item quæ olim ad † sustentationem regimenti, R. A. de Anno 203
1500. Von Ordnung deß Regiments sub tit. Von Soldnern die auffgesatzt etc. & adhuc hodie ad sustentationem Cameræ solvitur, Ord. Camer. *p. 1. tit. 40.* Auctor. *decis. Camer. verb. collectarum exactio.*

Dicitur autem hæc collecta † imperialis, quia 204
ab Imperatore imponitur, *l. un. ubi Dd. C. de superindict. lib. 10.* Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 11. lit. B.* quæ à reservata † suprema & semper apud 205
Imperatorem perpetuò residente imperii potestate descendit, Meichsner. *tom. 1. lib. 1. dec. 6. n. 42.*
Et obtinet † vim veterum tributorum, ac Im- 206
peratori in signum supremi Dominatus solvitur, ab

ab Inferioribus Principibus, idem Meichſner. *d. tom. 2. lib. 1. decis. 9. ſub num. 20 fol.* 847. quamvis
107 juxta tenorem Capitulationis, † non niſi eum cō-
ſenſu Procerum & ſtatuum imperii hodie impo-
natur, Sleidan. *lib. 1. in capitul. Car. V.* Bocer. *d. 1. 2.*
108 *num* 8. quod tamen † Majeſtatem Imperatoris non evacuat, ut ſiniſtrè ſuſpicatur Bodinus. Nam idem jus in Galliæ rege obtinet, teſte ipſo Bodin. *6. de repub c. 2.* uti & in rege Hiſpaniæ, Parlad. *1. rer. quotid. cap. 3. fol.* 17. Angliæ, Hungariæ, Daniæ, Poloniæ de quibus teſtatur Heig. *illuſt q.* 18 *n.* 8. [Hinc Philip. Comin. *lib.* 10. *Commentar.* admo-
109 dum notanter ſcribit: † Neminem eſſe omnium Principum qui jus habeat, vel teruncium unum exigendiā ſuis præter conſtitutum annuum cenſum, niſi populus aſſentiatur. Et idem teſtatur de Angliæ Rege *lib. 6. commentar.* Chriſtianos enim
110 Principes † limitatam habere à Deo & legibus, ad tributa exigenda licentiam, cujus terminos ſine gravi peccato excedere non poſſint, monet Wilhelm. Ferdinand ab Effern. *in Manual. Polit. lib. 3 punct. 9. pag.* 445. Atque Carolum Gallorum Regem Ludovici XI. patrem, primum omnium, ſine conſenſu populi pecuniam pro ſuo arbitratu imperaſſe, idem Comin. *lib.* 9 ſcribit. Et de Rege Hiſpaniæ ſcribit Johan Parlador. *rer quotid cap. 3.*
111 *num. 1. lib. 1.* In hoc laudandos eſſe Hiſpaniarum Reges, quod moderatione & humanitate uſi, ſibi ultrò Legem impoſuerint, ut non aliter ſibi nova vectigalia ac tributa Regno imponere liceat, quā, ſi conciliis ex more convocatis, Regni Procuratores, Plebisq; Tribuni id probent & ratum habeant, & ita eſſe conſtitutum, *in l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopila.*] Caſpat. Klock. *de contribut concluſ.* 7.

212 Imponitur † collecta imperialis quidem omnibus imperii civibus, non tamen indiſtinctè, ſed immediatis tantùm, utpote Electoribus, Principibus & ſtatibus primariò; ſecundariò verò me-
213 diatis: Et quia immediati † hujuſmodi collectam per ſe ſuſtinere non poſſunt, ideò illis permittitur, ut ſubditos ſuos in ſubſidium ſub eollectare poſſint, R. A. de Anno 1544. §. Vnd dieweil nun dieſe Hülffe/ ibi: darzu die obbegehrte Hülff an jhr ſelbſt etwas anſehnlich/ vnd gemeinen Ständen nicht wenig beſchwerlich ſeyn wird/ dieſelben auß jhrem Cammergut zu leiſten: So iſt für billich vnd nothwendig angeſehen/ daß ein jeder Churfürſt/ Fürſt vnd Stand/ ſeine Vnderthanen derhalben vmb Hülff vnd Stewr erſuchen/ vnd die von jhnen einbringē möge/ quod repetitur in R A de Anno 1548. §. Wiewol nun/ qui collectandi modus ab Anno 44. incluſivè inolevit, & ad hunc uſque diē
ſervatur, hac tamen † conditione & cautela ne 214
ſtatus à ſubditis ultra ſummam cuique in Matricula imperii deſignatā quicquam exigant, ut habetur *in d. Receſſ. de Anno* 1544. 48. 57. 66. [Adde R. A. zu Regenſpurg de Anno 1576. §. Vnd nach
dem dieſe anſehenlich: *circ. fin.*] quia eo † caſu ſta- 215
tus imperii nō niſi nudum miniſteriū & exactionē habeat ad publicā imperii utilitatē directam.

Exigenda † autem eſt à ſubditis, ſecundum 216
proportionem Geometricam, habita ratione bonorum cuiuſque damit niemand vber ſein Vermögen bedrängt werde/ R. A. zu Speyer/ de Anno 1542. §. Nach dem aber der Vngleichen. [Confer Wehner. *in pract. obſerv. verb.* Anſchlag.]

Hæc tamen collecta imperialis † ut in reliquis, 217
ita etiam in hoc à provinciali differt: quod in illa ſubditi in loco Domicilii & habitationis, de omnibus bonis, ubicunq; ſitis collectentur. Daß ein jeder allein an dem Ort/ da er geſeſſen/ ſein Anlag zu dieſer beharrlichen Türckenhülff gebe/ von allen ſeinen Haab vnd Gütern/ ſo er allenthalben hat vnverhindert/ wo die ſind oder liegen/ d. receſſ d. Anno 542. §. Damit auch ſolcher Ordnung.

Hujus † ratio eſt, quia hæc collecta ab Impe- 218
ratore & ſupremo Principe, qui juriſdictionem univerſalem & uniformem in omni loco per totum imperium fundatam habet, omnibus ejus civibus & incolis imponitur, ut habetur apud Meichſner. *tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. ſub num* 66. *ubi nu.* 78. *fol* 635. *&* 636. hanc ſubjicit obſervationem, 219
† quod ubi collecta imponitur, ab eo qui habet juriſdictionem in omni loco uniformem, ut à ſupremo Principe, tunc collectam quis ſolvere debet, pro omnibus rebus, quas habet ubique: ubi verò imponitur ab alio inferiore, tunc collecta pro rebus extra territorium ſitis extendi non poteſt, eò quod bona ſubjecta ipſius jurisdictioni non ſunt, *arg. l. fin. de iuriſd. l. cum unus,* 12. *§. is qui poſſidere. de bon. auct jud. poſſid.* Thomat. *de muner. ſect. incip. ſanè ſi negotium geritur, num* 21. Socin. *conſil.* 129. [adde etiam tradita Ernest. Cothm. 1. *conſil.* 11. *n.* 54 *& ſeq* Aliud obtinet in collectis merè realibus, per tradita ſupra [Et facit quod ratione † bonorum, in alterius territo- 220
rio ſitorum juriſdictioni illius quis ſubjicitur, & ratione illorum ibi conveniri poteſt, *l. pupillo,* 87. *ff. de Tutor. & Curat l. Titium Mævium,* 47. *§. Tutores, ff. de adminiſtrat tut. l. fin. C. ubi in rem,* & ibi

etiam collectam solvit *text. in l. un. verf. ult. Cod. de mulier. ubi Imper. dicit.* Patrimonii munera necesse est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere. Huic adstipulatur Ulpian. *in l. 4. §. is vero, 2. ff. de censib.* ubi dicit, agri tributum in ea civitate levari debere, in cujus territorio possidetur. Et hanc sententiam latè tuetur Ernest. Cothman. *consil. 11 ferè per tot. vol. 1* quamvis aliquando in Camera contrarium pronunciatum ex Rosenthal. refert Henric. Bocer. *de Collect. c. 9. num. 5.* ubi vid. priorem tamen opinionem comprobat.

221 [Non tamen † prætereundum, distinctionem istam quam usque etiam in Collecta imperii non obtinere, si videlicet in una vel altera regione aliud consuetudine receptum aut prædia forensium antiquitus in certum librum censualem redacta sint, per tradita Geil. *2. obs. 52 num. 74. & obs. 53. num. 6.* Bocer. *de Collect. d. c. 9. num. 14. & seqq.* Idque etiam in d. § Damit auch solcher Ordnung /Recess de Anno 1542. expressè excipitur in verbis: Daß sonsten allen hohen und niedern Obrigkeiten / Geistlichen und Weltlichen / an ihren Rechten und Gerechtigkeiten / und NB. altem Herkommen unschädlich und unvorgreifflich. Et vigore

222 ejusmodi consuetudinis † in tota Hassia tam forenses, quàm Clerici in loco rei sitæ collectas solvunt, uti ex antiquissimis libris censualibus seu Registris constat. Pro Coronide ad hunc § notan-

223 dum putavi, † quamvis collectas & onera ejusmodi subditis injungere, à Regalibus & superioris Principis sive Magistratus potestate dependeat; Laudandos tamen esse Principes & superiores, qui non effusè, sed parcè, citra subditorum perniciem pro utilitate & necessitate publica hoc

224 regali jure utuntur. Est enim Princeps † velut communis omnium pater, per tradita *supra lib. 1. Class. 1. cap. 5. nu. 47.* Et ideò boni parentis more subditis non gravis esse, sed illis potius tanquam filiis thesaurizare, eosque in cunctis necessitatibus pastoris instar fovere debet, *c. cum Apostolus, §. sustinemus, de censib.* Luc. de Penn. *in l. un. colum. 2. C. de super indict.* Et ita in hisce terminis respondit Modestin. Pistor. *consil. 9. num. 12. vol. 1.* vid. etiam notabiliter tradita à Johan. Oldendorp. *Class. 4. act. 12. verf. ex quo loco.* Magis illam rem cessisse plurimis, divina & profana historia affatim testantur. Confer Justin. Bonæfid. Not. seu Structur. Politic. ad Justi Lipf. Epistolam de judic. Belgic. *n. 9 p. 61.* Et contra Dominos exigentes insueta onera in Camera subditis Mandata cum & fine clausula decernuntur: vid. Goedd. *4. consil. Marp. n. 35* & ibi allegat. & *n. 37.* Hinc Jacob. Angliæ Rex † *in Institut. ad Henric. filium, lib. 2. pa. 104.* ad- 225 modum Regiè & prudenter monet *Noli te locupletare, nova & gravia populo tributa imponendo; sed eorum opes & facultates certissimas tuas divitias existimato.* Fortè juxta illud Constantini Chlori: *Publicas opes, rectius à privatis haberi, quàm intra unum claustrum reservari.* Erasm. *lib. 8. Apophth.* Conrad. Dieteric. *in Analys. Evangel. Dominic. 23. post Trinit.* Quod multis & latius persequitur Herman. Lather. *de cens. cap. 1. per tot.* Acac. Enenckel. Baro. *in tractat. qui inscribitur Sejanus, cap. 3. p. 139. 140.* Geil. *de arrest. cap. 10. num. 17.* Idque prudentissimè observasse † Eberhardum I. Ducem Würtenbergicum, eoque non solum florentissimum 226 suæ provinciæ statum & subditorum conditionem effecisse, sed tantam eorum benevolentiam & amorem sibi conciliasse, ut apud alios Principes intrepidè gloriatus sit: *Quod quovis tempore, in cuiusvis subditi sui sinum, caput reponere, & tutus dormire posset,* ex Camerar. Johan. Iden. & aliis refert Lather. *d. mod. loc. num. 13. 14. 15. & 16.* Existimet ornatus, bonus & pius Princeps sive Magistratus, † *aurum esse adulterinum, quod cum subdito-* 227 *torum lachrymis colligitur,* teste Plin. *in Panegyr.* juxta illud Tiberii vulgatissimum, *Boni pastoris esse tondere pecus & non deglubere.* Quin imo experientia reste, tributis & vectigalibus auctis, facultates Principum diminutas fuisse, æs alienum crevisse, de Regno Galliæ testatur Thuan. *lib. 32. Histor.* cujus ratio est; quod *sola Domini Benedictio ditat.* Ea autem speranda non est, ubi divitiæ colliguntur cum subditorum lachrymis & injuria. Lorin *in Comment. lib. 3. Reg. cap. 12. num. 1.*]

RELIGIONIS CURA.

Cum non solùm regionis sed & † religionis 228 Cura ad Dominos territoriales pertineat, hodiè status imperii vigore superioritatis territorialis, publicum tam Pontificiæ quàm Augustanæ Confessionis exercitium erigere & mutare possunt, ex Pacificatione religiosa R. A. de Anno 1555. §. Und damit solcher Fried / & § seq. verf. Nach dem aber Thom. Mich. *de jurisd. conclus. 49.* exindeque reformatio † religionis sequela superioritatis indubitata censetur, vid. Besold. *de jurisd. q. 18 p. 52.* Ziegler. *ad § Landsassii, n. 182.* [Andr. 229 Knich. *de subl. & regio territ. jur. c. 3. n. 233. & seq.* Matth. Stephani. *de jurisd. lib. 3. part. 1. cap. 1. num. 14. & 15. & c. 15 n. 1.*]

Ad

230 Ad actus Ecclesiasticos † referuntur consisto-
ria, ministrorum verbi divini ordinationes, con-
firmationes, visitationes, &c. Andr. Knich. *de*
jur. territ. c. 3 num. 149. *& seqq* Et reliqua, quæ ad
jura Episcopalia pertinent, Laur. Ohm/ *de jure*
231 *Episc. concl.* 16. 17. Quos tamen † actus non ipsi se-
culares Principes, sed per Ecclesiasticas personas
expediunt, vid. Matth. Steph. *de jurisd. lib. 3. p. 1. n.*
16. *add.* Parè. *de jur. reg. q. ult. propos.* 5. ne fiat mune-
rum confusio, *c. quod quidem* 1. *q.* 1.

232 Itaque in quo loco quis † actus hosce jurisdi-
ctionis Ecclesiasticæ exercet, fundatam habet
intentionem superioritatis per supra tradita. Sunt
233 & alii actus † & argumenta, quibus declaratur
superioritas, ut sunt, insignia Principis in Curia
depicta; solennis & usu hodie recepta intrada
der Eiuritt Michaël. *conclus.* 53. Schurff. *consil.* 35.
num. 13. *cent.* 1. Knich. *in Encycloped. c.* 15. [Jus et-
234 iam conducendi † in via publica, das Geleid uff
offener freyen Landstrassen/ regulariter ad territorii Domi
num pertinet, R. Abschied zu Augspurg/ de Anno 1548.
§. Ferner zu noch mehrer beständiger: in verbis: Eine jede
Obrigkeit im H. Reich Teutscher Nation/ in jhren Fürsten-
thumb/ Landen vnd Gebiethen: &c. : Frey/ sicher/ gnug-
samb Geleyd geben/ &c. Myn. 5. *obs.* 70. Gel. 2. *obs.*
64. *nu.* 2. *&* 11. Thom. Mich. *de jurisdict. concl.* 50.
Wesenbec. *consil.* 33. *n.* 3. *&* 10 Ziegler *in §. Land-*
sassii. conclus. 1. *n.* 60. Gylman. *in symphorem part.* 1.
Tit. 2. *vot.* 1. *n.* 61. Dixi autem hoc ius conducendi
regulariter competere Domino territorii sive su-
235 periori; quia quidam Electores & Principes † jus
conducendi ex præscriptione vel speciali jure u-
surpant in aliorum districtu & territoriis in via,
per pagos & oppida & villas. Sic Hassiæ Landgra-
236 vii † jus conducendi habent per Wedderaviam,
non attento quod ad Electorem Moguntinum,
Comites Solmenses, Hanawienses, Ysenburgi-
cos aut alios, districtus & superioritas territoria-
lis pertineat, item per ipsam civitatem imperialē
Fridbergensem & in ea, nec non etiam in civita-
te imperiali Wetzflariensi. Similiter Elector Mo-
237 guntinus † per quendam districtum Darmstadi-
num sive superiorem Comitatum Catimelibocē-
sem die Bergstrassē herab uff Franckfurt/ in Has-
siæ Principum territorio hoc jure utitur. Et hoc
etiam eleganter firmari potest ex aur. Bull. tit. 1.
in princ. ibi: Durch seyn Land/ Gebieth vnd Stätt/ auch
so fern er mag vergleiten. Et in § Setzen darauff vnd gebie-
then. verbis. Durch jhr Gebieth/ vnd als weit sie mögen vn-
gefährlich vergleiten. Ex qua dispositione satis su-
238 perque constat, † territorium & conducendi ius,
non semper & ubique terminos esse convertibi-
les, sed hoc sæpius ultra territorium extendi,
quod verba, auch so fern vnd weit sie mögē ver-
gleiten/ manifestè innuunt. De hoc jure & ejus ve-
tusta origine dixi etiam quædam *infra cap.* 6. *n.* 28.
Et videri possunt Paul. Matth. Wehn. *in pr. observ.*
verb. Geleid. Thom. Maul. *in tract. de Salv. Cond.*
tit. 2. *& passim per tot.* Bechr. *de Secur. & Salv. Con.*

Superioritati & Regalibus connexum est et-
iam ius Foresti, † quod in sylvarum ac nemorum 239
cura, jurisdictione venationibusque consistit, de
quo latè agit Chassan *in Consuetud. Burgund. Rubr.*
13. *Tit. Des Forestz, pasturages, §* 5. *per tot.* Meichs-
ner. *decis. Camer.* 33. *incipit, secundus punctus. num.* 1.
& seqq. fol. 1039 *Tom.* 3 *& decis.* 2. *n.* 30. *& seqq. fol.*
136. *Tom.* 2. *lib.* 2. Gylman. *Tom.* 2. *part.* 1. *vot.* 1. *num.*
6. *& seqq. fol.* 30. *&* 31. latissimè Paul. Matth. Weh-
ner. *in observat. verb.* Forstrecht / Forst. Noë
Meurer von Jagen vnd Forstrecht. Et novissimè
Dn. Besold. *in Thesauro pract. verb.* Forst.]

Hi sunt præcipui † actus, in quibus exercetur 240
territorialis superioritas & per quos ea probatur.
[In incorporalibus enim, quasi possessio propriè
in actibus possessoriis consistere dicitur, cum nil
aliud sit quàm usus & exercitium, *l. quoties, ff. de*
servit. Menoch. *de retin. possess. remed* 3 *num.* 147.
Meichsn. *decis Camer.* 33. *num.* 46. 47. 48]

Dubium † autem suboritur, quid statuendum, 241
si quis unius atque alterius actus jurisdictionalis
exercitium, usum & quasi possessionem usurpa-
verit, & probaverit, anne id ad alium actum ex-
tendendum; quod affirmandum videtur; quia
jurisdictionis † usus in uno actu censetur jurisdi- 242
ctionem tribuere in alio, *Dd. in l. imperium. ff. de*
jurisd Batt. *in l* 1. *§. si quis hoc interdicto, ff. de itin.*
act. priv. num 1. [vid. Meichsn. *decis. Camer.* 9 *num.*
200. 201. 202. *& seqq.* Gylman. *in symphor. suppl.*
part. 1. *Tit.* 2. *vot.* 1. *ante. num.* 64 Herman. Vultej.
2. *consil. Marp.* 30. *num.* 242. ubi allegat alios, *junct.*
num. seq.] Et exercens ac conservans jurisdictio-
nem †, in uno actu censetur eam exercuisse & 243
conservasse, quoad cætera omnia, in quibus
nullum exercitium habuit, *argum. l. stillicidii,*
8. *§. fin. ff. servit. quemadmod. amitt.* Mascard. *de*
probat. conclus. 1053. *num* 22. Wesenbec. *consil.* 32.
numer. 17. Siquidem ex probatione † specie- 244
rum resultat probatio generis, *argum. l. si Cho-*
rus, de legat 3. Species † namque sub genere po- 245
sitæ habent caudas colligatas, *gl. in cap. accusatus,*
§ cum [illegible] *verb. indicati. de hæretic. in* 6. Zas. 2. *cons.*

Oo 2 16. num

16.*nu*.8.*ubi n*.9. ex Innocent. subjicit, quod si quis utatur aliquo actu jurisdictionali intentione utendi jure suo, quoad universalem jurisdictionem, ei acquiri quasi possessionem universalem jurisdictionis, si nemo alius possideat, Abb. *in c. cum olim, verf. ult. de praescript.* Nam jurisdictio
246 † respicit universalitatem, quae per se una est, licet multis modis exerceatur, per ea quae tradit Menoch. *de arbitrar. cas.* 160. [add. Meichsner. *d. decis.* 9. *num*. 204. Idque tanto magis procedit quoad conservationem iuris & exercitii iurisdictionalis, Andr. Knich. *de iure territ. cap*. 3. *num*. 172. *per l. si stillicidii*, 8. §. *fin. ff serv. quemadmod. amitt. l. una est via*. 18. *de serv. rustic*. Roman. *consil*. 291. *num*. 9. Mascard. *de probation. conclus*. 1053 *n* 23. Menoch. *consil*. 1000 *n*. 23. Wesenbec. *cons*. 32. *n* 17. Meichsner. *decis*. 33. *num*. 51. *& seq*.]

Haec tamen traditio non ita indefinitè semper procedit, sed certis limitationibus.

1. Non procedit, quando alius est in possessi-
247 one, † tunc enim unus actus non extenditur ad alium actum diversum, licet sub eodem genere vel specie constituatur, Bart. *in l. possideri, in pr n. 5. de acquir. possess.* Jas. *in l. imperium, nu*. 23. *de iurud. quos allegat* Wesenb. *d. cons*. 32. *n*. 17. [adde Meichsner *decis Camer*. 1. *n*. 39. *Tom*. 3. *& ibi all'egat. & decis*. 26. *nu*. 41. *& seqq. Tom eod*. Gylman *in symphorem. Tom*. 1. *part*. 1. *vot*. 1. *n*. 46. 47.]

248 2. Procedit in actibus † qui sunt ejusdem speciei, & eaudas colligatas habent, Hieronym. Schurff. 1. *cons*. 28. *n*. 28 29. quiq; ex uno eodemque fonte & principio descendunt, Schurff. *d. loc*. Meichsner. *tom*. 2. *lib*. 1 *in causa* Stribeim *contra*
249 Pfaltz *decis*. 8. *num*. 28. Sic possessio collectandi † transfertur de una specie in aliam, ut qui est in possessione collectandi in una specie, is censetur etiam in possessione omnium reliquarum specierum, Alex. *cons*. 68 *n*. 18. *&* 19. *lib*. 2. Schurff. *cons*. 59. *n*. 28. 29. *cent* 1.

250 3. Procedit traditio † superior, quando quis praesumptivè habet intentionem fundatam: tunc enim per unius actus exercitium probatur universalis jurisdictionis † possessio, Jas. *in l*. 3. *nu*. 40. *ff. de acquir. possess.* Abb *in cap*. 1. *de religios domib*. Meichsner. *decis. ult. num*. 166. [Speculat. *in tit. de jurisd. omn. judic. col pen. verf. illud etiam nota*. Bart. *in l*. 1. §. *si quis, ff. de itin. actuq; privat*. Vant. *de Nullitat, tit. ult. n* 40.]

251 4. Limitatur seu potius † declaratur procedere traditio illa, in actibus, qui sunt de potentioribus speciebus, & quibus reliqui quodammodo concomitanter insunt & adhaerent, ut est obedientia; quia obedientiae † nexus complecti- 252
tur omnes actus jurisdictionis, per ea quae eruditè tradit Udalric. Zas. *lib*. 1. *singul. respons. c*. 31. *nu*. 3. [Tileman. de Beng. *syntagm*. 4. *decis*. 5. *vot*. 6. *fol*. 228. ubi Referens monet, per obedientiam acquiri ius subiectionis, *per gloss. in c. olim*, Clement. 3. *de restitut. spoliat*. Vult. 2. *consil. Marp*. 30. *nu*. 102. ubi dicit, quod haec non rerum sed personarum, itemque non exemptorum sed subditorum munus sit. Ideoq; hi actus non sunt de iis qui solent fieri iure familiaritatis & amicitiae Menoch. *remed*. 3. *retinend. possess. nu*. 585. Meichsner. *decis. Camer*. 13 *n*. 198. *Tom*. 3.] neque actus in specie leviori extendendus ad duriora, Salic. *in l*. 1. *C. de emancipat.*

Quamvis usus † & consuetudo in uno actu se 253
possit aliquando extendere ad alium actum eiusdem speciei, ut modo dictum tamen usus contra certas personas non extenditur ad alias, Ruin. *consil*. 19. *n*. 17. *vol*. 1 cuius rationem assignat & declarat Innocent. *in c. dilectis, x. de Capell. Monach. n*. 1. *verf. sed quae res*, quia sub iurisdictione † com- 254
prehenduntur omnes partes eius & actus, sed sub persona non continetur alia persona, ideò non potest quis intendere in totum populum exercere, quod in uno vel altero de populo exercet, sunt enim divisi homines eiusdem populi, Cyn. *in l*. 1. *nu* 4. *de emancip*. Unus enim homo non est idem cum alio, Jason *in l. imperium, num*. 23. *verf facit*, quod ita decisivè ponderat referens *in causa* Jngelheim *contra* Chur Pfaltz apud Meichsner. *tom*. 2. *lib*. 2. *decis*. 4. *n*. 178. 179.

CAPUT V.

AN LIBERAE IMPERII CIVITATES territorialem superioritatem & iurisdictionem habeant?

SUMMARIA.

1. *An liberae imperii Civitates territorialem superioritatem, seu iura territorialia habeant?*

2. 3. 4. *Rationes dubitandi.*

5. *Affirmativa sententia verior & Communior.*

6. *Rationes decidendi.* 1. *Civitates imperiales proprium habent districtum, & territorium.* 7. *Territorialis superioritas territorio adhaeret sicut nebula supra paludem.*

8. *Cui competit territorium propriè acceptum, tanquam*

tanquam statui imperii, eidem quoq; competit ius territorio cohærens. 9. Territorium sive passivè, sive activè consideretur rectè civitatibus attribuitur.

10. 2. *Civitates imperiales inter status imperii receptæ, & liberâ in subditos iurisdictione donatæ sunt. 11. Nulla urgens dari potest ratio, cur civitates iuribus superioritatis carere, vel regalium incapaces esse debeant.*

13. 3. *Ius mutandæ religionis, & actus iuris Episcopalis exercere, sequela est superioritatis, & iuris territorialis. 13. Civitates imperiales ius mutandæ religionis habent, actusq; iuris Episcopalis exercere possunt.*

14. *Civitates imperiales ut status imperii habent ius conducendi, sive salvi conductus.*

15. *Respondetur ad 1. ration. dubitandi. 16. Differt territorialis potestas à dignitate regali, seu feudo, qui eam annexam habet.*

17. *Ad 2. Iura Principis in quibus consistunt. 18. Liberæ imperii Civitates iura Principum habent, & iurisdictionem proprio nomine exercent. 19. Civitates Italiæ iura territorii habere dicuntur.*

20. *Duces. & Marchiones Imperatorem recognoscentes non debent esse inferioris gradus aut conditionis illis, qui Imperatorem non recognoscunt. 21. Servire imperio Romano, est libertate potiri.*

22. *Civitates imperii Rebuspublicis Italiæ rectè comparantur.*

23. *Obiectio, ad eamq; responsio.*

24. *Una eademq; res, diversas denominationes à personis, quibus competit, admittit.*

25. *Superioritas in Principibus* Lands Fürstliche Obrigkeit *quomodo in aliis dicatur.*

26. *Superioritas territorialis est in Principe* Land-Fürstlich, *in Comite* Gräfflich, *in Civitate* Stedtlich/*2c.*

27. *Distinguendum inter ius personale Principum,* Lands Fürstliche Obrigkeit *Et ius* der Landes Hohen Oberevnd Herrligkeit.

1 Sunt qui † inferunt Civitates imperiales non habere iura territorialia, sed ea penes Imperatorem residere, & plerunq; Electores aliosque vicinos Principes in districtu eiusmodi Civitatum ea sibi comparasse, Andr. Knich. *in velit. Apologet. nu.* 15. 120. 130. *& seqq. & in tract. de iur. territ. c.* 1 *n.* 116.

Pro qua stabilienda sua sententia hisce potissimum utitur rationibus.

2 1. Quod illis ditionibus tantùm competat † territorii ius, quæ in Ducatum, Marchionatum erectæ, vel aliam regalem dignitatem annexam habent & feudi lege recognoscuntur.

2. Quod superioritas † territorialis die Landes Obrigkeit/ non nisi iure quodam Principatus exerceri potest, *arg. c.* 1. *de Feud. March cum similib.* [Idem Knich. *de autocrat. cap.* 1. *nu.* 1074. *& mult. seqq*] Inde etiam † à potiori die Landes Fürstliche Obrigkeit appellatur. 3 4

Verùm hisce non obstantibus, verior & communior est contraria sententia, videlicet † Civitates imperiales, quia status appellatione veniunt, ac ius sessuræ & suffragii in Comitiis habent, iura superioritatis territorialis in suis districtibus & Civitatibus non minus, quàm Principes, Comites, &c in suis Principatibus & Ditionibus habere & usurpare. 5

Huic communi opinioni adstipulatur. 1. Quod Civitates † imperiales proprium habeant districtum & territorium, cujus nomine Imperatorem immediatè recognoscunt. [In eoque ius proclamandi, edicendi & proscribendi habent, Ernest. Cothman. 3. *consil.* 29. *n.* 131. & provinciam separatam constituere existimantur, Molin. *de iur. primogen Hispan. lib.* 1. *c.* 13. *n* 55. Losæ. de iure univers. Henric. Klock. *de iure vectigal. conclus.* 22. *lit. e. in notat. circ. fin.*] Ergo & ius territorio annexum, hoc est, superioritatem, quia territorialis † superioritas territorio adhæret, sicut nebula supra paludem, *ut supra suo loco dictum est.* 6 7

Cui enim competit † territorium propriè acceptum, tanquam statui imperii: eidem quoque competit ius territorio cohærens, ut ex Camill. Borell *consil.* 70. *num* 34. *& consil.* 86 *nu.* 11. colligit Boecr. *in tract. de Coll. ct. cap.* 4 *num.* 40. Sive itaque cum Bald. † territorium passivè considetemus, pro terræ spatio iurisdictione munito, sive activè territorium, pro ipsa superioritate territoriali, hoc est, summo imperio, quod post Principem in suos subditos exercent istæ Civitates, id rectè civitatibus attribuitur, quod supra in definitione territorialis superioritatis latius explicatum, *fac. text. in constit. de Pac. Constant. §. nos verò Romanorum.* 8 9

2. Cum Civitates Imperiales † inter status imperii receptæ, & libera in Civitatem eiusq; subditos iurisdictione donatæ sint, status imperii nomen non magis in illis ac in Principib. esse debere inane, Bald. *in tract. de Schismat. in pr. nu* 10. Dec. *consil.* 40. *n.* 21. *vol.* 4. nullamque urgentem † dari posse rationem, cur Civitates iuribus superioritatis 10 11

tatis, quæ vulgò Landt Oberherrlichkeit appellant, carere vel regalium incapaces esse debeant, inquir vir Doctissimus Thom. Mich. *de jurisdict. concl.* 44.

12 5. Jus mutandæ † religionis Pontificiæ vel Augustanæ Confessionis aliosq; actus ad jus Episcopale pertinentes exercere, sequela est superioritatis & juris territorialis, ipso Andr. Knich. attestante *de sublim. territ. jur. c.* 3. *n.* 148. Besold. *de jurisd. q.* 18. *pag.* 52. Ziegler. *in commun. concluſ. ad §.*
13 *Landsassii, num.* 182. Civitates autem Imperiales † consentientibus omnium civium ordinibus jus mutandæ religionis habent, eiq; connexos actus juris Episcopalis exercere possunt, R. A. de Anno 1555. §. Nach dem aber in vielen Frey vnnd Reichs Stätten, iunct. §. Vnd damit solcher Fried / ubi in genere omni statui religionis alterutrius reformatio concessa. Quin autem Civitates imperiales sint status imperii, dubitari non potest, & supra tradidi, qua de re latè Petr. Frider. Mindan. *lib.* 1. *de Processib. c.* 31. Syring. *de Pac. Relig. concl.* 39.
14 [Habent etiam † ius conducendi sive salvi conductus *per text. in Aur. Bull. tit.* 1. §. Zum ersten den König in Beheimb *iunct.* §§. *seqq.* Thom. Maul. *de salvo conduct. Tit.* 2. *n.* 11. Ideoq; Ducibus imperii similibusque iter per suum territorium facientibus, gratulandi, eosque excipiendi, comitandi & ad fines territorii sui deducendi ius habent. Ernest. Cothman 3. *consil.* 29. *n.* 532.]

Ad 1. argumentum respondetur, committi ab Andr. Knich. in eo petitionem principii. Nam
15 hoc ipsum etiam negatur, quod † superioritas territorialis Ducatibus, Marchionatibus & Comitatibus qui feudi lege recognoscuntur tantùm cohæreat, ex quo illud absurdum eveniret Ducatus si qui sunt, & Comitatus allodiales, territoria-
16 li superioritate destitui. Deinde differt † territorialis potestas, à dignitate regali seu feudo quod eam annexam habet. Potest namq; quis esse Comes, Baro, & habere Comitatum & Baronatum, cui annexa semper regalis dignitas sub alterius Principis territoriali superioritate, & tamen destitui superioritate, R. A. de Anno 1548. §. Wie wol auch in Reichs Regierungs handlung / *qua de re supra sub cap. de acquisit. & conceſſ. iur. territ. circ. fin. verſ. Nota præterea dixi.*

Ad 2 respondetur, si per ius Principatus intelliguntur iura Principis, quæ in hoc consistunt,
17 ut quis † in suo districtu & in subditos possit id, quod potest Imperator in universo, salva supre-ma eius superioritate, tunc utiq; & Civitates imperiales iure Principatus utuntur, hoc est, possunt in suo, quod potest Imperator in universo, salvis reservatis. Siquidem liberæ imperii † Civi- 18
tates, non tantùm iura Principum habent, & iurisdictionem proprio iure exercent, sed etiam Generica Principum definitione propriissimè continentur, uti species sub suo genere, ut scribit vir in imperii iure exercitatissimus, Andr. Geil. 2. *observat.* 57. *nu.* 7 & 1 *de Pac. Publ. c.* 6. *nu.* 11. & *in tract. de arrest. cap.* 9. *n.* 1. Confer Schurff. 1. *consil.* 26. Wæmund. de Ehe: berg: 2. *de fœderib. c.* 1. *nu* 37. Thom M *de iurisdict. concluſ.* 44 Auct *deciſ. seu praiudic. Cameral. v.* 16 *Civitas imperialis.* Don. Garſ. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 10. Syring. *de pac. religion. concluſ.* 39. *lit. B.* Johan. Dauth. Jun. *in Miscellan. quæſt. iur. publ. q.* 1. *fundam.* 3. Imò contrarium asserere esse revangare mundum, dixit Bald. *in tractat. de Schismat in pr. p.* 10. Cravett. *conſ.* 263 *n.* 7. Bocer. *de Collect. c.* 4. *n.* 36.

Et sanè † Civitates Italiæ, quæ se adhuc Impe- 19
ratorem recognoscere fatentur, vel de facto se subtrahere moliuntur, jura territorii habere concedit Knich. *in velit. apologet. nu* 31. & *seqq.* Quare Civitatibus Imperatorem recognoscentibus habilitatem ejus juris possidendi denegemus. Si enim recognitio Imperatoris, illam habilitatem possidendi juris territorialis, impediret, nec Principes Imperatorem recognoscentes ejus juris capaces esse possent.

Et quemadmodum † in similibus terminis 20
Duces & Marchiones Imperatorem recognoscentes non debere esse inferioris gradus aut conditionis illis, qui Imperatorem non recognoscunt, ostendit Anton. Sola *in constit. Sabaud. in proœm. decret. gl.* 3 *num.* 12 & *seqq.* Caspar. Klock. *de contribut. concl.* 10. *in fin.* Quinimò servi e Imperio Romano † est libertate potiri, ut ex Bald. 21
dicit Natt *consil.* 631 *num.* 13. *vol.* 1. Hyppol. Riminald. *consil.* 5 *nu* 102. *vol.* 1. Don. Garſ. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 2. *add. quæ supra tradidi Claſſ.* 2. *c.* 6. *n.* 34. & *seq.* Et has civitates † rebuspubli- 22
cis Italiæ rectè comparari posse, scribit Scipio Gentil. *de iurisd. lib.* 3. *c.* 22.

Neq; adversatur quod superioritas territorialis † frequenter dicatur die Landesfürstliche Ob- 23
rigkeit: quia superioritas territorialis non semper & tantùm dicitur die Landesfürstliche Obrigkeit / sed tunc quando aliquis Dux vel Princeps eam sibi vindicat à persona dominantis ita denominatur;

24 tur: Neq; rarò accidit, ut una eademq; † res diversas denominationes à personis quibus competit admittat, Johan Goedd. *in respons. iur. de restit.*
25 *Baron. Vallend. n.* 448 & quæ in Principibus † superioritas dicitur Landesfürstliche in aliis dicitur die Landes Hohe Obrigkeit/ seu Landesherrliche Botmessigkeit: aliquando Oberherrligkeit und Gebieth/ R. A. de Anno 1555. § Wo auch im H. Reich/ ibi: in was Oberherrligkeiten unnd Gebieten das were Et R. A. de Anno 1559. §. Unnd wiewol in solcher Executions Ordnung aliquando Hohe Ober-und Gerechtigkeit/ R. A. de Anno 1548. § Und als erstlich in solcher Regierung/ ibi: an ihren Hohen Ober- unnd Gerechtigkeiten/ zu nachtheiligem Abbruch/ rc. & in
26 § *seq ibid.* Quamobrem superioritas † territorialis est in Principe Landesfürstlich/ in Comite Gräflich/ in Civitate Stättlich/ & sic deinceps, *uti relatum in Camerâ in causa* Hirnheim *contra* Chur Pfaltz apud Meichsn *tom. 2 lib 1. decis. 8. n. 3*
27 Ideoq; distinguendum † inter jus personale Principum, unde appellatur die Landesfürstliche Obrigkeit/ quod ipsis saltem personis Principum cohæret: Et jus der Landes Hohen Ober- und Herrligkeit quod una cùm territorio etiam sine speciali titulo conceditur, Zigler. *in communibus conclus* §. *Landsassii, num. 10. & ibi allegati.*

Caput VI.

QVATENVS VERA SIT VVLGATA Dd. Theorica, posse quemlibet Principem, Comitem, Baronem & Civitatem imperii in suo territorio, quod potest Imperator in universo, novè & prolixè declaratur.

SUMMARIA.

1. Quilibet Princeps, & iura territorii habens potest in suo territorio, quod potest Imperator in universo.

2. 3. Duces Ferrariæ, & Mediolani in suis Ducatibus Imperatoris loco habentur

4. Duces ac Principes Germaniæ in suis Ducatibus magis assimilantur Principibus, quàm Præsidibus. Et vicem Imperatoris obtinent.

5. Multa adducuntur Exempla Quilibet Princeps est Imperator in suo territorio.

6. Nostri Principes, & status in suis territoriis praeminentiis, privilegiis & reservatis imperatoris utuntur. 7. Imperium hodiè scissum est, & iura imperialia quodammodo divisa in Duces Comites Barones, & Civitates. 8. Ratio huius quæ videatur.

9. 1. Illatio, Leges & statuta condere summa maiestatis est Symbolum. Electores. Principes, & alii imperii status leges & iura provincialia promulgandi ius habent.

10. Camera, summi Principis consistorium, secundum leges, & statuta provincialia, & municipalia iudicare tenetur.

11. Olim Præsides provinciarum contra ius statuere nihil potuerunt.

12. Magistratus inferiores, & municipales Civitates statuta cum superiorum permissu condunt.

13. 2. Illatio. Jura belli. & armorum summi Principis Maiestati adhærent.

14. Principibus Germaniæ, ex antiquissimo libertatis, & novissimo imperii iure concessum est, cogere militem, in propriam, & aliorum salutem 15. 16. Delectum agere, ad arma convocare iure territorii possunt. 17 Habent ius fabricandi, & parandi tormenta bellica 18. Ius armandia, & armamenta 19. Ius muniendi arces, & extruendi fortalitia. 20. Habent & ius sequelæ.

21. Iuri bellico connexum est ius fœderis, à pari enim dicuntur procedere ius belli fœderis.

22. Printipes & status imperii pacis publicæ & securitatis causâ fœdera inter se ferire possunt

32. 3. Illatio. Principes & status imperii in suis districtibus iura territorialia, & regalia usurpant.

42. 4. Illatio. Principes aliiq; superiores immediati hisce similes, Gratiæ Dei suam dignitatem acceptam referunt. 25. In Gallia sub Carolo VII. Comes, qui se Dei gratiâ Comitem Arminacem inscriberet, Maiestatis accusatus fuit.

26. 5. Illatio. Principes & status imperii habent ius restituendæ famæ. Quod ad summi Principis reservata refertur

27. 6. Illatio. Principes & status imperii habent ius indulgendi delicta, & remittendi pœnas capitales. 28. Quod proprium est summi principis.

29 In regnis Hispaniarum, & Neapolitano inferiores à Rege hanc potestatem non habent.

30. Vicarii imperii non possunt remittere, seu indulgere delicta, nisi in privilegio vicariatus essent verba hoc importantia.

31. Extensio prædictæ illationis.

32. 7. Illatio. Status & Principes imperii habent ius concedendi securitatem, & salvum conductum bannitis.

33. 8. Illatio. Habent ius conducendi peregrinantes per vias publicas. 34 Ius conducendi in via publica, de vetusto more, ad iura regia pertinet. 35. Huic iuri

Juri salvi conductus non tamen securitas, & defensio sed etiam punitio facinorosorum inest.

36. *Dominus territorii hoc ius usurpans tenetur depradato resarcire rapinam in suo territorio commissam.* 37. *In multis locis aluntur stipendiarii, ut viarum curam habeant.*

38. 9. *Illat o Possunt concedere debitoribus inducias moratorias.*

39. 10. *illatio. Possunt ex iusta & urgente causa utilitatem publicam concernente rem alteri auferre.*

40. 11. *Illatio. In bonis spuriorum, & sine herede decedentium succedunt.* 41. *Et jus confiscandi bona damnatorum sibi vendicant.*

42. 12. *Illatio. Donatio ab Imperatore facta liberis non confertur, habetur enim pro peculio castrensi.* 43. *A Principibus imperii facta liberis donatio habetur pro peculio castrensi, & non confertur.*

44. 13. *Illatio. Principes & status imperii suos subditos non minus collectare possunt, quàm Imperator universos.*

45. 14. *Illatio. Possunt in suis terris magistratum creare, & recipere appellationes.*

46. 15. *Illatio. Publicum tàm Catholicæ, quàm Augustanæ Confessionis exercitium mutare possunt.*

47. 16. *Illatio. Possunt recipere Iudæos.*

48. 17. *Illatio. Habent jurisdictionem forestalem.*

49. *Ius foresti in genere acceptum, & bannum ferinum, Wildbahn/ & ius foresti in specie, Forstrecht/ complectitur.*

50. 18. *Illatio. Principes & status imperii habent jus mittendorum Legatorum.*

51. 19. *Illatio Habent ius Archivi.*

52. 20. *Illatio Habent decimas metalli auri & argenti fodinarum, & salinarum in fundo privato repertarum.*

53. 21. *Illatio. Iudices esse possunt in propria causa ex interpp. sententia.*

54. 22. *Illatio. Habent ius concedendi nundinas in suis ditionibus.*

55. 23. *Illatio. Habent ius prohibendi piscationes, & alios actus in flumine publico.*

56. 24. *Illatio. Vsurpant regale ius cudendi monetas.*

57. *Simpliciter & generaliter inferre posse quemlibet Principem & statum in suo, quod potest Imperator in universo, non solum temerarium, sed & periculi plenissimum æstimatur.*

58. *Prædicta theorica communis quidem, magno tamen errore inducta.*

59. *Principes, Comites, aliiq; regali dignitate præditi non eandem potestatem & authoritatem quam Imperator, obtinent.*

60. *Proceres & status imperii Solem, hoc est, Imperatorem tanquam radiantia lumina circumsident.* 61. *Sol minora sid ra per se satis lucida, maiori suo lumine obfuscat, & abscondit.*

62. *Lata lege Regiâ omnis potestas, ius, & dignitas in Principem Romanum collata est.*

63. *Omne bonum est communicativum sui.*

64. *Imperator munificus & gloriosus iurisdictionem & dignitates distribuere dicitur, sicut Aquila prædam suam*

65. *Imperator est caput imperii. Proceres pia eiusdem capitis membra.* 66 *A capite omnis motus derivatur in reliqua membra: Ita iurisdictiones, regalia, & dignitatis iura ab Imperatore ad Proceres, & status imperii.*

67. *Rei magnitudo requirebat, in curarum partes viros fortes assumere, eosq; dignitate illustri donare.*

68. *Præfectus urbi olim omnibus magistratibus urbanis antecellebat* 69 *Præfecti prætorio tanta erat potestas, ut ab eius sententia appellare fas non esset.* 70. *In Provincia Præsides & Proconsules summam post Principem potestatem habebant.*

71. *Translato ad Germanos imperio amplissima iura territorialia unde orta.*

72. *Per imperatoris concessionem Maiestas eius, & suprema potestas non imminuitur, sed magis honorabilis, magisq; timenda efficitur.* 73. *Procerum præsidio dextra imperialis potentia roboratur.*

74. *Quanto quilibet præest maioribus, & dignioribus, tanto & ipse maior habetur & dignior. Ex dignitate subditorum nascitur superioris præeminentia.*

75. *Imperator quoad regalia & iurisdictionem instar maris est, quod fluminum concursu neq; augetur, neq; minuitur.* 76. *Ex ipso tanquam fonte iura superioritatis promanant, ad eundemq; tanquam Oceanum refluunt, & recurrunt.*

77. *Ius summæ potestatis est perfectum, & absolutum.*

78. *Imperatoria maiestas, solis instar, radios dignitatis suæ variè spargit, lucere tamen & splendere ipsa non desinit.* 79. *Quod eleganter expressit Fridericus II Imp. in privilegio Ducibus Austriæ concesso.* 80. *Et in investitura Wenceslai I. Bohemiæ Regis.* 81. *Item in privilegio Bohemis à Carolo IV. concesso.*

82. *Imperator Proceres imperii, sui splendoris & dignitatis participes facit, salvâ, & illæsa maiestatis suæ autoritate.*

83. *Per*

81. *Per istam concessionem Proceres Imperatori non pares efficiuntur, & quasi collega.* 84 *Vasallos, non socios & Imperatores facere cogitat Princeps, feuda cum regali dignitate, & omnimoda iurisdictione concedens.*

85. *Proceres imperandi in alios ius à Cæsare nacti, eiusq; beneficio tantam potestatem consecuti sunt.*

86. *Actus agentium non operantur ultra intentionem, à qua omnis regitur dispositio.*

87. *Summus Princeps inferiores assumpsit in partem sollicitudinis, non plenitudinem potestatis.* 88. *Nec ad minuendam Maiestatem, sed laborem, curas, & sollicitudinem.* 89. *Et ut devotiores Imperatori, & adversus hostes alacriores essent.*

90. *Imperator assumendo aliquem in partem sollicitudinis, censetur quidem communicare iura illa Regia, salvâ tamen Maiestate imperii, & superioritate imperiali.*

91. 103. *Conferuntur iura illa non abdicativè, sed communicativè. Adiuvandus est summus Princeps beneficiis in curarum sollicitudine, non decipiendus, aut defraudandus.*

92. *Omnis concessio, quocunq; modo facta intelligenda est salvo iure superioritatis.*

93. *Suprema iurisdictio & potestas regia, est ipsa forma & substantialis essentia Maiestatis.*

94. *Suprema iurisdictio summi Principis à corona, & sceptro Cæsareo inabdicabilis est & omnis concessionis nescia.* 95. *Quam abdicare nec potest, si vellet, nec velle credendus est.* 96 *In ea hæret humidum radicale, & facultates vitales ipsius animæ Principatus exercentur.*

97. *Maiora & reservata nec à Principe concedi possunt, nec ab inferiore peti debent.*

98. *Pharao Ægyptiorum Rex concedendo Iosepho omnem potestatem in regno suo, supremam potestatem, & solii regii Maiestatem sibi reservavit.* 99. *Quæ reservatio ipso iure isti concessioni annexa fuisset, etiamsi eius expressè Rex non meminisset.*

100. *Rex concedens castrum cum omni iure, non videtur concessisse ius regium.*

101. *In omni concessione etiam generali semper intelligitur excepta persona loquentis.*

102. *Princeps non videtur legem sibi imposuisse, nec parem sibi creare quis censetur.*

104. *Proceres quæ habent, per infeudationem habent, sicq; beneficio & auspiciis Cæsarum exercent.* 105. *Suntq; fiduciarii ac vicarii Imperatoris perpetui.* 106. *Indeq; se subiectissimos Cæsareæ Maiestatis in literis profitentur.* 107. *Hæc formula summam venerationem, fidelitatem, & obsequium arguit.*

108. *Ratio dubitandi. Regalia maiora sunt iura Regia supremæ Maiestati propria, & in signum supremæ præeminentiæ tributa* 109. *Propria sunt incommunicabilia.* 110. *In signum supremæ præeminentiæ tributa non sunt concessibilia.*

111. *Respondetur ad dubitandi rationem. Propria sunt incommunicabilia in subiecto separato, non verò in subiecto unito.* 112. *Exemplo animæ qualitates vitales corpori impertientis.*

113. *Imperator caput, cui Proceres imperii tanquam pia membra uniuntur.*

114. *Imperatorem Proceres imperii partem sui corporis agnoscunt.*

115. 116. *In vim singularis privilegii Imperatori tributa, concessibilia sunt, in signum autem supremæ superioritatis & præeminentiæ tributa non item. Sed à dignitate Imperatoria avelli non possunt.*

117. *Differunt regalia à Majestate tanquam effectus à causa, vel ut adjunctum & subjectum.*

118. *Multa & magna concessa sunt Proceribus & statibus imperii, plura verò & majora sunt reservata Imperatori.*

119. *In ipso communicante major semper remanet potestas illa, quæ communicata est.*

120. *Summum imperii caput multa suprema majestatis jura exercet in universo imperio, quæ tamen quilibet Princeps & status in suo non potest exercere territorio.*

121. *Reservata Imperatori enumerantur.* 1. *Solus Imperator summus est imperii curator, & caput summum, universale dominium totius orbis Romani habens.*

122. 2 *Solus Imperator leges universales Procerum consilio & suffragio conceptas imperiali authoritate promulgat.*

123. 3. *Solus belli publici pro imperii salute ex consilio Procerum gerendum indicendi jus habet.*

124. 4. *Solus deliberatione cum Proceribus habitâ indicit collectam generalem.*

125. 5. *Solus nova vectigalia erigit, vel aliis erigendi vectigalia licentiam concedit.*

126. 6. *Solus concedit repressalias.* 127. *Quæ concedendi facultas neq; Electoribus, neq; aliis Principibus competit.*

128. 130. 7. *Solus habet jus legitimandi spurios, & natalibus restituendi. Legitimatio est donum summi Principis, & de reservatis Imperatori.* 129. 130. *Inferiores à summo Principe, nec legitimare, nec alios actus Principi in signum Majestatis reservatos exercere,*

cere, aut usurpare posse, verior, & aequior est opinio.

131. 8. Solus usurpant jus totaliter restituendi famæ, & honoribus, per universum imperium.

132. 9. Solus in imperio conced t jus erigendi Academias. 133. Academia Giessensis Anno. 1607. à Ludovico Hassia Landgravio fundata, à Rudolpho II. Imp. privilegiis donata, Anno 1624. Marpurgum translata est.

134. 10. Solus Imperator habet jus instituendi cursores publicos, qui postæ appellantur. 135. In Galliis ejusmodi Postas Ludovicus XI. Galliarum Rex primitùs instituit. 136. In imperio non nisi Imperatori ius universales postas instituendi competit. 137. Die Keyserliche Hoff- und Reichs Post/ est Imperatoris, & imperii singulare Regale.

138. Etiam alii Principes in suis ditionibus postas habent, sed privatas.

139. 11. Solus Reges & Principes creat in imperio, & de regalibus feudis investit. 140. Etiam alii Reges in suis regnis Ducum & Principum creandorū jus usurpant, videlicet, Gallia, Hispania, Anglia, Dania, &c.

141. 12. Solus veniam ætatis indulget.

142. 13. Solus absolutâ, & legibus solutâ utitur potestate, & nullius in terris imperio subest.

143. 14. Solus ex plenitudine potestatis imperat. 144. In nullius inferioris Principis rescriptis reperitur clausula isthac, ex plenitudine potestatis.

145. 15. Solus nobilitat, vel nobilitandi potestatem concedit.

146. 16 Solus concedit in imperio jura territorialia, eiq; annexas regales dignitates

147. 17. Solus Bannum imperiale ex plenitudine potestatis irrogat, privilegiis & immunitatibus privat. 148. Et solus rursus restituit, & à Banno absolvit. 149. Exempla recentiora adferuntur in Principe Anhaldino, Comite de Hohenloe, &c.

150. Inferiorum Principum banna extra territorium non extenduntur, & rectiùs proscriptiones, relegationes, quàm Banna appellantur.

151. Banniti ab Imperatore ex toto orbe Christiano banniti censentur, ut in nullo regno securitate gaudeant. 152. Bannitus ab Imperatore mundi Domino, omnibus juris beneficiis exuitur. 153. Ab inferiore bannitus amittit saltem jura provincialia ex qua relegatur.

154. 18. Solus utitur in imperio Majestatis appellatione.

155. 19. Solus in imperio concedit regale cudendi monetas, & abutentes eodem privat.

156. 20. Solus concedit jus nundinarum universalium, seu publici mercatus, in loco aliquo certo.

157. Declaratur supra proposita theorica, quemlibet posse in suo, &c procedere. 1. Quod jura territorialia, & regalia, non vero quoad iura imperialia, &c.

158. 2. Declaratur procedere, quoad iurisdictionem ordinariam, & omnimodam, non quoad absolutam potestatem. 159. Concessâ iurisdictione omnimodâ, non veniunt reservata absoluta, & summa potestatis.

160. Actus à Proceribus contra iuris scripti autoritatem perficiendi, ex plenitudine potestatis Imperatoria sustinentur.

161 In Principis summi iuditio nullitates non attenduntur, neq; actum vitiant.

162. Suprema potestas differt ab ordinaria. Camera imperialis non absolutâ, sed ordinariâ utitur potestate, & iurisdictione.

163. 3. Declaratur, procedere, non simpliciter & absolutè, sed respectivè & cæteris paribus, &c. 164. Fallatia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. 165. 166. Quilibet dicitur Rex in sua domo. 167. Non absurdum est dicere, posse quemlibet in sua domo, quod potest Imperator in sua. Et quomodo?

168. 4 Declaratur, jura Principum esse proxima iuribus imperialibus, atq; affinia, non tamen eadem, & propria. 169. Principes possunt in suo, quod Imperator in universo, similitudine iuris, non paritate, & plenitudine potestatis.

170. 5. Declaratur procedere in Principibus superiorem non recognoscentibus, & qui sunt in quasi possessione plenitudinis potestatis. 171. In superiorem recognoscentibus non item. 172. Nemo privilegio utitur contra eum, à quo illud obtinuit.

137. Ius quod ab Imperatore vigore Majestatis exercetur, alicui concessum in eo, cui conceditur, desinit esse tale, & incipit esse ius territoriale vel regale, &c.

174. Concessione facta à Principe omnis iuris, quod habet, non transeunt ipsa reservata.

175. Cuiusq; agentis vis recipitur ad naturam subiecti recipientis.

176. Omne receptivum recipit non per modum imprimentis, sed per modum receptivitatis.

177. Non quodlibet ius in quolibet subiecto pariter consideratur.

178. In quolibet actu præsupponendi termini habiles.

179. Omnis inferior summo Principe, eumq; recogno-

cognoscens inhabilis est ad recipienda & exercenda iura maiestatis, &c.

180. *Respondetur ad illationes suprà positis, declarando. Ad 1. Imperator leges fert iure Maiestatis, & absoluta potestatis. Proceres & status imperii iure territorii.* 181. *Omnium Principum leges per Imperialem legem corrigi, abrogari, & declarari possunt.* 182. *Excipitur iuris Saxonici privilegium.*

183. *Maiestatis & summa potestatis est, ferre legem universalem.*

184. *Etiam Proceres ex permissione iuris communis legi universali derogare possunt.*

185 *Leges provinciales & statuta condere, potius est de quadam iuris permissione, quàm de absoluta superioritate.*

186. *Omnibus iurisdictione praditis, secundum modum concessa vel possessa iurisdictionis statuta condere permissum est.*

187. *Ad 2. illation. Iura belli sine superioris permissu nullus in imperio habet, nisi Imperator.* 188. *Status imperii pro tuenda imperii salute non nisi de permissu summi Principis arma movere possunt.* 189. *Nec militem insciis Ducibus circularibus conscribere iure possunt.*

190. *Susceptis armis in Camera, vel aula Casarea mandata a vocatoria sub pœna Banni decernuntur.* 191. *Excipiendus casus necessitatis, & ubi periculum in mora.*

192. *Ratio dubitandi.* 193. *Ratio decidendi. Diversa sunt agere aliquid de alicuius permissu, & agere de consilio & suffragio.* 194. *Imperator iuxta capitulationem bellum suscipit cum consilio, consensu, & suffragio Procerum. Proceres verò de permissu Imperatores.*

195. *Suffragari & consentire etiam in inferiores, & subiectos cadit, salvâ superioris Maiestate.* 196. *Suffragio isthac plerumq; solet fieri cum contestatione subiectionis, reverentia, & devotionis.*

197. *Olim maioribus provinciarum Magistratibus armorum & legum potestas facta fuit, iure saltem administrationis.*

198. *Ad 3. illation. Resp. Proceres imperii habent iura territorialia non per prius, sed per posterius. Solus Imperator per prius habet territorium. Principes ex concessione imperiali.* 199 *Solus Imperator habet iura territorialia, ut ea erigere, & in aliquem transferre possit.*

200. *Ad 4. illation Principes imperii Dei gratia intra sua accepta ferunt, imperatorem tamen de iis recognoscunt.* 201 *Nullus Electorum aut Principum ad imperatorem literas dans, titulum istum Dei gratiâ usurpant* 202 *Etiam olim Duces & Principes, & his inferiores eâdem intitulaturâ usi fuerunt.*

203. 204. *Ad 5. illation. Respondetur*

205. *Ad 6. illation. Status imperii ius indulgendi ex concessione Imperatoris, & longi temporis praescriptione usurpant.* 6. *Limitatio.*

207. *Ad curam summi Principis pertinet, ne iustitia in suis provinciis negligatur.*

208. *Omnes status imperii Deo & imperatori tenentur redere rationem administrationis sua.*

209. *Propter denegatam, vel neglectam iustitiam ad Imperatorem causa devolvitur.*

210. *Imperator potest animadvertere in status imperii, ius & iustitiam negligentes, aut delicta impunita relinquentes.*

211. *In ipsos etiam status delinquentes in propriis territoriis Imperator criminalem iurisdictionē habet.*

212. *Singularis olim pœna constituta fuit apud Suevos, & Francos. in illustres & nobiliores imperii cives, ut canem collo iniectum portarent.* 213. *Fridericus Imper. Henricum Palatinum, aliosq; Comites Germania canem humeris portare per mille passus pro pœna coëgit.*

214. *Hodiè pœna banni in violatores pacis publica & privato dignitatum & privilegiorum frequentatur.*

215. *Ad 7. & 8. illation. Proceres imperii habent securitatem & ius conducendi, sed cum recognitione Imperatoris.*

216. *Lesa securitate statuum censetur etiam lasa securitas Imperatoris.*

Vulgata & trita est tam in foro quàm Scholis, illa Dd. theorica: † Posse quemlibet 1
Principem & iura territorii habentem, in suo, quod potest Imperator in universo, idque in consequentiam Dignitatum imperialium, Bart *in l. infamem, num* 14. *ff de public. judic.* Alexand. *consil.* 2. *num.* 9. *volum.* 2. Prosp. Farinac. *in pract. crimin. de inquisit q.* 6. *num.* 7. Decian. *resp.* 5. *num.* 17. *volum.* 4. Marant. *in disput.* 6. *num.* 14. Cacher. *decis. Pedemont* 88. *num.* 17. *ubi de Duce Sabaudia hoc infert, & ante eum* Jacobin de S. Gregor. *in tractat. Feud verb. Carolus Dux Sabaud. vers. Dubitatur etiam.* Claud. Bertazol. *in addition ad consil. Bartholomai Bertazol.* 285. ubi de † Duce 2
Ferrariæ quod Imperatoris loco habeatur in suo Ducatu, tradit Paul. Castrens. *consil* 128. ubi

3 de Duce † Mediolani hoc asserit, dicens, quod ex eo solo, quod ipsi sit concessus Ducatus Mediolani cum aliis terris, factus sit in illis locis Princeps perpetuus & non temporalis, & quod censeatur in illum in consequentiam translata omnis potestas imperialis in terris illis, ut ea uti possit vice imperii, cum Imperator ibi nullam jurisdictionem exerceat per alium quàm per illum, quem allegat & sequitur Hieron Schurff. accom-
4 modando illud † ad Duces & Principes Germaniæ, & de iisdem Wesenbec. *consil. 27. sub num. 28. & 19.* ubi ex Bald. dicit, quod hi Principes magis in suis Ducatibus assimilentur Principibus, quàm Præsidibus, Henning. Göden *consil. 1. de auri & argenti fodin. num 4. & consil. 2. in princip.* Andr. Knich. *de iur. territor cap. 1. num. 127. & 133.* Udalric Zas. *2. con. l. 1 num. 21.* Paurmeist. *lib. 2. de iurisd cap 4 num. 42.* Johan. Gœdd. *in resp. cons. iur. de restit. Baron. Valliend. num. 463.* Henric. Bocer. *de Collect cap. 4. num. 5.* ubi quod vicem Imperatoris obtineant hi Principes, Meichsner. *tom. 1. lib. 1. decis 8. num 21. fol* 803. ubi dicit quod Principes in suis Ducatibus perpetuò investiti consequenter Imperatoris vicarii in patria sua effecti sint, Andr. Geil. *lib. 1. de pac. publ. cap. 6. num.* 10. ubi id ad imperii Civitates Liberas extendit. [Præ-
5 ter allegatos † add. Zas. *consil. 15. num. 49. & sequentib. lib. 2.* Farinac. *de crimin. læs. Majestat. quæst. 112. num. 184.* ubi id multis exemplis illustrat: Cacheran. *decis. 30. num. 4.* ubi de Duce Sabaudiæ *& decis. 88. num. 17. decis. 155. num 1.* Dauth. *de Testament. rubr. efficiens Testamenti, sub num. 36. vers.* idemque de Electoribus Bernh. Grav. *in proœm. pract. conclus. num. 24.* Menoch. *consil. 1. num. 158.* ubi de Duce Sabaudiæ *& num. 159.* ubi de Marchione Montisferrati, quod in suo Ducatu jura imperii & omnimodæ potestatis habeat. Socin. Sen. *consil 66. col 6. lib. 3.* ubi de Duce Mantuæ. Cardin. Tusch. *pract. conclus. 402. num. 7. lit. F. verb. Florentinorum facta* ubi de Florentinis *& conclus. 70. lit. V. verb. Venetorum laudes. ubi de Repub. Veneta, & in verb. Barones, ubi multa congessit pro regula* Paul. Paris. *consil. 25. num. 53. vol 1.* ubi in genere de Marchionibus & Comitibus Italiæ qui habent in territorio suo jura regalia hoc affirmat. Zas. *2. consil. 48.* ubi de Archiducibus Austriæ, quod tantam habeant in suo Archiducatu potestatem, quantam Imperator in imperio, Vult. *1. consil. Marp 16 nu. 46. & 3. consil. 18. num. 82.* ubi de Archiepiscopo, quod in suo territorio idem jus habeat, quod Imper in imperio Idem de Duce Ferrariæ & Mantuæ infert Menoch. *consil 92. num. 32.* non obstante quod ratione Feudi recognoscant, ille Pontificem, hic Imperatorem, nihilominus tamen quilibet horum in suo Ducatu, condendi & abrogandi legem, potestatem habeant, & quod in eorum Ducatu Reges dicantur, Cothman. *consil. 29. n. 21. vol. 3.* Geil. *1. de pac. pub. c. 6. num. 10. & 11.* ubi de Principibus & Civitatibus Germaniæ scribit Modestin. Pistor. *consil. 24. num. 1. volum. 1.* Schrader. *de Feud. part. 2. partis nona princip. sect. 10. num. 36. & seq.* qui itidem de Germaniæ Principibus loquuntur. Köppen. *decis. 20. num. 4.* Lather. Husan. *de cens. lib. 1. cap. 3. n 6.* Unde illud vulgi ore jactari cœpit; **ein jeder Herr ist Keyser in seinem Lande**, uti & vox ista Principibus non infrequens: Ego tibi sum Imperator in territorio meo, teste Johan. Oldendorp. *Class 2 act. 9. vers. quascunque.*] Coruscant † etenim nostri Principes 6
& status præeminentiis Imperatori indultis, Andr. Knich. *de jur. territ. c. 1 num. 176* Borchol. *de Feud. cap. 7 num. 37.* Ziegler. *in commun. conclus ad aur prax. Calvol. §. Landsassii, num. 109.* [Et in suis terris privilegio & reservatis imperatoriis utuntur Bald *in l. sancimus, num. 5. C. de donat. inter virum & ux.* Dauth. *de testament. rubric efficiens Testamenti sub num. 36. vers. idemque de Electoribus.* Accommodantur enim illis Leges & jura loquentia de Imperatore, Ruland. *de Commiss. r. & commiss. part. 1 lib 5. num. 25. lit e.*] Unde communiter Dd tradunt, hodie imperium † scissum esse, 7
& jura imperialia quodammodo divisa in Duces, Comites, Barones & Civitates, Accurs. *in rubric C. de stud. liber urb Rom.* Bald. *cons. 195. l. b. 2. qui allegantur apud* Gylman. *in symph. supplic. Tom. 2. part. 1. vot 5. num. 21.*] Ratio hujus † esse 8
videtur, quod ejusmodi Principes perpetui territoria sua accipiant in Feuda, cum eodem jure quo Imper. & imperium tenuit, Dauth. *de testam. rubr. de mutand. testam. potestat. num. 86. fol. 82.*]

Infertur ex hac communi conclusione: Quod 9
† licet leges & statuta condere summæ Majestatis sit symbolum, Bodin. *1. de repub. cap. 10. pag. 240. & dixi supra Class. 2. cap. 2. sub num. 15.* Electoribus tamen, Principibus & aliis imperii statibus, jus est, leges & jura provincialia promulgare, contrarias abrogare & jura communia inconsulto Imperatore tollere, testis est Andr-

Knichen.

Knichen. *in d. tract. de jur territ. c.1.num* 179. [*& in tractat. de Autocrat num* 1348. *& aliquot seqq.*]
Schrader. *de Feud. p.2 non part. princip. sect.*19. *num.* 36. *& seq.* Dauth. *de testament. num.* 36. *&* 8.. *vers. tum quod Princip[e]s*, Pruckman. *consil* 13. *num* 82.
Nicol. Everhard. Jun. *consil.* 22. *num.* 6. Meichsner *tom.* . *lib.* 1. *dec* ∫.8. *num.* 47 Tob. Paurmeist.
lib. 1. *de jurisd. l.*6. *num.*12. Andr. Geil. *de arrest. Imper. cap.* 9. *num* 1. ubi in specie in imperii Civitatibus illationem hanc exemplificat, add. Zas. *in l. omnes populi, de just. & jur.* Nichard. *consil.* 2. *nu.* 2. ubi id etiam ad Nobiles extendit. Quod ita procedit, ut Camera quæ est summi Principis
10 consistorium † secundum leges & statuta provincialia & Municipalia pronunciare teneatur, *text. in Ordin. Cam. part.*1. *tit.*56. Quod tamen se-
11 cus fuit olim in Præsidibus † provinciarum, qui contra jus statuere nihil potuerunt, *text. in l. formam, C de offic. præfect. Prætor.* Bart. *in l omnes populi in* 1. *q. ff. de iust. & iur.* Prosp. Farinac. *in pract. crimin. de delict. & pœn. num.* 19 Et quamvis ho-
12 die etiam inferiores † Magistratus & Municipales Civitates statuta condant, id tamen non nisi superiorum permissu tacito vel expresso facere possunt, Wesenb *in parat ff. de legib. num.* 3. Zas *ad l.* 9. *n.* 8 *ff. eod.* Geil. *d c* 9. *n.* 2.
13 Infertur 2. Quod jura belli † & armorum pariter summi Principis Majestati adhærent, ita ut qui jure Romano bellum injussu Principis gesserit, delectum vè habuerit, aut exercitum comparaverit, læsæ Majestatis argueretur, respondente JC. Marciano, *in l* 1 *ff. ad L. Iul. Majest.* & in eandem sententiam rescribentibus Valentinian. & Valent. Impp. *in l. un. Cod. ut armorum usus, &c.*
14 Principibus tamen † Germaniæ, ex antiquissimo libertatis prætensu & novissimo imperii iure concessum est, ut possint cogere militem in propriam & aliorum salutem, secundum Constitutionum imperii præscriptum, R. I. zu Speyer / de Anno 1526. §. Darauff & passim in Recess. de Anno 1548. de Anno 1555. de Anno 1564. de Anno 1566. de Anno 1570 Waremund. ab Ehrenberg / *de fœderib. lib* 1. *c* 2 *n.*56. Anton Fab *in Consult. de Ducat. Montuferr. pro Duce Sabaudia part.* 1. *p.*241.
15 Indeque delectum † agere Außmustern / R. A. de Anno 1564. §. Ferner dieweil ibi, vnnd soll nochmals ein jeder Stand jährlich die seinen selbst
16 Mustern: ad arma † convocare jure territorii possunt, Andr. Knich. *de iur. territ cap.*3. *num.*238.

Habent jus † fabricandi & parandi tormenta bellica Geschütz / Geschirr / vnd Munition / R. A. de Anno 1555. §. Vnd demnach ein Kriegsvolck zu Roß: [Reichs Abschied zu Speyer / de Anno 1570. § Sintemal auß hochbewegenden / ꝛc. ibi, welcher massen ein jeder Kreyß mit seinem erwehlten Obersten / zu- vnd nachgeordneten / auch andern Befelchs Leuten / Geschütz / Artelerey / Munition / vnd was darzu gehörig / in guter gewisser Bereitschafft stehen / ꝛc.] 17
Jus † Armandiæ & Armamenta 18
Zeug- vnd Rüsthäuser: jus muniendi arces & ex- 19
struendi fortalitia Festungen vnd Vestungen zu bawen / quod ipsum Majestatis particulam asserit, Arnisæ. *de jur. Majestat. lib.*1. *c* 5. *num.*8. & ad regalia pertinere docet, Andr. Knich *de iur territ. c.*3. *num.*239 Sixtin. *de regalib. lib.* 2 *cap.*1 *nu.*15.

Habent etiam status & Principes imperii jus † sequelæ Folg vnd Reiß / cuius vigore subditi Principem vel alium Magi[illegible]um suum superiorem bellum moventem, vel ab aliis moto resistentem, sequi tenentur, Andr. Knich. *in verb. Ducum Saxoniæ, c.*5. *nu* 310. Ruland. *de Commiss. part.* [illegible] *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 4. *& c.*3. *n.*9. Matth. Wehner. *in pract. observ. verb.* Folg / Reyß / Dienst, Matth. Stephan. *de iurisd. lib.*2. *p.*1. *c.*7. *n.*4?0.

Juri bellico connexum est jus † fœderis, ita ut 20
à pari dicantur procedere jus belli & fœderis: Hinc Principes & status Imperii fœdera quę pu-
blicæ † pacis & securitatis causa fiunt inter se fe- 21
rite possunt, *Aur. Bull. Carol. IV. tit.*15 ibi: Jedoch Gebündt vnd verbündnuß / so die Fürsten / Stätt / vnd andere / wegen gemeines Landfriedens auffgericht / auffgenommen / *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.*9 §. So jemand. ibi, seine Freunde / Helffer / Waremund. ab Ehrenberg / *de Fœderib. lib.*2. *c.*2 *n.*13. Bod. 1. *de repub. c.*7. *circ. fi. p* 122.
Infertur 3. Quod Principes † & status imperii 23
in suis districtibus jura territorialia & regalia usurpant, eique annexã omnimodam iurisdictionem criminalem & civilem die hoh: Landes Herrliche Gerechtigkeit / mit allen Gerichten / obrist / mittelst / vnd nidrist / mit allen ihren Ehren / Würden / Freyheiten / Nutzen vnd Zugehörungen, Andr. Knich. *passim in tract. de iur territ. & dixi supra hac Class. cap.* 1. 2. *&* 3. *passim* Ernest Cothman *respons. Academ.* 1 *n.*260.
Infertur 4. Quod inde etiam Principes & alii
superiores immediati hisce similes, † Gratiæ Dei 24
suam dignitatem acceptam faciant, non minus quàm, summus Princeps, juxta receptam in literis & edictis formulam. Wir von Gottes Gnaden / Bodin. 1. *de republ. c.*10. Matth. Steph. *de iurisdict.*

Pp 3 *part.*7.

part.7 lib.2.cap.7.num.41. quod tamen in Gallia neminem absque crimine læsæ Majestatis scribere audere testatur, Monsieur de Serrez *lib 1 inventar.quem allegat.* Auct.*de iur. Principat conclus.*
25 *88.lis.B in notis.*[Et sub Carolo VII.in Gallia taliquem qui se DEI GRATIA Comitem Armiñacem, inscriberet, fuisse propterea Majestatis accusatum, cum videtur his verbis liberare se Regiâ potestate, unumque se, non Regem velle observari, Æzodi.*rer.ab omni antiquit.iudicat lib. 7 cap 9.* Et alios hoc titulo superiorem non recognoscentes uti, scribit Baro *de Benefic.Feudal.lib. 2.c.1.per text. in c.quod.jure distinct.*8.quem allegat Menoch.*consil.1.n.104.*]

26 Infertur 5. Quod Principes † & status imperii habeant jus restituendi famæ, *arg l.1.§.fin ff.de quæstion.l.Divi fratres ibi:*vel integrum restitutio, *ff. de pœn.* Reichs A. zu Speyer/ de Anno 1526.§. Und wiewol der gemein Mann/ ibi:so soll ein jede Obrigkeit Macht und Gewalt haben/ihren Underthanen/so sich in Gnad und Ungnad begeben/ va nd gestrafft worden sind/ nach Gelegenheit vnnd jhrem Gefallen/ widerumb in Standt/ihren vorigen Ehren zu setzen/ zu qualificiren/vnnd geschickt zu machen/ Raht vnd Gericht zu besitzen/Kundschafft zu geben/vnd Ampt zutragen/ ec.Quod ad summi Principis reservata refertur, Bald.*consil* 350. Cardin. Tusch *pp.conclus.695.n.2.*]

27 Infertur 6. Quod Principes † & status imperii habeant jus indulgendi delicta & remittendi pœnas capitales, *arg.l.ad. bestias. ff.de pœn.d.recess. de Anno* 1526 §.Es soll auch Es.§.*seq.* Thom.Mich. *de jurisd. conclus.76 lit. B.* quod tamen proprium
28 est † summi Principis. *l.relegati ubi* Bart *ff de pœn.* Paris.*consil.9. num.99.lib.4.* Bart.*ubi in l acta,§.amplianda,ff de re jud* Cachetan.*deci. Pedemont.*101.*nu.* 3.4 [Cardin. Tusch *pp. conclus.695.n.1.lit.P.*]ubi reddit rationem; quia remittere peccatum est supra legem, *Matth.* 10. *Marc.* 1 *Luc* 5.& contra legem, Innocent. *in cap.cum P. Tabellio, num 2.de fid. instrument.* Gœdd. 2.*consil. Marp.* 27.*num.*12. *iunct. num.* 58. *&* 59. Bodin. *de Repub. lib.1.c.ult.*]
29 Indeque in Regnis Hispaniarum † & Neapolitano inferiores à Rege hanc potestatem non habere scribit Azeved. *lib 8.tit. de los.perd nnes & post eum* Don. Garf. Mastrill. *ad indult.General Philipp.3.Regis Hispan.cap.2.num.4.7.*& hanc esse communem opinionem dicit Sfort. *de restitut. in integr.part.2.quæst.92.num.90.& seq.*& ab ea neque in consulendo neque injudicando recedendum esse dicit Prosp. Farinac *in tractu.crimin.tit.de inquisit. quæst. 6.num 2.* ita ut ne consuetudine contrarium induci possit, Avendag.*de exequend.Mandat. lib.1 cap.7.num.12.* quem allegat & sequitur Don. Garf. Mastrill *d. d. modo loco.*Et ita in causa Comitum Valpergia & S Martini contra fiscum in summo Pedemontium Senatu, judicatum & decisum testatur, Cacher.*dict. decis.*101.*in fin. & ibid. sub. num.3.* generaliter tradit quod † vicarii 30
imperii non possunt remittere seu indulgere delicta, nisi in privilegio vicariatus essent verba hoc importantia, prout in privilegio serenissimi Ducis Sabaudiæ esse testatur. Verùm quicquid sit in aliis regnis, in Germaniæ Principibus hodie dubium non est, quin qui potestatem indulgendi & remittendi delicta capitalia, quatenus tamen Divini juris non refragatur auctoritas, habeant, sive ex speciali concessione, sive ex immemorialis tẽporis privilegio hoc ipsum obtineant. Et quod Cacherani tradita attinet, nõ huc pertinent: quia is non de Comitibus imperii ab Imperatore immediatè, sed à Duce Sabaudiæ investitis loquitur. [Extende hanc illationem procedere, † non 31
solum in condemnato ab ipso Principe sed etiam ab alio ejusdem Landsassio sive inferiore, qui est sub ejus Dominio, etiamsi is jurisdictionem sive merum imp. rium, jure utilis vel directi Dominii habeat, uti in facti contingentia decisum scribit Hartman. Pistor *observat.* 165 *n.5.& seqq.* Quod notandum contra Landsassios habentes merum imperium. In Hassia tamen non memini, neque audivi id contigisse aut practicarum fuisse.]

Infertur 7. Quod status † & Principes imperii 32
habeant jus concedendi securitatem & salvum conductum bannitis, *arg dict.l.relegati ibi commeatumvè.ff de pœn.* Thom. Mich *de iurisd.d.concl.76. lit.c.*[R. A. zu Speyer/de Anno 1570.§. Wir wollen auch hiermit/ Conf. Matth. de Afflict. *decis.4.n. 2.& decis 5.*]

Infertur 8 Quod habeant † jus conducendi 33
peregrinantes per vias publicas die Gleidliche Obrigkeit/auff freyer Keyserlichen Heer-vñ Reichsstrassen/ Andr. Knich. *de Saxonic. non provo. and. iuram, c.5.n.*103. & hoc habent tanquam partem jurisdictionis territorialis, Wesen ec. *conf.*33.*n.*3. *&* 10. [Idque conducendi jus † in via publica, de 34
vetusto more, ad jura Regia pertinere, patet ex sacris, *Gen. cap* 12.*in fin.*ubi Pharao præcepit viris suis, ut Abrahamum unà cum Sara conducerent. Et est *text. in c.un quæ sint Regalia.* Mynsing.5.*obs.* 70.*nu.*9 *&* 10.Ceil.2. *observ.*64.*num.*3.4 Sixtin. *de Regalib.c.*2.*n.*42. *& ibi allegati,lib.*2. Meichsn.

Tom.

Tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 172. in causa Ingelheimb *contra* Pfaltz/ *vid. supra hac Class. cap. 4. post nu. 233. & seqq.*]

35 Hunc juri salvi conductus † non tantum securitas & defensio, sed etiam punitio facinorosorum inest, sine qua illa consistere non potest, *l. congruit, ff. d. offic. Præsid. l. 1. §. quoties. ff. de offic. præfect. urb.* Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 2. num 39.* tum etiam quia Dominus territorii hoc jus usurpans

36 tenetur deprædato resarcire † rapinam in suo territorio commissam, per ea quæ tradit Zas. 1. *consil. 14. per tot.* Andr. Geil. 2. *observ. 64. per tot.* Mynsing. 5. *observ. 70.* Sixtin *d. cap. 2. num 36. fac. aur. Bull. Carol. IV. tit. 1.* R. A. de Anno 155[illegible]. §. Nach dem aber ein jeder Churfürst/ & de Anno 155[illegible]. §. Damit dann die Obrigkeiten [Köppen *dic 37.*] *Et*

37 *dicetur pluribus supra suo loco.* Quamobrem † in multis locis aluntur stipendiarii vulgò Ausreuter/ Stallbeuder/ Einspänniger/ ad hoc deputati, ut viatum curam habeant die das Gleid bereiten/ Matth. Wehner. *in pract. observat. verb.* Gleid/ Gleidliche Obrigkeit.

38 Infertur 9. Quod possint concedere † inducias moratorias debitoribus vulgo Anstands-brieff oder Quinquennell de quibus *in l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. quoties, 2. l. universa Cod. de precib. Imper. offer.* Reformation Güter/ Policey Ordnung/ de Anno 1548. *sub tit.* von verdorbenen Kauffleuten/ Thom. Mich. *de jurisd. dict. concl. 76. lit. d.* Anton. Thessaur. *decis. 186. num. 2.* Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. iudic. lib. 1. tit. 2. defin. 6.* [Wehner *in pract. observat. verb.* Anstandsbrieff/ Et novissimè D. Wilhelm. Anton affinis meus honorandus *in tractatu suo erudito de Rescript. Morator. tit. 6. conclus. 12. per tot.*]

39 Infertur 10. Quod Principes † & status imperii possint ex justa & urgente causa, concernente utilitatem publicam rem alteri auferre, per ea quæ tradit Ludolph. Schrader. *de Feud. part. 4. c. 1. num. 40. & 2. part. 9. part. princip. sect. 11. num. 27.* Andr. Knich. *de iur. territor. cap. 1. num. 177.* Ziegler. *in commun. conclusion. §. Landsassii, num. 126.*

40 Infertur 11. Quod in bonis † spuriorum & sine hærede decedentium succedant, Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 9. num. 60. & seq.* Borch. *in d. c. nu. quæ sint regal.* [Anth. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. iudicat. lib. 5. tit. 16. defin. 1. num. 5. & 6.* Cravet. *consil. 128. nu. 4.* Mynsing. *consil. 67. nu[illegible].*] quod olim ad solum Imperat. pertinebat, *l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. l. quidam, 96. §. quoties. t. de Legat. 1.* [Eademque ratione † & ius confiscandi bona damnatorum, casibus in jure licitis sibi vindicant, confer 41
Sixtin. *de regalib. cap. 11. num. 10. & seqq. lib. 2.* Geil. *2. obs. 86. num. 4. & seqq.*]

42 Infertur 12. Quod sicut donatio † ab Imperatore facta liberis in potestate, non confertur, ut tradunt *Dd. ad Auth. ex testamento, C. de collation.* quia talis donatio habetur pro peculio Castrensi, *ut est text. in l. cum multa, C. de bon. quæ lib.* Peculium autem Castrense non confertur. *l. fin. C. de Collation.* Ita etiam à Principibus imperii † facta donatio, habetur pro peculio Castrensi & facta liberis non confertur, ut notavit Bald. *in l. pen. C. de collat.* & post eum notandum dicit pro Principibus, qui multos habent liberos, Johan. Sichard. *ad d. Auth. ex testamento, num. 17. Cod. de collation.* [Et similem illationem adfert Dauth. *de Testament. num. 63.*] 43

44 Infertur 13. Quod possint Principes † & status imperii suos subditos non minus collectare quàm Imperat. universos, qua de re supra hac *Class. cap. 4. §. onerum exactio* pluribus egi. [Vult. 3. *consil. Marp. 35. n. 37. & seq.*]

45 Infertur 14. Quod possint creare † in suis terris Magistratus & recipere Appellationes, qua de re pariter; *d. c. 4. in §. iustitia administratio* actum.

46 Infertur 15. Quod Principes † & status imperii publicum tam Catholicæ quàm Augustanæ Confessionis exercitium mutare jure territorii possint, *de qua re similiter d. c. 4. §. religionis cura.*

47 Infertur 16. Quod possint recipere † Judæos *Reform. Politic. de Anno* 1548. Von Juden und ihrem Wucher/ *Recess. Deput. de Anno* 1577. *tit. 10. in princip.* Sixtin *de regalib. lib. 1. c. 5. num. 1*[illegible] *seqq.* Ruland *de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 4. num.* [illegible] add. Cothman. *ad tit. C. de Iudæ. de quibus infra suo loco adhuc agemus.*

48 Infertur 17. Quod habeant † jurisdictionem forestalem, die Forstliche Obrigkeit/ Forstrecht/ Wäldliche Obrigkeit/ quæ nihil aliud est, quàm jurisdictio, quæ in sylvis aut nemoribus, eorumq; ratione exercetur, Matth. Wehner. *in pract. observ. verb.* Forstrecht. Et consistit in banno ferino & jure forresti quod pulcrè explicat Thom. Mich. *de iurisdict. conclus. 51.* Forst ex proprietate linguæ Germanicæ, nihil aliud, quàm nemus aut sylva, & propriè significat latum nemus, sine clausura, Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 13. in pr.* Jus

Forresti

49 Foresti † in genere acceptum, & bannum ferinum Wildbahn, & jus foresti das Forstrecht in specie complectitur. Est enim totum integrale quod constituitur ex Wildbahn & aliis partibus so dem Forstrecht anhängig/ qua de re latius tractat Matthaeus Wehner. *modo allegat. loc. qui de hoc jure videndus.* [add Meichsner. *decis. Camer 33. n. 1. & aliquot seqq. Tom 3.* Tileman. de Benign. *decis. 1. vot. 1. nu. 30. & seqq.* Idque latius persequitur Referens apud Gylman. *Tom. 2. part. 1 vot. 1. punct. 2. nu. 1. & aliquot seqq f. 31.* ubi quid Forestum altum Wildbahn & similia explicat.]

50 Infertur 18. Quod Principes † & status Imperii habeant jus mittendorum Legatorum seu Ambassiatorum, qui etiam in Comitiis dicuntur der Stände Gesandten vnd Bottschafften/ R. A. zu Augspurg de Anno 1500. sub tit. Wie man mit etlichen Ständen deß Reichs/ & ferè semper in recessibus haec formula reperitur, Mit Churfürsten/ Fürsten vnnd gemeinen Ständen/auch der Abwesenden Räthen/Botschafften vnd Gesandten/ vid. inter alia, R. A. zu Augspurg/de Anno 1555. §. Damit aber/§. Wiewol wir nun/ §. In solcher/ Matth. Wehner. *in observ. pract. verb.* Gesandten.

51 Infertur 19. quod † status & Proceres imperii habeant jus Archivi, per ea quae tradit Rutger. Ruland *de Commiss. part. 2. lib 5. c. 4. n. 18. & mult. seqq.*

52 Infertur 20. quod habeant † Decimas metalli auri & argenti fodinarum & salinarum in fundo privato repertarum, Henning. Göden. *consil. 2. & 3. de aur. & argenti Fodin.* Sixtin. 2. *consil. Marpurg. 27. num. 47. & seq.* Et de Electoribus est *text. in Aur. Bull. tit. 9.* ibidemq; Arum. *in Discurs. 5. conclus.*

53 ...rtur at. Quod Principes imperii † ex interpretum sententia judices esse possint in propria causa, Natt. *consil. 576. n. 1.* Knich. *de jur. territor c. 1. n. 194.* Zas. *ad l. qui iurisdictioni, 10. n. 13. ff de iurisd.* Ernest Cothman *consil. 29. num. 23. volum 3.*

54 Infer 22. Quod status † & Principes imperii habeant jus concedendi Nundinas, in suis ditionibus. Bernh. Grav 2 *pract. concl. 60. consider. 1.* Et ita in Hassia ex arbitrio Principum, quoties visum ex utilitate subditorum ejusmodi concessiones factas memini.

55 Infer 23. Quoad jus † prohibendi piscationes & alios actus in flumine publico, post Bart Castrens. & alios, scribit J öpper, *dec. f. 20. n. 4.*

56 Infertur 24. Quoad Regale jus † cudendi monetas, quod Principes & status plerique usurpant, R. A. zu Nürnberg de Anno 1524. §. Dergleichen hat. Et de Anno 1570. §. Alsdann auch.]

Quis itaque ex hisce & similibus non videt, Principes & Proceres imperii in suis territoriis, & Dominiis idem posse, tam quoad jura territorialia, quàm regalia, imò ipsa etiam Majestatis reservata, quae potest Imperator in universo.

Verùm licet haec & similia, quae pro stabilienda illa vulgata Dd. theorica adferri solent, statuum & Principum imperii dignitatem & sublimem eminentiam satis illustrent & ostendant: tamen inde simpliciter & generaliter † inferre 57 velle, posse quemlibet Principem & statum in suo, quod potest Imperator in universo, juxta allatam Theoricam, non solùm temerarium, sed etiam periculi plenissimum esse existimo. Unde saepè multos, isthac generali assertione, apud Principes, Comites & Barones, maximoperè abuti, experientia teste, scribit Regner. Sixtin. *in percelebri suo tractatu de regalib. lib. 1. c. 5. num. 12 2.* Ideoq; hanc theoricam communem † quidem 58 magno tamen errore inductam esse, ex Jacobin. dicit Borchold. *cap. de regalib. n. 7.* Matth. Wehner. *in pract. obs. verb.* Landesfürstliche Obrigkeit *pag. 463. col. 1.* Quis enim tam turbidae mentis esset, qui Principes, Comites, & alios regali dignitate praeditos, pro Imperatore coleret, inquit Valentin. Forster. *in tract. de success. ab intest. c. 34. n. 32. in fin lib. 6.* [Nec enim † eandem potestatem & au- 59 ctoritatem, quam Imperator, obtinent, Socin. Jun. *consil. 138 num. 6. & 9. lib. 1,* Meichsner. *decis. Camer. 14. n. 59. Tom. 3.*]

Circumsident quidem Proceres † & status 60 imperii, solem suum, hoc est, Imperatorem tanquam radiantia lumina & velut per singulos orbes sigillatim dispersa ut eleganter loquitur Zachar. Viet. *de exempt. concl 4.* Sed sicut sol minora † sidera omnia per se satis lucida, majori suo lumine offuscat & abscondit, quasi non essent: ita & 61 Imperatoriae Majestati inferiores Principes, Proceres & status imperii omnes fasces quasi submittere par est, Rittershus *in descript. vit. Frideric I.* cui accedit Bodin *1. de repub. c. 10 p. 155.*

Et ut ad principium † respiciatur, notum 62 est, quod latâ lege Regiâ, omnis potestas, jus & dignitas in Principem Romanum collata sit, qui inde etiam fons jurisdictionis, in quo omnes dignitatis & superioritatis thesauri reconditi fuerunt, *ut supra c. 2. hac Class. & passim dictum* appellari

pellari meruit. [Confer Paurmeist. *de jurisdict. cap.* 18 *num.* 4. *lib.* 1.] Sed sicut omne bonum, †
63 est communicativum sui, ita etiam tantæ Majestatis & Dignitatis thesaurus absconditus latere non potuit nec debuit, sed per universum imperii corpus diffundi cœpit, ut tanto fieret illustrior, quanto magis in personis illustribus foret conspicua. Ideoque Imperat. Munificus & glo-
64 riosus † jurisdictionem & Dignitates distribuere dicitur, sicut Aquila prædam suam, & non curans in omnibus epulis os apponere, ut inquit Rettaur. Castald *de Imperat. q.* 95. *n.* 2. & ex eo Sigismund Seacc. *de Appellat. q.* 8. *n.* 33.

Præterea monui supra *Class.* 3. *c.* 1. ex multis im-
65 perii constitutionibus, Imperatorem † esse caput imperii. Proceres verò pia ejusdem capitis membra Angesichte Glieder der Keyserlichen Maj. R. A. de Anno 1541 in princ. Quemadmo-
66 dum † à capite omnis motus derivatur in reliqua membra, ita jurisdictiones, regalia & alia Dignitatis jura, ad Proceres & status, tanquam Nobilia illius capitis membra & fulcera tantæ Majestatis, splendorem sustentantia, ceu Aur. Bull. de Electoribus loquitur, dimanare cœperunt. [Confer Bernh. Græv. 2. *concl.* 1. *num.* 51.]

67 Rei namque Magnitudo † requirebat in curarum partem viros fortes assumere, illosque illustri dignitate donare, ut spectatæ virtutis comites essent, Auctoritas & felicitas; tantumque inter reliquos omnes eminerent,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi,

ut sub pastoris habitu canit Maro de Roma sua.

Primis quidem temporibus auctoritate Prin-
68 cipis constitutus fuit Præfectus † urbi, qui omnibus Magistratibus urbanis antecellebat, *l.* 1. *lib.* 3. *de præfect. urb. l.* 2. *de pœn. l.* 6. *de interdict. & relegat.*
69 Deinde Præfectus † Prætorio, cujus tanta erat potestas, ut ab ejus sententia appellare fas non esset, *l.* 1. *de offic. Præfect. Prætor.* In Provincia erant Præsides † & Proconsules, qui & ipsi summam
70 post Principem potestatem habebant, *tot. tit. ff. de offic. Præsid. & Proconsf.* [vid. Knich. *de autocrat Rom Impp cap.* 1. *n.* 159. & *seqq.*]
71 Translato ad Germanos † imperio, Magistratus ad certum tempus, vel ad terminum vitæ constituebantur certis assignatis stipendiis & salariis, qui postea sub fide vasallitica hæreditariè de provinciis quibus præerant investiti cœperunt, unde amplissima illa jura territorialia orta sunt, Cujac. 1. *Feud. tit.* 1. Andr. Knich. *de jur. territ. cap.* 1. *num.* 12. & *seqq.* Vult. 1. *Feud. c.* 1. *num.* 14. Ernest. Cothman 4 *consf.* 3. *num.* 5. Gaild. *in resp. jur. de restit Baron. Vallend. n.* 446 & *dixi supra Class.* 4. *c.* 16. *n.* 23. & *seqq.*

Per hanc tam munificam & prolixam Imperatoris concessionem, Majestas † ejus & suprema 72 potestas, non imminuitur, sed magis honorabilis, magisque timenda efficitur, Bald. *in c. intellecto, num.* 5 *de jurejur.* [Vid. R. A. zu Speyer/de Anno 1570. §. Als dann auch in verbis, dem H. Reich zu Ehren.] Nam horum præsidio † dextera impe- 73 rialis Potentiæ roboratur, mit welcher Hülffe der Gewalt Keyserlicher Macht gesterckt wird/ut de Electoribus loquitur Carol. IV. *in Aur. Bull. tit.* 5. Quanto † enim quilibet præest majoribus 74 & dignioribus, tantò & ipse major habetur & dignior, ut Justinian. Imper. *dicit in Novell.* 15. *inpr.* [Chassan. *in Catalog. glor. mund. part.* 5. *consid.* 19. Andr. Knich. *de autocrat. Rom Impp. c.* 1. *num.* 319. ubi ex Afflict. & aliis scribit, quod ex dignitate subditorum noscatur superioris præeminentia.] Unde Carolum V. Imperatorem gloriatum ferūt, se in Germania Regibus, in aliis verò regnis mancipiis & servis imperare.

Imperator † siquidem quoad regalia & juris- 75 dictionem instar maris est, quod fluminum concursu neque augetur, neque minuitur, Jason. *in l. qui Roma, §. seja num.* 15. *de V. O.* Tob. Paurmeist. *de juris. Rom. Imper. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 23. Covarr. *pract. qq. c.* 4. *n.* 2. Cacheran. *decis. Pedemont.* 30. Goden. *consf.* 59. *n.* 2.

Et sicut ex ipso † tanquam fonte perenni ista 76 jura superioritatis promanant per investituras, privilegia, concessiones, & confirmationes, ita ad eundem tanquam Oceanum per Appellationes, Nullitates & querelas refluunt & recurrunt, ut ex Bald. Aug. Pacian & aliis dicit Thom. Michaël. *de jurisd. concl.* 1. *lit. c.* Paurmeist. *de jurisd. Rom Imp. d. c.* 4. *n.* 22. & *ibi allegati.*

Est enim jus summæ † potestatis perfectum 77 & absolutum quid, quod neque crescere, neque minui potest, Bald. *consil.* 333 *col.* 1. *lib.* 1. Meichsn. *tom.* 2. *lib.* 1 *dec.* 6. *sub n.* 88. Quis itaque inexhausti illius Maris abyssum exhauriet?

Et quemadmodum Sol, radios † suos longè 78 lateque spargit & emittit, & tamen nihil lucis amittit; ita Imperatoria Majestas radios dignitatis suæ variè spargit, & lucere & splendere ipsa non desinit, uti eleganti hoc simili, sed tamen ad aliam rem utitur, Just. Lips. 3. *selectar. Epistol.*

Qq Quod

ut ex August ibid. explicat Osiand *in gloss.*] neque
88 ad minuendam Majestatem, sed laborem, † curas & sollicitudinem, ut de Rege Hispan. loquitur
89 Bod n 4. *de republ. l. p.* 127. & ut devotiores † Imperatori & adversus hostes alacriores essent. Ferrat. Montan *de usib Feud c. cæterum rebl. lib.* 1. [Huc pertinent quæ ex Bald. *consil. incipiente. Res Romanorum*, scribit M. Anthon. Natt. *consil.* 636 *nu.* 169.
90 Quod videlicet Imperator † assumendo aliquem in partem sollicitudinis, prout fecit erigendo multa loca & civitates in verum Principatum & Ducatum, vel infeudando aliquem Principem, censeatur quidem communicare jura illa regia: salvâ tamen Majestate imperii, superioritate imperiali, majoritate & honore; quia nihil potest sibi absorbere de jurisdictione supremâ, quæ cum sit quid perfectum, non potest crescere nec decrescere, refert & sequitur Johan. Baptist. de S. Sever. *in repet. l. imperium, q.* 14 *ff. de jurisd.*
91 Breviter † conservantur illa iura, non abdicativè, sed communicativè, *ut infr. nu* 103. Adjuvari enim summum Principem beneficiis in curarum sollicitudine, non decipi aut defraudari oportet. Lap. *allegat.* 45. *nu* 5 Gylman. *in symphorem. part.* 1. *tit.* 1. *vot* 1. *n.* 85 *text. in l in commodato §. sicut autem* 3. *ff. commodat.*]
92 Omnis itaq; concessio † quocunq; modo facta intelligenda est salvo jure superioritatis, quam Hispani Majoriam, Galli Domanium nostri verò reservata Cæsarea appellant, *vhue Schmälerung der Keyserlichen Hoheit vnnd Reservaten/ R. A.* de Anno 1576. §. *Dardurch dann/* Bald *cons.* 327 *nu.* 7. *lib.* 1. Matth. de Afflict. *ad cap.* 1 *§. ad hæc. nu.* 15 *de pac. juram firm.* Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 13. *& seq.* Sixtin *de regalib lib* 1. *c. p* 5. *n.* 122. Meichsner *4. decis* 6 *sub nu.* 88. Johan. Gœdd. *in resp ons. jur. de restitut. Baron. Valkend. nu.* 80. *junct. nu.* 430. Zachar. Viet. *de exempt. conclus.* 4. [Cacheran. *decis. Pedemont.* 29. *n.* 5 *& decis.* 139 *sub n.* 17.]
93 Suprema † siquidem jurisdictio & potestas regia, est ipsa forma & substantialis essentia Majestatis, Catol. Molin. *in consuet. Parisiens. tit.* 1. §. 2 *gl.* 4. *num.* 16. Didac. Covarruv. *pp. quæst cap.* 4.
94 *num.* 1. 2. *passim.* Sicut autem essentia † rei à te ipsa salva ejus substantia separari non potest, ita & hæc suprema jurisdictio quæ est formalis & essentialis virtus summi Principis à Corona & sceptro Cæsareo inabdicabilis & omnis concessionis nescia est, Molin. *d. loco, num.* 16. 17. 18, Nicol. Boër. *decis* 50. *num.* 10. 11. 12. [Cacheran. *decis.* 101. *n* 12.]

95 Hanc sicut abdicare † etiamsi vellet, non posset, [Natt. *d. consil* 636. *num* 170.] ita multò minus velle credendus est, Anton Fab. *in C. rerum in Sabaud. judicat lib.* 3 *tit.* 12. *defin* 17. *n.* 6. Sixtin. *de regalib. lib.* 1 *c.* 5. *num* 3. *& ibi allegati.* quia in ea hæret humidum † radicale & facultates vitales 96
ipsius animæ Principatus exercentur. Concedendo itaque talem potestatem, hæ facultates, quæ sunt vehiculum Regiæ Dignitatis, extinguerentur, & ita fieret Princeps homicida propriæ dignitatis, ut loquitur Bald. *in c. si non licet, c.* 10. *cum seq.* 23. *q.* 5 confer Mart. *de jurisd. part.* 4. *cas.* 169. *nu.* 5. 6. 7. [Confer Rosenthal *de Feud. c.* 8. *conclus* 15. *gloss & in nota.*]

Et quemadmodum † Majoria & reservata à 97
Principe concedi non possunt, ita nec ab inferiori peti debent, Afflict. *in tit. de regalib. in rubr. n.* 18. ub: subdit, quod subditus non debet affectare talium jurium concessionem, juxtà dictum scripturæ. Noli ab homine petere principatum, nec à Rege Cathedram honoris, *Eccles. c.* 7. *v.* 4. Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib lib.* 1. *c.* 11. *num.* 12 13. [Natt. *d. consil.* 636 *num.* 170. ubi dicit, quod nullus inferior sit capax illorum jurium, quæ nec avelli possint à corpore imperii. Et faciunt tradita ab Anth. Fab. *in Consult. de Ducat. Montisferr. pag.* 452.]

Pharao Ægyptiorum Rex concedendo † Jo- 98
sepho omnem potestatem in regno suo, quam ipse usurpavit, & ut Patris Patriæ nomen ipsius Regis oraculo ferret, supremam tamen potestatem & regii solii Majestatem sibi reservavit, *Genes.* 41 *v.* 40 *&* 43. quæ reservatio † ipso jure isti 99
concessioni annexa fuisset, etiamsi ejus expressè Rex non meminisset, *text. in cap. dudum, §. non igitur deprehend in* 6. ubi Papa: Si Cardinalibus, inquit, nostris vel alteri potestatem dederimus conferendi beneficia, apud nos tamen eadem, imò maior potestas remansit. Quo argumento motus Alberic. de Rosat. *ad l fi.* 1. *C. de jurisd. omn. judic. asserrit*: quod si Rex mihi concedat † castrum 100
cum omni iure, quod ibi habet, nunquam tamen videtur concessisse ius Regium, sed ius quod habet tanquam Dominus particularis illius Castri, Natt. *cons.* 487. *num* 31. Don. Garf. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *c.* 16 *num.* 10. [Idem Alberic. de Rosat. *in l.* 1. *in fin. ff de offic. ei. cui mand. iurisdict.* Mynsing. *consil* 39 *nu.* 7. Sixtin. *consil. Marp.* 9. *sub num.* 11.

101 *n.11.v atq; hæc quidem, vol.1.*] Nam in omni † conceſſione quantumvis generali ſemper intelligitur excepta perſona loquentis, *l. inquiſitio, 18. ubi Dd. C. de ſolut l. ſi mercedem, 53. §. ult. & ibi gl &*
102 *Bart. ff. de act empt.* Et hoc maximè procedit † in perſona Principis ne ſibi videatur legem impoſuiſſe, *c. 1. in fin de prohib. Feud alien. per* Menoch. *2 præſumpt* 8.*n.*4. [Confer tradita à Vultej. *conſil. Marp. 16. ſub num. 30. vol. 1.*] neque ſibi parem quis creare cenſetur, Bero *conſil. 74. nu. 16. vol 2.* Mart. *de jurisd. d. caſ. 196.*

103 Quamobrem participes † quidem ſummus Princeps fecit Proceres imperii non ſolùm jurisdictionis, ſed etiam regalium, non per quandam pot- ſt tis ſuæ abdicationem aut exæquationem ſeu parificationem, ſed per quandam communicationem, conceſſionem & modum beneficii, reſervata ſibi de illis omnibus ſuprema recognitione, ita ut radicaliter in ipſo tanquā fonte perenni regalia regaliorum reſiderent: communicativè verò ſine radicis ipſius læſione & ſcaturiginis obſtructione, ad Proceres regni dimanarent. [Idque eleganti ſimili exprimit Plin. *in panegyr. Maximian Imper* dicto hoc modo: Ut ille qui omnes aquas cœlo & terris præbet Oceanus, ſemper tamen in motibus ſuis totus eſt: Ita tu potes Maximiane imperiū concedere, non potes nō habere.]

104 Hoc & inde patet † quod plerunq; hæc Proceres per infeudationem habeant quæ habent, & ſic beneficio & auſpiciis Cæſarum exerceut, R. A. de Ann. 1521. Ordnung deß Landfriedens ſub tit. Handhabung deß Friedens. §. Darauff befehlen / ibi: Auch bey Verluſt aller Gnaden / Privilegien und Rechten, ſo ihr von uns und dem H. Reich habet, *&c arg. l. prohibere, §. planè ff quod vi aut clam fac. l. 1. verſ. æquiſſimum, ff ſi à parent quis manum. ſit, l ſi manumiſſori 4. C de obſeq. parent præſtant.* Ant. Fab. *in Con'ult. de Ducat Montiſferr. pro Duce Sabaud.*
105 *part. 1. p. 41.* Suntq; fiduciarii † ac vicarii Imperatoris perpetui, qui ab ipſis etiam Imperatoribus in bonorum ſuorum poſſeſſionem mittuntur, vel ut noſtri loquuntur inveſtituram debitis temporibus accipiendo & fidem dando Bodin. *1. de repub. cap. 10. verſ antea dictum eſt pag. 235.* [Natt. *conſil. 636. n. 171.*] quod eſt cenſus & ſignum devotionis & ſupremæ recognitionis, Chaſſ. *in conſuet Burg. rubr. de fies, §. ad verb. On à Para pienſonne de Son,*
106 *&c.* Indeq; ſe † ſubjectiſſimos Cæſar. Majeſt. der Römiſchen Keyſerlichen Majeſtät aller Underthänigſt Gehorſambſte / eſſe in literis & ſuppli-cationibus profitentur, Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 4. ſub n 8.* Quæ certè formula † non optimatum, 107 aut eorum qui eum rege eâdem imperii poteſtate utuntur, ſed eorum qui ſummâ veneratione, ſi delirare, & obſequio regem colūt ac proſequuntur arguit, inquit Bodin. *2. de repub. c. 1 p. mihi 285.*

Huic diſtinctioni pro ratione dubitandi adverſatur, quod regalia præſertim † majora, ſint 108 jura regia ſupremæ Majeſtatis propria & in ſignum ſummæ eminentiæ tributa, Henr. c. Bocer. *de regalib. c 1. & 2.* ei qui ſuperiorem non recognoſcit, Sixtin. *de regalib. lib 1. c. 1. nu. 14.* unde dupliciter infertur. 1. Quod propria ſint incommunicabilia, † quæ de ſubjecto in ſubjectum non 109 migrant, manendo propria, ut fert Logicorum regula. 2. Quod ea quæ in ſignum † ſupremæ 110 præeminentiæ tributa ſunt, non ſunt conceſſibilia, ut ſuperius dictum.

Ad 1. reſpondetur. Propria † quidem eſſe in- 111 communicabilia in ſubjecto ſeparato, non verò in ſubjecto unito, ut communis eſt Logicorum reſtrictio. Nam in habentibus ſymbolum (videlicet unionis) facilior fit tranſitus, Bald. *in tract. de præſumpt. ſecund part. quint. part. princ. p. 163* Andr. Kuich. *de veſtit. pact. c. 5. n. 245.* Sic anima † propter 112 arctiſſimum unionis nexum qualitates vitales corpori impertit, quibus tamen ip a neque exuitur, neque ſpoliatur.

Imperator autem † & imperii Proceres conſti- 113 tuunt unum corpus, cu us Imperator caput eſt, cui illi tanquam pia membra uniuntur alſ deß H. Römiſchen Reichs Oberhaupt / deß Reichs wahren Haupt/ R. A. de Anno 1566. §. Demnach / *in Aur. Bull. tit. 2. & ſupra Claſſ. 3. cap. 1. latius dixi.* Et ſicut † ſacratiſſimus Imper. Juſtinianus, viros 114 illuſtres, ſenatoresque partem ſui corporis agnovit *l. quiſquis, Cod. ad L. Jul Majeſtat.* Ita & noſtris temporibus procerum conventus Impp agnoſcunt, quando in receſſib. hanc adjiciunt formulam: Haben wir uns / mit dem Reich ſich dadurch / gleich als ein Chriſtlich corpus vereiniget und vertragen / Reichs A. de Anno 1512. *in princ.* Zach. Viet *de exempt concl. 4 circ fin.*

Ad 3. Reſpondetur, quod ea quæ in vim ſingularis privilegii † Imperatori tributa ſunt, con- 115 ceſſibilia ſint, ut ſunt regalia tam majora quàm minora: quæ verò in ſignum ſuperioritatis, tanquam ſupremo omnium capiti & Domino reſervata ſunt, ut eſt Majeſtas, & ſuprema recognitio, in qua conſiſtit formalis & eſſentialis virtus

Impe-

Imperatoris, quà Imperatoris, à medullis & ossi-
bus ejus, manente dignitate Imperatoria avelli
non possunt, Angel. *in l. benè à Zenone, C. de qua-
dri'en præscript.* Bald. *in l. cum proponas. Cod naut.
fœn quos allegat* Udaltic. Zaf. 2. *consil.* 16. *num.* 12.
Modestin. Pistor. 1. *consil.* 4. *num.* 28. Et penes i-
116 psum † resident tanquam scabellum pedum suo-
rum, ut inquit Carol. Molin. *in consuetud. Paris.* §.
2. *gl.* 4. *n.* 9. Joh. Pallador. *lib.* 2. *rerum quotid. c.* 1. *n.* 7.
117 Differunt autem regalia à Majestate, † tan-
quam effectus à sua causa, vel ut adjunctum &
subjectum, Bocer. *de regalib. cap.* 2. *num* 1. Arum. *in
Discurs.* 1 *jur. publ* Sunt enim regalia quasi effectus
ipsius Majestatis, & adjuncta declarantia.
118 Multa itaque & magna † concessa sunt Pro-
ceribus & statibus imperii: Multa verò & majora
sunt reservata Imperatori, quæ ad ejus splendo-
rem, Majestatem, & Auctoritatem tuendam per-
tinent. Valentin, Forster. *de successión. ab intestat.
lib* 6 *cap.* 34. *num.* 31. [Nullique alteri competũt,
nisi ipsi soli, per tradita Natt. *consil.* 487. *nu* 10.] Et
119 communicatio † sic semper exaudienda, ut in i-
pso communicante major remaneat potestas, illâ
quæ communicata est, ut ex Bald. notat Referens,
in causa Teutsch-meister *contra* Ottingen, apud
Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 6. *sub num.* 88 *versic:
sed circa hæc.* [Fac. *c. dudum,* §. *nos igitur, de præbend.
in* 6. Natt *d. consil.* 487 *num.* 24.]
120 Quamobrem sicuti capiti † præeminentia, su-
perioritas, & imperium totius corporis à natura
est tributum, cujus facultate multas gubernatio-
nis suæ partes perficit, quæ non sine magna con-
fusione reliquis membris attribui possent: ita &
summum imperii caput, multa supremæ dignita-
tis & majestatis jura exercet in universo imperio,
quæ tamen quilibet Princeps, Comes & status si-
ne justitiæ & boni ordinis confusione in suo non
potest exercere territorio.
Quod ut manifestius appareat, in gratiam ju-
niorum, quædam de juribus Imperatori reserva-
tis sigillatim enarrabo.
121 Et quidem 1. solus Imperator † summus impe-
rii curator & caput supremum / das Oberhaupt/
ut supra passim dictum. Et solus habet universale
& directum Dominium totius orbis Romani, *l.
deprecatio ff ad L. Rhod. de jact princ. const. 1 de Ju-
stin. C. confirm. l.* 2 *in princ. Cod. d. jurejur. propter ca-
lumn. dand.* Novell. 10. *in præfat* Lu. S *in admirand.
lib.* 1. *cap.* 2. & 7. Jason *ad l imperium de jurisd.* An-
ton. Fab. *in consult. de Ducat. Montisferrat part.* 1. *p.*
40. Andr. Geil. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 11. Lancellot.
in templ. omn. judic. lib. 1. *cap* 1. §. 1. *ad verb. Imperat.
est mundi Dominus,* & §. 4 *ad verb habet Dominiũ
universale,* Zachar. Viet. *de exemption. conclus.* 1. &
dixi latè supra Class. 1. *c.* 13. *per tot.*
2. Solus † leges universales, cum Procerum 122
consilio & suffragio conceptas imperialis culmi-
nis auctoritate promulgat, ut ex omnibus ferè
Recessuum imperii usitatis formulis, & promul-
gationum clausulis patet. Nach dem wir uns mit
den Ständen/ und sie widerumb mit uns/ sich ver-
glichen/ so setzen demnach/ ordnen und wollen wir
auß Römischer Keyserlicher Macht und Vol-
kommenheit/ *text. notabil. in l. humanum ibi:* & cũ
omnes consenserint, tunc demum in sacro Numi-
nis nostri consistorio recitari, ut universorum,
consensus nostræ serenitatis auctoritate firme-
tur, *Cod. de Legib. l. fin. C. eod. tit. C. de veter jur e-
nucl* Bodin. 1. *de repub. c* 10. Restaur. Castald. *de Im-
per. quæst.* 110. *nu.* 1. Bart *ad l.* 3. *num.* 8 *ff de jurisd.*
Vult. 1. *Feud. cap.* 5. *num.* 7. [Chass. *de glor. mund. p.*
5. *consid.* 24. §. 27. Joh Azori. *Instit. Moral. lib.* 10. *c.* 7.
part. alter. 1. *in pr. Tom.* 2.]
3 Solus guerræ † seu belli publici, quod pro 123
imperii totius salute ex consilio & suffragio Pro-
cerum gerendum, indicendi jus habet, *lib.* 3 *ff. ad
L. Iul. Majestat arg. l. hostes,* 24. *ibi publicè populus
Romanus ff. de captiv. & postlim rever.* Andr. Geil.
1. *de pac publ cap.* 4 *num.* 4 & 6. vel licentiam mo-
vendi belli alteri dare, *d l.* 3. *ad l Iul. Maj. l. un. C. ut
armor usus sine juss. Princip. c. quid culpatur.* 23. *quæst.*
1. Sixtin. *de regalib. lib.* 1 *cap* 2 *num.* 10.
4. Ut expeditio bellica eò felicius procedat,
Imperator † solus deliberatione cum Proceribus 124
habitâ, indicit collectam generalem Reichs An-
lage oder Reichs Steuer, *l un. ibi Dd C. de super
indict. lib.* 11. quæ inde imperialis dicitur, quod
auctoritate supremæ jurisdictionis ab ipso Impe-
ratore imponatur statibus saltem nudo exactio-
nis & collectionis ministerio permisso & conces-
so, Thom. Mich. *de jurisdict. concl* 11. *lit. B.* Et hæc
à reservatâ supremâ & semper apud Imperatorem
perpetuò residente imperii potestate descendit,
Meichsner. *tom* 2. *lib* 1. *dec* 6. *n.* 42. & *dixi latius su-
pra hac Class. c.* 4. [*] *quæstio exactio.*
5. Solus † nova vectigalia erigit, *l. vectigalia,* 125
10. *ff. de public. & vectigalib. tot. tit Cod. nova vecti-
galia instit. non poss.* [Mynsing. *obs.* 1 *cent.* 5. Guid.
Pap *decis.* 197] c. 21. de Anno 1576. §. Dardurch
dann nicht allein sondern auch alles zu unser

Keyserliche besondere Hoheit und Reservaten; vel aliis per modum privilegii erigendi vectigalia, licentiam concedit, R. A. Augspurg/ de An. 1530. §. Wiewol auch der Abschied/ deß gehaltenen Reichstages/ ibi: dergleichen trägt sich zum offtermahl zu/ daß leichtfertige Personen die Zölle/ damit die Obrigkeit besonders begnadet und Privilegirt seyn/fürsetzlich verfahren/ rc.

126 6. Solus Imperator † concedit repressalias, Wesenb *consil. 46. n. 7.* Coler *de processib. executiv. part. 1. cap. 2 n. 269. vers. conceduntur, n. 280.* Et neq;
127 Electoribus † neque aliis Principib. hasce concedendi facultas competit, Geil. *de Pignorat. c. 1 n. 5. & c. 2. n. 2.* Sixtin. *de regalib lib. 1. c. 2 n 12.* Et si quis id facere præsumat mandata sine clausula in Camera contra eum decernuntur.

128 7. Solus habet jus legitimandi † spurios & natalibus restituendi, *tot. tit. C. de Natal restitut.* Nemo siquidem notas vitiosæ opinionis abstergere potest, nisi solus Imperator, *Nov. 89. §. illud tamen.* Andr Geil. 2. *observ. 142* Zas. 2. *consil. 16. n. 64* [Natt. *consil. 487. n. 11. & consil. 506 n. 40.* ubi ex Bald. *ad l. 1. Cod. de jur aur annul.* scribit quod legitimatio sit donum summi Principis, & nullius inferioris, Joh Azor *instit. moral. lib. 10. cap. 7 part. alter. Tom. 2.*] Et quamvis † sunt qui inferioribus à summo
129 Principe hoc jus adscribere volunt, ut videre est, apud Anton. Coler. *de jur Imper. German. concl. 40.*
130 attamen verior † æquior, & juri ac rationi magis consentanea est opinio, hosce nec legitimare nec alios actus Principi in signum Majestatis reservatos exercere, aut sibi usurpare posse, inquit Valent Forster. *de success. ab intest. lib. 6. c. 34. num. 32.* [Paul Parif. *consil. 14. n. 25. volum. 2.* ubi dicit quod facultas legitimandi sit de reservatis Imperatori & Papæ in signum supremæ potestatis, nec ab aliis fieri posse, quam ab his quibus Imperator aut Papa id commisit, *Auth quib. mod. nat. effic l. 1. & l. quoties, de natal. restit. l. 1. C eod. tit.*]

131 8. Jus totaliter † restituendi famæ & honoribus per universum imperium, solus Imperat. usurpat, *l. 1. C. de sentent. pass* Rosenth. *de Feud c. 5. concl 2. n. 4.* [Bod 1. *de Repub c. 10*] Thom M ch. *de jurisd concluf. 11. lit. 9.* Sixtin. *d. c. 2. n. 20.* [Geil. *de Pac publ. lib. 2. cap. 19 passim per tot.*]

132 9 Solus in imperio † concedit jus erigendi Academias & studia universalia. Zas. *d Feud part. 5. n 14.* Vult. *de Feud lib. 1. c. 5. n. 7.* Et ita novissimè
133 Rodolphus II gloriosissimæ recordationis Imperator, Anno. 1607. fundatore quondam Illustrissimo & Celsissimo Ludovico Hassiæ Landgravio, Domino & Principe meo Clementissimo, [inclytæ recordationis, Giessenam Academiam, amplissimis universalis studii privilegiis donavit, [quibus deinceps, obtentâ Marpurgensis causæ victoria Anno 1624. suspensis, Marpurgum translata fuit.]

10. Solus Imperator † habet jus instituendi 134
cursores Publicos quos postas appellamus, *l. nullus & tot. tit & ibid.* Cujac *C de curs publ. angar. & perangar. lib 12.* [Alciat. *in annot ad tres posterior. lib. C. tit. de curs. publ.* ubi notat, Imperatores per dispositos locos provinciarum habuisse quosdam equos, qui sumptu publico alebantur, ut quoties repente aliquid incidisset, mutatione equorum citissimè, quo vellet, Imper. posset mittere quemcunq; nuncium. Quamvis hodiè etiam ad privatum usum, sumptuq; privato ejusmodi equi conducantur. Ejusmodi Postas † sive cursores 135
Ludovic. XI. Galliarum Regem, tanquam rem planè novam, & in Gallis inusitatam ante id tempus, primitus instituisse, ut de fortuna Caroli Burgundi, singulis penè momentis cognosceret, testis est Philipp. Comin. *lib. 8 comment. in princ.* Imò antiquitus à Cyro istam dispositionem Postarum usurpatam ex Xenophont. *lib. 8. Cyrop.* probat Forstner. *in Not. Polit ad Cornel. Tacit. lib. 1. pag. 112.* In imperio verò † non nisi Imperatori, 136
hoc jus universales postas instituendi, adhucdum competit] Ideoq; Anno 1579. cuidam generales cursus per Belgiam & Italiam disponere volenti à Cæsare pro juris sibi competentis tuitione inhibitum fuit, Thom. Mich. *de jurisd. concl. 12. lit. b.* Sixtin *de regalib lib. 2. cap. 13. num. 42* Et invictissimus Imperator † Matth. in Informatione Bohe- 137
mica nuper promulgata asseverat, daß die Keyserliche Hoffpost / ihrer Majestät vnnd deß H. Röm. Reichs hohes Regal sey/vnnd desselben getrewe Churfürsten vnnd hochwichtige Sachen betreffe. Et quamvis † alii etiam Principes Postas & 138
cursores in suis ditionibus habeant, illi tamen respectu illorum privati censentur. [Et non Reichs sed Land Posten dicuntur.]

11. Solus Maiores † post se Magistratus Re- 139
ges & Principes creat, & de maioribus Feudis regalem dignitatem annexam habentibus investit, *Aur. Bull.* Carol. IV. *tit. 5.* Vid quæ latius hac de re, *dixi supra hoc lib. 1. Class. 2. cap. 1. num. 170. & seqq. Et Class. 4. c. 16.* [Declaratur hoc procedere, quoad Duces & Principes in imperio Romano; Nam

140 Nam extra illud alii etiam Reges, † Galliæ, Hi-
spaniæ, Angliæ, &c. horum creandorum ius usur-
pant, idq; non ita pridem de se testatus Rex Da-
niæ in literis ad Augustissimum Imperatorem
nostrum Ferdinand. II. sub dato Kopenhagen 18.
Aprilis Anno 1621. scriptis, hisce formalibus: **In
Erwegunge daß wir vnd andere Potentaten/ des-
selben gleich falß bemächtiget/ auch vnsere hochge-
ehrte Vorfahren am Reich Dennemarck/ Graffen
zu Hertzogen/ mehr dann vor fünff hundert Jah-
ren erhöhet vnd erhoben.** Habentur hæc apud Si-
gism. Latom. in Relat. autumn. de An. 1621. p. 73.]

141 12. Solus † veniam ætatis indulget, *l. 1. & tot.
tit. & ibi DD. C. de his qui ven. ætat. vid. supra Class.
3. c. 12. n. 51.*

142 13. Solus † absoluta & legibus soluta utitur
potestate & nullius imperio in terris subest, *vid.
supra d. Class. 3. c. 12. per tot.*

143 14. Solus ex plenitudine † potestatis imperat,
**auß Römischer Keyserlichen Macht vnnd Voll-
kommenheit** *Aur. Bull. tit. 3. circ. med.* R. A. zu Aug-
spurg de Anno 1530. §. **Vnd dieweil wir nun/** quæ
qualitas in inferiores cadere nec à Principe, salvo
Maiestatis iure, separari potest, Sixtin. *de regal. lib.*
144 *1. c. 5 sub n. 303. & passim.* [Neque etiam † in ullius
inferioris Principis rescriptis, isthæc clausula, ex
plenitudine potestatis, repetitur: sed loco illius
hæc usurpari solet, **auß Lands fürstlicher hohen
Obrigkeit/** hoc est, vigore iuris & potestatis ter-
ritorialis, &c.]

15. Solus concedit privilegia supremæ post se
dignitatis, *Aur. Bull. tit. 7. & tit. 11. l. 1. §. fin. l. 3. ff. de*
145 *constit. Princ.* Solus † Nobilitat, vel Nobilitandi
potestatem concedit.

146 16. Solus Imperator † concedit in imperio
iura territorialia eiq; annexas regales dignitates,
*arg. l. 1. ff. ad L. Iul. de ambit, l. sacrilegii, C. de divers.
rescript.* Car. Mol. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 2. gl. 4. nu.
8. dixi supra hac Class. c. 2. n. 2. 3. 4. 5. 6.*

147 17. Solus Imperator † Bannum imperiale **deß
Reichs Acht** ex plenitudine potestatis, in refra-
ctarios rebelles & seditiosos **deß H. Reichs Ech-
ter** tam immediatos quam mediatos irrogat, pri-
vilegiis, Dignitatibus & immunitatibus privat,
R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. **Würde sich a-
ber jemand/ er sey Churfürst/ Fürst/ Geistlich oder
Weltlich/ Prælat/ Graff/ Freyherr/ Herr/ &c. dessen
verwidern/ &c. sol derselbe in der Röm. Keys. Maj.
vnd deß H. Reichs Acht gefallen seyn:** & ibi: **zu er-
kleren vnd zu sprechen/ daß er aller vnd jeder seiner
Privilegien/ Freyheiten/ Gnad vnd Gerechtigkeit/ so er von
Röm. Keys. Maj. vnd dero Vorfahren am Reich/ Römischen
Keysern vnd Königen hat entsetzt vnd privirt sey/** [Paul. Matt.
Wehner *in observ. verb.* **Acht/** *p. mihi 7* Dauth *de
testam. n. 211.* [Johan. Oldendorp *Class. 1. Act. 2. §.
Per bannum,* Geil. *de pac. publ. cap. 6. n. 9. & c. 11. n. 3.
lib. 1.*] Et solus † rursus restituere ac à Banno irro- 148
gato absolvere potest, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 18.*
§. **so auch** *in fin.* [Matth. de Afflict. *decis. Neapolit. 4.
n. 4.*] Geil. *l. b. 2. de pac. publ. c. 18.* [Exempla huius
rei non ita pridem modernus Imperator victori-
osissimus Ferdinand. II. exhibuit. Et vidi ipse † 149
Viennæ in consilio imperiali aulico, Bannum con-
tra Illustrissimum Principem Christianum An-
haldinum Seniorem. 10. vet. 20. nov. Junii Anno
1624. solenniter cassari & in Imperatoris ac im-
perii protectionem & securitatem rursus recipi.
Et refert etiam Nicolaus Bell. *in Laurea Austriac.
lib. 8. fol. 81* Idem contigit Comiti de Hohenloe
& aliis.] Et quamvis † inferiores etiam in suis 150
terris aliquem bannire possint, tamen eiusmodi
banna, extra eorum territoria non extenduntur,
& rectius proscriptiones, relegationes, & depor-
tationes quàm Banna appellantur, Geil. *de pac.
publ. lib. 1. c. 6. num. 12* [Confer etiam Caspar. An-
thon. Thesaur. *quæst. for. 10. num. 5. lib. 2.* ubi de
minorum Vasallorum bannitis sive relegatis, &
quod extra districtum eorum non porrigatur ta-
le bannum.] Banniti † vero ab Imperatore ex toto 151
orbe Christiano Banniti censentur, ut in nullo
regno securitate gaudere possint, R. A. zu Erfurt
de Anno 1567. §. **Wir wollen auch** ibi: **welche Kö-
nige als Hispanien/ Franckreich/ Dennemarck/ Polen vnnd
Schweden/ auch die gemeinen Eydgenossen abermahlen/ ent-
weder durch Schickung oder in Schrifften ersuchen/ daß sie
denen/ als erklärten/ vnsern vnd deß H. Reichs Echtern/ vnd
Betrübern gemeines Friedens/ kein Vnterschub/ Auffenthalt
oder Vnterschleiff in vnnd bey jhren Königreichen/ Landen
vnd Leuten/ nicht gestatten oder zulassen wöllen.** Nam ban-
nitus † ab Imperatore qui est Dominus Mundi & 152
fons iurisdictionis, pro eo habetur, qui omni-
bus iuris Civilis beneficiis exuitur, & omnium
libidini exponitur, *Ordin. Camer. part 2. tit. 9. §.*
So jemands/ ibi: **so bald auch der oder dieselbe Thäter in die
angeregte Acht gefallen/ declarirt vnd erklärt sind/ sollen deß
oder derselben Leib vnd Gut allermänniglich erlaubet seyn/
vnd niemands daran Freveln oder verhandeln können oder
mögen.** Bannitus † verò ab inferiore amittit fal- 153
tem iura provincialia ex qua relegatur, quod
pulchris exemplis illustrat, Johan. Sichard. *ad
l. qui deportantur, 1. C. de hered. instit.* [Johan. Ol-
dendorp. *Class. 1. d. act. 2. §. Per bannum, vers. ider-*

soli Cæsari, qui generalem ubique jurisdictionem habet, jur. bannum indicere licet: Cæteri Magistratus non Banno sed relegationibus aliisque pœnis utuntur. Et hoc latè & pluribus persequitur, Gœdd. 2. *consil. Marp.* 28. *num.* 125 *& seqq. & præsertim num.* 134 *& seqq. ac passim.* Geil. *d. cap* 6. *num.* 14 *lib.* 1. *de pac. publ.* vid. Andr. Kohl. *de servit Feudalib. part* 2. *num.* 65. *& seqq* ubi, quoad vasallus bannito ab inferiore Domino, servire ei teneatur, si is Domino superiori bannienti subjectus non sit] Neque talis relegatus impunè interfici vel bonis suis spoliari posset, sicut Bannitus & Imperatore.

154 18. Solus † utitur in Imperio Romano Majestatis appellatione, cum tamen Proceres celsitudinis aut serenitatis titulo contenti sint, Bodin. 1. *de repub. cap.* 10. *q.* 233.

155 19. [Solus concedit in imperio. † regale cudendi monetas, & abutentes eodem privat, R. A. zu Speier / de Anno 1570. §. Als dann auch die Müntz-Gerechtigkeit. Quamobrem etiam plerique ex statib. insignia & nomen imperatoris suis anteponunt vel simul usurpant, in monetis suis.

156 20. Solus concedit † jus Nundinarum universalium seu publici mercatus in loco aliquo certo, *L.* 1. *C. de Nundin.* Johan. Azor. *institut moral. lib* 10. *cap.* 7. *part. alter. Tom.* 1. ubi etiam alia adhuc Imperatoris recenset reservata.]

Ex his itaque & aliis apparet, quod multa & majora possit Imperator in universo imperio, quæ tamen proceres non possunt in suis terris.

Declaratur itaque supra proposita theorica quod videlicet possit quilibet in suo, quod potest Imperator in universo, procedere 1. quoad
157 jura territorialia & regalia, † non verò quoad jura imperialia, quæ Imperatori tanquam capiti in signum supremæ superioritatis, ad tuendum Maiestatis suæ splendorem & auctoritatem, als besondere Keyserliche Hoheiten und Reservaten/ reservata sunt, per supra tradita.

Declaratur 2. procedere quoad iurisdictionem
158 ordinariam & omnimodam; † non verò quoad absolutam & supra leges civiles constitutam potestatem, [Andr. Knich. *de autocrat. Rom. Impp.*
15 *cap.* 2. *num.* 1166. Nam concessa † etiam iurisdictione omnimodâ, non veniunt ea quæ sunt maiora iurisdictione, qualia sunt reservata absolutæ & summæ potestatis, Bart. & alii in *l.* 2. *ff. de iurisdict.* Matth. de Afflict. *decis* 366 *num.* 1. Natt. *consil* 487. *num.* 10. add. tradita per Carol. Molin. *in consuetud. Paris. tit.* 1. §. 1 *gloss.* 5. *nu.* 53.] Hinc quando Proceres † imperii contra iuris scripti aucto- 160
ritatem perficere actum desiderant, Imperatoriæ Maiestatis culmen adeunt, & ex potestatis plenitudine contra iuris communis regulas sustineri humiliter & devotè petunt, cuius rei viva exempla, *vid. supra Class.* 3. *cap.* 12. *nu.* 49. *& seqq & nu.* 57. quod utique necesse non haberent, si idem possent in suo quod potest Imperator in universo.

Tenentur itidem in testamento † adhibere 161
solennitates testamentarias, & in iudiciis suis iudiciarias nisi actum ipso iure nullum ab Imperatore, vel summo eius consistorio Camera pronunciari velint: Cum tamen in Principis summi iudicio nullitates non attenduntur, neq; actum vitiant, *vid similiter supra d. cap.* 12. *nu* 29.
Et hæc suprema † potestas, valdè differt ab or- 162
dinaria. Illa namque extra & supra ordinem aliquando exercetur, per ea quæ tradit Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib lib* 3. *c.* 4 *n.* 1. *& mult. seqq.* Sic & Camera imperialis non absoluta legibus potestate & iurisdictione, sed ordinariâ lege imperii tributa utitur, Thom Michaël. *de iurisdict. concl.* 33. *lit B.*

Declaratur 3. illam theoricam † procedere 163
non simpliciter & absolutè: sed respectivè tantùm, quoad concessa in privilegiis, non autem quoad ea, quæ in privilegio non continentur, Natt. *consil* 361. *num* 29. *in fin* Menoch. *consil.* 250. *num.* 105. Henric. Bocer. *de collect. cap.* 4. *n.* 6. [Seu cæteris paribus, ut respondet Ernest. Cothman. *consil.* 29. *num* 278. *vol* 3. aliter declarat Cardinal. Tusch *pp. conclus* 695 *n.* 8 *lit. P.*] Ideoq; ita gene-
raliter † inferendo aliquis committit captio- 164
nem ex parte ad infinitum, qua id quod aliquatenus, vel secundum quid vel quodammodo procedit, quasi simpliciter omnino & in totum pronunciatum accipitur, ut tradit Paurmeister. *lib* 2. *de iurisdict. cap. ult. num. ult.* Sic quilibet di-
citur † Rex in sua domo iuxta Panormitan. *in* 165
cap. venerabilem, nu. 19. *x. de elect.* ubi post Johan. Andr. recitat fabulam de quodam rustico, apud
quem divertit Richardus † Rex Angliæ inco- 166
gnitus: cumque iuberetur lavare manus & recusarit, accepit alapam, audiendo illam vulgatam allegationem, quod quilibet esset Rex in sua domo, Coler *de proceßib executiv. part.* 3. *c.* 7. *num.* 34.
Itaque † non absurdum est dicere, posse quem- 167
libet in sua domo, quod potest Imperator in sua, videli-

videlicet quoad administrationem, disciplinam,
& potestatem Oeconomicam, non verò quoad
jurisdictionem & Majestatem, quæ ad publicum
regni statum, non Oeconomiam pertinet. Sic etiam Principes in suis territoriis possunt ea quæ
potest Imperator in universo, quoad jura territorialia & regalia, non verò quoad Imperialia.

Declaratur 4. vulgaram nostram theoricam
168 procedere, quod Principum † & Procerum jura
proxima quidem sint juribus Imperialibus; &
magnam cum iis affinitatem & similitudinem
habeant, non tamen sint eadem & paria. Itaque
169 possunt † in suo quod potest Imperator in universo, similitudine juris, non verò paritate & plenitudine potestatis.

170 Declaratur 5. quod hæc † regula ita generaliter accepta in illis Principibus, Marchionibus &
Ducibus procedat, qui superiorem non recognoscunt, [per tradita Natt. *consil.* 638. *n* 40. Et qui
sunt in quasi possessione huius dicti & facti, ut de
Dominis Lombardiæ, quod de consuetudine usuali & quasi de quadam Theorica & Practica utantur plenitudine potestatis, ut dicit Bald. *consil.*
267. & post eum idem Natt. *cons.* 506. Et liber populus vel Princeps, neminem recognoscens est sui
ipsius Dominus, & instar Regum habet libero-
171 rum, Natt. *d. consil.* 638, *n* 40.] Superiorem vero †
recognoscentes ita exercent jura regalia & territorialia, ne lædant jus regni publicum, quod consistit in corona & sceptro supremi imperii. Et ita
declarat Don. Garf. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 4.
171 *c.* 6. *n.* 13. 14 & 15 [Nemo siquidem † privilegio utitur contra eum, à quo illud obtinuit, Luc. de
Penn. *ad l.* 2. *C de privileg.* Angel. *l amicissimas*, §.
Lucius & l. administrantes, ff. de excusat. Natt. *consil.*
487. *n.* 26. Gylman. *in symph. part.* 1. *t.* 2. *vot.* 1. *n* 75.]

173 Et quando Imperator jus † aliquod, quod in
persona ejus vigore Majestatis exercetur alicui
communicat, apud eum cui conceditur desinit
esse tale, & incipit esse jus territoriale vel regale,
quod sub qualitate der Landes Hohen Ober- vnd
Herrligkeit competit, salvo adhuc semper Majestatis & supremæ recognitionis jure, ut cum Comico dicere hic possis:

Duo cum faciunt idem non est idem,
Non quod dissimilis res sit, sed is qui facit,

174 [Carol. Molin. *in consuetud. Paris. tit.* 1. §. 1. *gloss* 5.
nu. 53. ubi dicit, quod concessione facta, † à Principe omnis juris quod habet, nullo reservato,
non transeant ipsa reservata, sed tantum ea quæ
possunt convenire illi cui fit concessio, seu cuilibet inferiori.] Siquidem juxta Philosophorum
† tradita, cujusque agentis vis recipitur accom- 175
modatè ad naturam subjecti ejus, quod recipit,
Aristot. *lib.* 1. *de anim. text.* 24. Et omne receptivum † recipit non per modum inprimentis, sed 176
per mo[illegible]receptivitatis, Scalig. *exerc.* 16. *sect.* 2.
Ita nec quodlibet jus † in quolibet subjecto pa- 177
riter consideratur, sed pro habilitate subjecti, in
quo residet recipitur & exercetur, unde & nostri
dicunt, in quolibet actu † præsupponendos esse 178
terminos habiles: Sed omnis inferior † summo 179
Principe eumque recognoscens, est inhabilis ad
exercenda & recipienda jura Majestatis, quæ omnis recognitionis & subjectionis nescia, in neminem nisi summum Principem cadere possunt,
ut dixi supra Class. 2 *c.* 1. *passim & num.* 221 *& seqq.*
quæ declaratio pro responsione generali ad omnes illationes communis theoricæ accommodari potest.

Et in specie ad 1. illationem declarando respondetur, Imperatorem leges † ferre jure Maje- 180
statis, & absolutæ potestatis. [Auß Römischer
Keyserlicher Macht Vollkommenheit.] Proceres
verò & status imperii jure territorii. [Als Landes Fürsten oder Landes Herren/ in Krafft hohes
Landes Fürstlicher oder Landes herrlichen Obrigkeit. [Non possunt itaque in suo territorio
ferre legem jure Majestatis, quod tamen potest
Imperator in universo. Indeque nullius † Princi- 181
pis leges tanti sunt roboris, quin per imperialem
& Majestaticam legem iis corrigendo, abrogando, detrahendo & declarando obviam iri possit,
R. A. zu Speyer/ de Anno 1529. sub tit Kayserliche constitution, wie Brüder oder Schwester
Kinder/ rc. ibi: Wollen wir hiemit auß vnser Keyserlichen Macht/ Vollkommenheit/ vnd Rechtem
wissen/ alle vnd jede statuta, Satzungen/ Gewonheit/ Gebrauch/ alt Herkommen vnnd Freyheiten/
wo die an einigem Ort dieser vnser Keyserlichen
Satzungen zu wider erfunden/ cassirt vnd abgethan
haben *fac.* R. A. *seu ord. num.* 7. deß Landfriedens/
de Anno 1521. *sub rubr.* Auffhebung aller Freyheiten. Excipitur Saxonici † juris privilegium, quod 182
Saxoniæ Ducibus multis retro annorum centuriis singulariter concessum, & à posterioribus Augustis confirmatum.

Non itaque quamvis † legem ferre Majesta- 183
tis & summæ potestatis est, sed legem Principis
universalem, de qua nec judicare, *cap. in istis, di-*

finit. 4. nec appellare fas est, *l. fin* §. 1. *de appellat. re-cip. c. quia nos*, 32, *x. de appellat.* Bodin. 1. *de republ. c.* 10. *p.* 235.

184 Possunt quidem Proceres † ex permissione etiam juris communis, lege universali derogare, *l. omnes populi, ff. de just. & iur.* Si tamen prohibitiva & cum clausula derogatoria promulgata sit, nulla in contrarium valere potest dispositio, *d. recess. de Anno* 1529. [Confer Sichard. *ad l.* 9. *n.* 10. *C. de testament.*

185 [Præterea leges † provinciales & statuta constituere, potius est de quadam juris permissione quam ut annexum sit Majoriæ seu absolutæ superioritati, ut ex Bald. dicit Mynsinger. *ad*

186 §. 1. *n.* 8. *Instit. de jur. Nat. Gent. & Civil.* Unde & illud vulgatum axioma: Omnibus † jurisdictione præditis secundum modum concessæ vel possessæ jurisdictionis statuta facere permissum esse, Bart. & Dd. *ad d. l. omnes populi, de justit. & jur.* Dec. *ad l. imperium, n.* 4. *de jurisd.* Sed & Præfectum Prætorio olim legem condidisse dubium non est, *l.* 2. *C. de offic. præfect. Prætor.* Alciat *in paradox. lib.* 2. *cap.* 9. Wesenbec. *cons.* *l.* 46. *nu.* 2. *l.* 16. *C. de judic. l. pen. C. de fidejuss.* Herman. Vult *lib.* 1. *iurisprud. Rom. cap.* 2. *in fin & c.* 13. Goldast. *in Replicat. pro imper. cap.* 11. *fol. m.* 110. Quod tamen Alciat. allegat loco intelligit de provinciis quibus præpositus fuit Præfectus prætorio.]

Ad 2. illationem respondetur quod jura belli,

187 quæ imperialis Culminis Majestate † & summæ potestatis plenitudine, sine superioris cujusquam permissu suscipiuntur, nullus in imperio habere, præter Imperatorem, aut sine læsæ Majestatis cri-

188 mine usurpare possit. Nam armorum † usus, qui jure territorii statibus imperii pro tuenda imperii salute & tranquillitate certis casibus ita competit, ut non nisi de permissu summi Principis ea movere possint, *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 15 *ibi.* auß der Keyserlichen Majestät oder unserm Zugeben und Erlaubnuß / R. A. de Anno 1555. §. Wo sich a-

189 ber *cum §. seq.* neque etiam † militem insciis ducibus circulatibus conscribere iure possunt, R. A. zu Wormbs / de Anno 1564. §. Demnach so declariren, ibi: daß niemand / was Wesens der seye im heiligen Reich hohes oder niedriges Standes sich understehen soll / ewig Kriegs Volck anzunehmen / zu bestellen / in sein selbst oder anderer Obrigkeiten / und Gebieten / ohne Vorwissen / Bewilligung und Erlaubnuß deß Kreyß Obristen / &c. R. Abschied zu Augspurg / de Anno 1566. §. den versicul. Wiewol auch.

Et si aliter arma suscipiantur, † in Camera im- 190
periali mandata avocatoria contra eos sub pœna Banni decernuntur, & per nuncios Camerales insinuantur, vulgò die gemeine Abforderung / vel ex aula Cæsarea misso feciali einen Keyserlichen Herold / *Ord. Cam. part* 2. *tit.* 9 §. Und ob sich *& §. seq.* Andr. Geil. 1. *de pac. publ. c.* 4. *num.* 1. *& seq.* Exci-

piendus † tamen casus necessitatis & ubi pericu- 191
lum esset in mora per ea quæ infra suo loco dicentur *vid lib* 2. *Class* 3. *cap* 1. *n.* 20.

Pro ratione dubitandi dicet aliquis nec Impe-

ratorem † sine permissu Procerum bellum move- 192
re in imperio posse, iuxta capitulationis præscriptum. Ergo pari iure Imperator cum Proceribus censendus erit. Verùm pro ratione decidendi notandum,

quod diversa † sint, agere aliquid de ali- 193
cuius permissu, & agere de consilio & suffragio,

Imperator † iuxta capitulationem bellum susci- 194
pit cum consilio, consensu & suffragio Procerum: Proceres verò de permissu Imperatoris. Suffraga-

ri † & consentire etiam in inferiores & subiectos 195
cadit, salvâ superioris Maiestate, ut dixi supra *Class.* 3. *c.* 1 *num.* 114. *& aliquot seqq.* Et solet isthæc

suffragatio † Procerum plerumque fieri, cum cō- 196
testatione subiectionis, reverentiæ & devotionis, R. A. de Anno 1541. §. *Darneben circ. fin. ibi.* Zu einer ... unterthänigster ... *cum similib. add. quæ dixi, c.* .. *n.* 140. Permittere vigore potestatis & superioritatis non nisi superioris. Deinde &c. declarando, quod & olim maio-

ribus Provinciarum Magistratibus † armorum iux- 197
ta & legum potestatem factam fuisse non ambigendum sit, *text in Nov.* 24. *in præfat. & Novell* 25. *in pr. & cap.* 1 qui tamen propterea non dicebantur posse in suo quod poterat Imperator in universo, quamvis illi hæc iura titulo administrationis usurpaverint, Proceres verò moderni iure territorii.

Ad 3. illationem declarando respondetur: Pro-

ceres imperii habere quidem iura territorialia, † 198
non tamen per prius, sed per posterius. Nam per prius solus imperator habet territorium, Petra *de fideicom. q.* 13. *num.* 433 *cum seqq.* quem allegat & sequitur Andr. Knich. *de jur. terr c.* 1. *n* 21. [Principes verò, status & proceres ex concessione imperiali, ut illud Poëtæ huc accommodari posset:

Ceu à Sole suum derivat Cynthia lumen,

Sol à se lucem non aliunde petit.]

Indeque solus Imperator † ita habet iura territo- 199
rialia, ut ea erigere & in aliquem transferre possit,

per ea

per ea quæ supra *hac Class. 5. c. 2. num. 4. & seq.* dixi.
Ad 4 illationem declarando respondetur, in-
200 de quod Principes imperii Dei gratiæ jus a sua
accepta ferunt, non stat in sequitur eos posse in
suo territorio quod potest Imperator in univer-
so, Et licet Dei gratiæ sua Dominia accepta ferant,
tamen Imperatorem etiam de iis recognoscunt,
& quàm humiliter & quàm devotè investitu-
ram petunt, ut suo loco fusius explicatum. [Iu-
201 deque nullus Electorum aut Principum † quan-
do ad Imperatorem literas dant titulum istum,
Dei gratia, usurpant, sed tantùm quando vel ad
pares vel inferiores scribunt, aut quando in suis
territoriis, mandant & edicunt: Et quidem erga
pares in calce & subscriptionibus, erga inferiores
202 in ingressu literarum.] Et iam olim non solùm †
Duces & Principes, sed etiam his inferiores eâ-
dem intitulaturâ usos fuisse testatur Bodin. 1. *de
repub. c.* 10.

Ad 5. respondetur declarando, quod in alle-
203 gata constitutione statibus imperii † in casu isto
speciali seditiosorum permissum fuerit ex justa
ratione jus, subditos qui seditionis participes
fuerant, famæ restituendi, quod non est trahen-
dum ad consequentiam, *l. ius singulare, ff. de le-
gib.*

204 Deinde si aliquis inferior à summo † Principe
promiscuè quemvis famæ restituere vellet, & ad
testificandum de jure inhabilem, habilitare, non
puto id valere posse, & si secundum ejusmodi te-
stis dictum pronunciatum esset, per appellatio-
nem rescindi posset.

Ad 6 illationem respődetur declarando, quod
status imperii jus indulgendi ex concessione Im-
205 peratoris † & longi temporis præscriptione usur-
206 pent. Ejus tamen sum sententiæ, si status † ali-
quis indulgeret impunitatem delicti, quod esset
contra legem Divinam moralem, ut est dolosum
homicidium, latrocinium, enormis blasphemia
& similia, putarem non obstante tali indulto e-
jusmodi delinquentem ab Imperatore puniri
posse, qui vindex in iram & omnibus præfectus
est. Ad curam namque summi Principis tanquam
207 † capitis imperii pertinet, ne justitia in suis pro-
vinciis negligatur & contra jus divinum delicta
208 impunita maneant. Unde etiam omnes status †
imperii Deo & Imperatori tenentur reddere ra-
tionem administrationis suæ, R. A. zu Speyer/
de Anno 1529. §. Und nach dem ibi: Wie solches
ein jeder gegen Gott und seine Majestät geden-
cket zu verantworten. Et aliàs propter † denegatam 209
vel neglectam justitiam ad Imperatorem causa
devolvitur, *ut in c. seq. dicetur.* Imò expressè con-
stitutum † est, Imperatorem posse animadverte- 210
re in status imperii, si jus & justitiam negligant
aut delicta impunita relinquant, R. A. zu Aug-
spurg / de Anno 1530. in reformat Polit. sub tit.
von Gottslästerung/ §. Würde aber eines Fürsten/ Graffen/
Herrn/ Commun/ oder eines andern Amptman/ deßgleichen
die vom Adel/ oder andere/ die Ober Gericht haben/ umb Ge-
schenck Gaab oder Gunst/ die jenigen/ so jhm angegeben / o-
der er befunden hette/ daß Gott von jhnen gelästert worden/
wie obsteht/ nicht straffen/ sondern solches unterdrücken und
verbergen / sollen dieselbe Ampt-Edel und andere Leut/ durch
jhre Obrigkeiten/ als die Landfürsten/ Graffen/ Herren oder
Communen / alßbald sie das erfahren/ ernstlich gestrafft/ da-
mit jhr Mißfallen darinn scheinbarlich vermerckt werde. So
auch ein Fürst / Graff/ Herr oder Communen/ dieselbe jhre
Amptleute oder Underthanen auch nicht straffen / oder die
Lästerung selbst thun würden/ soll gegen dem aber denselben
unser Keyserlicher Fiscal/ umb jhr Ungehorsamb/ als Ver-
hänger unnd selbst Thäter derselben Gottslästerung/ wie sich
gebühret procediren. Unde apparet in ipsos etiam
status † delinquentes in propriis territoriis Impe- 211
ratorem criminalem jurisdictionem habere, Fri-
der. Mindan. *de processib. c. 9 num.* 4. Rutger. Ru-
land. *de Commissar. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 6. Et ut
paulisper ad vetustiora respiciamus apud Suevos
& Francos † olim singularis fuit pœna constitu- 212
ta in Illustres & Nobiliores imperii Cives, ut ca-
nem collo injectum portarent, cujus rei memi-
nit, Cujac. 11. *observ* 22. Et testantur historiæ Fri-
dericum I Imperatorem † Henricum Palatinum, 213
aliosque 10. Comites Germaniæ, qui eo absente
pacem publicam turbassent, canem humeris por-
tare multis spectantibus per mille passus pro pœ-
na coëgisse, [Conrad Rittershus *in orat. de vit.
Frideric. I.* quò alludit Gunther. Ligurini. *lib.* 5.
quando scribit:

Quippe vetus mos est ibi, si quis Rege remoto,
Sanguine vel flamma vel seditionis aperta
Turbine, seu crebris regnum vexare rapinis,
Impositum scapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre.
—— —— hujus dispendia pœna,
Ille Palatinæ custos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare Comes, cunctisque videndus
Portavit scapulis passus plus mille latrantem.

Hodie pœna † banni in violatores pacis publicæ & 214
privatio dignitatū & privilegiorū frequentatur.

Ad 7. & 8. illationem † respondetur decla- 215
rando, quod Proceres imperii habeant quidem

securitatem & jus conducendi, sed cum recognitione Imperatoris, cui requisiti tenentur de hoc
216 jure reddere rationem. Inde læsa † securitate statuum, censetur etiam lædi securitas Imperatoris, uti ex Apologia Magnifici Philippi Hassiæ Landgravii felicis recordationis apparet, quæ extat apud Hortledder. in Reichshanglung, *lib.* 4 *cap.* 2. *num.* 43. §. Dieweil dann unser Geleit/darfür wir es hatten/auch zu dem Keyserlichen Geleit/das alle Fürsten unnd Stände deß Reichs/ in solcher Gestalt zu handhaben schuldig seyn/ verletzt/ so könten wir wol leiden/deucht uns auch ehrlich und recht seyn/dieweil in dem Fall das Keyserlich Geleit verbrochen/und ihre Keyserliche Reputation höchlich verletzt ist/daß ihre Keyserliche und Königliche Majestaten/ auch Chur und Fürsten/zu Erhaltung Keyserlicher und Teutscher Nation/ Ehr und Reputation inquiriren liessen/ auff was Befelch unnd Geheiß der N. angenommen/unnd wo er hin kommen were/unnd verschonete darinn der Diener/als auch die Rechte in den fall criminis læsæ Majestatis wol zulassen/die nicht so viel Schuld haben mögen/als der oder die Befelch geben/auff daß solche Untrew und Frevel gemeiner Teutschen Nation zu gut/und zu forderst Keys. Maj. zu ehren an Tag kommen möchte/ so liessen wir uns düncken/ man solte darunter viel Händel/so wider Keys. Maj. Hochheit und Reputation den Landfrieden/ der Völcker Recht/ Ehr und Erbarkeit geschehen weren/befinden/und Keyserl. Maj. Ehr und Reputation dadurch gemehrt werden.

Reliquæ illationes restringendæ, & declarandæ ex præmissis supra 4 generalib. declarationibus.

CAPUT VII.

AN IMPERATORE IN STATUUM territoriis Præsente, horum jurisdictio quodammodo quiescat: Et num cum quolibet statu in qualibet instantia concurrere possit?

SUMMARIA.

1. *Supremo judice Imperatore præsente, minores & inferiores Magistratus quasi fasces submittunt.*

2. *Præsente Rege, Curia Parisiorum nulla est autoritas & imperium.*

3. *Præsente Papa quiescit officium Episcopi. Et præsente Episcopo, non benedicit sacerdos.*

4. *Imperatori finec alicuius civitatis appropinquanti claves portarum efferri solent.*

5. *Leo ubi pedem figit, ibi cætera animalia quiescunt.* 6. *Tacere debet inferior, ubi loquitur superior.*

7. *Imperator omnium in imperio superior & fons totius jurisdictionis, ideoq; in qualibet urbis Romani parte eam exercere potest.*

8. *Olim inferiores Magistratus precariam, & administrationis titulo annexam jurisdictionem habebant.*

9. *Hodiè etiam Imperatore in inferioris territorio præsente, non suspenditur inferioris judicis jurisdictio.*

10. *Sua cuiq; conservanda jurisdictio, ne fiat confusio.*

11. *Imperatore in Comitiis præsente, nihilominus civitatis Magistratus durantibus Comitiis, in cives & subditos suos animadversio, & jurisdictio competit.*

12. 20. *Imperator cum quolibet imperii statu in qualibet instantia in jurisdictione concurrere videtur. Imperator fundatam habet iurisdictionem in omnes imperii Romani cives.*

13. *Tàm mediati, quàm immediati Imperatori subiectionis iure devincti sunt.*

14. *Mediati non solum sub suorum immediatorum Magistratuum, sed etiam Imperatoris tutela, & protectione sunt.*

15. *Vasalli principaliter tenentur adiuvare Regem, etiam contra Dominum suum.* 16 *Ratio. In omni iuramento ipso iure censetur excepta Imperatoris seu superioris autoritas.*

17. *Imperatori superioritas, & suprema iurisdictio semper censetur reservata.* 18 *Huius vigore Imperator cum inferiore concurrere potest, non quisquam illius iurisdictionem declinare valet.*

19. *Iurisdictio & potestas iudicis minoris, ob præsentiam superioris sui videtur suspensa.*

21. *Contraria sententia de iure & moribus est verior, & receptior. Subditi statuum in ordinariis iudiciis relinquendi & non evocandi sunt.*

22. *Principes imperii iurisdictionem non administrationis titulo, sed iure patrimonii in vim utilis Dominii possident.*

23. *Iurisdictio ex feudi beneficio competens ad fructus feudales refertur.*

24. *Dominus feudi non potest se cognoscendo intromittere in primis causis, seu prima instantia subditorum vasalli. Vasallus habet iura utilia, & ideò præferendus Domino.*

25. *Privativè concessâ iurisdictione & regalibus, superior non concurrit in prima instantia cum Vasallo.*

26. *Supremi, optimiq; Principis est, omnes omnium iurisdictiones tueri, non turbare, aut infringere.*

27. *Dominis immediatis invitis non obtrudendi alii Vasalli, neq; illi ex delicto sui vasalli, sine culpa damnum sentire debent.*

28. *Affirmativa sententia in hac controversia prævalere videtur.*

29. *Magna est differentia inter Electores, & Principes Germaniæ, quoad Regalia, & alias prærogativas & inter Domicellos, Marchiones & Barones Italiæ.*

30. Di-

30. *Dominus directus immediatus alieni criminis infortunio ius suum perdere non debet.* 31. *Vasallo delinquendo feudum pe dente, dominium utile consolidatur cum directo, & Domino immediato applicatur.*

32. *Privativè iurudictio, & regalia concessa censentur, si per investituram transferantur.*

33. *Ex investitura utilis Domini ius transfertur in vasallum. Eiusdem rei dominium apud plures in solidum esse non potest.*

34. *Aliud est in his, qui iurisdictionem temporalem administrationis titulo habent.*

35. *Alii etiam status, & Proceres vigere territorii, & ex temporis immemor alis usu privativè iurisdictionem hodiè usurpant.*

36. *Respondetur ad argumenta prioris opinionis. Ad 1.*

37. *In prima instantia coràm immediato suo Magistratu regulariter quilibet conveniendus.*

38. *Ad 2. Superioritatis essentia in quibus consistat.*

30. 40. *Quarè summus Princeps inferioribus iurisdictionem concesserit.*

41. *Quibus mediis ad Imperatorem tanquam supremum iustitia Asylum deveniatur?*

42 *Saxonia Electores & Duces, at Electores Brandeburgensis privilegium non appellandi habent, exceptâ querelâ nullitatis, &c.*

43. *In quibusdam casibus etiam immediatè in prima instantia Imperatoris iurisdictio in inferiorum Principum ac statuum territorio fundatur.*

44. *Ideoq; limitantur prædicta non procedere. 1. In actibus voluntaria iurisdictionis, & in reservatis summo Principi, in quibus ubivis fundatam habet intentionem.*

45. *2. Limitantur non procedere in his, quæ immediatè concernunt publicam imperii utilitatem, & tranquillitatem, &c.*

46. *Mandata Cæsarea quomodo apud civitates, & Principes imperii publicentur.*

47. *3. Limitatio. In collectis imperii quarum intuitu universaliter Imperator mandat, & decernit.*

48. *4. Limitatio. In casu denegata iustitia. Ad suprema Maiestatis officium pertinet, ut cuivis iustitia æqualiter administretur.* 49. *Tali casu causa avocari potest, quæ avocatio est loco appellationis.*

50. *5. Limitatio. Ratione cõnexitatis causa, &c.*

51. *Commissarius summi Principis testes immediatè & mediatè Imperio subiectos examinare potest.*
52. *Idem de Cameræ commissariis traditur.*

53. *Commissarius, sive delegatus Principis in causa sibi commissa, maior est quocunq; ordinario.*

SICUT sol † minora sidera omnia, majore suo 1
lumine offuscat & abscondit quasi non essent:
ita par esse videtur supremo & maximo omnium
judice Imperarore præsenre, minores & inferiores
Magistrarus quasi fasces submittere, *arg l. iudicium, 58. ff. de iud. l. 5. C. de offic. Rector. Provinc.*
Conrad. Rittersh. *in vit. & descript. Frideric. I. Imperat.* [Plin. *in Panegyr. Traian. di 9.*] Bodin. 1. *de
repub. cap ult. pag. mihi* 255. ubi tradit, quod præsente † Rege, Curiæ Parisiorum nulla sit auctori- 2
tas & imperium. [Nicol. Everhard. Jun. *consil.* 41.
n. 82. *volum.* 1. Et similiter dicitur, † quod præsen- 3
te Papa, qui est Pater Patrum, & ordinarius ordinariorum
ad eoq; cum quovis concurrit, quiescat
officium Episcopi, *c. dudum c. quamvis, de præbend. in 6. c. volentes, de offic. legat. c. cuncta per mundum 9. q. 3.* Cavalcan. *decis.* 5. *n* 10. 11. *part* 2. Anton.
Fab. *in Cod rerum in Saband. iudicat. lib.* 1. *Tit.* 3. *defin.* 12. *n.* 3. 4. Mart. Neapolitan. *de iurisd. part* 2. *cap.*
53 *nu.* 5. Et præsente Episcopo non bene dicit Sacerdos,
c. deniq;, distinct. 11. Mart. *d loc.*]

Hisce adstipulatur jus Saxonicum *lib.* 3. *art.* 60.
ubi ita habetur In welche Stadt der König komt/
da sind jhm alle Gerichte geöff. et/vnnd muß der
Vnterrichter zu richten einhalten/ Zobell. *Differen.
iur. Civil. & Saxon.* 1 *part.* 1. Unde verisimiliter ortum,
† quod Imperarore fines alicujus civiraris 4
appropinquante claves portarum ipsi offerri soleant,
Ziegler. *in commun conclus ad aur. prax Calvol. §. Landsassii, part.* 2. *sub limitat. nu.* 3. ubi enim
Leo † pedem figit ibi cætera animalia quiescunt, 5
Rein. Corset. *de privat. recon vent c* 7. §. 22. Capic.
decis. 27. *num.* 35. Et tacere debet inferior, † ubi 6
loquitur superior, Matth. Steph. *de jurisd. lib.* 2.
part. 2. *c.* 2 *nu.* 91. [faciunt tradita Natt. *consil.* 487.
n. 29. *& seq.* Paul. Paris. *consil.* 1. *n.* 12. *vol.* 2. Est verò
Imperat. † sine controversia omnium in imperio 7
superior, & fons totius jurisdictionis, à quo sine
scaturiginis obstructione, aliæ omnes derivantur,
Joh. Andr. *in addit ad specul. tit. de jurisd. omn.
iudic.* Ideoq; in qualibet parte orbis Romani, eam
potest exercere secund. Bald. *in c.* 1. *qui Feud. dar.
poss. & in cap.* 1 *de nat. Feud. c.* 1. *de pac. iuram. firm.*
ubi dicit, quod omnis jurisdictio in quacunque
parte mundi sit penes Imperatorem, sequitur
Curt. *consil.* 95. *colum.* 2. Paul Paris. *d cons.* 1. *n* 12.]

Verùm licet hoc priscis temporibus ita obtinuerit,

8 nuerit, † cum inferiores Magistratus omnes, precariam & administrationis titulo annexam jurisdictionem haberent, hodie tamen alio jure uti-
9 mur, ita ut licet Imperator † in inferioris territorio præsens sit, & in ejus districtum veniat, non propterea suspenditur inferioris judicis jurisdi-
10 ctio; quia sua cuiq; servanda † jurisdictio, ne fiat confusio *c. pervenit, 11. q. 1. ca. Ecce & ibi gl. in verbo: Quod Roma dicit minores exercere suam iurisdictionē,* Zobell. *d. differ. 1. nu. 2.* Rosenth. *de Feud. c. 5 concl. 5. n. 4.* [Confer Simon Pistor. *consil. 4 n. 15. & seqq.*]
11 Etiam Civitatibus † Imperialibus ubi Comitia habentur, & Imperator cum universo imperio præsens est, nihilominus civitatis Magistratui, durantibus Comitiis, in suos cives & subditos animadversio & jurisdictio competit, quamvis quoad legatos & legatorum familiam advenasque aliud sit, ut tradit Bertram. *de Comitiis concl. 60.* apud Arum. *discurs. jur publ. 9.*

Alterum quod attinet de concursu jurisdictionis, an videlicet Imperator cum quolibet imperii statu, in qualibet instantia concurrat: Quamvis id ipsum prima fronte pariter videatur affirmandum ex seqq. rationibus. 1 Quod Imperator
12 † habeat fundatam jurisdictionem, in omnes Imperii Romani cives tam mediatos quàm immediatos, Bald. *in c. 1. column. 1. de his qui feud. dar. poss.* Menoch. *consil. 12. nu. 3 & consil. 2. nu. 5.* Don. Gail.
13 Mastrill. *de Magistrat lib. 1. c. 3. n. 7.* Indeque † non solum immediati, sed etiam mediati Imperatori subjectionis jure & devotione devincti sunt, R. A. zu Wormbs de Anno 1564. §. Wiewol auch in der Executions Ordnung / ibi: den der Pflicht / damit ein jeder vns dem H. Reich / vnd sonsten seiner Obrigkeit zugethan vnnd verwandt ist / auch Vermeidung vnser vnd deß Reichs / vnd seiner Obrig-
14 keit schweren Vngnad vnd Straff. Et mediati † non solum sub suorum immediatorum Magistratuum, sed etiam Imperatoris tutela & protectione eiq; subjecti sunt, d. §. Wiewol auch / ibi: Gnaden / Schutz vnd Schirms so viel ein jeder deß von vns dem H. Reich oder seiner Obrigkeit hat [Mat-
15 thæus de Afflict. *decis. 265. n. 107.* ubi dicit † quod omnes Vasalli Baronum sint subiecti Regi, in tantum quod principaliter teneantur adiuvare Regem etiam contra Baronem & Dominum suum, per notata Andr. *in specul.* Et ita in terminis consuluit Modestin. Pistor *consil. 12. num. 2. & seqq. ac*
16 *passim per tot. vo. nu. 1.* Ratio huius est, † quia licet vasalli & subditi iurent homagium & fidelitatem suis Baronibus & Dominis, tamen in omni iuramento ipso iure censetur excepta Imperatoris seu superioris auctoritas, *c. venientes 19. ibi: in quo debet intelligi exceptum ius superioris, iunct. c. petitio, 30. x. de iureiur. c. venerabilem de Elect. l. Imperatores, ff. ad municip.* Matth. de Afflict. *de nov. form. fidelit. nu. 7.* Felin. *in c. constitutus, nu. 9. de rescript.* Hartman. Pistor. *part. 2. q. 47 nu. 31.* Cacheran. *decis. Pedemont. 78. sub nu. 19.* Rosenthal *de Feud. c. 2. quæst. 3 nu. 6. & c. 8. quæst. 15. n. 5.* Modestin. Pistor. *d. cons. 12. num 6. & seqq. vol. 1. Et ibid n. 10.* ubi ex Matth. de Afflict. *ad c. 1. de nov. form. fidelit.* notat, Quod vasallus iuramento suo solutus sit, si Dominus adversus Imperatorem se rebellem præbeat.] Quare fundata iurisdictione nihil impedit, quo minus cum statibus imperii concurrat.

2. Licet Imperator iura territorialia & iurisdictiones amplissimas in status imperii contulerit, superioritas † tamen & suprema iurisdictio 17
semper censetur ei reservata, *c. dudum, §. hoc igitur de præb. in 6. & præcedenti capite latè dixi.* Huius vigore † ut quæ cum inferiore concurrere po- 18
terit, nec quisquam ipsius iurisdictionem declinare valebit, Panormit. *c. licet, n. 45. de For. compet.* Dec. *in c. meminimus de Appellat.* [Nam iurisdictio † & potestas iudicis minoris ob præsentiam vel 19
cognitionem superioris sui, videtur suspensa, ut sentit gloss. *in c. denique, verb. maior distinct. 21. c. antiqua, § dominico, vers. nisi in urbe* Specul. *in tit. de legat. §. superest col. pen. vers. superest,* Tilem. in. de Benign. *observ. Camer. Pentecost. 8. obs. 1. nu. 20.*] Et hanc sententiam quod Imperator † cum quocunque subdito in iurisdictione concurrere & in ter- 20
ritoriis inferiorum iurisdictionem exercere, eorumque subditos ad se evocare possit, tuetur Alberic. Brun. *cons. 44. nu. 4.* Afflict. *in constitut. regn. lib. 1. rubr. 47. n. 2.* Parlador. *rer. quotid. l. 2. c. 1. n. 26.* Modestin. Pistor *cons. 28. n. 14.*

Contraria tamen sententia † de iure & more 21
novissimo est verior & recepta. Siquidem constitutionibus imperii cautum est, subditos statuum in ordinariis iudiciis relinquendos, & non evocandos esse, *Ordin. Camer. de Anno 1495. rubr.* Die Vnderthanen in jhren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen *quod sub eadem rubrica in reformat. Wormat. de Anno 1521. repetitur Ordin. Camer. p. 2. tit. 1. in pr. tit. 5. §.* Vnd soll sonst / & tit. 8. §. Wie sich aber zwischen.

Nam † cum hodiernis moribus Principes præ- 22
sertim imperii iure hæreditario, perpetuo, & ad

hæredes

hæredes transmissibiles sint investiti, jurisdictionem non administrationis titu o, sed jure patrimonii in vim utilis Dominii possident, ideoq; in ea non minus quàm in fructuum perceptione turbari ab Imperatore debent. Jurisdictio siquidem † ex feudi beneficio comp tens ad fructus
23 Feudales refertur, Conter Pau[illegible] eist. *de jurisd. Rom. Imper. lib. 1. c. 25. nu* 42. Carol. Molin. *in consuetud. Parisiens. tit.* 1 §. 1. *gl.* 1. *n.* 51. [Roland. a Vall. *consil.* 78. *n* 8 *vol* 2. *ubi vide*]

Quamobrem si Dominus Feudi aliquem de
24 jurisdictione † alicujus loci investiat, non potest se cognoscendo intromittere in primis causis, hoc est in prima instantia subditorum vasalli per ea quæ multorum auctoritate tradit Henric. Rosenth. *de Feud c.* 5. *concl* 5. *num.* 4. & *gl.* 4 [Andr. Knich. *de autocrat cap* 1. *num.* 357. & *aliq. seqq.* Roland. à Vall. *consil.* 78. *num.* 3. *vol.* 2. ubi ex Bald. *ad l.* 1. *q* 44. *ff. de rer. divis.* scribit: Quod Dominus concedens castrum in feudum alicui, non possit cognoscere de causis primis rusticorum: quia vasallus habet jura utilia, & ideo præferendus Dominus, sequitur Laudens. *in tractat. de Princ. concl.* 265. Præposit. *in c.* 1. *in fin. de controvers. int. Dn. & Episcop.*]

25 Deinde quoties privativè † conceditur jurisdictio & regalia, superior non concurrit in prima instantia cum vasallo, Jason. *consil.* 7 ? *n* 1. *vol.* 3. Menoch 11. *præsumpt* 18 *num.* 36. & *seq.* Johan. Goedd. *in respons. jur. de restitut. Baron Vallend.* [Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. ju sicat. lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 5. *nu.* 3. *in notat* ubi hanc addit rationem.

26 † Quod supremi optimique Principis sit, omnes omnium jurisdictiones licet inferiores, tueri, non turbare aut infringere, *per l. ult. de jurisdict. l. ult. C ubi & apud quem cogn. in integr. restit. l. consulta n.* 21 *C. de testam* Hinc Petr. Fab. *ad tit. inst. de Attil. Tut.* sc ipsit Quod Dn. directus non possit in terra Baronis sibi subjecti tutorem date pupillo, nec alium actum jurisdictionalem exercere, nisi in defectum justitiæ inferioris, Roland. à Valle *consil.* 75. *n* 6. *vol.* 2. *per notat. in c Romana de offic. ord. in* 6. [Atque hinc etiam confirmatur eorum sententia qui volunt, quod si delinquat va-
27 sallus † Electoris vel Principis contra Imperatorem & propterea bona ejus veniant confiscanda, quod tunc non Imperatoris, sed Electoris vel Principis, jus Fisci privativè habentis, Fisco applicentur, ne Dominis immediatis in vitis obtrudantur alii vasalli, illiq; ex delicto sui vasalli sine culpa damnum sentiant. Atq; ita unanimiter censuerunt Principes Electores in conventu nupermo Ratisbonensi Anno 1630. in Duplic. ad imperator. Daß die, ochlöbliche Churfürsten vnd die Churfürstl. Herren Gesandten / nicht verhoffen / konten sich auch darzu nicht verstehen / daß den jenigen Ständen deß Reichs / so mit dem Keyserlichen Fisco / rechnet / in dessen nutzbarkeiten / viel weniger den Churfürsten in crimine læsæ Majestatis an würcklicher Bestraffunge jhrer vngemittelten Vnderthanen vnnd Landsassen / einiger Eintrag / den rechten / Reichs Abschieden auch jhrer Keys. Maj. selbst engirten avocatoriis zu wider geschehe / zumahlen aber weil derjenige Keys. Fiscus, dessen l. Quisquis, meldunge thut / den Ständen gleich andern h. hen Regalien vnd Obrigkeitlichen Rechten gäntzlich vnnd privativè eingeraumbt vnd vbergeben / dessen sie auch ohnverhindert mänmlich zu geniessen sollen. In contrarium respond t Rol. à Vall. *d consil.* 78. *vol.* 2 *in crimine læsæ Majestatis*, adde etiã Nicol. Boer. *decis.* 264. *nu.* 7. Verùm † ponderatis 28
rationibus, quas adducit Roland. in utramq; partem, illæ videntur prævalere, quas dubitativè pro hac affirmativa adduxit, quæ etiam suos habet auctores ab ipso nec allegatos, non postremi nominis. Præterea Rolandus non loquitur in terminis Electorum & Principum Germaniæ, sed alicujus Domicelli Italiæ, non ab Imperatore sed alio Principe neque Principatu, sed tantum castro aliquo investito At magnam † esse differentiam 29
inter Electores & Principes Germaniæ quoad regalia & alias prærogativas, & inter ejusmodi Domicellos Marchiones & Barones Italiæ, expeditũ est. Et hanc affirmativam tuetur Farinac. *de Delict. & pœn. q.* 2 ? *n* 107. Et pro ea pulcras rationes adduxit Cravett. *consil.* 128 *n.* 6. Et se ui videtur Card. Tusch. *pp. conclus.* 211. *n.* 20. *verb. Feud. lit. F.* ubi distinguit inter Dn. habentem Fiscum, & non habentem, Paul. Christinæ. *decis. Belg.* 175. *n.* 9. ubi similiter declarat, nisi Barones & Comites ex privilegio vel consuetudine habeãt jus confiscandi, quod tunc non ad summum Principẽ, sed ad hos pertinere confiscationes. Et decem fundamentis iuris firmavit ea idem Ægidi. Bellamer. *dec.* 725. Et ita in terminis rebellionis in Regem commissæ, judicasse non solum iudices magnæ curiæ vicariæ, sed etiam in sacro consilio Regio Neapolitano, ita votando obtinuisse, testis est Matth. de Afflict. *decis. Neapolit.* 282. per rationes & iura ibid. allegata, Cæsar. Ursill. *in addit. ad. d. decis.* 282. *num.*

282. *num.* 15. *& seq.* Dominus siquidem Directus
30 † immediatus, alieni criminis infortunio jus suum perdere non debet, *l. res uxoris, C. de donat. int. vir. & ux. & in l. si quis presbiter, C. de Episcop. & Cleric.* uti in nostris terminis argumentatur Guid. Papæ. *decis.* 241 *num.* 2. *& ibid. annotat. Baron.* Et
31 quando vasallus † delinquendo feudum perdit, tunc dominium utile consolidatur cum directo & Domino immediato appellicatur, à quo feudum habuit, non verò Domino offenso, uti post Oldrad. Cravett. & alios infert Farinac. *d. quæst.* 25. *num.* 107. alia argumenta apud allegatos auctores invenies, vid. quæ novissimè pro hac sententia scribit Johan. Köppen. *observat. Feud.* 9. *n.* 23. *& seqq.*] Privativè jurisdictio †, & regalia con-
32 cessa censentur, si per investituram, quæ est species quædam contractus, transferantur, Jas. *d. cons.* 70. *colum.* 4. Curt. *sen. consil* 73. *nu.* 28. Cravett. *consil.* 41. *num* 36. Ludolph. Schrader. *de Feud. part.* 10. *sect.* 1. *nu.* 131. [Cacheran. *decis. Pedemont.* 79. *n.* 24.] Nec quicquam præter jus superioritatis censetur reservatum, Schurff. 1. *cons.* 26. *num.* 2. *& seq.* We-
33 senbec *consil.* 95. *n.* 27. Nam ex investitura † uti is Dominii jus transfertur in Vasallum, ideoque necesse est privativè transferri, quia ejusdem rei Dominium apud plures in solidum esse non potest, per vulgata Menoch. *d. præsumpt.* 18. *n.* 16. Et longè potentius est Dominium jurisdictionis utile in exercitio, quàm directum, Andr. Knich. *de vestitur. pact. part.* 2 *c.* 1. *n.* 31. *& seq.* Surd. *consil.* 210. *nu* 1.
34 *volum* 2. Aliud vero est † in his qui jurisdictionem temporalem administrationis titulo habent, per ea quæ tradit Don. Garf. Mastrill *de Magistratib. lib.* 3. *cap* 2. *num.* 37.

35 Alii etiam status † & Proceres licet non per modum Feudi jurisdictionem possideant, tamen vigore territorii & ex temporis immemorialis usu privativè jurisdictionem ad imitationem Feudatariorum hodiè usurpant, quod notius est, quam ut ulteriori probatione indigeat.

Ad 1. prioris opinionis argumentum respon-
36 detur, quod verum quidem sit Imperatorem, † habere fundatam iurisdictionem in omnes tam mediatos quàm immediatos imperii cives, quando causa vel per viam simplicis querelæ, vel appellationis ad Cæsaream cognitionem, vel Cameram, quæ Majestatis suæ est Consistorium, juxta publicas imperii constitutiones pertinet.
37 Regulariter † enim in prima instantia coram immediato suo Magistratu quilibet conveniendus, per constitutiones imperii supra allegaras. Et ita etiam mediati superiori, mediante subjectione devincti sunt, & non nisi certis casibus immediatè parent. Neque enim universalis illa & per universum imperium diffusa jurisdictio eò se extendit, ut Proceribus imperii in jure immediatæ jurisdictionis quæsito quid derogare valeat. Andr. Rauchbar. *p.* 2. *q.* 11 *n.* 11.

Ad 2. respondetur, superioritatis † essentiam 38
non consistere in eo, ut cum quolibet inferiore concurrat superior, sed ut ab omnibus tanquam superior recognoscatur, & ad eum tanquam ultimum centrum per viam Appellationis simplicis querelæ vel nullitatis recurratur. Cum enim ideò
inferioribus † summus Princeps jurisdictionem 39
concesserit, ut causarum multitudine in prima instantia levaretur, utique noluit cum quolibet concurrere, sed suam cuique sartam relinquere
jurisdictionem. Credidit † namque summus Prin- 40
ceps, eos qui ob singularem generis & ingenii dignitatem, explorata eorum fide & gravitate ad tantæ dignitatis fastigium evecti sunt, non aliter iudicaturos esse pro sapientiæ ac dignitatis suæ luce, quàm ipse foret iudicaturus, *l. un. circ. fin. ff. de offic. præfect. Prætor.*

Neque exinde superioritas † summi Principis 41
minuitur, eum vel per viam Appellationis aut Nullitatis, vel simplicis querelæ propter denegatam protractam vel neglectam justitiam, ad ipsum tanquam supremum iustitiæ Asylum devenitur.

Et licet Saxoniæ † Electores & Duces, ac Ele- 42
ctores Brandeburgenses hoc privilegium habeant, ut ab eorum sententiis ad Imperatorem & Cameram non appelletur, interim per querelam nullitatis, & aliis casibus in quibus in prima instantia, vel per simplicem querelam fundatur iurisdictio Imperatoris, vel summi eius consistorii, eò deveniri solet, ut modò dicetur, & confer. Thom. Mich. *de jurisdict. concl.* 26. *lit. E. in notat.*

Sunt tamen casus † quibus etiam immediatè 43
in prima instantia Imperatoris iurisdictio in inferiorum Principum & statuum territorio fundatur. Ideoque limita prædicta 1.

Limita 1. hæc non procedere † 1. in actibus 44
voluntariæ iurisdictionis & iis quæ sunt reservata supremo Principi in signum præeminentis potestatis superioris, Keyserliche Reservaten und Hoheit, in quibus ubivis locorum fundatam habet

bet im-

bet intentionem, veluti circa creationem Principum, Comitum, Equitum, Nobilium, aliorumque jurium concessionem, quo casu ubivis concurrere potest etiam cum illis, qui cjusmodi jura, ex concessione vel præscriptione usurpant, per tradita Paul. Parif. *consil.* 1 *n* 12. *vol.* 2.

45 Limita 2. præmissa non procedere † in his, quæ immediatè concernunt & respiciunt publicam imperii utilitatem & tranquillitatem; quia circa hæc Imperator in toto imperio mandata publicare, insinuare, affigere, & in inferiorum territorio vel per suos Commissarios decernere & jus dicere potest, secundum receptam tamen consuetudinem & imperii Leges ac Constitutiones. Hujus rei extat exemplum in Recess. Imper. Spirens. de Anno 1570. §. Vnnd auß sonderm nothwendigen/ ubi Imp. ordinat Commissarios, qui in Nundinis Francofurtensibus curam rei monetariæ suspiciunt, ne depravatæ monetæ in imperium invehantur. Quoad publicationem
46 † mandatorum & edictorum Cæsareorum, differentia observatur inter Civitates & Principes imperii. In Civitatibus imperii ejusmodi edicta, imperii utilitatem publicam concernentia plerumque per Cæsareum Heroldum valvis Curiæ vel aliis locis publicis, affiguntur: Principibus verò insinuari solent, qui deinde per suos officiales in territoriis suis ea publicant. Insinuatio autem ista quandoq; fieri solet per circuli cujusque Directorem durch den außschreibenden Fürsten eines jeden Kreyses dessen zugethanen Ständen.

47 Limita 3. † in collectis imperii, quatum inenitu universaliter Imperator mandat & decernit, vid. R. A. zu Regenspurg de Anno 1576 §. Vnd demnach sollen/ *inn* 7. §§. *seqq.* & *quæ scripsi supra hac Class. cap.* 4. *n.* 153 & *seqq.*]

Limita 4. quoad casus denegatæ iustitiæ, *Aur.*
48 *Bull. Carol. IV. tit* 11. Ad supremæ namq; † Maiestatis officium pertinet, ut cuivis iustitia æqualiter administretur daß keiner uber Rechtbeschweret oder Rechtloß gelassen werde/ R. A. zu Augspurg/ de Anno 1530. Item wie nechst hiebevor/ & §.
49 præcedenti. Ideoq; tali † casu causam avocare potest, quæ avocatio est loco appellationis, ut post Speculator. tradit Zobell. *different.* 1. *part.* 1. *n.* 4.

50 Limita 5 ratione connexitatis † causæ, ita ut si Principale negocium ad Imperatoris immediatam cognitionem pertineat, de connexis etiam se intromittere potest, Petr. Fridet. Mindan. *de continent. caus. c.* 3. *num. ult* Joh. Gœdd. *ad c.* 1. *n.* 31. *x. de sequestrat. possess. fac. cap. ex tenore.* & *c. fin. x. de rescript.*

Hinc etiam est, quod Commissarius † summi 51
Principis, non solum testes immediatè, sed etiam mediatè imperio subiectos examinare potest, per ea quæ tradit Rutger. Rul. *de Commiss.* & *Commission. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 4 *nu.* 19. *fac. text. in l. sed etsi,* 26. §. *ult. verbis: testimonii causa evocatus ad Principem, ff. ex quib. caus. maior. add.* Coletum *de Processib. execut. part.* 3. *c.* 7. *nu.* 36. Idem de Cameræ † Com- 52
missariis tradit Geil. 1. *obs.* 98. *num* 2. quamvis à nonnullis statibus quandoque contradictum esse ibidem asserat, contra quos tamen mandata sine clausula impetrata præiudiciis confirmat Ruland. *d. lib* 5. *c.* 3. *num.* 25. ubi rationes hujus sententiæ vide. [Et præter alias hæc reddi potest, quod Commissarius sive Delegatus Principis † 53
in causa sibi commissa, maior sit quocunque ordinario, quia Principis vice fungitur, eiusq; personam repræsentat, *c sane quia, x. de offic. deleg. c. pastoralis, §. præterea, x. de offic. ord.* Aretin. *in l. si adversus, C. si advers. rem iud.* Tileman. de Benign. *observ. Cameral. Pentec. st.* 8. *observ.* 1. *num.* 21. Card. Tusch. *pract. conclus.* 148. *num.* 1. *verb. Delegatus à Principe, &c.*] Hunc pertinent omnes illi casus ferè, in quibus Cameræ iurisdictio etiam in prima instantia fundatur, de quibus videndus Andr. Geil. 1. *obs.* 1. *per tot.*

CAPUT VIII.

DE STATUUM IMPERII IURE IN conventibus seu Comitiis circa administrationem universi.

SUMMARIA.

1. *Principum, Procerum, & statuum imperii jus & potestas in quibus consistit.*

2. *Quod cum Principum ac statuum imperii consilio sit ordinatum, ad salutem imperii Romani, & Maiestatis Imperatoriæ gloriam redundat.*

3. *Comitia unde dicta.* 4 *Eorum usus antiquissimus.* 5. *In omnibus regnis, & imperiis.*

6. *De Comitiis Romani imperii quinam novissimè scripserint.* 7. *Ex imperii Recessibus, & aliorum scriptis hic quædam proponuntur.*

8. *Comitiorum definitio, à Paurmeistero tradita.* 9. 10. *Hæc definitio nimis angusta.* 11. *Alia Bertrami definitio.*

12. *Calata Comitia in Politia Romana quæ di-*

agebantur. 13. Horum tria genera. Curiata, Centuriata, & Tributa. 14 Curiata qua.

15. *Ius convocandi & habendi curiata comitia penes quos fuerit.*

16. *Centuriata comitia qua erant. 17 Ciceroni dicuntur magna comitia 18.20. Qua in hisce Comitiis agebantur. 19. Cicero lege centuriatâ ab exilio revocatus.*

21. *Hac comitia à quibus Magistratibus indicebantur. 22. Suffragio in his qui ferebant.*

23. *Locus horum comitiorum erat campus Martius.*

24. *Tributa comitia qua erant.*

25. *Ius omne comitiorum penes quem residebat.*

26. *Hodiè in imperio Romano Germanico ex usu duplicia habentur Comitia, universalia, & particularia.*

27. *Vniversalia quid. 28. Particularia quid? 29. inter particularia referuntur conventus Electorum* Chur Furstentag. *30. Et in specie Conventus Electionis* Wahltage.

31. *Particularibus comitiis ascribuntur conventus Circulorum,* Kreißtage. *32. Item olim conventus Regimenti,* deß Reichs Regiment. *33. Hodiè Conventus deputatorum.* Deputationstag. *Quando institutus, à quo & ex quibus personis cogatur 34. Huius Conventus jus primò ad certas personas restrictum, postea ad heredes translatum. 35. Causa huius conventus.*

36. *Similis est conventus visitatorum Cameræ,* Visitations-Tag.

37. 47. *Vniversalia comitia indicit Imperator, sed non nisi de consensu & autoritate Electorum.*

38. *Idq; aliquando motu proprio, urgentis utilitate publicâ, aliquando ad statuum instantiam.*

39. *Principes, & status imperii vocati ad comitia comparent humiliter. 40. Vel per se, vel per Legatos suos. 41. Praestat tamen personalis statuum præsentia, præsertim si res ardua tractanda. 42. Per Legatos comparentes causas idoneas personalis absentiæ in literis allegare, & exponere debent.*

43. *Status imperii in Comitiis collocantur in tres Classes & senatus* Reichs-Rähte *Electorum, Principum, & civitatum imperialium.*

44. *Principibus annumerantur Comites, & Barones, votum sessionemq; in comitiis habentes.*

45. *Comites qui non sunt status & immediati, iure comitiorum non gaudent.*

46. *Comites & Barones ad comitia vocati, duorum saltem suffragiorum jus habent.*

47. *Forma comitiorum habendorum ex Wehnero.*

48. *In reliquis summa imperii potestas in duos semisses tribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent.*

49. *Ordinum semissis in tres sextantes tribuitur, quorum unum Electorum, alterum Principum, tertium civitatum imperii senatus obtinet.*

50. 51 *Quanam suffragii ferendi in Comitiis sit ratio. Et quanam votorum inter se proportio.*

52. 53. 54. 55. *Forma & modus comitiorum in quo consistat.*

56. *Causæ & negotia in Comitiis tractanda sunt res ardua, totum imperii corpus tangentes. 57. Quæ hic enumerantur.*

58. *Comitiorum jus,* Reichstage, *propriè imperio convenit, aliis verò regnis ad similitudinem, & imitationem imperii.*

59. *Quod maior pars curiæ efficit, pro eo habendum, ac si omnes egerint. Suffragia non ad pondus exigenda sed ad numerum. 60. Quod major pars judicium judicârit, id ratum esto.*

61 *In imperii Roman Germ Conventibus vota non ponderanda, sed numeranda.*

62. *Homines ad dissentiendum naturaliter proni, & faciles.*

63. *Quæ numero vincit sententia, eadem quoque rationis pondere superior existimanda.*

64. *Numerantur sententiæ, non ponderantur. In publico consilio nihil est tàm inæquale, quàm æqualitas ipsa.*

65. *De votorum pondere disputando, & in varias partes eundo, negligeretur publica utilitas, &c.*

66. *Plus vident oculi, quàm oculus, & à multis perfectius haberi potest veritas, quàm à paucis.*

67. *Olim in summo imperii senatu quod Regimentum imperii dicebatur, maioris partis suffragatio, præponderabat. Idemq; servatur in conventibus circularibus. 68. Hic etiam stylus servatur in senatu Neapolitano, Pedemontano, in Rotis & senatibus Italicis, in summo Sabaudiæ, & Mechliniensi senatu.*

69. *Maior pars confœderatorum in causis fœderis concludit.*

70. *Sunt casus, & causæ, ubi nec in suffragiis major pars minori præiudicat, videlicet concernentes conscientiam, & religionem. 71. item, quæ ad omnes tanquam singulos pertinet. In his potior videtur conditio prohibentis.*

72. *In contributionibus imperii, pro publica imperii necessitate & utilitate impositis, verius est, maioris partis suffragia prævalere.*

73. *Quod*

73. *Quod ad omnes pertinet, illud ab omnibus vel maiori parte approbandum. In toto iure generi per speciem derogatur.*

74. *Consilia consultantium à superiore ponderantur, suffragia verò numerantur.*

75. *Absentium ut in aliis collegiis, ita nec in imperii conventibus ratio habetur.*

76. *Decreta præsentium ligant absentes.*

77. *Idem obtinet in illis, qui ante finita Comitia recedunt.* 78. *Æquum non est ut vel absentia, vel contumatia temerè recedentium negotia universitatis impediat.*

1 PRincipum, Procerum † & statuum imperii jus & potestas non solùm se extendit ad personas & res ditionum suarum, quibus vigore territorialis superioritatis præsunt: sed vel maximè in totius imperii Romani administratione, in jure consultandi & statuendi unà cum Imperatore in publicis imperii conventibus consistit, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part 1. cap. 7. n. 1.* Post-
2 quam namq; summus Princeps † in partem sollicitudinis imperii status assumpsit, benè cognovit, quod cum eorum consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem imperii Romani, & ad suæ Maj. stati: gloriam redundare, ut loquuntur Impp. *in l. humanum, C. de legib.*

3 Comitia † à coëundo dicta, quod populus in his coire vel in unum locum convenire solebat.
4 Horum usus † fuit antiquissimus, in politia Hebræorum, Græcorum, Romanorum & omnium ferè gentium, ut multis ostendit Althus. *Politic. c. 33. num. 30. & seqq.* adeoq; nullum unquam ex-
5 titisse † regnum vel imperium, in quo ad consilia reipub. causa ineunda publicorum congressuum usus non fuerit necessarius, Bertram. *de Comit. conclus. 7.* Rationes hujus juris investigat & reddit pulcras Althus. *d. loc.* [Angli comitia Regni, Parlamentum vocant, Petr. Suav Polan. *in histor. concil. Trident. lib. 5 p 43.*]

6 De Comitiis imperii † Romani & tam Imperatoris quàm ordinum jure in illis novissimè & diligentissimè scripserunt Tob. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2, c. 3. per tot* Matth. Wehner *in pract. observat verb.* Reichstag/ Althus *d. cap. 33. ferè per totum*, Bertram. *in disputation. de Comitiis diligenter conscripta per tot* [Domin. Arum. *integr tractat. de Comit. Anno* 1630. *edito*] Ego ne vel aliorum
7 labores † meos faciam, vel in hac materia quæ magis ex usu, eoq; non ita frequenti & omnibus obvio, quàm ex arte tractanda & tradenda, non me multum diffundam, sed quædam ad continuationem instituti ex ipsis imperii recessibus & aliorum scriptis proponam.

Comitia † ex stylo & usu imperii Romani sunt 8
Imperatoris & ordinum imperii conventus, Publicæ utilitatis causa instituti, definitore Paurmeister. *d. c. 2. nu. 3.* Quam tamen definitionem † 9
seu descriptionem nimis angustam dicit Bertram. *de Comit. conclus.* 8. Sunt namq; conventus † 10
Electorum, quibus Imperator non interest, Item circulorum conventus quibus neque Imperator regulariter, neque omnes imperii ordines intersunt. Itaque ille describit † Comitia, quod sint 11
conventus totius corporis imperii, aut partis ad aliquid sciscendum decernendumve reipub. causa.

In Politia Romana † populari Calata Comitia 12
dicebantur ubi calabatur, id est, convocabatur totus populus per Cornicinem, *§. 1. instit de testam. & ibi not.* Johan. Borch. Vigl. *& communiter Dd.* Connan. *9 Comment.*

Horum Comitiorum † tria genera, pro triplici Quiritium distinctione erant, Curiata, Centuriata & Tributa, quæ à suis collegiis, in quæ populus divisus erat vocabantur. 13

Curiata dicta fuerunt † in quibus populus curiatim, hoc est, per curias divisus suffragia ferebat, ita ut quod plures curiæ statuissent, id jussum populi dicerent. 14

Jus † convocandi & habendi Curiata comitia in statu Monarchico Reges: in Aristocratico postea Patricii, Consules, Prætores, Interreges & Dictatores habuerunt Jus verò suffragii cives Romani. 15

Centuriata † Comitia erant, in quibus per centurias populus divisus, suffragia ferebat, ita ut suffragia centuriatim colligerentur, & quod plures centuriæ jussissent, id ratum haberetur. 16

Hæc comitia † Centuriata magna Comitia 17
Ciceroni dicuntur, *lib. de legib. & notat* Budæ. *ad l. posteriore de orig. jur p. mihi 90.*

In hisce † Comitiis leges ferebantur, privile- 18
gia irrogabantur, proscriptiones decernebantur, exules revocabantur, Consules creabantur. Hinc Cicero † gloriatur in orat. quam de redit. suo in- 19
scripsit, se lege Centuriatâ ab exilio revocatum esse, inquiens: *Quo die nos Comitiis centuriatis accersivit in patriam, ut eædem centuriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent.*

Ss 2 Et de

20 Et de capite † civis Romani non modò ferri sententia, sed ne quidem judicari potuisse, nisi in Comitiis centuriatis, Budæ. *alleg. supra loco.* Indi-
21 cebantur † hæc Comitia à magistratibus majoribus, consulibus videlicet, prætoribus, censoribus, dictatoribus, Decemviris & tribunis militaribus consulari potestate.

22 Suffragia † in his ferebant cives in centurias descripti, etiam extra urbem habitantes in provinciis. (Martius.

23 Locus horum † Comitiorum fuit campus

24 Tributa † Comitia erant, in quibus per tribus divisis populus suffragia ferebat, qua de re latius discurrit Althusf. *d. cap. 33. n. 41. & seqq.*

25 In populari † statu penes populum omne jus Comitiorum residebat, donec Julius Cæsar primus cum populo hoc jus divideret, quod cum per bella civilia & impotentem Triumviratum abiisset in desuetudinem reduxit Augustus, Sueton. *c.* 40. & 41. Dion *lib. 53.* Tiberius verò jus omne hoc sibi & senatui sumpsit, excluso populo. Tacit. 1. *annal.*

26 In imperio † nostro Romano Germanico Duplicia ex usu habemus Comitia, universalia & particularia.

27 Universalia † sunt Cæsaris & omnium ordinum conventus, vulgò Reichstag / gemeine Reichsversamblunger.

28 Particularia † verò sunt quando pars quædam statuum convenire solet. Inter hæc referuntur
29 conventus † Electorum, qui in genere dicuntur Churfürsten Tage / der Churfürsten Versamblun-
30 gen. In specie † verò ratione subjecti occupantis, quando vacante imperii Romani sede ad electionem conveniunt, dicuntur Wahltage.

31 Hisce † etiam adscribendi conventus circulorum Kreyßtage / qui ordinariè singulis annis semel, & necessitate flagitante sæpius conveniunt, ac de contributionibus, monetis, præsentatione adsessorum, executionibus contra contumaces faciendis deliberant, Rutg. Rulan. *l. de Commissar. lib. 5. c 4. part. 2. nu. 54.* adde Denaif. *in jur Camer. tit. 212. verb. Pacis publica conservatio. Et dixi supra Class. 4 c. 1. n. 6. & seqq.*

32 Particularibus † Comitiis similiter adscribuntur conventus, quando ex universo quidem statuum ordine & collegio quidam seliguntur, qualis fuit olim conventus Regimenti deß Reichs
33 Regiment: hodie etiam † deputatorum vulgo Deputationstag / qui primò institutus in Comitiis Augustanis de An. 1555. R. A. de An. 1555. So sich daß abermals / quos Archiepiscopus & Elector Moguntinus tanquam Archicancellarius imperii, nomine & auctoritate Cæsarea ex certis ... nis cogit, d. §. So sich dann abermahlen ... vnnd wollen / daß seine Liebde / (intellige Archiepiscopum Moguntinum) als Ertz-Cantzler deß Reichs / im na... vnnd von wegen der Keyserlichen Maiestät / oder wo die ... ausserhalb dem Reich wer / vnsertwegen vnd an vnser (intellige Regem Romanorum tunc temporis Ferdinandum) statt / die andere Churfürsten / auch von der Fürsten sechs / nemblich vns als Ertzhertzogē zu Oesterreich / Melchiorn Bischoffen zu Würtzburg / Wilhelmen Bischoffen zu Münster / Hertzog Albrechten in Beyern / 2c. vnd dann Gerwicken Apt zu Weingarten vnd Ochsenhausen / von der Prælaten: Friederichen Graffen zu Fürstenberg / 2c. von der Graffen vnd Herren: Cölln vnnd Nürnberg / von der Stätte wegen / auff einen bestimpten Tag gen Franckfurt am Mayn zusammen beschrieben / 2c. Et licet hujus conventus jus ad certas personas in d. constitutione restrictum sit, postea † tamen ita 34
declaratum, ut ad hæredes transiret, additis in Principum ordine prioribus Duce Juliacensi & Hassiæ Landgravio, R. A. zu Augspurg / de Anno 1559. §. Auff daß dann dißfals vnsere vnnd deß H. Reichs Ordnung vnmangelhafft sey / vnd die Gebühr erfolgē möge / haben wir vns auff jhr der Churfürsten / Fürsten / Stände / Rahte vnd Gesandten gut bedüncken mit jhnen / vnnd sie sich hinwider mit vns verglichē / daß jetzt angeregte Disposition in ermeltem deß fünff vnnd fünfftzigsten Jahrs ergangenen Abschied verleibt / so lieber er auff die namhafft gemachte Fürsten vnd Stände gestanden / auff der selbigen nachkommen vnd Erben zustellen / also vnd der gestalt / daß auff solchē fall / woferrn sich derselbe vber versehen zutrüg / vermittelst vnser Neve vnd Churfürst / der Ertzbischoff zu Mäintz / zu mehrer Gewißheit / die andern seiner Liebd Mit Churfürsten / vnd neben denselbigen einen Hertzogen zu Oesterreich / den Bischoffen zu Würtzburg / den Bischoff zu Münster / den Hertzogen in Ober- vnd Nieder Beyern / den Hertzogen zu Gülich / den Landgraffen zu Hessen / als von Fürsten / einem Apt zu Weingarten / von der Prelaten / den Graffen zu Fürstenberg / von der Graffen / vnd von der Frey- vnd Reichs-Stätt wegen / die Statt Cöln vnnd Nürnberg / beschrieben / dieselbe auch zu erscheinen schuldig seyn sollen / zu berahtschlagen / zu handeln vnd zuschliessen / alles auff maß der gemelt vnser jüngst allhie auffgerichter Abschied auffweiset vnnd mitbringet. Hisce postea accesserunt hi quatuor, Episcopus Constantiensis, Burgundia provincia, Dux Brunsvicensis, & Pomeraniæ, R. A. de Anno 70. §. Vnd damit solches 2c.

Causa hujus conventus † ordinaria in dd. constitutionibus exprimitur, si videlicet graves adeò motus oriantur in imperio, quibus compescendis vires unius, trium vel quinque circulorum non sufficiunt, & Capitanei eorum universorum circulorum auxilio opus esse censent, qui Moguntino negocium exponunt, & is nomine Cæsareo conventum istum convocat. 35

Similis

36 Similis est † conventus visitatorum Cameræ Vi[illegible] qua de re vid. Den. in intur. Camer. verb. visitatio. §. 32.

37 Universalia † Comitia indicit Imperator, sed non nisi de consensu Electorum, secundum leges Cæsari in Electione dictas, R. A. de Anno 1507. §. Haben wir ein gemeine Reichsversamlung nach vorgehabtem Raht vnnd gutachten vnser vnd deß Heiligen Reichs Churfürsten/ R. A. de Anno 1576. §. Also haben mit Raht vnd Bewilligung vnser vnd deß H. Reichs Churfürsten nicht vmbgehen mögen/ eine gemeine Reichsversamlung außzuschreiben/ cum similibus, [adde R. A. de Anno 1567. §. Weil wir. Et de Anno 1582. §. Derhalben.] idque facit

38 † aliquando motu proprio, urgente tamen utilitate publica: aliquando vero ad devotam statuum supplicationem & instantiam, R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1541. §. Darzu haben wir auff Churfürsten vnd Fürsten vnd der Abwesenden Bottschafften vnderthenigst Bitt an vns in Schrifften gelangt/ auch mit zeitigem Raht vnser vnnd deß H. Reichs Ständen einen gemeinen Reichstag anhero außgeschrieben.

39 Principes † verò & status imperii vocati ad Comitia comparent humiliter erscheinen gehorsamlich. & non nisi cum venia ante exitum eorum sine indignatione Imperatoria discedunt, R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1546. Dieweil wir aber/ ibi: so gleichwol allhie gehorsamblich erschienen/ auß ihren Ehehafften vnd Vrsachen/ mit vnserm Vorwissen vnd gnediger Bewilligung/ vnd darneben auch der Protestirenden/ &c. Com-

40 parent † autem vel per se vel per Legatos, R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. Auff rechten Reichstag/ Churfürsten/ Fürsten/ vnd andere Stände ziemlicher Anzahl eygener Personen/ vnd etliche durch ihre Bottschafften durch ihren Volmächtigen mit vollmächtigen Gewalt ... erschienen ... auf ...

41 men vnd erschienen. Præstat † tamen personalis statuum præsentia præsertim si res valde arduæ tractandæ R. A. zu Wormbs / de Anno 1545. §. Vnnd dieweil auff jetzigen Reichstag/ in fin. ibi: die Stände selbst ... also beschaffen vnd geartet/ daß sie ohn ihre Personen ... Gegenwertigkeit ... mehrer Reichsstände nicht wol erledigt oder verglichen mögen werden/ add. R. A. de Anno 1546. §. Wir haben vns auch mit

42 vnsern &c. fin. Indeque per Legatos comparentes † in literis allegare & exponere debent causas idoneas quare personaliter Comitiis interesse non potuerint, R. A. zu Trier vnnd Cölln/ de Anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten/ ibi: Persönlich/ oder durch ihre vollmächtige / treffentliche Bottschafften/ wo sie in eigener Person zuerscheinen verhindert/ ... ihren Glauben/ mit jhren Würden vnd Siegeln beschreiben sollen/ &c.

43 Status † imperii collocantur in tres Classes & senatus R. A. de Anno &c. quarum prima Electorum: secunda Principum: tertia civitatum imperialium.

44 Princi[pibus] † annumerantur etiam Comites & Barones in iure consultandi & suffragandi in Comitiis, non tamen omnes, sed hi saltem, qui sunt status imperii, eorumque & sessionem in Comitiis habent, die Grafen vnd Standt in Reichsversamlungen haben/ Reichs A. de Anno 1548. §. [illegible] auch in vnsers gegenwertigen/ junct. §. Allweil in der Klagern. Reichstag. Nam illi

45 Comites † qui non sunt status & immediati, iure Comitiorum non gaudent. In Comitiis autem

46 † & Baronibus qui sunt status imperii hoc ius est, ut quidem omnes ad conventus vocentur, sed duorum saltem suffragiorum ius habent, & in duas tribus distinguuntur, Suevicam & Wetteravicam, Paurmeister. dict. cap. 2. n. 25. De iure autem Comitiorum & Forma, quædam subiiciam ex Matth. Wehner. qui hac de re ita scribit.

47 *Ius autem Comitiorum † ac suffragiorum inter Cæsarem & status ita est divisum ut Imperator ius habendorum Comitiorum ac ordines convocandi habeat sed non nisi autoritate & consensu Electorum, iuxta leges Cæsari in Electione dictas, ideoq; antequã diem futurorum Comitiorum edicat, Electores singulos per literas consulere solet, ut patet ex* R. A. zu Augspurg/ 1582. Haben auff gutachten vnd Rahts vnser vnd deß H. Reichs Churfürsten einen gemeinen Reichsversamblung außzuschreiben lassen/ *ibid.* *Epistolis Cæsareis, quibus ad Comitia vocantur status, vulgò* außschreiben/ *zum* Reichstag / *inseri solet ita:* Wann wir sonsten vns vnd deß H. Reichs Churfürsten/ nach reiffer stattlicher Erwegung/ vnuermeidlich vnd vnumbgenglich zu sein befunden/ einen allgemeinen Reichstag anzustellen/ darzu vns vorermelte Churfürsten/ einhelliglichen Consens dem ... gemäß/ vnter jhrer Lieben Handschrifft vnd Siegel gegeben/ die Bestimmung deß Tags/ Zeit vnd Stell vnd als viel die Malstatt betrifft/ ihnen vnser vnd deß H. Reichs Statt Augspurg/ umb erheblichen Vrsachen willen/

48 gefallen lassen &c. *In reliquis † summa imperii potestas (ex mente Wehneri) in duos semisses tribuitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, sicut olim quoq; inter Cæsarem & populum ius Comitiorum divisum Suetonius scribit, sed pro partibus divisis. Inter Imperat. verò & ordines summo imperii, excepta iuris singularis vel privilegiorum concedendorum facultate pro partibus indivisis distributum est. Ordinum semissis in tres sextantes tri-*

49 *buitur, quorum unum Electorum, alterum Principum (quo nomine omnes Principes Politici & Ecclesiastici, Prelati, Comites & Barones hic veniunt) tertium Liberarum imperii civitatum senatus obtinet. Et quanquam hæc pars denuò in ... sit subdivisa inter senatus, iure tamen suffragiorum ferendorum ... utuntur. Electores enim & civitates in suis ... classibus viritim suffragia in... In Principum autem senatu alia Principum ... sic dictorum, alia*

50 *Prelatorum, Comitum &c. ... ferendi suffragii ratio*

*ratio est. Et quantum ad Principes Ecclesiasti-
cos, Episcopi omnes singularum sententiarum dicen-
di jus habent. Quibus ex vetori Pralatorum ordi-
ne hodie accedunt Magistri ordinum Equitum
Teutonicorum* (Teutsche Meister) *sive Maria-
norum ac divo Johan. Sacrorum, Abbas Fuldensis,
Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Cor-
beiensis, Prumensis, Stabulensis, Prapositi Elbangen-
sis & Bercht[illegible]sgadensis, Principum Politicorum fa-
miliae quadam unum, quadam respectu diversarum
linearum duo, tria vel quatuor vota habent, ut ex
subscriptionibus recessuum imperii patet. Sed quia
Pralati, Comites & Barones, Principes numero longè
superant, ideoq; sententiarum multitudine, universa
51 ad se trahere possint. Igitur † jam olim gradus suf-
fragiorum ita constituti sunt, ut Principes Ecclesia-
stici, & qui ex Pralatis ipsis accensentur, omnes ut di-
ximus viritim: Pralati verò & Comites curiatim
sententias dicunt, hoc discrimine, ut Pralatorum cu-
ria unius, Comitum vero ac Baronum à Locis in duas
tribus, Suevicam ac Wetteravicam dissecta, duorum
ferendorum suffragiorum jus habeat, Ut ita compu-
tato votorum numero, Casaris ad ordines universos,
ut iam monuimus, hemipla: ad singulas ordinum
classis tripla. Ad Electores singulos 21. ad Principes
tam Ecclesiasticos quàm Politicos 180. Ad Pralatos,
Comites & Barones, qui ut pramisimus non viritim
sed curiatim sententias dicunt exigua: ad Civitates
verò sigillatim 210. sit ratio Electorum porrò ad sin-
gulos Principes ferè tripla, ad Pralatos & Comites non
adeò magna; ad Civitates, plus paulo quam tripla est
proportio.*

52 *Forma † Comitiorum in eo consistit, quod primùm
Imperator habito Electorum consilio & adventu, li-
teris ad singulos ordines missis, edicit, quis dies & lo-
cus Comitiis futurus sit. Hodie enim pro rebus ac cau-
sis incidentibus est in Casaris ac ordinum arbitrio,
quis locus & tempus sit comitiale, quanquam olim
singulis annis festum Purificationis Maria erat con-
stitutum, ut Francofurti ad Mœnum Comitia cele-
brarentur, & per unum mensem continuarentur,*
R. A. zu Wormbs/ *de Anno 1495 part. & 1. tit. 1.*
daß ein Reichstag sol ein Monat wehren. *Literis
illis Casareis redditis, Principes & status vel in perso-
na, vel per legatos suos se sistunt, quibus aut specialia
mandata aut universalem potestatem concedunt cu-
randi ea, qua in communi ad salutem Reipubl. pertine-
re videbuntur. Sicq; hi legati ad Comitia venerunt, no-
mina sua apud Electorum Moguntinum imperii Ar-
chicancellarium profitentur, editis mandatis ac literis
fidei, quas vulgò Credentias vocant* Credentzschrei-
ben. *Postquam † conventum est de consilio Electorum, 53
Casar curiam in qua plerumq; habentur comitia, so-
lemni pompa ascendit pracedentibus longo agmine
Principibus Politicis, eorum vè legatis, ex quibus Ele-
ctor Saxonia Imperii Archimarschallus strictum gla-
dium proximè ei prafert, Electoribus atq; reliquis Prin-
cipibus Ecclesiasticis sequentibus: ibi constructum ex
tempore tabulatum conscendit & in solio editiore
tapetis & aliis rebus more regio magnificentissimè ex-
ornato collocatur. Sedentem senatus Electorum pau-
lò inferiore hoc ordine circumsistet. Ad dextram Ar-
chiepiscopus & Elector Moguntinus, quem sequitur
Coloniensis, Trevirensis è regione Casari opponitur.
Ad sinistrum Rex Bohemia primum, secundum Co-
mes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxonia, quar-
tum Marchio Brandeburgicus, Electores Politici oc-
cupant. Pro Principibus reliquis duo adhuc subsellia
uno gradu Electorum, duobus verò Casariis sede infe-
riora, in eodem tabulato stragula quoq; veste pretiosis-
sima decorata conspiciuntur: in quorum dextro reli-
qui Archiepiscopi, item domus Austria & Burgun-
dia legati in sinistro reliqui Principes Politici eorun-
demq; legati consident: Principibus junioribus, Con-
siliaris & officialibus Casareis ex adverso Casari ad-
stantibus Facto consessu ac turba sedata, ex Principi-
bus quidam, cui hoc demandatum est, è sede sua as-
surgens, Casaris nomine brevibus gratias agit: quod
edicto audientes Electores, Principes & ordines tanto
numero comparuerint. Quem ipse Imperator subjequi
solet, gravi & succincta oratione, qua repetita gra-
tiarum actione iis causas edicti conventus gravissi-
mas Rex promulganda propositione cognoscere, ac qua
ad Reipub. salutem sint necessaria, in medium consu-
lere velint, eosdem hortatur.*

*Postea † per Secretarium Casareum propositio de 54
scripto publico legitur. Qua finita, Electores, Prin-
cipes, Ordines & Legati consurgunt, & paululum col-
locuti, per Electorem Moguntinum in hanc senten-
tiam respondent: Cognovisse se, ex recitata proposi-
tione ob quas gravissimas causas Imperatori conven-
tum edicere visum fuerit. Quod igitur à tanto tem-
pore suscepti Magistratus, tanta fide ac diligentia pu-
blici imperii negotia sibi commendata habeat, agere
se ipsi gratias, quas possint animo concipere, maxi-
mas, ac in omnibus qua ad salutem & dignitatem
imperii pertinere videbuntur, studia sua & officia usi
debita, ita promptissima deferunt. Usq; de rebus propo-
sitis rectius deliberare & sententias suas in medium
afferre possint, exempla seu copias recitata propositio-
nis sibi*

nis sibi editi, ea, qua decet reverentia submissè petunt,
seq; ac sua omnia Cæsari officiosissimè commendant.
Ad quæ pro delata opera & studiis suis iterum gra-
tias agit ipse Cæsar, ac ut de singulis propositionis ca-
pitibus primo quoq; die sententias suas proferant, de-
nuò monet, ac Principibus & ordinibus universis ac
singulis gratiam & benevolentiam suam clementis-
simè pollicetur.

55 *Atq; his † ita peractis, à solio suo surgens Imperator,*
eadem qua ingressus est pompa ad Palatium suum re-
ducitur, & Principes, Ordines ac Legati quiq; in sua
diversoria discedunt. Postero vel aliis sequentibus die-
bus Principibus ac ordinib. in locum conventui gene-
rali designatum ab Electore Moguntino convocatis,
capita deliberationis eo ordine quo proposita fuerunt
expedienda suscipiuntur, ita ut ordines in suas quiq;
curias vel senatus, ut vocant, secedant, ubi secundum
ordinem ac prærogationem singulorum suffragia in-
eunt, atq; re expedita, in Electorum consilio in Chur-
Fürsten Raht *atq; explorata quod in aliis classibus*
super articulo proposito sint dicta sententia, rursus in
Curiam communem convocatæ classes tres omnes, id
quod ipsis in commune visum est, ex omnunt. Non enim
personarum vel ordinum sed classium sive curiarum
vincit numerus. Ideoq; classium dissentientium suf-
fragiorum ad Cæsarem nullius momenti est relatio. Si
verò ita, ut diximus in suffragiis ineundis legitimus
classium numerus expletus, commune ordinum con-
sultum per selectos quosdam Imperatori exponitur, cui
si idem quoq; placet, confecta res est, sin minus, tamdiu
replicando, duplicando, triplicando, quadruplicando,
&c. inter se adductis, hinc inde pro opinione sua argu-
mentis idoneis à Cæsare & ordinibus disceptatur, do-
nec vel hi in illorum, vel illi in horum sententiam
sponte concedant, ac quod ita in commune placuerit,
decreti Comitialis, ac legis habet vigorem.

56 Causæ † & negotia quæ in Comitiis tractantur
res arduæ, R. A. zu Eßlingen de Anno 1526 §.
Vnd als fürnemblich / in fin. ibi: daß die Grösse der
Sache einen gemeinen Reichstag v. d Versamb-
lung aller Reichsstände erfordert / & plerumq; il-
la quæ totum imperii corpus tangunt, ideoq; de
particularibus rebus non censetur actum, nisi id
nominatim exprimatur, Ernest. Cothman. 1. *con-*
sil. 16 nu 21. fac. text in d Recess. de Anno 26. §. Vnd
in Betrachtung / ibi: fonderlich die gantze Teutsche
57 Nation. Tales † sunt quæ circa universalem poli-
ticam potestatem versantur, ut est legumlatio,
bellorum indictio, fœdera, contributiones, causæ
exemptionum, & præsertim quomodo pax publi-
ca tam in civilibus quàm Ecclesiasticis & religio-
nis negotiis firmetur & conservetur Prophan- vnd
Religionfried / quomodo Cameræ judiciũ ordi-
netur, das Cammergerichts Wesen: de monetis
Münzsachen; de matriculæ redintegratione Er-
gäntzung deß Reichs Matricul. Et in summa quic-
quid est, quod ad gloriam Dei, conservationem
justitiæ, honestatis & publici status ædificatio-
nem conferre possit, R. A. zu Augspurg / de Anno
1530. §. Nach dem wir 1. ibi: alles das fürzunehmen / zu raht-
schlagen / zu handeln vnnd zu schliessen / daß zu fürderst Gott
dem Allmächtigen zu Ehr vnd Lob / gemeiner Christenheit vnd
Teutscher Nation zu Wolfahrt / Fried vnnd Einigkeit / auch
dem H. Römischen Reich zu Nutz / Zunehmen vnd Gedeyen
gereichen möchte / add. R. A. zu Regenspurg / de Anno 1541.
§. Vnd damit dannenge nem / *circ. fin. & de An.* 1551.
§. 1. *circ. fin. & passim* Obiter † etiam hic nota quod 58
Comitiorum jus vulgò Reichstag propriè im-
perio conveniat, aliis verò regnis ad similitudinẽ
& imitationem imperii. Hinc Ferdinandus Ro-
manorum Rex conventus quos tanquam Rex in
Hispania habuit, Carolus non Reichstag / Sed
Landtage appellavit, Reichs Abschied zu Nürnberg / de Ann.
1542. §. Vnd daß auch darneben 1 ibi: in allen ihren Hispani-
schen Königreichen vnd Landen Landtage außschreiben lassen.

Non omittendam esse putavi illius quæstionis
discussionem de votorum jure, an & quatenus
major pars, in Comitiis minori præjudicet.

In omnibus ferè curiis, collegiis & judiciis,
hæc frequentatur Maxima: † Quod Major pars 59
Curiæ efficit, pro eo habendum, ac si omnes e-
gerint, *text. in l. quod major,* & ibi Bart *ff. ad Mu-*
nicip [adde Schurff. *consil. 59. num. 30. cent.* 1. Hil-
lig. *in Donell. enucleat. lib. 27. c* 8. *lit. a. in notat.*]
Et referri dicitur ad universos, quod publicè fit
per majorem partem, *text. in l. aliud est. 160. §. re-*
fertur, de reg. jur. fac. l. duo ex tribus, 39. ff. de re ju-
dic fac. l. nominati. num 45. Cod de Decurion. Bo-
din. *de repub. lib* 2 *c. 6. & lib. 6. c* 4. asserit in omni
cœtu & universitate suffragia, non ad pondus
exigi, sed ad numerum. Et hanc dicit commu-
nem opinionem Baptist. à Villalob. *lit. M. num.*
2. Zal. *in paratit. ff. quod cuiusq; universit. Nom.*
Anton. Fab. *in C. rerum in Saband. judic. lib.* 1 *tit. 7.*
defin. 2. Unde lex illa Romanorum de qua Cœ-
lius apud Ciceronem *lib* 8. *Epist* 8. Quod horum
† judicum major pars judicarit, id ratum esto, 60
quam legem etiam in florentissima Venetorum
repub. jugiter vigere testatur Bodin. *de repub.*
lib. 2. c. 7. Et quod etiam in imperii Romano-
Germanici † conventibus tam universalibus 61
quam particularibus vota non ponderentur, sed
nume-

numerentur indubitatum est, R. A. zu Trier und Cöln de Anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten/ibi: und was dieselbe so erscheinen sind oder der mehrertheil auß jhnen obbemeldter massen enden, beschliessen und die schliessen werden/ dem soll von allen Standen ... nachkommen und vollstrecket werden/ohnealle Widerrede und Weigerunge/ R. A. zu Eßlingen/ de Anno 1526 in pr. ibi: und deme/so durch den mehrertheil beschlossen wird/folge thun/ R. A. de Anno 1576. Da dann die ... ibi: und bey mehrern gelassen werden. [junct. ... de Anno 1567. §. Auff den fall ibi: So es gemeinig ... gehalten und dahin geschlossen würde.]

61 Hujus † rei præter auctoritatem juris constituti rationes non desunt. Cum enim omnes homines ad dissentiendum naturaliter proni & faciles, *l. item si unus, § 6. ff. de recept. arbitr.* nulla unquam speranda esset concors decisio, in ejusmodi collegialibus conventibus, nisi parte majore minor vincatur, *l. 7. § fin. ff. de pact. l. 17. § ult. l. 18. ff. de arbitr. l. 3. ff. de decret. ab ord. faciend.* Hinc Poëta:

Mille hominum species & rerum discolor usus,
Velle suum cuiq; est nec voto vivitur uno.

Nam

Cuique suum caput est, ut pileus, improbat Hermes,
Approbat Hermannus, nec idem placet omnibus unquam.

63 *Ceu Taubmann. noster canit.* Præterea † ad Auctoritatem senatus, ubi parilem in suffragando potestatem Senatores obtinent, pertinet, ut quæ numero vincit sententia, eadem quoque rationis pondere superior esse existimetur, Anton. Fab. *in Cod. rerum in Sabaud. judic. lib. 1. tit. 7. defin. 2. nu. 2.*

64 [Hinc Plinius ad Arrianum scribens, inquit: † *Hoc pluribus visum est. Numerantur enim sententiæ, non ponderantur. Nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil est tam inæquale, quàm æqualitas ipsa. Nam cum sit impar prudentia, par omnium jus est, Epist. 12 lib. 2.*] Et si in hisce ad saniora vota respiciendum esset, nemo non existeret, qui saniorem suam opinationem existimaret, indeque quod longè periculosissimum & indignissimum fieret, inter ipsos Proceres, & suffragantes concertatio oriretur, cujusnam sanius habendum sit votum, nemine cedere volente alteri, juxta Martialem.

Qui volet ingenio cedere rarus erit.

65 Et ita † de votorum pondere disputando, & in varias partes eundo, negligeretur publica utilitas & causæ ad deliberandum propositæ manerent indecisæ.

66 Denique † pro majori parte militant hæc juris ratio & præsumptio, quod plus videant oculi quàm oculus, & quodà multis perfectius haberi possit veritas, quàm à paucis, *arg. l. ult. Cod. de fideicom. cap. prudentiam de offic. deleg.* [Cabed. *obs. decis. 6. n. 4 part. 1.*]

Sic & olim † in summo imperii senatu, qui ex Commissario Cæsareo, Electoribus, Principibus & aliis imperii statibus constabat, & Regimentum appellabatur deß Reichs Regiment majoris partis suffragatio præponderabat, R. A. zu Wormbs de Anno 1521 sub tit. Röm. Königlich. May. Regiment/ §. Würd sich auch begeben/ ibi: und dem so durch den mehrern theil beschlossen wird/ folg. thun. [Idem in conventibus Circulis circularibus, Auff den Kreißtagen/ juxta decretum Augustanum de Anno 155. §. Und damit/ Paul. Matth. Wehner. *in pract. obs. verb.* Kreyßtäge.] 67

Hunc etiam † stylum servari in judicio Neopolitano, testatur Afflict. *decis. 1.* Et in senatu Pedemontano, Thessaur. *decis. 1 num. 25.* ubi etiam in senatibus & Rotis Italicis idem obtinere scribit. Et in summo Sabaudiæ senatu inter pares numero Senatores, si dissonæ sententiæ proferantur, ea pars vincit, quæ numero potior, Anton. Fab. *d. defin. 2.* [Nec non in senatu supremo Mechlinensi in Belgio obtinuisse notat Paul. Christinæ. *decis. Belgic. 8. num. 5 & seq. volum. 1.*] Sic in Electione Imperatoris majorum votorum ratio habetur, *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 2. §.* Wann aber sie. [Et dixi *supra Class. 3. cap. 5. num. 6 & seqq.*] Idem obtinet in Electione Pontificis, *c. licet. 6. de Electione, c. ut periculum in primo eod. tit. in 6.* 68

Pariter major pars confœderatorum † Principum & Communitatum in causis fœderis concludit, licet minor pars contradicat cum regantur ad instar unius corporis, Martin. Laudens. *in tract. de confœder. Princip. concl. 44.* Atque hæc ex communi Dd. sententia ita procedunt, ut ne quidem per statum & consuetudines contrarium induci possit, ne impediatur bonum publicum, *gl. & D.l. in l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur.* Abb. *in c. 1 de his quæ fiunt à major. part. capit.* 69

Sunt † tamen casus ubi nec in suffragiis major pars minori præjudicat, uti sunt causæ & casus concernentes conscientiam & religionem, quia in his, aliam habemus Maximam Apostolicam, *quod nostrum unusquisque de se ipso reddet rationem. Roman. 14 v. 12.* qua de re infra de regimine Ecclesiastico *sub cap. de Conciliis*, fusius agemus. 70

Idem † obtinet in causis quæ ad omnes tanquam singulos pertinent, *l. per fundum, ff. de servit. rustic. l. Sabinus in pr. ff. comm. divid.* Don. Gasp. Mattrill. *de Magistrat. lib. 5. cap. 13. num. 21.* 71

[quia

[quia in his potior videtur conditio prohibentis, *l. Sabinus, & ibi gl. ff. com. dividi. c. in re communi de reg. iur. in 6. c. quod omnes, eod.* Geil. *de Pignorat. observ. 20 n. 3. & seqq.* Ant. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. iudicat. lib. 3. tit. 26. defin. 5. n. 7.*] In contributionibus imperii, anne idem obtineat pariter, in Comitiis de Ann. 1613. disceptatum, volentibus multis pluralitatem suffragiorum in hisce prærogativam non obtinere, cujus rei rationes adfert Be-
72 sold. *de iurisd. Imp. Roman. c. 15.* Verùm etiam † in contributionibus, quæ pro publica imperii utilitate & necessitate imponuntur, verius esse puto, majoris partis suffragia prævalere. Nam & hoc casu suffragatio & consensus non ad omnes ut ad singulos, sed ut ad universos pertinet, quatenus videlicet causa, propter quam exiguntur contributiones, universum imperium concernit. *vid. distinctionem supra traditam class. 3. c. 5. num. 6 & 7.* Gœdd 4. *consil. Marp. 16 n. 239. & seq. & n. 249. & 258. & elegantem declarat. vid. ibid. nu. 369. & seqq. & n. 420 n. 430. vid.* pulcram limitationem apud Lundorp. *in actis publ. Tom. 2. lib. 2. fol. 486. versic.* Endlich/ etc. [Goldast. *de iur. Regn. Bohem. lib. 2. cap. 16. n. 2. vid. in notatis verbis, maj. partis consensus*]

73 Neque adversatur † vulgata regula, quod ad omnes pertinet, illud ab omnib. approbari æquum est, *c. quod omnes, de regul. iur. in 6.* quia hæc regula ex alia specialiori ita declaranda, quod ad omnes pertinet, illud ab omnibus vel majori parte approbari debet, *l. quod maior, ff. municip. l. 160. de reg. iur* Restaur. Castald. *de Imperat. q. 11 num* 8. [Adde Geil *de pignorat. d. observ. 20. sub n. 7.* Schurff. *consil. 59. nu. 30. cent. 1.*] In toto enim iure generi per speciem derogari notum est, *l. in toto, ff de reg. iur.* plura hac de re vid. apud Besold. *alleg. supra loc.* Bertram. *de Comitiis conclus. 73.* [Et in ipsis actis Comitiorum de Anno 1613.] Et quæ pro ratione dubitandi tradit Zachar. Viet. *de exempt. conclus. 5. circ. fin.*

74 Huius † occasione notanda differentia, inter consilia & suffragia Nam consilia consultantium à superiore ponderantur, suffragia verò numerantur. Inde Princeps qui laudabiliter in rebus magni præjudicii consiliarios suos convocat, & singulorum consilii exquirit, non tenetur id eligere, quod maior pars consiliariorum suadet, Pet. Gregor. Tholos. *de republ. lib. 24 c. ult. n. 4.*

75 Absentium † autem & legitimè vocatorum sicut in aliis collegiis, ita nec in imperii conventibus ratio habetur, Zas. *in paratit. ff. de pact. nu. 34.* *cap quod sicut. de Elect.* Bald. *consil 338. n. 2.* R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1541. §. Wir auch Churfürsten/ ibi: Wo aber jemand ungehorsamb seyn/ und zu solchem Tage die seinen nicht abfertigen würde/ so sollen nichts desto weniger die erscheinenden im Handel fortfahren/ und was die Notturfft erfordert/ beratschlagen und schliessen. Imò decreta † 76
præsentium ligant absentes, *l. rescriptum 10. ff. de pact.* R. A. de Anno 1542. §. Und dieweil aber in diesem/ ibi: Und solcher jhr Beschluß die Abwesenden nicht weniger binden/ als ob sie selbst zugegen weren & d. recess. de Anno 1541. §. Und was also beschlossen und verabschiedet/ das sollen die Abwesenden gleichwol wie andere zu halten und zu vollziehen schuldig und pflichtig seyn.

Idem † obtinet in illis, qui ante finita Comitia 77
recedunt, *c. licet, x. de elect.*

Æquum † enim non est, ut vel absentia vel contumacia temerè recedentium negotia universitatis impediat, *l. 45. C. de decurion. l. 3. l. seq. ff.* 78
quod cuiusq. universit. nom. alias enim quibusdam absentibus vel intempestivè recedentibus, facilè impediri posset publica utilitas, quæ semper præferenda est privatæ, *l. utilitas. C. de primipilo. l. fin. §. fin. C. de caduc. toll.* Modest. Pist. *consil 21 n. 87. vol. 2.*

CAPUT IX.

AN IMPERIUM SIT MAIUS IMPERATORE LEGITIMÈ IN REGIMINE CONSTITUTO, HOC EST, NUM STATUS & PROCERES IMPERII SUPERIORES SINT IMPERATORE?

SUMMARIA.

1. *An in imperio Romano summum & extremum regnandi ius penes imperatorem, an verò penes Proceres, & status imperii resideat?*

2. 3. 4 5. 6. 7 8. 9. *Rationes, quibus astruitur, non penes Imperatorem seu Regem, sed penes imperium & Regnum residere superioritatis extremum.*

5. *Ex causæ primæ influxu operantur secunda. Ius omne potentius est in causa, quàm in causato.*

10. *Verior, & iustitia magis consona est sententia, imperium non esse majus, hoc est, status, & Proceres imperii non esse superiores Imperatore.*

11. *Ubi Maiestas, ibi & suprema residet potestas, & superioritas.*

12. *Omnibus & singulis ex plenitudine potestatis imperans, superior, & major est illis, quibus imperatur.* 13 *Imperator omnibus & singulis imperii Proceribus ex plenitudine potestatis imperat.*

14. *Imperator Electorum, & omnium imperii statuum privilegia confirmat. Confirmatio superioris donum, & ius censetur.*

15. *Imperii corpus constat ex capite, quod Imperator est, & membris, quorum vices Proceres & status sustinent.*

16. *Quo sensu auctoritas imperii, hoc est, Imperatoris & Procerum conjunctim accepti major sit, quàm solius Imperatoris.*

17 *Respondetur ad contrarias rationes. Ad 1. Constituens non semper superius est constituto.*

18. *Populus Lege regiâ transferendo omne imperium in Principem, ipsum constituit supra se: Princeps verò constituit alios post se Magistratus non supra sed infra se.*

19. *Ratio subdubitandi. In omni concessione superior potestas refertur concedenti.*

20. *Ratio decidendi per distinctionem.* 21. *Actus agentium voluntarii, ultra quàm fert arbitrium, non extendendi.*

22. *Ex causa primâ influxu operatur secunda, in effectu constituendo, non verò constituto.*

23. *Ad 2 Imperator & summus Princeps dependet ab imperio vel regno, origine constitutionis & translationis, non verò actuali potestate gubernationis, & directionis universi*

24. *Is summus imperii Dominus & Rex est, qui jurisdictionem universalem in omnibus imperii civibus fundatam habet.*

25. *In Imperatorem per electionem iuribus imperialibus translatis, Proceres imperii non possunt extendere manus ad ea, quæ sunt reservata & collata ei.*

26. *Ad 3. Princeps nō tàm populi beneficio quàm ipsius Dei ordinatione imperat. Neque tàm populo, quàm Deo obnoxius est.*

27. *Electores nō ex gratiâ, sed ex officii necessitate, & jurisjurandi præstiti religione Imperatorē eligunt.*

28. *Ad 4. Omnia facta sunt propter hominem, solus autem homo propter Deum.*

29. *Ad 5. Non omne, quod prius est, semper est dignius. Homo solus ad imaginem Dei creatus*

30. *Ad 6. Causa dominii & proprietatis nihil cōmune habet, cum imperio, & superioritate imperiali.* 31. *Separata est fundi proprietas à jurisdictione.*

32. *Proprietas & directum dominium non est de substantia regni seu regia dignitatis.*

33. *Majestas imperialis culminis longè est augustior & eminentior, rerum proprietate* 34. *Penes Imperatorem residet Majestas, & extrema superioritas. Imperialis autoritas superior, & potior æstimatur imperii proprietate.*

35. *Imperatores suam auctoritatem præponunt imperii auctoritati.*

36. *In constitutionibus imperii ubi Imperator copulativè conjungitur cum imperio, semper ille præponitur.*

37. *Ad 7. Inter Pontificios nondum convenit, an Concilium sit supra Papam.*

38. *Concilium supremum est Ecclesiæ tribunal. A Papa ad concilium appellatur.* 39. *Distincta & separata sunt dona Dei, sacerdotium, & imperium. in Conciliis non obtinet humanæ potestatis auctoritas, sed sola divinarum literarum veritas.*

40. *Proceribus & statibus imperii non existentib. superioribus imperatore, ab hoc ad illos non valet appellatio.* 41. *De substantia appellationis est, ut fiat ab inferiore, ad superiorem.*

42. *Interposita appellatio ab inferiore ad non superiorem ipso iure non valet, deficiente appellationis substantiâ.*

43. *Nec consuetudine induci potest, ut ad minorem vel inferiorem appelletur.* 44. *Consuetudo non potest tollere substantialia actus, & tamen salvare actum.*

45. *Inferior vel minor non potest contra superiorem de iure insurgere.* 46. *Sic appellatione factâ aliquando ab Imperatore ad Cameram, denegati fuerunt processus.*

47. *An a summo Principe, sive Imperatore, tanquam malè informato, ad melius informandum appellare liceat? Negativa fundamentum* 48 *Exemplum adfertur eiusmodi appellationis reiecta in causa quadam Principum quorundam imperii.*

49. *Ratio dubitandi*

50 *Exempla interposita eiusmodi appellationis adducuntur.* 51. *Etiam in imperio nostro Romano.* 52. *Ratio horum exemplorum. Homines labi & errare possunt, in solum Deum summa cadit perfectio.*

53 *Ratio decidendi, & conciliandi.*

54. *Non omnis vox, vel decretum judicis, aut summi Principis rescriptum sententiæ nomen meretur, & in judicati autoritatem transit.*

55 *Causâ pleno iudicio ventilatâ, ac cognita sententiâq; latâ appellans à Principe male informato, non est audiendus, sed severè coërcendus.*

56 *Ad exempla adducta respondetur in genere. Non exemplis, sed legibus pugnandum. Non quid Romæ factum, sed quid fieri oportuerit, inspiciendum.*

57. *In specie. Exempla adducta non sunt uniformia, sed unumquodq; ponderandum secundum suas circūstantias. Ad exemplū Episcopi Bambergēsis, &c.*

58. Con-

58. *Confirmatio nihil tribuit rei confirmatæ, sed quod jam antè per se habet, firmat.* 59. *Nec tribuit jus, nisi reperiatur confirmabile.*

60. *Quando vitium non est purgabile, nihil operatur talis confirmatio, etiam à Principe facta.*

61. *Ad rei iqua exempla respondetur.*

62. *Nihil incertius, quàm exemplis, & præjudiciis niti velle, qua propter causarum figuras, & circumstantias, etiam varia & diversa existunt.* 63. *Præjudicia non satis fundata in jure, in consequentiam non trahenda.*

64. *Ad rationem dubitandi respondetur. Vtilius est Reip. ad extinguendas lites, unius aut alterius damnum negligi, quàm multis calumniandi januam aperire.*

65. *Minora mala à majoribus vinci, & regi æquum est.*

66 *De supplicationis ejusmodi & restitutionis remedio, remissivè.*

1 IN omni ordinatione † & dispositione necesse est devenire ad aliquod summum & extremum supra quod nihil poni & esse potest in terris, & quo tandem fiat recursus: Hinc non inconvenienter à multis quæsitum, an in Imperio Romano summum illud & extremum regnandi jus penes Imperatorem residere, an verò penes Proceres & status imperii? Sunt qui affirmant non penes Imperatorem seu Regem, sed penes imperium & regnum residere superioritatis extremum. Et ita post Brutum Bucher. *& alios à se allegatos sentit* Althus. *in Politic. c.* 19. *n.* 12. & post eum Hœnon. *disput. Polit* 2. Quorum hæc sunt præcipua fundamenta:

2 1. Constituens † majus est constituto.

Arqui imperium & regnum constituit Imperatorem & Regem. Ergò imperium & regnum est superius Imperatore & Rege.

Ratio propositionis seu Majoris est; quia ex 3 causæ † primæ influxu operatur secunda, *l peto, §. prædium, ff de legat.* 2. *l. necessari, ff de peric. rei vend. gl in l. si ex duobus, ff. de assignand. liber* Zas. 2. *consil.* 1. *num.* 107. Ideoque jus omne potentius est in causa quàm in causato, Bald *in l.* 4 *ff de just. & jur. & in l. digna vox, Cod. de legib.* nec plus est in causato, quam procedit ab influente potentia causæ, idem Bald. *ad l.* 1 *ff. de senat. & l* 1. *cap. de dignit.* Geil 2. *observat.* 1. *num.* 8. Wesenb. *consil.* 50. *num.* 20. Assumptionis veritas manifesta est præsertim in imperio, quia notorium est Imperatorem ab Electoribus primariis imperii Proceribus construi.

2. Dependens non † est majus dependente. 4
Atqui Imperator dependet ab imperio. E.

3. Cujus beneficio † quis imperat, ei obnoxius est, & imperium acceptum ferre debet. 5

Arqui Princeps populi & Procerum beneficio imperat. Ergò Princeps hisce obnoxius est, & imperium acceptum ferre debet

4. Propter † quod unumquodque tale est, id magis tale est. [*Authent. multò magis, C. de SS. Eccles. l. cum quis, C. de natur. liber* Sichard. *ad l. Rempublic, num* 5. *C. quib. ex caus. maior. in integr. restit.* Philip. Matth. 1 *consil Marp.* 31. *n.* 16.] 6

At Imperator & Rex est propter Imperium & regnum. Ergò.

5. Omne prius † est dignius. [Dionys. Halycarnass. *lib.* 2. *antiquit Rom.* ubi dicit: Honoratius esse prius, quàm posterius.] 7

Imperium & regnum est prius Imperatore & Rege. Ergò.

6. Penes quem † est regni proprietas, ille superior est eo qui nuda administrationis jura habet. At penes imperium & Proceres ejusdem est regni proprietas, administratione Imperatori & Regi concessâ, quod argumentum ponderat Althus. *d. c.* 19. *n* 11. 8

Sicut concilium † est supra Papam, ita etiam æquum est imperium esse supra Imperatorem. 9

Verùm hisce & similibus non obstantibus contraria sententia veritati & justitiæ magis consona, videlicet, imperium † non esse majus, h. e. status & Proceres imperii non esse superiores Imperatore. 10

Nam 1. ubi est Majestas † ibi & suprema residet potestas & superioritas, quia supra eam nullus datur adscensus, Bald *consil* 439. *num.* 1 *versic. duodecimo sic argu.* Andr. Knich. *de iur. territ. c.* 5. *num.* 70 Hering. *de fidejuss cap.* 4. *num.* 55. At penes Imperatorem legitimè in regimine constitutum & non penes imperium resider Majestas, ut supra *Class.* 2. *cap.* 2 *per tot. & præsertim, num.* 53. *& seqq. & Class.* 3. *c.* 11. *n.* 1. *& seqq.* 11

2. Qui omnibus & singulis † ex plenitudine potestatis, observatis tamen Dei & Regni legibus, imperat, is utique superior & major est illis omnibus & singulis qui imperantur, [per tradita Bald. *in proœm. decret. col.* 4. *& in proœm. Feud. colum.* 9. *vers. aliqua sed pauca de Principe.* Deci. *consil.* 516 *num.* 8. Castrens. *in l. digna vox, Cod. de legib.* 12

legib. quos allegat & sequitur Tiber. Decian *resp.*
19 *num.*153.*vol.*3.quia par in parem, multò minus
inferior in superiorem nullum sibi sumere potest
13 imperium, per vulgara. Imperator † verò omnib.
& singulis imperii Proceribus, secundum Dei &
regni leges ex plenitudine potestatis imperat. R.
A. de Anno 1521. sub tit. Ordnung deß Landfrie-
dens / in pr. ibi: Entbieten allen unnd jeolichen un-
sern und deß H. Reichs Churfürstē/ Fürsten/ Præ-
laten/ Greffen / ꝛc. unsern und deß H. Reichs Un-
derthanen. Et in ead. const. sub tit. Handhabung
deß Friedens/ §. Darauff befehlen wir allen unnd
jeden auß Römischer Keyserlicher Macht/ ꝛc. &
dixi fusiùs de hoc argumento supra *dict. cap.* 2.
14 *Class* 2.*numer.*70.72.*& seqq.*[Prætetea † Impera-
tor Electorum, & omnium imperii statuum pri-
vilegia confirmat, ceu de Electoribus in specie
disponitur. *in Aur. Bull Carol. IV. cap* 2.& ex noto-
ria constat observantia. Confirmatio autem supe-
rioris donum & jus censetur, & penes quem est
jus confirmandi, is supremam habet potestatem,
Vult. 4. *consil* 25 *n.*53. post Bald. scribit M. Anthon.
Peregrin. *de jur. Fisc. lib.*1 *tit.*1.*sub.num.*26. Bernh.
Græv. *pract conclus lib.*2.*conclus.*1 *n.*2.*&* 6.]Et his
argumentis plura addi possent, ni si allegatis supra
locis hoc thema discussum esset.
15 Deindè pro † maiori evidentia notandum, im-
perium non nisi abusivè pro imperii Proceribus
dici posse, siquidem imperii corpus constat ex
capite, quod Imperator est, & membris, quorum
vices Proceres & status sustinent. Sicut ita-
que corpus sine capite perfectum censeri non
potest, ita nec imperium sine Imperatore. Ideoq;
ne vacante imperii sede corpus illud mutilum &
mancum redderetur, lege publicâ cautum ut sta-
tim accidente vacatione sint qui Imperatoris &
capitis vices interim gerant, qui imperii Vicarii
dicuntur, *Aur. Bull. tit.*5. Itaque si propriè accepto
16 imperii vocabulo † imperium, hoc est, Imperato-
rem cum universis imperii Proceribus dicamus
esse majus solo Imperatore, hoc est, maioris effi-
caciæ esse decreta & negotia quæ Imperatoris &
univers. imperii consensu, quàm quæ à solo Impe-
ratore contra morem & legem patriæ suscipiun-
tur & expediuntur, & hoc sensu admitto auctori-
tatem imperii, hoc est, Imperatoris & Procerum
conjunctim accepti maiorem esse, quàm solius
Imperatoris. [Licet enim Augustius Imperatoris
tribunal, in Comitiis assidentibus imperii Proce-
ribus & ordinibus censeri possit, non tamen ma-
ius, est, aut superius, cuius intuitu appellatio pro-
cedere queat, *c. Romana Ecclesia, de appell.* Contra id.
ab Einsiedel *in tract. de Regalib. cap.* 2. *num* 58.]
Sed cum alio sensu dissentientes id accipiant, i eo-
que ad eorum argumenta erit respondendum.
Ad 1. respondetur. Constituens † non semper 17
superius est constituto. Aut enim aliquis consti-
tuit aliquem supra se, conferendo in ipsum ius
summæ potestatis, & utique non manet consti-
tuens superior constituto, quia duo æquè summa
in eodem rerum statu, statui non debent. [Confer.
Crani. *de pacè Relig part.* 1. *problem.* 3.*pag.*38.*col.*2.
Arnis. *de Auctorit. Princip. in subd. cap.*1.*n.*51.*& pas-
sim.*] Aut verò aliquis constituit aliquem infra se
& tunc constituens manet superior. Sic populus
per L. Regiam † transferendo omne imperium in 18
Principem, ipsum supra se quoad iurisdictionem
& reipub. gubernationem constituit: [Confer.
Decian. *resp.*19. *num.* 27. *& seqq. vol.*3.] Princeps
verò rursus constituit Proconsules & Præsides
provinciarum, aliosque superiores post se Magi-
stratus, non tamen supra se & ut in ipsum impe-
rium usurpent, sed in populum, post ipsum tamen
*l.*8.*ff. de offic. Proconf. l* 4.*ff. de offic. Præsid.* Sic Cardi-
nales [creantur à Papa, cum voto aliorum Cardi-
naliū consistoriter, Cardin. Tusch. *pp. conclus.*
98. *lit* C.] Et hi rursum constituunt Papam, sicut
& Capitulares, Episcopum, neque tamen vel Car-
dinales Papâ, vel Capitulares Episcopo superio-
res existunt. Huic rursus subdubitando opponi
potest, quod in omni † concessione superior po- 19
testas reservetur concedenti, Bald *consil* 333. *co-
lum.*2.*lib.*1. Ideoque ita semper intelligenda, ut
majoria supremaque potestas, & quæ ad eam tu-
endam pertinent reservata censeantur, ut ex eod.
Bald. *consil.*327.*nu.*7.*lib.*1. tradit Meichsner. *Tom* 2.
*lib.*1.*decis.*6 *num.*40 *& seq.*
Pro ratione verò † decidendi distinguendum 20
inter translationem supremi imperii & conces-
sionem iurisdictionis à Principe factam his, qui
in partem sollicitudinis assumpti sunt. Itaque
tradita Baldi non loquuntur de translatione im-
perii summi, qualem facit populus constituendo
supra se summum Principem: Sed de concessio-
ne iurisdictionis & imperii, qualē summus Prin-
ceps facere consuevit inferioribus à se, ad suble-
vationem curarum & sollicitudinis, in qua † quia 21
hoc non agitur ut superior quis respectu conce-
dentis constituatur, meritò censetur reservata
Maioria, & superior potestas, ne actus agentium
voluntarii

voluntarii ultra quàm ferat arbitrium extendantur, *l. obligationem, §. 1. de obligat. & act. l. non omnis, ff si. cert. pet.* Meichsner. *Tom. 2. lib. 1 decis. 4. num.* 77. Ad principalis propositionis rationem addu-
22 ctam respondetur, quod quidem † ex causæ primæ influxu operetur secunda, in effectu constituendo, non verò constituto. Deinde illa maxima procedit in causis permanentibus, non verò transeuntibus. Potestas autem quam populus cõstituens Principem habuit, non permansit penes populum sed transivit in Principem.

Sic adhuc hodie vacante imperii sede ipsis imperii ordinibus suprema jurisdictio habitualiter inest, & per serenissimos imperii Vicarios actualiter exercetur, donec novus Imperator eligatur, in quem ipso electionis jure non cumulativè sed privativè suprema potestas transit, neque penes eligentes permanet.

23 Ad 2. respondetur, Imperatorem † & summum Principem dependere ab imperio vel regno, origine constitutionis & translationis, non verò actuali potestate gubernationis & directionis universi. Nam respectu hujus non Imperator ab imperio dependet, sed universi imperii cives ab Imperatore tanquam summo capite, dummodò secundum imperii leges gubernationem dirigat,
24 dependent. Is enim est summus † imperii Curator, Dominus & Rex, qui jurisdictionem universalem in omnibus imperii civibus fundatam habet, & ratione ejus omnia rectè ab ejus jurisdictione dependere dicuntur, Jas. *in l. cunctos populos, num 2. & 8. C. de summ. trinit.* Batt. *in extravagant. ad reprimendum, verb. totius orbis,* Andr. Geil. 1. *de pac. publ. c. 11. num.* 4. Meichsner. *tom.*
25 *2. lib. 1. decis. 6. sub num 76. fol* 635. Ideoque † postquam in Imperatorem translata sunt, per electionem jura imperialia, Proceres imperii non possunt extendere manus ad ea, quæ sunt reservata & collata ei, per ea quæ tradit M. Anthon. Natt. *consil. 12. num. 2. arg. l. 1. §. de qua restitutione, tum notat. ibid.* à Batt. *& per eund. in l. infamem, de publ. judic.*]

26 Ad 3. respondetur. Principem † non tàm populi, beneficio. quàm ipsius Dei ordinatione imperare, *Roman. 13. v. 1. Prov. 8 v. 15. l. 1. C. de vet jur. enucl. Nov. 73. in præfat. §. 1.* R. A. de Anno 1548. *in pr.* Hinc solium Regis dicitur solium Dei, 2. *Chronic cap. 9. v. 8 & dixi supra Class. 1. c. 2. num. 2 3. 4 5. & seqq.* neque tàm populo quam Deo obnoxius est, *Psalm.* 51. cui de suo officio rationem reddere cogetur, 1. *Sam c. 12. Deuter. c. 17. v. 18.* Sic quam-
vis † Imperator Romanus ab Electoribus consti- 27
tuatur, non tamen Electorum beneficio, sed Dei gratiâ se regnare profitetur. Neque enim ex gratia, sed ex officii necessitate & jurisjurandi præstiti religione Electores Imperatorem eligunt, *Aur. Bull. tit. 1. §.* **Wann es auch darzu kommen/** *& dixi supra Class 1. c. 2 n.* 177.

Ad 4. argumenti † propositionem respon- 28
detur illam non in omnibus & semper procedere, sed saltem in causis naturalibus & essentialiter connexis, & per se agentibus, non verò in voluntariis. Sic Medicus est propter sanitatem, non tamen inde efficitur ipsum esse magis sanum ipsa sanitate. Pariter non sequitur, Christus passus est propter genus humanum. Ergò genus humanum est dignius & majus ipso Christo Salvatore. [Quo pertinet illud Scaligeri: omnia facta sunt propter hominem, solus autem homo propter Deum.]

Ad 5. respondetur. Non † omne quod prius 29
est, semper esse dignius; quia & ovum prius est pullo, nec tamen dignius. Sic semen ex quo formatur homo prius est ipso homine, nec tamen propterea dignius est [Et constat ex historia creationis, animalia bruta, & cætera Dei opera fuisse creata, ante hominem, *Genes. cap.* 1. Nec tamen propterea homine digniora, qui solus ad Dei imaginem creatus, *ibid. v* 26.] Deinde prius manendo tale potest esse dignius. Constituto autem Principe summo, is est primus & summus.

Ad 6. respondetur. Nihil commune habere 30
causam Dominii † & proprietatis cum Imperio & superioritate imperiali, Oldrad. *cons.* 176. Dec. *consil* 528. *num.* 9. Petr. Frider Mindan *de processib.*
lib. 1. c. 34. num. 29. Separatam † esse fundi proprie- 31
tatem a jurisdictione post al os tradit Andr. Geil. 2. *observ. 62. num.* 9. Nec enim is qui suorum ædificiorum Dominus est, imperii jus in illis habet, Anton. Vacc. *ad l. 2 de rerum divis.* Nam proprie-
tas † & directum Dominium non est de substan- 32
tia regni seu regiæ dignitatis, quia illa non Principi sed coronæ, sceptro & solio regio inseparabiliter cohæret, ut eruditè tradit Caroh Molin. *in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 16. & 17.* ubi
id fusiùs persequitur. Cum itaque † Majestas im- 33
perialis culminis & Principalis dignitatis longè sit augustior & eminentior quàm rerum proprietas, quæ penes quemlibet etiam rusticum & privatum pro modo bonorum suorum residet, non

propterea imperium seu potius sceptrum & so-
lium imperiale, penes quod residet regni pro-
prietas superius erit censendum Imperatore, pe-
34 nes quem residet Majestas † & extrema superio-
ritas, cujus effectus est omnibus dominari, man-
dare, præcipere: omnibus modum & normam
præscribere, rerum etiam suarum proprietate u-
ti ndi. In 'eque non immeritò imperialis aucto-
ritas [qua in orbe Christiano nulla est major, te-
ste JCto eximio, Johan. Olden lorp.2 *cons. Marp.*
5. num 96.] superior & posterior æstimatur impe-
rii proprietate.

Et ne hoc sine fundamento asserere videar, ex
novissimis imperii probari potest constitutioni-
35 bus, † Imperatores suam auctoritatem præpone-
rete imperii auctoritati, R.A zu Augsp. de Anno
1566. §. Demnach in 64 Jahr/ ibi: zu Erhaltung unser
und deß H. Reichs Authorität. [Et R.A. de Anno 1567. §.
Aber doch da sie sich/ ibi: Auch Erhaltunge unserer und deß
H. Reichs Auctorität/ Reputation und Hoheit. Item de
Anno 1594. §. Dieweil dann vorangezeigt/ ibi: Damit die
Sache/ mit unserer un deß H. Reichs Authorität ins Werck
komme.] Similiter in omnibus aliis dispositioni-
36 bus † Constitutionum imperialium, ubi Impera-
tor copulativè conjungitur cum imperio, semper
ille præponitur: Unser und deß H Reichs Stände/ R.A.
de Anno 1555. in pr. unser und deß H. Reichs Churfürste/ R.
A. de Anno 1524, in pr. & passim, unser und deß H Reichs
schwere Ungenade/ R. A. zu Augspurg/ de Anno 1530. §.
Und dieweil: unser Fürst und Glied deß H Reichs/ Reichs
A. de Anno 1544. in princ unser unnd deß heiligen Reichs
Stadt/ d. Recess. de Anno 1555. & passim. Idem et-
iam fecerunt status & Proceres imperii absente
Imperatore in Con itiis Augustanis, R. A. de An-
no 1525. circa finem principii, & R. A zu Eßlingen/ de An-
no 1526 in pr ibi: Und also mit fleiß und trewen thun und
handeln sollen/ als sie der Keyserlichen Maiestät und dem H.
Reich verwand und schuldig seyn/ & ibid. in §. Nach dem
cum multis similibus.

37 Ad 7. respondetur, inter ipsos Pontificios †
nondum convenire, an Concilium sit supra Pa-
pam. Nam multi statuunt ex Canonist s, Papam
esse supra Concilium & à Concilio etiam uni-
versali appellari ad Papam, Cardin. Alex. *in rubr.*
num. 35. versic. sed quid de Concilio universali & nu.
36. de Appellat. quem sequitur Cardin. Jacobat. *in*
tractat. de Concil. lib. 10. art 2. n 1. & seq, . [Thom.
Companell. *de Monarch Hispan. cap.* 18. Cardin
Tusch. *practicar. concl 552. num 1. verb Concilium*,
ubi hoc di it probari lege divinâ, naturali & hu-
mana, idque ibidem multis adductis latè proba-
re conatur. Item Johan. Azori. *instit. moral. lib.* 4.
cap. 13. part. 2.] & si aliquod emerg at dubium,
quod explicatione indigeat, recurrendum esse
ad Papam tradit Gregor. Tolosan. *de Appell lib. 3.*
c. 6. num. 2 in fin Sigismund. Scacc *de Appellat. q. 8.*
sub. numer 100. *versic. tempera hanc limitationem*,
quod utique fieri non potest, nisi Papa statuatur
superior, quia appellatio devolvit causam ad su-
periorem, *l 1. ff. de Appellat. cum similib* Deinde
etiamsi oppositum † argumentum in Conciliis 38
admittamus, prout libenter admittimus, [cum
Concilium supremum sit Ecclesiæ tribunal, ut
notavit Johan. Sleidan. *comment lib. 11. p. m.* 315.
Videatur Gerson. *de exam. doctrin. part. 1. consider.*
2. Francisc. Zabarell *de Schismat. auctor. Imp toll.*
Andr. Frici. *lib. 4. de repub. emend. cap.* 5. quos & a-
lios allegat Andr. Osiand *in tract. Pap. non Pap. tit.*
de concil. 12 Dauth. *de testam. sub num 36. in notat.*
vers. Hoc expeditum est, ubi etiam refertur de
Philippo Galliæ Rege quod Anno 1302. a Papa
ad Concilium appellarit. Adde alios auctores &
rationes pro hac sententia allegatos, apud Azor.
institut. moral. lib. 4. cap. 13 part. 2.] Non tamen † 39
inde rectè infertur idem obtinere quoad impe-
rium; quia distincta & separata sunt dona Dei
sacerdotium & imperium, Nov. 6 *in pr.* neque in
Conciliis quicquam obtinet auctoritas huma-
næ potestatis, sed sola divinarum literarum ve-
ritas, ut infra suo loco ubi de Conciliis agemus
latius prosequemur.

Ex hujus quæstionis resolutione & illa depen-
det, an ab Imperatore ad imperium appellari † 40
possit? Si enim imperium, hoc est, Proceres &
status imperii non sunt superiores Imperatore,
neque ab hoc ad illos valebit appellatio. Hinc
Ulpianus: Stultum est inquit, illud admonere à
Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui
provocatur, *l. 1. §. 1 ff. à quib. appell. non lic.* Spec.
tit. de Appellat. §. videndum, restat in pr lib. 2. Ma-
rant. *in spec part. 6. su' tit. de Appellat. num* 248.
[Tilmann. de Benign. *Pentecost. 8. obs. 1. num.* 29.
Qui & supremus æquitatis terminus dicitur, per
tradita, Vult 3. *consil. Marpurg. 35. num.* 88.] Nam
de substantia † appellationis est, ut fiat ab infe- 41
riore ad superiorem, *d l. 1. § 3. de appellat. Nov.* 23.
c 4. [Confer. Treber. Deciau. *resp* 14. *nu.* 12 . *vol* 3.]
Indeque interposita appellatio † ab inferiore 42
ad non superiorem ipso iure non valet, deficien-
te appellationis substantia, Azo. *in rubr. num.* 19.
C. de Appellat. Bart. *in dict. l. 1. §. si quis, 3. ff. de cos.*
quod ita procedit, ut ne consuetudine † con- 43
trarium induci possit, ut videlicet ad minorem
vel in-

vel inferiorem appelletur, *gloss. in c. 2. in verb. officiali. de consuet. in 6.* Felin. *ad rubr. de Appell.* Marant *d. part. 6 sub tit. de Appellationibus art. 2. sub num. 3.* Rebuff *in tractat. de Appellat. in Princ.* [Quia eo ipso inferiorem superiorem efficeret, per tradita Gylmam. *in Symphorem part. 1. tit. 2. vot. 1. sub nu. 53. & nu 55.* ubi aliam adhuc 44 adducit rationem. [Ratio est, quia consuetudo † non potest tollere substantialia actus, & tamen salvare actum, Sigismund. Scacc. *de Appellat. q. 2. num. 6. vers.* ratio rationis est. Ad ut modò dictum de substantia Appellationis est ut appelletur ad 45 majorem. Cum enim inferior † vel minor non possit contra superiorem de jure insurgere, appellatio ad inferiorem serviret de vento, ut ex Ferrariens. dicit idem Scacc. *d. loc.* Sic nec à Papa ad Cardinales provocationem valere, post alios à se allegatos idem Scacc. *d. tract. q. 8. n. 64. docet.* Sic 46 cum aliquando † à sententia summi principis seu Imperatoris in Sachen die Land vnd Leut antreffen / appellaretur ad Cameram, denegati fuerunt Processus Episcop. zu W. B. contra Nassaw Anno 40, ut testatur Auct. *decis. com. seu praejudic verb. Caesaris cum Camera concursus.*

[Ex iisdem ferè rationibus decidi potest quaestio huic connexa: an videlicet, à summo Princi-47 pe sive Imperatore, † tanquam malè informato, ad melius informandum appellare liceat? Negativae enim resolutionis fundamentum desumi potest, *ex d. l. 1. §. r à quib. appell. non licet.* Et aliàs etiam in quovis judice reprobata est appellatio ab eodem ad eundem Bert. *d. quaest. 8 num. 1* & in specie Petr. Heig *lib. 1. quaest. 10 n. 14. & seqq* Andr. Geil. *1. obs 155. num 7.* ubi masculè scribit, absurdum esse ita appellare, quasi verò Caesar inconsultè suas sententias proferat, tot proceribus imperii praesentibus & consiliariis adhibitis, attestaturque quosd m t li tutelâ uti voluisse, sed repulsam communi statuum voto passos fuisse. Et memini ipse † cum in quadam causa verten-48 te inter Principes imperii quorum nomina jam, lite sopitâ & finitâ subticeo, à parte rea ejusmodi appellatio iteratò tentaretur, non solum per rescriptum Caesareum, cum reprehensione 16. Aprilis Anno 1614. rejecta, sed & Notarius iste, qui desuper instrumentum confecerat, officio & privilegiis Notariatus exauctoratus & exutus fuit.

Pro ratione dubitandi † possunt adferri *text. in l. 1. in princ. vers. Rursus. ff. quando Appellandum sit, & intr. qua temp.* qui text. est Canonizatus *in c. biduum, 29. § rursus illud, pen. 2 quaest. 6.* quibus in locis diserte constitutum est, si ad praesidis relationem aut consultationem Imperator sententiam protulerit, provocationem permissam esse. Praetereà adduci possunt nonnullorum Dd. auctoritates, & exempla contrariam sententiam comprobantia. Eam enim tuetur Bald. *in l. 1. C. de Relat. & in l. 1. 6. quaesitum, ff. de appell.* Rebuff. *in tractat. de supplicat quaest. 9. post princ.* quem allegat, nec tamen improbat Bender. *de Revis. conclus. 37.* Jacob. de Conch. *lib. 10. art. 1. num 46.* quem allegat & sequitur Hieron. Treutler. *disp. 33. thes. 4 lit. d. in notat volum. 2* ac plurimis adductis rationibus & auctoritatibus novissimè tuetur Ernest Cothman. *consil. 4. n. 18. & mult. seqq. volum 4.* Exempla quod attinet, † primo loco 50 adferri solet illius Graeci, quisquis fuit, qui à Rege Macedoniae malè ad eundem bene consultum provocavit. Eodemque genere provocandi usum esse Ludovicum Burbonium, Principem Condaeum Anno 1560. à sententia Francisci II. Regis Francorum, quam in senatu causâ cognitâ tulisse dicebatur, teste Johan. Bodin. *de Rep. lib. 1. cap 10. in capit. 4. Majest. versic idem judicandum nobis. p. m. 256.* Neque in imperio Romano † exempla deficiunt. Constat enim Wigandum 51 Episcopum Bambergensem, à sententia contra ipsum à Carolo V. Imperatore pro Alberto Marchione Brandenburgensi lata, qu si malè informato ad melius informandum, appellasse, eamque appellationem admissam fuisse à Caesare, quod factum Anno 1552. & repetitum 27 Martii & 9. Juni Anno 1553. assistentibus Franconiae statibus, ejusque rei mentionem facit Johan Sleidan. *in Commentar. lib. 24. vers. Galli interim. & vers. Hoc ipso tempore* Henricus & Wilhelmus Duces Lunaeburgenses, in causa contra Hamburgum & Magdeburgum Anno 1569. Duces Megapolitani in causa Sessionis contra Juliacensem in Comitiis 7. Augusti Anno 1576 Item Bulau & Wackerbartens contra Ducem Saxoniae Lawenburgensem 17. Septembr. Anno 1601. Fridbergensis Senatus, in causa Status & contra Burggravium, Anno 1612. Duces Saxoniae Winarienses contra Aldeburgenses, in causa praecedentiae & primogeniturae, 12. Febr Anno 1608. Quae Appellatio insinuata est Pragae in aula Caesarea 24. Augusti Anno 1608.

Ratio horum Doctorum & exemplorum, † 52 non

non tam ex jure constituto, quàm indè deduci-
tur, quod negari non possit nonnunquam sen-
tentiis summi Principis aut Cæsaris, aliquem
gravati. Sunt enim homines, qui labi & errare
possunt, ac in solum Deum summa cadit perfe-
ctio, teste Comin. *in præf. & d. xi infr. lib. 2. Class. 1.*
cap. 4. sub num. 8.
53 Pro ratione decidendi † & conciliandi fa-
ciunt tradita ab Heig. *d. quæst. 10 num. 23. & seqq.*
tunc demùm affirmativæ partis allegationibus
locum esse, quando extrajudicialiter, ad relatio-
nem alterius partis summus Princeps rescripsit
aut iudicavit, eique per preces falsas aliquid nar-
ratum & suggestum fuerit. Atque ita in his ter-
minis, ubi ad nudam Præsidis relationem vel
consultationem, altera parte non vocata, non
audita, neque causa discussa aut cognita Prin-
ceps summus aliquid statuat vel rescribat, præ-
54 dicta procedunt. Neque enim † omnis vox vel
Decretum judicis, aut summi Principis rescri-
ptum, sententiæ nomen meretur, & in judicati
auctoritatem transit, per tradita Matth. de Afflict.
decis. 191. n. 5. Meichsner *decis. Camer. 19 n 98 99.*
Tom. 3. Menoch. *remed. recuper. possess. 15. n. 143. &*
seq. Johan. Gœdd. *consil. Marp. 26. n. 82. & seq. vo-*
55 *lum. 1* Quando verò Princeps, † causâ pleno ju-
dicio ventilata ac cognita, auditis hinc indè par-
tibus, in sacro auditorio sententiam prorsus tir,
audiendum non esse, allegantem, Principem non
fuisse informatum, *arg. l. humanum C. de legib. l. un.*
de offic. præfect. prætor. l. pen de his quæ testam. del. l.
ult de hered. instit. l. filius, 97. de legat. 3. sed potiùs
severè coërcendum esse, Freher. *de existimat lib. 3.*
cap. 12. num. 12. & seqq.
Exempla quod attinet in genere responde-
56 tur, † non exemplis, sed Legibus pugnandum
esse. Leges autem stultum esse pronunciant, à
summo Principe appellare velle, per tradita su-
pra. Neque quid Romæ aliquando factum est,
sed quid fieri oportuerit inspiciendum esse mo-
nemur à JCto *in l. sed licet, 12. ff. de offic. Præsid* Quid
enim humanum non molitur ingenium: Hinc
Justinian. Imp. Nihil inter homines, sic indubi-
tatum esse, ut non possit, licet sit valdè justissi-
mum, sollicitam suscipere dubitationem, *Nov.*
57 4[illegible] *cap. 1.* Deindè respondetur † exempla addu-
cta non esse uniformia, sed unumquodque pon-
derandum esse secundum suas circumstantias.
Quod enim attinet exemplum Episcopi Bam-
bergensis, constat ex historiis, Carolum V. Im-
peratorem, extrajudicialiter absque præviâ cau-
sæ cognitione in bello Germanico, intuitu boni
publici, gratificari voluisse Alberto Marchioni
Brandeb. confirmando pacta quædam ab Epi-
scopo per vim extorta. Confirmatio † autem ni- 58
hil novi tribuit rei confirmatæ, sed quod jam
antè per se habet, firmat, *text. in c. 1 de confirm util.*
vel inutil. c. cum dilecta §. nuper autem e. d. tit. cum
similibus multis allegat à Geil. *2. obs. 1. n. 3.* Wesenb.
1. consil. 4. n. 47. & seq. Neq; † tribuit ius nisi repe- 59
riatur confirmabile, & id ponatur in esse. *l. Aure-*
lius, ff. de liber. legat. iuxta Bald *in c. ex literis, de fid.*
instrum. Matth. de Afflict. *decis. 404. n. 3.* Hieron.
Treutler. *consil. 108. n. 2. 6 7. & seqq* Cum itaq; ista
pacta de iure subsistere non potuerunt, neq; per
confirmationem sive extrajudicialem Cæsaris
pronunciationem sententiæ legitimæ latæ aucto-
ritatem adipisci debuerunt. Quando enim † vi- 60
tium non est purgabile, nihil operatur talis con-
firmatio etiamsi à Principe facta sit, Felin. *in c. ea*
quæ, n. 3. de re iudic. Gylman *in Symphorem. Tom. 2.*
part. 2. vot. 48. nu. 48. Non immeritò itaq; Cæsar,
de capitulis illius transactionis tempore guerræ
& belli initæ cognitionem Cameræ permisit. Re-
liqua exempla, † quod attinet, vel ex præcedenti 61
distinctione metienda & determinanda sunt, vel
cum Geil. respondendum est, ita Appellantes re-
pulsam tulisse. Et novissimum memini exemplũ
in aula Cæsarea Pragæ 6. Aprilis Anno 1628. ubi
in causa quadam ita fuit per S. Consilium Cæsa-
reum aulicum Decretum: Daß Ihr Keys. Maj.
die Appellation à Cæsare malè informato ad me-
lius informandum, als nichtiglich vñ Straffmäs-
siger weise eingewandt/die auch an sich selbstẽ null
vnd nichtig/ven Röm. Keys. Macht hiemit cassi-
ren vnd vffheben/ꝛc. mandando paritionem sub a-
missione & privatione privilegiorum. Nihil itaq;
† incertiùs, quàm exemplis & præiudiciis eius- 62
modi niti velle, quæ vel de facto procedunt vel
propter varias causarum figuras & circumstantias
etiam varia & diversa existunt multiplicemque
distinctionem admittunt, Andr. Knich. *de vestit.*
pact. part. 1. cap. 1. nu. 293. Fichard. *consil. 59. num. 8.*
& seqq. lib. 4. Vultei. *1. consil Marpurg 34. num. 53.*
Indeque lubricum valdè ab exemplis desumitur
argumentum, Dionys. Gothofred *ad rubr. C res*
inter alios acta. Vultei. *ad § præjudiciales num 6 In-*
stit. de action Ideoque † præiudicia non satis fun- 63
data in iure, in consequentiam trahi non de-
bent, Pruckman. *consil. 42. num. 16.* Neque ratio † 64
pro af-

pro affirmativa adducta eius est ponderis ut propterea à iure constituto recedamus. Ad eam enim respondet Heig. *d. quæst.*10. *num.*15. Quod utilius sit Reipub. ad extinguendas lites unius aut alterius damnum negligi, quàm multis calumniantibus ianuam aperire, cum rarissimi sunt qui se iustè reputent condemnatos. Denique
65 † semper minora mala à maioribus vinci & regi æquum est, ut in hac ipsa re ad Frideric. III. Imper. scripsit Æneas Sylv. *de orat. & auctorit. Imper. c.*21. *&* 23. Latissimè hanc sententiam tuetur, & contraria eruditè refellit Conrad ab Einsiedel *in tractat. de Regalib cap.*2. *num.*55. *& seqq.* ubi dicit, contrariam opinionem licet non sit destituta exemplis, ex iuris tamen legumq; præscripto, appellationis formâ & natura contemplatâ neutiquam sibi videri probandam, sed ex omni appellationum agro exstirpandam, & ad supplicationum areolas transferendam esse. De
66 eiusmodi supplicationis † & restitutionis remedio, vid. novissimè *Acta Noribergens. contra Magistrum Ordin. Teutonici. fol.* 127. *& seqq.* adde Andr. Cludi. *rer quotid. cap.* 8. *sect.* 4 *num.*141. *& seqq.* ubi quod non semel supplicatione in aula Cæsarea interposita, dein iustificationem exhiberi curaverit; Hoc tamen dissimulare se non posse, utroque casu supplicationem nullius effectus fuisse, sed priorem sententiam confirmatam & executoriales decretas. Vix enim est ut credamus inquit, eosdem eandem à se latam sententiam, reformaturos esse. Hactenus ille, ubi plura vide.]

CAPUT X.

DE RELIQUIS IMPERII IMMEdiatis civibus, qui non sunt status Imperii.

SUMMARIA.

1. *Sunt in imperio cives immediati, neminem nisi Imperatorem & imperium recognoscentes, qui tamen non sunt status imperii.*

2. *Copula natura est, ut ponatur inter diversa.*

3. *Latiùs patet immediatè subiectum, quàm statum esse.*

4. *Tales sunt Nobiles quidam in Franconia, Suevia, & ad tractum Rheni.* 5. *Hisce in locis etiam reperiuntur, qui suis Principibus, quorum in territorio domicilium habent, iisq; homagium præstant, subsunt, & parent.*

6. *Quidam Nobiles immediatos statibus imperii annumerant.*

7. *Hi Nobiles votum & sessionem in comitiis imperii non habent, neq; in matricula reperiuntur. Indeq; ad status imperii referri non possunt.*

8. *Olim Nobiles imperii ius comitiorum habuerunt.*

9. *Quomodo hoc ius amiserint, non convenit inter Doctores.*

10. *Nec ius Archivi habent.*

11. *Nec Nobiles coniunctim dici possunt status imperii. Nec coniunctim ad comitia vocantur.*

12. *Ab Imperatore & imperii statibus aliquo decreto, posteà demùm cum Nobilitate ista de rebus decretis tractatur.*

13. *Quare Nobiles immediati ad statuum imperii Diætas vocari desierunt, opinatio Besoldi.*

14. *Hi Nobiles plerunq; vicinorum Principum sunt vasalli, in eorum territorio regalia habentes.*

15. *Ius venandi Nobilibus concessum rarò ultra minores feras,* Niederwild/ *se extendit.*

16. *Castra ab hisce Nobilibus possessa, iisdem privilegiis & iuribus utuntur, quibus civitas, vel alia universitas immediata.*

17. *Ad horum Nobilium classem non sunt referendi illi, qui in aliorum Principum territorio habitant, multis privilegiis gaudentes, nihilominus tamen mediati & subditi existentes.*

18. *Sunt & quædam collegia Canonicorum libera, immediatè Cæsari, & imperio in civilibus parentia.*

19. *Capitula Cathedralium Ecclesiarum imperio immediatè subiecta non sunt, sed suo Metropolitano, vel Episcopo. Vacante tamen sede, ad Comitia capitula eiusmodi vocantur.*

20. *Multæ Civitates status imperii non sunt, sed tamen per privilegium exemptæ à mediata inferiorum subiectione.*

21. *Castra & Burggravii Ganerbiorum immediatè quidem imperio parent statum tamen imperii non repræsentant.*

22. *Multi Duces, & Civitates Italia dicuntur Principes, & Civitates imperii, & tamen non sunt status.*

23. *Multi ex commendatoribus ordinis Teutonici immediatè imperio parent, qui tamen non reperiuntur in Catalogo statuum imperii.*

24. *Commendator provincialis Hassiæ immediatè imperio non paret, sed pro statu Hassiæ se gerit, in Comitiis provincialibus inter Prælatos Hassiæ pri-*

Vu *mum*

mum locum tenet, &c. 25. *Alii Hassia, & Thuringia commendatores ad hanc Balliviam pertinentes, Hi Saxonia, illi Hassia status provinciales re ipsa profitentur.*

26. *Hoc privilegium immedietatis non est qualitas, aut privilegium merè personale, sed potius reale.*

27. *Comites & Barones recens ad eam dignitatem evecti, quare ab immediata contributione eximantur?*

28. *Particula disiunctiva Oder/ seu vel, ponitur inter diversa quidem, eundem tamen effectum habentia.*

29. *Ad constituendum immedietatis effectum qua sufficiant?*

30. *In alternativis alterum sufficit. Aliud est ab imperio, aliud sub imperio, aliud in imperio immediatè bona possidere.*

31. *Unus idemq; pro diversitate bonorum qua possidet, ratione quorundam ut mediatus, ratione aliorum ut immediatus censere potest.* 32. *Eadem persona diversis qualitatibus pradita, pro diversa habetur.*

33. *Multi reperiuntur immediati Nobiles nulla libera castra vel pradia habentes, nihilominus nullum nisi Casarem, &c. recognoscentes.*

34. *An ei, qui immediatè imperio subest, ratione bonorum sub alio immediato imperii statu iure feudali, vel alio titulo privato possessorum, in Camera mandata super constitutione de pignorationibus vel arestis decerni possint? remissivè.* 35. *Hac controversia in imperii constitutionibus expressè non decisa, Imperatoria decisione indiget.*

36. *Cives in civitatibus imperialibus immediatè imperium recognoscentibus non immediatis, sed mediatis sunt accensendi.*

37. *Aliud est ipsa universitas, sive Civitas, aliud sunt singuli in ea homines. Universitas alia dicitur persona, & aliud corpus à singulis de universitate.*

38. *Honor & consideratio universitatis non est singulorum.* 39. *Privilegia & regalia ab Imperatore toti collegio, sive corpori concessa non pertinent ad singulos, sed ad universos.*

40. *Singuli de universitate Protestantes in Camera super religionis & aliis constitutionibus tanquam immediati impetrare non possunt.*

1 SUNT præterea † in imperio Cives immediati, neminem nisi Imperatorem & imperium recognoscentes, qui status imperii non sunt, ut est textus expressus **in Deputations Absch.** de An.1564. §. **Und wollen wir als Römischer Keyser gegen denen so nicht Stände deß heiligen Reichs/ jedoch dem heiligen Reich immediatè unterworffen/** Fac. text. in R. A. de Anno 1548. §. **Wiewol auch in der Ringerungshandelung/** ibi: **nicht immediatè Glieder unnd Stände deß H. Reichs gewesen/** ubi per particulam copulativam, *Et*, hæc duo, immediatum & statum esse conjunguntur, Copulæ † autem natura est, ut ponatur inter diversa, *gl. in rubr. de jur. & fact. ignor. Jas. ad l. 32. n. 3. de legib.* Latius itaque † patet immediatè subjectum, quàm statum esse, Auctor. *decis. seu præjudic. Camer. in verb. Nobilitas. fol. 235. versic. immediatè.* 2 3

4 Tales sunt in imperio † Nobiles quidam in Suevia, Franconia & ad tractum Rheni **die Fränckische/ Schwäbische und Rheinische Ritterschafft.** Qui inde etiam dicuntur **Freye vom Adel/ Freye Ritterschafft/** inde forsan, **weil sie von anderer Herren Landes hohen Obrigkeit gefreyet/ unnd dem Reich ohne Mittel unterworffen sind.** [Dixi autem Nobiles quosdam in Suevia, Franconia & ad Rheni tractum, immediatè parere; Siquidem † hisce in locis etiam reperiuntur, qui suis Principibus quorum in territorio domicilium habent, iisq; homagium præstant, subsunt & parent. Quamobrē constitutiones imperii de Nobilium in prædictis locis comprehensorum immedietate determinatè plerumq; loquuntur, **so dem Reich ohne Mittel/ und keinem andern Herrn und Fürsten unterworffen** Confer Recess. Spirens. de An. 1542. §. **Dergleichen/** & passim juncto Recess. de An. 1548.] Sunt qui † Nobiles hosce immediatos, statibus imperii annumerare volunt, ut facit Matth. Wehner. *in pract. observ. in verb.* **Ritterschafft.** [Eaq; de re vid quæ ex antiquitate notavit Christoph. Besold. *in tract. de ordin. ... uestr. in imper. Rom concl. 5. & in Thesaur. pract. verb.* **Freye Reichs Ritterschafft/** ubi aliquot quæstiones ad hanc materiam pertinentes eleganter enuclear, Arum. *de Comitiis, cap. 4 num. 125.*] Verùm cum hi Nobiles licet eximiis privilegiis præ aliis sint decorati, † votum & sessionem in Comitiis imperii non habeant, neque in matricula reperiantur, ad status imperii referri non possunt. Ut enim aliquis sit status imperii, debet jus Comitiorum habere, R. A. de Anno 1548. §. **Wann auch ein Außgezogener/** ibi: **Stimm und Stand in Reichsversamblungen/** Geil. *1. observ. 21. n. 9 versic. quartò quod sessionem & votum.* Inde eque neque in subscriptionibus recessuum imperii, neque in matricula reperiuntur. 5 6 7

8 Et quamvis olim † Nobiles imperii jus Comitiorum habuisse negari non possit, *uti ex*

Procem.

Proœm. Aur. Bull. circ. fin. ubi inter illos, qui Comitiis Noribergensibus in constitutione Aur. Bullæ interfuerunt, recensentur etiam Nobiles Edle. Buxtorff. *in Aur. Bull. conclus. 5. lit. C.* Quo-
9 modo verò jus Comitiorum † Nobiles amiserint, non convenit inter doctores, vid. Bertram. *de Comitiis, concl. 39.* Brun ng *de variis universit. Spec. conclus.* 18. [Arum *de Comitiis. cap. 4. nu. 125.*] Qui tamen hodiè id ipsum asserunt, illis & rationes modò adductæ & ipsa experientia veritatis meridies resistit, & ita etiam sentit Sixtin. *de*
10 *regalib. lib. 1. c. 4 num. 94.* Inde neque jus † Archivi habent, ut tradit Ruland. *Commissar part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 50.* quamvis quoad totum corpus Nobilitatis ibidem subdubitet. Neque eo-
11 rum sententia † placet, qui volunt Nobiles conjunctim posse dici statum imperii, ut innuit Auct. *decis. Camer. verb Nobilitas*? quia neque conjunctim ad Comitia imperii vocantur, aut sessionem
12 in illis habent. Nam si ab Imperatore † & imperii statib aliquid decernitur, postmodum demum cum Nobilitate ista de rebus decretis tractatur, R. A. zu Augspurg/ de anno 1500. sub rubr. Was man mit den Ritterschafften zu Francken/ Schwaben vnd Rheinlanden handeln soll / ubi ita à Maximiliano I. Imperatore statuitur, wir oder so an vnser statt sitzen wird / vnd vnser verordnet Regiment/ sollen vnd wollen auch mit der Ritterschafft zu Francken/ Schwaben vnd Rheinlanden ernstlich handeln vnd reden lassen/ zu obangezeigtem Christlichem Fürnehmen/ auch zu Beschirmung deß heiligen Reichs/ dieweil sie vmb irer Vorfahren Verdienst willen/ von demselben Reich ihr Ehr vnd Würde/ auch den mehrerntheil ihres Guts haben/ ihre getrewe Hülff/ wie ihnen als Christglaubigen Rittern/ vnd Knechten deß H. Reichs wol ansichet/ zu thun. [adde R. A. zu Regenspurg / de Anno 1576. §. Dann weiters wollen wir nicht vnterlassen. Quod vero Nobiles im-
13 mediati, † ad statuum imperii diætas vocari desierunt, hoc in eorum favorem receptum esse, ne Cameræ imperialis sumptus pro rata ferre, aliaque statuum onera subire teneantur, opinatur Dn. Christophor. Besold. *de Ordin. Equestr. imper. conclus. 13. qua est final.* vid. eund. de tot. hac mater. latissime discurrentem *in Thesaur practic. lit. F. §. 36. Freye Reichs Ritterschafft & lit. R. verb. Reichs Stand.*]

14 Hi tamen † nobiles plerunq; vicinorum Principum sunt Vasalli, qui etiam in eorum territorio maxima regalia vigore specialium pactorum habent. Unde licet hisce Nobilibus concessum
15 jus venandi, † & sic species regaliorum, tamen illud jus se raro ultra minores feras Niderqewild/ puta jus aucupandi, lepores capiendi & aliquando aptos tantum canibus insequendi, & vulgò dicitur von Strick auß/ idq; statutis tantum temporibus, cum vicini Principes venari desierunt, obtinent: majora verò ferarum genera, cervos, apros, ursos, vulgò Hochwild tam cum canibus insectari ipsis, non (nisi fortè ex speciali jure id habeant) permittitur, Ruland. *d. cap. 4. nu. 50.* Castra tamen quæ ab hisce Nobilibus immediatis possidentur, † iisdem privilegiis & juribus u- 16
tuntur, quibus civitas vel alia universitas immediata, uti docet & declarat Andr. Geil. 2. *observ. 62. num 3.* Matth. Wehner. *in pract. observ. verb. Ritterschafft.*

Ad horum tamen Nobilium † Classem non 17
sunt referendi illi, qui in aliorum Principum territoriis habitant, & quidem multis privilegiis sunt donati, ratione onerum & præstationum personalium, non enim ex inde statim censendi sunt exempti, quia multum differt exemptus à subdito utcunque privilegiato, Besold. *de jurisdict. Imper Roman. cap. 18. pag. 50.* ubi dicit, multos in Alsatia reperiri, qui semet vocant gefreyte Landsasser. Sic & in Austria aliisque locis, tam Nobiles quàm alii subditi, multa privilegia habent, qui tamen nihilominus sunt mediati & subditi.

Sunt etiam quædam † Collegia Canonicorum 18
libera, quæ immediatè Cæsari & imperio in Civilibus parent, das freye Keyserliche Stiffte sind/ ut Collegium Canonicorum Bruxellæ in Praurheim/ item Burscheid propè Aquisgranum, & Collegium in Arnuell propè Saarbrucken/ quæ exinde etiam in Camera rectè conveniuntur, uti præjudi iis ostendit, Andr. Geil. 1. *observ. 30 num. 9.* [add. eund. *in tract. de pignorat. obs. 7. nu. 2. & seqq.* Alias Capitula etiam Cathedralium Ecclesiarum † imperio immediatè subjecta non sunt, sed suo 19
Metropolitano vel Episcopo, coram quibus, tanquam ordinariis judicibus, indistinctè in personalibus conveniri debent, adeò ut in causis civilibus, vel etiam in casibus specialibus, immediatè ad Cameræ forum spectantibus, coram Austregis aut in Camera conveniri non possint, idq; maximè in actionibus merè personalibus, *Auth. statuimus. Cod. de Episcop. & Cler.* Bald. *in Auth. Clericus e. d. tit.* Marant *part. 4 distinct 11. num. 2.* Et ita decisivè tenet Dn. Referens apud Meichsner. *decis. Camer 77 n. 4. Tom. 3.* ad Comitia tamen vacante sede, Capitula ejusmodi vocari probat Arum. *de Comitiis c. 4 n. 105. & seqq vol. 5.*]

20 Pariter multas † Civitates esse, quæ status im-
perii non sunt, sed tamen per privilegium exem-
ptas à mediata inferiorum subjectione asserit;
Auct. *Decis. seu præjudic. Camer. imperial. verb. No-
bilitas, verb. nota singulariter,* quarum tamen ex-
empla mihi non occurrunt.
21 Idem obtinet in multis † Castris & Burggra-
viis Ganerbiorum, qui quidem immediatè im-
perio parent, statum tamen imperii non repræ-
sentant. [de quibus vid. Kyllinger *de Ganerb. Ca-*
22 *strorum.* Item multi Duces, † & Civitates Italiæ,
dicuntur Principes, vasalli & civitates imperii,
qui tamen non sunt status, ut sunt Dux Mediola-
ni, Dux Mantuæ, Marchio Montisferrati, Dux
Matinæ & Regio de quibus vid. Arum. *de Comi-
tiis, cap. 4. n. 76. & seqq. vid. supra Class. 4. c. 1. n. 34.*]
Similiter multi ex Commendatoribus Ordi-
23 nis Teutonici † immediatè imperio parent, &
contra eos, tanquam immediatos, processus in
Camera decernuntur, qui tamen non reperiun-
tur in Catalogo statuum imperii. [Animadverti
tamen quosdam ex Commendatoribus in sub-
scriptione Recessuum imperii, tanquam status
Comitiis interfuisse, ut sunt Commendator Pro-
vincialis Alsatiæ, **Teutsches Ordens Land Com-
menthur der Balley Elsaß vnd Burgund** / vid.
subscript. Recess. de Anno 1567 Item Commen-
dator Confluentiæ **Land-Commenthur der Bal-
ley Cobelentz** subscript. Recess. de Anno 1559.]
24 Commendator Provincialis Hassiæ † imme-
diatè imperio non paret, sed de antiqua consue-
tudine & ex tenore transactionis Carolstadinæ
de Anno 1584. pro statu Hassiæ se gerit, in comi-
tiis provincialibus, vulgò vff **Landtägen** / inter
Prælatos Hassiæ primum locum tenet, in com-
mune cum aliis consulit, onera provincialia, vul-
gò **Landsteuren** sustinet, in expeditione milita-
ri sequelam præstat, Ordinationi Ecclesiasticæ
Hassiæ **der F. Hessische Kirchen Ordnunge** / uti
& ordinationibus Politicis **Landordnungen** / se
submittit, ac in realibus, in tribunalibus Hassiæ
comparet. Et quandoque etiam in personalibus
in iis stetisse, exempla, res judicatæ & præjudicia
25 testantur plurima. Idem obtinet † in aliis Hassiæ
& Thuringiæ Commendatoribus ad hanc Balli-
viam pertinentibus. Quorum hi Saxoniæ, illi
Hassiæ status Provinciales, salva recognitione sui
Magistri Ordinis Teutonici, se in præstationi-
bus, tam realibus quàm personalibus, re ipsa pro-
fitentur. Similis ferè est conditio Commenda-
rum in Austria, Bavaria, Saxonia, *vid. tradita inf.
lib. 2. Class. ult. c. ult. n. 18.*]
Hoc tamen privilegium † immedietatis, **daß** 26
einer dem Reich ohne Mittel vnterworffen sey /
non est qualitas aut privilegium merè personale,
sed potius reale, quod non solum ex facti Noto-
rietate & evidentia, verùm etiam ex ipsis imperii
Novissimis constitutionibus apparet. Hinc Co-
mites † & Barones recens ad eam dignitatem e- 27
vecti, ideò ab immediata contributione eximun-
tur, quia nulla bona immediatè, sub vel ab impe-
rio habent, & ita sine præjudicio aliorum Princi-
pum, quibus subsunt, immediatæ subjectionis
qualitate donari non potuerunt, quæ causa itera-
tò in d. constitutione inculcatur, **R. A.** de Anno
1548. §. **Wiewol auch in d' Ringerungshandlung** /
ubi inter alia notanda verba illa: **In Ansehung** /
daß solche newe Graffen vnd Herrn / nicht imme-
diatè **Glieder deß H. Reichs gewesen / oder darin
begütert** quæ particula disjunctiva **oder** / seu vel, † 28
eius est naturæ, ut ponatur inter diversa quidem,
eundem tamen effectum habentia per *text. in l. 1.
de reb. dub.* Vult. *de Feud. lib. 1. cap. 9. num. 40. versic.
Textus.* Itaque ad constituendum immedietatis † 29
effectum, sufficit vel personam esse immediatè
subditam vel bona in, sub, vel ab imperio habere
& possidere, per d. constitutionis textum.
Notandum † tamen non necesse esse, ut ali- 30
quis immediatè ab imperio bona habeat, sed suf-
ficit, ut ea sub, vel in imperio habeat immediatè;
quia in alternativis alterutrum sufficit, Ever-
hard. *in Topic. legal. loc. 108. num. 8.* Aliud itaque
est *ab imperio*: aliud *sub imperio*: aliud *in imperio*
immediatè bona possidere: Illud *causam possessio-
nis*, istud *subjectionem*, hoc *situm ostendit*, ut erudi-
tè declarat Zachar. Viet. *de exemption, conclus. 28.*
Hinc † unus idemque pro diversitate bonorum 31
quæ possidet, ratione quorundam ut mediatus,
ratione aliorum ut immediatus censeri potest.
text. in d. Recess. de Anno 1548. §. **Auch der Graffen**
von Tubingen halben / ibi: daß sie als Grafen deß Reichs / ih-
rer Güter halben / so sie ohne Mittel im Reich haben / gleich-
wol in deß Reichs Anschläge gezogen werden mögen: Aber
der Pfandschafften auch eigener oder Lehengüter halben / so
sie von seiner Liebden / (intellige Ferdinandum Regem
Romanorum) vnnd in derselben Osterreichischen Erblan-
den haben / vom Reich billich vnbelegt bleiben sollē.
Nam eadem † persona diversis qualitatibus præ- 32
dita pro diversa habetur, *c. cum Capella, x. de pri-
vileg. c. ex literis, de probation. l. fin. de instit.* Bart. *in
tractat. de Guelph. & Gebellin. num. 8. & num. 16.*

quod

quod supra latius declaravi lib.1. Class.2.c.2.n.168. & seqq.

33 Præterea † multi reperiuntur immediati præsertim Nobiles, qui nulla libera castra vel prædia habent, nihilominus tamen ratione suæ personæ ordinariæque subjectionis, nullum superiorem, nisi Cæsarem, Cæsarisque suprema judicia, Cameram videlicet & Dicasterium Rothwilense judicem agnoscunt & frey: Reichs von Adel vulgo appellantur.

34 Occasione † huius occurrit quæstio satis ardua. Si aliquis tam ratione personæ, quàm bonorum immediatè imperio subsit, sed tamen bona sub alio immediato imperii statu possideat, non quidem jure imperii, sed vel jure Feudi, non ab imperio, sed alio immediato statu in cujus territorio bona illa sita sunt, recogniti, vel alio etiam titulo privato & communi possideat, anne ei ratione illorum bonorum in Camera Mandata super constitutione de pignorationibus vel Arrestis decerni possint? Negativam rationibus haud contemnendis defendit, Petr. Wesenbec. *consil. 49 à num 7 usque ad fin. post* Andr. Geil *de Arrest. c. 6.* [Et pro ea in revisorio pronunciatum fuisse in causa Orttenburg contra Stein constat, vid. Thom. Michaël. *de jurisdict. conclus.58.* Gylman. *rer. in Camer. iudicat. lib.1. decis.46.*] In contrariam sententiam sub distinctione tamen inclinat, Petr. Frider. Mindan *de Processib. lib. 1. c. 34.*

35 *num. 21.* Verùm † cum ista in imperii constitutionibus expressè decisa non reperiatur, Imperatoriâ decisione indigeret, eamque à statibus deputatis, inter nova dubia rejectam & indecisam mansisse *in Recess. Deputat. de Anno 1600. §. Es haben uns unsere* / asserit Gylman. *in symphorem. supplic. tom. 3. fol.325.* [adde Rhoettag. *in pandect. Cameral. lib. 1. tit.10. vers.* Thom. Michaël. *d. conclus.58.*]

36 Cives † in Civitatibus imperialibus, licet ipsa Civitas immediatè imperium recognoscat, immediatis non sunt accensendi, sed mediatis; quia senatui tanquam Magistratui suo parent immediatè. Nam Civitas imperialis tanquam universitas in consideratione immediatæ subjectionis & status imperii, repræsentat unam personam, quæ est aliud ab hominibus universitatis, *l. mortuo, 22. de Fidejussor.* [Aliud enim est ipsa univer-

37 sitas, † sive civitas, aliud sunt singuli in ea homines, *gloss. in l. sicut, §. si quid. ff. quod cujus universit. nom.* Rol. à Vall. *consil.53. num. 6. volum. 3.* Johan. Gœdd. *1. consil. Marpurg. 38. num.131.* Et universitas alia dicitur persona, & aliud corpus à singulis de Universitate, Paul. Paris. *consil. 91. num. 1. vol. 1.* Corne. *consil 293. num. 11. vol. 3.* Roland. à Vall. *d. consil 53. num. 7. 8 9. 10.* Confer in terminis non dissimilibus Andr. Geil *de pignorat. cap. 6. num. 11.* ubi quod civitas non possit pro suo cive, super constitutione aliqua imperii supplicare contra immediatum imperii statum, nisi principaliter pro suo interesse agat. vid. quæ latius hac de re scripsit novissimè Johan. Angel. Werdenhagen. *de Rebuspubl. Hanseatic. part. 2. cap.8. per tot.*] Et ideò non sequitur, Civitas † imperialis immediatè paret imperio & est status imperii. Ergò & Cives qui in Civitate sunt; quia iste honor & consideratio universitatis est non singulorum, *l. sed si hac lege, §. qui manumittitur.* 38
[Sic licet interdum totum collegium † sive corpus condominorum habeat sua privilegia & regalia ab Imperatore sibi concessa; tamen ea non pertinent ad singulos condominos ut singulos, sed ut ad universos, ut de collegiis Ganerbiorum infert Paul. Matth. Wehner. *in practic. observat. verb.* Ganerben/ *cap. 4. pag. 200.*] Quare Processus in Camera † super religionis & aliis Constitutionibus tanquam immediati impetrare non possunt, & ita denegatos Processus Civibus quibusdam Coloniensibus contra Consules & Senatum Colon. Anno 1588. super constitutione religionis testatur, Petr. Frider. Mindan. *de Process. Camer. lib. 1 c. 31. per tot. ubi pro & contra disputat.*] Et exstat ea de re votum apud Gylman. *in symphorem. suppl. c. part. 1. tit. 3. fol 173. num. 43. & seqq.* eamque quæstionem prolixè pro & contra adductis rationibus tractat Crani. *de Pac. Religion. part. 1. problem. 3.*] 39 40

Caput XI.

DE RELIQVIS IMPERII CIVIBVS præsertim Mediatis eorumque discrimine & conditione.

SVMMARIA.

Continuatio. 1. Mediati imperii cives qui sunt?
2. Omnes in imperio Roman. habitantes imperio subsunt, nemine excepto, licet mediatè.
3. In omni iuramento & obligatione censetur reservata Imperatoris & imperii, tanquam superioris, auctoritas.

Vu 3 4. *Media-*

4. Mediati cives quidam eminentioris sunt conditionis, quidam inferioris.

5. Nobilium varia usurpatio, de eorum notatione, appellatione, & origine remissive.

6. Hic Nobiles illi intelliguntur, qui jure, & moribus Germanorum tales censentur, &c.

7. Apud Graecos nobilitas unde deducebatur?

8. Nobilitas vetustis moribus superioris & inferioris gradus fuit.

9. Pontifex Romanus Ducibus Nobilitatis titulum tribuere solet, eosq; Nobiles viros appellat.

10. Interest Reipubl. ut nobiles familia conserventur. 11. Utq; alii etiam nobilitatis praemio ad virtutem invitentur, eaq; decorentur.

12. Illi magis coruscant, qui priscis Proavorum meritis propriam virtutem adjecerunt.

13. Idem hodiè, quod olim propositum est virtuti praemium.

14. Non incongrua Lazii, quorundam generis vetustate ineptè fastuosorum reprehensio.

15. Nobilibus genere à parentum virtute deficientibus, recens virtus in se laudabilior est, quàm sola Proavita, & aliena virtutis jactatio.

16. Nobilitas parentum non potest excludere filiorum tenebras. Tempore Nobilitas incipit, tempore desinit, virtute claret, vitio sepelitur.

17. Non spectandum, ex qua quis gente natus, sed quâ quis gente, & familiâ dignus.

18. Quae nunc vetustissima videntur, nova olim fuere.

19. Nobiles genere majorum virtutem imitantes, meritò recens propter virtutem nobilitatis praeferuntur. 20. Ubi duo dignitate sunt aequales, praefertur ille, qui de meliori creatus est sanguine. 21. Virtus in antiqua Nobilitate fulget velut gemma in auro.

22. Turcarum moribus, dignitatis ordo ex virtute cuiusq; ponderatur.

--. Ex patre Nobili nascitur Nobilis, etiamsi mater sit ignobilis. Quae foeminis nobilissimam dignitatem mariti tribuunt.

24. Ex ignobili matre, patre tamen nobili legitimè nati ad feuda in Camera & Saxonia Electoratu admittuntur.

25. Ut filii nati ex ignobili matre à successione repellantur, pactum speciali requiritur.

26. Nobilitas paterna, adiectâ materna fit splendidior, & omnibus numeris absoluta.

27. Ignobiles adoptati à nobilib. Nobilitatem nanciscuntur. Adoptio imitatur naturam. 28. Adoptatus transit in familiam adoptantis. Filius adoptivus sequitur conditionē statumq; Patris adoptivi.

92. Contrarium tuetur Tiraquellus. Nobilitas transiens à parentibus ad filios, est veluti ex traduce & coruscatione sanguinis clari. 30 Cuiacius distinguit inter gentem & genus. Adoptio gentem mutat, non verò genus

31. Adoptati à nobilibus nanciscuntur jura nobilitatis, non verò ipsam nobilitatem

32. Arrogati transeunt in familiam & potestatem patris arrogantis, adoptati non item.

33. Adoptio fieri potest cujusvè Magistratus imperio; Arrogatio non nisi principali autoritate.

34. Adoptatus ab avo paterno cum Principis consensu, in praejudicium proximiorum agnatorum, non potest feudum ex pacto, & provi[illegible]tia obtinere.

35. Nobiles mercaturam exerc[illegible] non gaudent privilegiis nobilium.

36. Nobiles mediati dignitate, & potestate aliquâ plerunq; pollent.

37. Nobilibus, pagi, vici, castra, &c. à Principibus persaepè cum pertinentiis, jurisdictione, & aliis modis conceduntur. 38. Etiam rustici nobilibus juramentum fidelitatis, & subiectionis praestare coguntur.

39. Nobiles à superiore in iurisdictione sua turbari non possunt.

40. Vasallus vasalli mei, subditus subditi mei, & homo hominis mei, non est meus vasallus, subditus, homo.

41. Iurisdictio feudi lege concessa privativè concessa censetur.

42. Principes suorum nobilium subditos in causis ad se immediatè pertinentibus, absq; omni iuris subsidio citant.

43. Summus Princeps, eiusq; supremum iudicium Camera ex qualibet provincia immediatè citat.

44. Officiales Principum non possunt subditis & famulis Nobilium immediatè mandare, &c.

45. In Hassia quomodo cum Nobilium familia & subditis observetur?

46. Nobiles rusticos suos, & subditos coram propriis officialibus, praetoribus & scabinis convenire possunt.

74. Sub Electoribus & Ducibus Saxoniae quidam nobiles dicuntur Amptsassi, quidam Schriffts assis, & qui? 48. 49. 50. Huius distinctionis utilitas & usus quinam?

51 Nobiles immediati & mediati gradu & ordine dignitatis inter se pares sunt, licet illi privilegiis magis praemineāt, & maiori libertate fruantur.

52. Ad

52. *Ad dignioris conditionis cives mediatos referuntur literati mediatè imperio parentes.*

53. *Magisterii gradus Doctorali longè inferior.* 54. *Doctoratus privilegia cũ equestri dignitate iuris dispositione connectuntur.* 55. *In Camera imperiali Adsessores, Doctores, & Nobiles iisdẽ fruuntur stipendiis.*

56. *Doctores Theologi primas sibi vindicant ratione objecti Nobilissimi.*

57. *Hosce sequuntur Iuris Doctores, qui Nobilissimi dicuntur, horum officium quodnam?* 58. *Est res sanctissima civilis sapientia, & inaestimabilis, necessaria, & laudabilis*

59. *Hodiè à quibusdam justitia & literatura osoribus non rarò extenuantur, & deprimuntur juris & justitia sacerdotes.*

60. *Hic Doctorum Iuris contemptus quibusdam ex multitudine Dd. descendere videtur.* 61. *Rectius provenit ex gratia & pecuniâ, quâ etiam indigni ad eiusmodi honores admittuntur.*

62. *Contemptum nobilissima iurisprudentia adferunt imperiti causidici, & Rabula forenses, quibus praterlatratum, nec eruditio, nec doctrina est.* 63 *Isti sunt homines nati ad negotia confundenda, & iura omnia permiscenda. Eorum proprium.*

64. *Graves & eruditi Advocati à conviciandi genere abstineant, agant, quod causa desiderat. & temperent se ab injuriis.*

65. *Ex Dd. juris Consiliarii Principis, aliis praferuntur, & vocantur illustres.* 66. *Censentur enim pars corporis Principum, & cum ipso Principe unum quasi corpus constituere.* 67. *Et dicuntur inharere Principi sicut stella firmamento, & Principem ita decorare, sicut radii solares solem.*

68. *Inter Doctores praeminent, publici in Academiis Professores. quorum scientiâ illustratur mundus.* 69. *Doctores Professores juniores praferuntur Doctoribus non professoribus etiam senioribus.* 70. *In electione Adsessorum Camera eorum habetur ratio.*

71. *Qui per 20. annos publicè docuerunt, illustribus annumerantur.*

72. *Advocati magnarum curiarum non exiguâ dignitate pollent.* 73 *Advocatorum, ut causarum peritorum, in electione Adsessorum Camera imperialis ratio habenda.*

74 *Doctores iuris sequuntur Medici, iuris divini testimonio honorandi.*

75. *Hi postponuntur ICtis nobilior enim & dignior est scientia iuris, quàm Medicina.* 76. *Objectum Iurisprudentia est iustitia.* 77. *Medicina verò corpus sanabile. Medicina finis est corporis, Iurisprudentia verò mentium sanitas.* 78. *Quantum praestat animi sanitas sanitate corporis, tantum praestat Iurisprudentia Medicinâ.*

79. *Plures homines salutaribus iuris, & iustitia, quàm Medicorum remediis conservantur in Republ.* 80. *Gliscente inter cives tumultu, plus unicũ prodest consilium maturum, quàm centum purgationes de Rhabarbara.*

81. *Romani per 400 annos sine Medicis vixerunt.*

82. *Melius est Principi audisse Socratem de moribus, quàm Hippocratem de corporibus disserentem.*

83. *Sanitatis auctor Deus est, Dei instrumentum natura, utriusq; minister Medicus.*

84. *Duo sanitatis fulcra, victus moderatus, & exercitium tempestivum.*

85. *Circumforanei homines miserè decipiunt. Et sicut Rabula forenses conspurcant justitia officinam, ita & illi Medicinam.* 86. *Exemplum talis Medici. Recipe nescio quid, & sanabitur nescio quando.*

87. *Doctoribus accensendi Licentiati.*

88. *Doctoribus succedunt Magistri & his Baccalaurei.*

89. *Etiam milites eminentioris ordinis civibus adscribuntur.*

90. *In actibus militaribus miles praferendus est Doctori. & vice versâ in actibus facultatis Doctor anteponendus militi.*

91. *Ad inferiores conditionis subditos referuntur Mercatores, mechanici, agricola.*

HActenus egimus de immediatis imperii ci- 1
vibus, tam illis qui statum imperii repræsentant, quam istis, qui sine illa qualitate immediatè imperio parent, Consequens etiam esse duximus, ut paucula quædam de reliquis & plerumq; mediatis adjiciamus. Mediati † sunt, qui 2
non Imperatori & imperio sed aliis superioribus & statibus immediatis immediato subjectionis nexu devinciuntur, quibus etiam homagium & alia subditorum onera exhibent.

Dixi autem *immediato subjectionis nexu* quia omnes personæ habitantes in imperio † Romano-Germanico, & limites eius, imperio subsunt nemine excepto licet mediatè mis mittel. Et quamvis mediati homagium & iuramentum † subie- 3
ctionis præstent, tamen in omni iuramento & obligatione censetur reservata Imperatoris & imperii tanquam superioris auctoritas, *cap. venientes. & ibi gl. de iureiur.* Olasc. Cacheran. *decis.*

Pedemont.

*Pedemont.*78.*num.*20. Modestin. Pistor. *consil.*24. *n.*26. *vol.*1. Prosp. Farinac. *de delict. lib.*1. *tit.*3. *q.*17. *nu.*16. *& ibi allegati*, R. A. de Anno 1555. §. Vnd sollen die jenige/ ibi: zuvor vnd ehe sie obgesetzte Pflichte den Reyssen thun/aller ander Pflichten/ Eyden/ rc. keine ander weder allein die Pflicht/ damit sie der Röm. Keyserl. Majestät vnd dem H. Reich zugethan vnd verwand seynd/ hierin außgenommen vnd vorbehalten.

4 Sicut immediati † imperii Cives non omnes ejusdem sunt conditionis & status, ita neque mediati. Quidam namq; sunt eminentioris conditionis, quidam verò inferioris. Eminentioris Conditionis Mediati sunt Comites, Barones, Nobiles, Literati & Milites, qui aliis statibus immediatè parent. De Comitibus & Baronibus Mediatis est text. in sæpè allegato Recess. de Anno 1548. §. Wiewol auch in d Ringerungs handlung/ & dixi quædam supra *Class.*4. *c.*14 *num.*35. *& seqq.*

5 Nobilium † varia usurpatio, ut videre est apud Tiraquellum in tractatu absolutissimo de Nobilitate, apud quem ea tractari in hac materia, quæ hominis ingenio excogitari possunt, dicit Menoch. *de arbitrar. judic. cent.*2 *cas.*67. *n.*1. [De Nobilium vulgò Adel Notatione & appellatione ac origine, vid. quæ diligenter comportavit Dn. Beso d. *in Thesaur. practic lit. A.* § 14. Adel *fol* 15. 6 *& seqq.*] Hic autem Nobiles † illos intelligimus, qui jure & moribus Germanorum tales censentur, sive ex Natalibus, sive ex Privilegio summi Principis aut statuto loci, Nobilitatem nacti sint.

7 Apud Græcos olim Nobilitas † aut à stirpe Regum aut heroum, utpotè Heraclidarum, Æacidarum, Cecropidarum, & id genus aliorum ducebatur, aut qui ob res tum à se, tum à majoribus præclarè gestas, publico decreto coronam auream, immunitates, statuas, primos consessus & simi'ia consequebantur, Bodin. 3. *de repub. c.*8. *pag.*550. ubi etiam varios populorum mores circa Nobilitatem refert, quod latius persequi nostri non est instituti. [Hoc tamen minimè

8 prætereundum, quod nobilitas † vetustis moribus superioris & inferioris gradus fuerit. Ad illum relati Principes, Comites aliique illustres, ex Naucler. refert Christophor. Besold. *de ordine Equestr. contl.*13. *circ. fin.* Eaque de re similiter ferè scribit, Jul. Pflug. *de Repub. German. p m.*49. De Nobilium autem ordine quid dicam? ii quidem gradibus jam indè ita distincti fuerunt, ut qui summi essent, ornarentur Principum dignitate: Medii Comitum atque Baronum: Infimi autem equestris essent loci. Hinc Pontifex Roman. in hunc usq; diem in more habet, † ut Ducibus No- 9 bilitatis titulum tribuat, daß er allein den Hertzogen schreibet/ den Edlen Hertzogen in Sachsen vnd Beyern/ rc. teste Münster. *in Cosmograph. lib.* 5 *de German. cap.*20. *fol. m.*685. Et ita non ita pridem Paul. V. Papa, in Epistola gratulatoria, ad Serenissimum Bavariæ Ducem Maximilianum, nunc Electorem, sub dato Romæ, 3. Decembr. Anno 1620. de victoria Pragensi, non alio, quàm hoc affatur titulo. Dilecto filio Nobili Viro, Maximiliano Duci Bavariæ Paulus PP. V. Dilecte fili Nobilis vir, &c. quam totam Epistolam refert Aubert. Miræus Bruxellensis Canonic. Antverpi. *in libr. singul. de reb. Bohem. edito Lugduni Anno* 1621. *p. m.*105. Sic Gregor. IX. Pontifex Marchionem Misnensem *in c. constitutis* 46. *x. de testib.* Innocent. III Ducem Carinthiæ, *in c venerabilem in fin. x. de elect. & elect.* Nobiles viros appellant.]

Præterea interest Reipubl. † non solùm ut No- 10 biles familiæ conserventur, *l.*1. §. 13 *ff. de ventr. inspic. l.*9. *C de quæstionib.* Forster. *de success. lib.*3. *c.* 4. *num.*20. & homines majoribus suis digni nascantur, & eorum vestigia imitentur, Cicer. *pro Sest.* verùm etiam ut alii Nobilitatis † præmio & 11 prærogativa ad virtutem invitentur & ea decorentur, *argum. l* 1. *de iust. & iur.* Quod enim flores sunt in pratis id Nobiles in Republ. Obrecht. *in disputat. de Regalib thes.* 115. Ideoque meritò omnes boni Nobilitati favemus, ut dicit Cic. *alleg. mod. loco.* Et quamvis † negari non possit æ- 12 quum esse, ut avorum virtuti multum tribuatur, & quod illi magis coruscent, qui priscis Proavorum meritis propriam virtutem adjecerunt, non tamen minus excludendi à vera Nobilitatis dignitate & insigniis, hi qui ob singularia merita Summi Principis beneficio recens Nobilitatem adepti sunt, sicut illorum Primi acquirentes istam Dignitatem. Quis enim nisi rationis omnis expers, † ibit inficias, non idem hodie, quod 13 olim propositum esse virtuti præmium, nisi simul quis neget non tantam hodiè quàm olim habendam esse virtutis rationem. Aut in summo Principe obstructum fontem & scaturiginem Nobilitatis, & quod non hodiè ut olim Nobilitandi potestatem habeat. [Quamobrem non incongruè scribit Lazi. † *de migrat. gent. in præfat.* 14 *fol.*11. Ineptus, inquit fastus est quorundam, qui præ generis vetustate, dignitate & opibus cæte-

ros contemnunt, quos vident virtute & rerum gestarum gloria niti ad gradus eosdem, in quibus ipsi superbiunt, non proprio sed atavorum marte adeptos: dum & sese isti deprehendi sint, suasque stirpes ex tenuioribus quandoque principiis crevisse, fuisseque in eorum genealogiis, qui ceris & imaginibus caruerant. Eaque de re prolixè discurrit Thom. Companell *de Monarch. Hispan. cap* 14.]

15 Si verò quæratur † utrius, anne illius qui ex genere, an verò illius qui ex propriâ virtute nobilitatur, major sit dignitas? placet communis illa Politicorum distinctio: Aut Nobiles genere à parentum virtute deficiunt, genus ingenuum improbant, & fumosis solummodo majorum tabulis delitias sibi quærunt, atque

Jactant otia parta negotiis paternis,
Ac ignavi Nobilitate gloriantur:

Et tunc recens virtus, quæ magis accedit ad Principium primum & verum Nobilitatis, in se laudabilior est, & magis ad Reipub. utilitatem confert, quàm sola Proavitæ & alienæ virtutis
16 jactatio. Neque Nobilitas † parentum potest excludere filiorum tenebras, Nevizan. *in Sylv. Nupt. lib.* 4. *num.* 133. Nam tempore Nobilitas incipit, tempore desinit, virtute claret, vitio sepelitur, Petr Greger. Tholosan. *de republ. lib.* 4. *c.* 2. *num.* 9. Unde Nazianz. qui genus, inquit, jactatis; indolem quoque & mores Nobilitate, *Orat.* 12. Et iuxta Ovid.

Et genus & proavos & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto.

Et si objiciatur alicui Novitas, is cum Mar. apud Salust. in Jugurt. respondere potest, ut objiciens idem faciat maioribus suis, quibus uti ipsi ex virtute Nobilitas cœpit. Non tam spectandum
17 † ex qua quis gente natus, sed qua quisgente & familia dignus, uti in simili aliquando respondit Aristoteles, patriam inaniter jactanti, non esse spectandum ex qua patria quis sit ortus sed qua patria sit dignus, refert Nevizan. *in sylv. Nupt. lib.* 4. *num.* 133. Omnia enim quæ nunc ve-
18 tustissima † videntur, nova fuere, inquit Tacit. 11. *annal.* Hœnon. *disputat. Politic.* 2. *thes.* 30. [Et hic referre lubet versiculos, quos non ita pridem, emeritus in Academia Marpurgensi Philosophiæ Professor Rudolphus Goclenius albo Nobilis cujusdam studiosi brevi ante obitum inscripsit, & ut opinor, ipse composuit, qui ita habent:

Cum sarciret Adam, sua pensaq; duceret Eva,
Pulcer ubi titulus Nobilitatis erat?
Inclyta Nobilitas, agnoscit prima parentes,
Cum virtute virum, qui bene facta colune.
Nobilitas virtute carens, est fumus inanis,
Nomen inane.

Eoque pertinet illud Germanorum.

Als Adam hackt und Eva span/
Wo ware do der Edelman.

Aut verò Nobiles † genere imitantur majorum 19
virtutem, & tunc meritò illis, qui recens propter virtutem Nobilitatem quæsiverunt, præferentur, quia isti non solùm propria virtute, sed etiam majorum claritate commendantur, Bodin. 3. *de repub. dict. cap.* 8 *p.* 554 *vers. & quidem duobus.* [Quo faciunt tradita M. Anthon. Natt. *consil.* 638. *num.* 23. *& seqq.* Ubi enim duo † sunt digni- 20
tate æquales, præfertur ille, qui de meliori creatus est sanguine, ut voluit Bald. *in l. nemini, C. de advocat. divers. judic.* Abb. *in c. dudum, notab.* 4. *de elect.* Et sic etiam volunt, quod filius Doctoris præferri debet alii Doctori, qui non habuit patrem Doctorem, *gloss. in l. jubemus in verb. sumptibus, C. de advoc. divers. jud.* Bald. *in l. nemini in fin. C. eod. tit.* Mart. Laudens *in tract. de dign. t. conclus.* 17. Natt. *d. consil* 638. *n.* 23] Et virtus † in antiqua 21
Nobilitate fulget velut gemma in auro. [Quo pertinet illud Virgilii Æneid. 7.

Turnus avis, atavisq; potens.

Et rursus eod. lib.

Muranum, hic atavos & avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesq; actum genus omne latinos.]

Ideoque juxta Taubman. in Epigram.

Is meruit veræ sibi Nobilitatis honorem,
Quem genus & genii Nobilitavit honor.

Tutearum † moribus, dignitatis ordo ex virtute 22
cujusque ponderatur; nec ultra nepotes avorum virtus aut Nobilitas propagari consuevit, ut videlicet sui quisque generis claritudinem intermortuam renovare studeat, aut ignobilium ac plebejorum ordine censeatur, Bodin. *d. c.* 3. *p.* 557. [Thom. Companell. *de Monarch. Hispan. c.* 14.]

Ad hoc ut aliquis genere sit Nobilis, † satis 23
est, si ex patre nascatur Nobili, etiamsi mater sit ignobilis; quia fœminis Nobilissimam dignitatem mariti tribuunt, *l. fœmina, ff. de senator.* quorum radiis illæ coruscant, *Novell.* 150. *cap.* 2 *l. fin. ibi*, & sentiat mulier viri fulgorem, *Cod. de Nupt.* Hinc Impp. Valent. Theod. & Arcadius, mulie-

es inquiunt honorē maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus & domicilia mutamus, *l. mulieres, C de dignit.* [Et ita communiter concludunt Dd. Johan Lup. *in tractat. de donat. inter vir. & ux §.32. num* 1 Alciat. *in l. pronunciatio, §. familia, num.6. ff. de verb. sign.* Felin. *in c. novit ille, num 2. de judic.* Tiraquell. *de Nobilit. cap.17. num.20.* Decian. *consil.19. nu.237. vol.3.* Regner. Sixtin. 2. *consil. Marpurg.9. nu.36 & seqq* Herman. Vult. 3. *consil.17. nu. 45. & seqq.* Hieronym. Treutler. *consil 115. n.20. & seqq*]

Et quamvis quidam id oppugnare conentur,
24 iura † tamen aperta & manifesta contrarium statuunt. Indeque ex ignobili matre, patre tamen Nobili legitimè natos, ad Feuda in Camera & Saxoniæ Electoratu admissos, multi testantur. [*Vid. Sixtinum. Vultej. Treutler. & alios in praecedenti num. allegatos,* Hieron. Schutff. 1. *consil.1. nu. 17.* ubi dicit ita quotidie consuli & judicari etiam eo casu quo nati ex cōcubina per subsequens matrimonium legitimentur. in quibus etiam terminis loquuntur Sixtin. Vult & Treutl. modò allegati. Et idem Treutler. *disput.2. thes.6. lit. f. in notat. vol* 1. Et ita in senatu Pedemontano decisum testatur Cacherān. *decis.154. in fin.*] Et facit
25 *text.2 Feud 29.* ubi ad hoc † ut filii nati ex ignobili matre à successione repellantur, pactum speciale requiritur, Borch. *de Feud c.7. part.2. num. 56. §. filii nati.* Ideoque pacto non interveniente ejusmodi liberi pari jure cum illis, qui ex Nobili matre nati sunt, quoad successionem Feudalem censentur, quod est argumentum à contrario sensu Tiraquell. *de Nobilit. c.17. & 18.* Matth. Stephan. *de iurisdict lib.2. c.7 membr.2. num.44 & seq. ubi vid. distinctionem & plura ea de re.* [Negari ta-
26 men non potest. † Nobilitatem paternam, adjectâ maternâ fieri splendidiorem & omnibus numeris absolutam, per tradita M. Anton. Natt *consil. 637. n.18.* Tiber. Decian. *d resp.19. n.237. volu 3.* Et meminit Cornel. Tacit. quod Rubellius Plautus, cui Nobilitas per matrem ex Julia familia, celebratus fit, annal *lib.14. p m.415*]

27 An vero ignobiles † adoptati à Nobilibus, Nobilitatem nanciscantur, ita videtur dicendum ex multis juris textibus. 1 quia adoptio imitatur Naturam, *§. minorem, 4. institut. de adoption.* 2. *fac. text. in l. senator in filium 5 ff. de adoption. & l. liberos 10. eod* ubi a senatoribus adoptati, senatoriam dignitatem nanciscuntur, *text. in l. per adoptionem, 35. ff. de adoption. l. sciendum. 32 ff de rit. nupt.* ubi libertinus ab ingenuo adoptatus, ingenui jura nanciscitur, *fac. l 1. §. cognationum, ff. unde cognat.* ubi dicitur adoptivos in familia adoptiva jura cognationis nancisci, *l 10. in princip. Cod. de adoption.* ubi adoptatus dicitur in alienam familiam transferri. Si itaque † adoptatus transit in famili- 28
am adoptantis, utique & in dignitatem & Nobilitatem familiæ annexam transiisse censendus erit, *unde* Ovid.

Hinc ad te magna descendit origine mensis,
Et fit adoptivâ Nobilitate tuus.

Et Cicero in Oratione pro domo sua, dicit filios adoptivos sequi conditionem statumque patris adoptivi, ut si is pater esset patricii generis, & filius quoque talis esset. Contrarium † tamen tuetur Tiraquell. *in tractat. de Nobilit. c.15. nu.6.* quia 29
Nobilitas, quæ transit à parentibus ad filios, est veluti ex tradute & coruscatione sanguinis clari. Cuiac. distinguit † inter *gentem & genus,* & 30
vult adoptionem quidem gentem mutare, genus vero non mutare, *d. l. 1 §. cognationem, ff. und. cogn.* Est enim genus à natura & jus naturæ immutabile.

Et ita vult Nobilem ex ignobili facere adoptionem, si gentem spectemus, cum & Ciceronem se sociasse Pisonum familiæ, ut se nobilitaret ex Trebell constet, non verò si genus. Deinde † declarando textus antea allegatos, distin- 31
guit inter honorem & iura ingenuitatis, Nobilitatis, & ipsam ingenuitatem & Nobilitatem, Adoptatos à Nobilibus nancisci quidem jura Nobilitatis, non verò ipsam Nobilitatem, *in Consult.56.*

Præterea † distinguendum putarem inter ar- 32
rogatos & adoptatos. Arrogati transeunt in familiam & potestatem patris arrogantis: Adoptati non item, *§. sed hodie, § illud proprium, inst. de adoption.* Deinde Adoptio fieri potest † etiam cu- 33
jusvis Magistratus imperio, Arrogatio non nisi Principali auctoritate, *§ 1. institut eod. tit.* Et si adoptio adoptatum Nobilem al quem efficeret, in privati alicuius auctoritate esset actus Nobilitandi, quia tamen est de reservatis summi Principis, ut supra suo loco monuimus. Arrogatio autem quia fit per sacrum oraculum, hoc est, Principis auctoritatem, cui jus Nobilitandi competit, illam dubitandi rationem refellit, quo etiam inclinat *in d. consult 56.* [An vero † Adopta- 34
tus ab avo paterno, cum Principis consensu, in

præiu-

præjudicium proximiorum agnatorum, possit Feudum, quod ex pacto & providentia dicitur obtinere, quandoque dubitatum fuit, ut vide e est apud Casp. Anton Thessaur. *lquæst. forens.* 100. *lib* 1 ubi tamen rectè negativè concludit. Nobi-
31 les † si mercaturam exerceant, non gaudere privilegiis Nobilium adeoq; ad onera mercaturæ imposita non minus, quam alios mercatores adstringi, tener & ita in ienatu Gratianopol. judicatum scribit, Gerd. Pap. *q. & 391. ibid. Additionatores & quæst* 196. vid. Knich *de vestitur. paction. lib. 2. cap. 4. num* 93. *& mult. seqq. ibiq; allegatos Dd.* Pruckman. *de Regal. ad §. venatio cap. 4. num. 35 &* ...]

Et tantum in genere de Nobilium † origine & causa, brevibus dixisse sufficiat. Nobiles autem etiam mediati non solum dignitate, sed etiam potestate a qua plerumque pol ent, quam jure ... quæ Nobilitatis illis competere, dicit Nevizan. *in Sylv. Nupt. lib. 4. num.* 132. Notum enim
37 est Nobilibus † pagos, vicos, castra & alias id genus terra à Principibus persæpè cum adhærentiis, pertinentiis, jurisdictione & aliis modis concedi, Andr. Knich. *de vest pact. p. 2. c.* 1 Rosenth. *de Feud. c* 5. *conclus.* 8 Schrader *de Feud part. 3. c.* 4. Paurmeister *d. jurisd lib* 2 *cap. 9 per tot.* Ita etiam
38 ut Rustici † Nobilibus juramentum fidelitatis & subjectio is præstare coguntur, tanquam sub eorum jurisdictione habitantes & domicilium foventes, Isern. Alvarott. *& Dd. ad cap. qualiter vasall. jurar. deb.* Ausan. *de propr. homin. c. 6. n.* 36. Zigler. *in Commun. conclus. ad aur. prax. Calvol. §. Nobiles, num* 2. ubi prolixè & ad usum hodiernum differit, de Nobilium in suos subditos jure & jurisdictione, qui aditi potest.
39 Et hoc ita procedit, ut à † superiore in jurisdictione sua turbari non possint, quia Dominus non potest manus ponere ad jura vasalli. Afflict. *decis.* 128. Alciat. *l.* 4. *resp* 9. *n* 8. Unde & hæc nota
40 axiomata, † quod Vasallus Vasalli mei, subditus subditi mei, & homo hominis mei, non sit meus Vasallus, subditus, homo, *arg. l. Modestin.* 106. *& ibi* Goedd. *de V. S. l. consilii, §. socii, ff. de regul. jur.* Quatenus autem illa procedant, vide elegantem declarationem, Ludolph. Schrader. *de Feud. p.* 19.
41 *sect.* 2. *num* 42. Jurisdictio † namque Feudi lege concessa, privativè concessa censetur, Cacheran. *decis.* 29. *num.* 8. Menoch *consil.* 604. *num.* 23. *&* 26. Andr. Knich. *de pact. vestitur. part. 2. n* 21. *& dixi supra c. 7. n.* 21. *tibi n.* 22. *hujus rationem pulchram vide.*

Possunt tamen Principes † suorum Nobilium 42 & subditorum subditos in causis ad se pertinentibus immediatè absque omni juris subsidio citare. Jas. *in l. fin num.* 24 *ff de jurisd. omn. jud.* Bald. *in l. omnes* 3?. *§. verum Cod. de Episcop. & Cleric.* Wesenbec. *consil.* 97. *num* 3. [M. Anthon. Natt. *consil.* 487 *nu* 13.] Et ita etiam consuevisse Principes testatur eximius Saxoniæ JC. Matth. Coler. *de process. exècutiv p. 3. c. 7. num.* 36. [ac novissimè post Zanger. Rauchbar. & alios ita scribit Matth. Berlich. *decis.* 59. *n.* 3.] Sicut & summus Princeps † ejusque supremum judicium Cameræ, ex qua- 43 libet provincia immediatè citat, *l sed etsi.* 26. *§. fin. verb. testimonii causa evocatis ff. ex quibus causis major. l.* 2 *§. legatis, l. non alias verbo quos Princeps evocavit de jud.* Matant. *part. 4. tit. de citat. num.* 10. quod & hodie in causis ad cognitionem Principis & supremi consistorii pertinentibus usu venit, ut probavi supra *cap* 7. *n.* 51. Officiales † tamen Principum non possunt subditis & famulis 44 Nobilium immediatè mandare, vel ab iis tributa & servitia, exigere, per tradita Berlich. *d. decis.* 59. *num.* 8. *& seqq. add eund. de simili casu decis.* 60. In Hassia † Officialibus Principum nullum jus est in 45 Nobiles, eorum familiam aut subditos, nisi ex Commissione Principis vel ejusdem Cancellariæ aut judicii, quod appellatur **das Hoffgericht**, ubi ipsi Nobiles immediatè evocantur. Quoad subditos ita communiter observatur, si causa per appellationem vel simplicem quaerelam devolvatur ad Cancellariam, tunc in judicialibus immediatè tàm litigantes ipsi, quàm testes evocantur. In extrajudicialibus vero, in **gütlichen Verhören und Extrajudicial Sachen**, ad Nobiles scribitur, ut remittant ad præfixum diem familiam aut subditos ad Cancellariam. Et ita aliquoties observatum memini. An verò Nobiles rusticos suos & subditos coram propriis Officialibus, 46 Prætoribus & Scabinis, judicio pulsare & convenire possint? Affirmativè decidit Matth. Berlich. *decis.* 109. & ita usu servari restatur, quamvis non leves adducit rationes pro negativa ibid. add. Zigler. *ad Praxin Calvol. §. Nobiles. conclus.* 1. *n.* 17.

Sub Electore & Ducibus Saxoniæ & alibi † 47 Nobiles quidam dicuntur Amptsassii, quidam Schrifftsassii. Illi sunt, qui immediatè Præfectorum jurisdictioni parent, & coram iis in prima instantia conveniuntur: Hi verò qui immediatè Principi ejusq; curiæ parent, Dn. Gothofr. Anton.

Anton. affinis meus p. m. honorandus *disp. Feud.*
7. thes. 4. lit. A. in notat Matth. Steph. *de jurisd. lib.*
2. p. 1. cap. 7. membr. 2. num. 126. Est autem hujus
48 distinctionis ista utilitas, † daß die Edelleute/
Ritter vnd Herrn/die den Emptern nicht vnterworffen/ son-
dern auff sonderbahren Schrifften der Fürstlichen Cantzley
sitzen/auch alle Rahte der Städt vnnd Richter/ die den Em-
ptern nit zugethan seyn/ vor die Hoffgericht geladen vnnd
citirt werden mögen in prima instantia, die andern Edelleut
aber/ Bürger vnnd Bawern/so den Emptern vnterworffen/
vnd auff Ampsschrifft gesessen/sollen zuvor vor jhrem Ampt-
mann oder Vntergerichten/in dessen Ampt oder Gericht sie
gesessen in prima instantia citirt vnnd vorgenommen wer-
den/uti auß der Churfürstlichen Oberhoffgerichts Ordnung/
de Anno 1549. sub tit. wer vor das Oberhoffgericht mag
geladen werden/tradit Matth. Wehner. *in practic.*
49 *observat. verb.* Ampsassen. Idem obtinet † in ser-
vitiis Feudalibus Ritterdiensten/quod Ampsassii
non tantùm ad Domini sed etiam ad præfecti si-
ve quæstoris qui ipsis præest requisitionem com-
parere & servire tenentur. Andr. Knich. *de vesti-*
tur pact. cap. 5. num. 7. & de Saxonic. non provocand.
privileg. verb. Ducum c. 6. n. 23.
50 Præterea † Ampsassii, Schrifftsassium in Cu-
ria actione pulsantes, non nisi præstitâ satisda-
tione & expensis litis & reconventione admit-
tantur, ut maximè bona immobilia possideant,
Daniel. Moller. *ad Constitut. Electoral. 5. p. 1. num.*
14. Knich. *d. c. 5. num.* 13. Matth. Wehner. *alleg. loc.*
quod tamen in Schrifftsassiis secus est, qui ejus-
modi satisdatione non arctantur, Jacob. Schult.
observ. 22. num. 2. & de hisce vid plura apud Zigler.
in Commun. conclus. ad aur. prax. Calvol. §. Ampsas-
sii & §. Schrifftsassii.
51 Coronidis loco nota, † quod Nobiles imme-
diati licet privilegiis magis præemineant, & ma-
jori libertate fruantur, quam mediati, gradu ta-
men & ordine Dignitatis inter se pares sunt, ne-
que magis & minus speciem novam facit.
52 Ad dignioris conditionis cives † & mediatos
referendi etiam sunt literati, qui mediatè impetio
patent. Ex literatis quidam sunt Doctores, qui-
dam Magistri, quidam verò sine gradu vivunt,
Doctores in tribus Facultatibus, Theologica,
Juridica & Medica creantur. Philosophi Magiste-
53 rii tantum gradum nanciscuntur, qui † Doctora-
tû longe inferior, vid. Matth. Steph. *de iurisd. d. lib.*
3. part. 2. cap. 14 num. 90. & seq. Ideoque Magistri
non debent præcedere Doctores, & gradum Do-
ctoralem, qui imperiali auctoritate superior re-
putatur, Principalibus obviando privilegiis con-
tra decorum deprimere. Nam Doctoratus pri-
vilegia † cum equestri dignitate iuris dispositio- 54
ne connectuntur, R. A. zu Augspurg/de Anno
1500. sub tit. von Vberflüssigkeit der Kleider/§.
item die von Adel so noch nicht Ritter oder Do-
ctores sind/ *junct. §. præced. & seq.* Et passim in im-
perii recessib. quoad dignitatem. nunquam No-
bilibus postponuntur. Reform. gut Policey Or-
dnung/ de Anno 1530. sub. rubr. vom Adel & sub
tit. von Doctoren/ Reformat. de Anno 1548 sub
iisdem rubric. Et in Imperiali Camera † Assesso- 55
res, Doctores & Nobiles iisdem fruuntur stipen-
diis, *Ordin. Camer. p. 1. tit.* 43. An autem Philosophi
Professorum numero censendi, dubitat, & de-
inde decidit Ulpianus *in l. 1. § an & Philosophi, ff.*
de extraordinar. cognit. quæ tamen dubitatio sano
sensu & secundum subjectam materiam accipi-
enda.
Doctores Theologi † meritò primas sibi vin- 56
dicant ratione objecti Nobilissimi, tanquam di-
vini verbi Antistites, & sacrarum literarum inter-
pretes. Hi enim si juxta præscriptum altissimi po-
pulum ad justitiam erudierint, fulgebunt sicut
splendor firmamenti & stellæ in perpetuas æter-
nitates, *Daniel. 12 v. 3.* Hoc dictum principaliter
quidem Theologis accommodatur, non impro-
priè tamen ad justitiæ humanæ Antistites & sacer-
dotes sano etiam sensu referri potest.
Hosce meritò sequuntur juris Doctores, † 57
quorum officium est justitiam colere, æquum
ab iniquo separare, licitum ab illicito discerne-
re, veram & non fucatam Philosophiam affecta-
re, Ulpian. *in l. 1. de just. & jur.* Indeque meritò ju-
ris sacerdotes, *d. l. 1.* & Nobilissimi dicuntur, *l. 2.*
§. ult. ff. de excusat. tut. l. providendum, 7. Cod de po-
stuland. Est namque † res sanctissima civilis sapi- 58
entia & inæstimabilis, *l. 1. §. proinde, 5. ff. de variis*
& extraordin. cognit. necessaria & laudabilis, *l. 4.*
C. de Advocat. divers. iud. honoris plena, *arg. l. 6. in*
pr. C. de postul. Et quamvis hodie † à quibusdam 59
præsertim justitiæ & humanioris literaturæ osso-
ribus non rarò extenuentur & deprimantur ju-
ris sacerdotes, tamen potius id spectandum est,
quod summus Imperator & universi Imperii
Principes & Proceres, de hisce sæpius iteratis cō-
stitutionibus Pragmaticis constituerint, quàm
quod hic vel ille Thraso aliquè poculorum re-
miges de iis dem sentiant.
Hic tamen Doctorum contemptus, † à ma- 60
le feriatis hominibus ex multitudine Dd. videtur
descendere, cum iuxta Proverbium, omne rarum
charum,

charum, vilescit quotidianum, *c. si officia distinct. 59. & c. legitimus distinct 93.* Cravett. *consil.* 855. *n.* 4. Cui tamen argumento respondet Ernest. Cothman. *Respons. Acad.* 14. *num.* 78. Rectius autem
61 contemptus † ille inde provenit, quod multi potius propter gratiam vel pecuniam hodie, quam propter scientiam ad honores admittuntur, unde illud de Gallis circumfertur proverbium: Nos sumimus pecuniam, & mittimus asinum in Germaniam. Sed tamen Professores Academiarum indignos ad honores istos augustos admittentes puniri, Petr. Gregor. Tholosan *de repub. lib.* 18. *c.* 9. *num.* 9. & privilegiis exui possunt, *cap privilegium,* 11. *q.* 3. Matth. Stephan. *de jurisd. lib.* 3. *part.* 2. *c.* 14. *n.* 125.

62 Contemptum † etiam Nobilissimæ iurisprudentiæ adferunt imperiti isti Causidici & Rabulæ forenses, ignari litium concionatores, Cujac. 4 *observ.* 40. quibus præter latratum nec eruditio nec doctrina est, Udalric. Zas. *de Iuda quæst.* 3. *qua extat in tom.* 5. *p. mihi* 114. Indeque eorum facundiam Caninam dicei ex Salustio & Hieron. notat idem Cujac. *dict. loc.* [*& consult.* 23. *in pr.*] *cui congruit* Prudentii *versus*:

In Canina foro latrat facundia toto.

Quos tamen honesto sæpè Doctoris titulo vulgo
63 attantur. Et sanè isti † sunt homines nati ad negotia confundenda & iura omnia permiscenda, quo genere nihil est in republica perniciosius, nihil imperitius, ut post Cujac. scribit Conrad. Ritter shus. *in Novell. part.* 9. *c.* 16. *num.* 6. Proprium Rabularum est, ubi causarum sib commissarum infirmitatem rationibus tueri non possunt, ad conviciandi libidinem deflectere, ut ex Ammian. Marcellin. tradit Cothm. 3 *consf.* 50. *num.* 7. Quam-
64 obrem graves † & eruditi Advocati ab hoc conviciandi genere abstineant, & ita præbeant patrocinia jurgantibus, ne ultra quam litium poscit utilitas, ad convicianldi & maledicendi temeritatem prorumpant, agant quod causa desideret & temperent se ab iniuria, *l. quisquis, 6. C. de postuland.* [Vid. etiam Bernhard. Grævæ. 1 *concl.* 151. *considerat.* 1. *num.* 15. *& seqq.* Johan. Baptist. Magon. *de error. Advocat. sive de Rest. patr. rat. cap.* 46. & 47]

65 Ex Dd. iuris † quidam propter Dignitatum officia meritò aliis præferuntur. Tales sunt Consiliarii Principis, quos illustres vocat, Angel. *in l. quisquis, C. ad L. Iul. Majest.* Jas. *in l.* 1. *num.* 13. *ff. de offic. ejus.* Corset. *de reg. Potestat. q.* 21. *fac text. in l.* 1. ibi quos nostri lateris Comitatus illustrat. *C. de praeposit.* vid. tamen Menoch. *arbit. cas.* 68. *num.* 35. Nam Consiliarii † Principum censentur esse pars 66 corporis ipsorum, *d. l. quisquis ad C. L. Iul. Majest. cap. si quis, 6. q.* 1 & cum ipso Principe quasi unum corpus constituere, Hieron. Gig *in tract. de crim. læs. Majest. sub rubr. qualiter & à quib. crimen læsa Majest. commit. q.* 14. Et dicuntur inhærere † Principi sicut stellæ firmamento, Bald. *in l. eum mulcta, 7. C. de bon. qua lib.* & Principem ita decorare 67 reputantur, prout decorat splendor firmamentum Cœli, *arg. c. super specula x. de Magistr.* & sicut radii solares Solem, *arg. c. multi de pœnitent. dist.* 2. *qua jura & auctoritates adducat.* Ludolph. Schrader. *de Feud. part.* 10. *sect.* 2. *n.* 24.

Inter Doctores maximopere etiam præeminent † illi, qui in Academiis Publicè profitentur, quia illorum scientiâ illustratur mundus, 68 *Auth. habita, C. ne filius pro patre.* Indeque Doctores † Professores quantumvis juniores præferuntur Doctoribus non Professoribus etiam senioribus, *arg. l.* 1. & ibi Joh. de Plat. *C. de Consulib.* Alex. 69 *in l. eum quid n.* 8. *& ibid* Jas. *n.* 13 *ff de reb. cr. d. quos allegat.* Ernest. Cothman *resp. Acad.* 14. *num.* 73. Et maxima pro illis † militat præsumptio, singularis peritiæ iuris, & propterea in electione Adsessorum Cameræ Imperialis eorum ratio habetur, 70 *Ordin. Camer part.* 1. *tit* 4 §. auß denselben.

Hinc etiam ex communi Dd. sententia Doctores † qui per viginti annos publicè docuerunt, 71 illustribus annumerantur, Bart. *in rubr procem. ff. n* 5. Jas. *in l* 1. *n.* 12. *de offic. ejus.* Menoch. 2. *de arbitr. judic cas.* 68. *num.* 43. & *seq. ubi tamen à communi ex rationibus adductis recedit.*

Advocati magnarum † Curiarum non exiguâ 72 etiam dignitate pollent, qui ambigua causarum fata dirimunt, suæque sæpè defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, & non minus provident humano generi, quàm si præliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent, *l. advocati, C. de advocat. divers. judiciorum,* ideoque laudabile, viræque humanæ necessarium est advocationis officium, & principalibus præmiis maximè remunerandum, *text. in l. laudabile, C. de advocat. divers. iudic.* Unde etiam Advocatorum † tanquam causa- 73 rum peritorum, in electione Adsessorum Cameræ Imperialis rationem habendam esse sanxerût Imperator & imperii Proceres, *Ordin. Cam. p.* 1. *tit.* 4. §. auß denselben.

74 Doctores juris sequuntur Dd. Medici, † qui juris d vini testimoniis honorandi *Eccles. 38. in pr.* ubi scriptum: honora Medicum propter necessitatem, vid. Pett. Greg. *lib. 17. de repub. c. 8.* Hi tamen rectè † postponuntur JCtis, quia nobilior & dignior est scientia juris quam Medicinæ. Nam unaquæque scientia dignior censenda altera ob
75
76 Nobilitatem objecti, teste Aristot. Objectum † autem jurisprudentiæ est justitia, quæ Hespero Luciferoque pulchrior æstimatur, *eod.* Arist. *teste.*
77 Objectum verò † Medicinæ est corpus sanabile, unde sicut finis Medicinæ est corporis sanitas, ita finis jurisprudentiæ est, mentes hominum facere sanas & conformes reddere Decalogo & voluntati Divinæ, Barb *in c. cum tanto, col. 10. de consuet. Fortun. de ultim. fin. jur. col. 11. & per tot.* Et hoc argumentum latius persequitur, Nevizan. *in sylv.*
78 *Nupt. lib. 5. n. 75. & seqq.* Quantum itaq; præstat † animi sanitas sanitate corporis, tantum etiam præstat jurisprudentia Medicinâ: Hinc Plato, animæ bona maximè bona dixit.
79 Et sanè plures † homines salutaribus juris & justitiæ quam Medicorum remediis conservantur in republica. Medici penuriâ unus vel alter homo periclitatur, Prudentis verò viri & juris rerumq; gerendarum periti rota sæpè Respub. Unde
80 gliscente † aliquo inter cives tumultu, plus unicum prodest consilium maturum quam centum purgationes de Rhabarbara, inquit Anton. de Guevett *in horolog. Princip lib. 1. c. 43. nu* 190. Ro-
81 manos † per quadringentos annos sine Medicis vixisse testatur Isid *l. 4. orig. sive Etymol. Item* Plin.
82 *&* Suet. Unde † melius esse Principi audisse Socratem de moribus, quàm Hippocratem de corporib. differentem, Sidon. *9. epist* 14 Non tamen hæc in contemptum Medicorum dicuntur, quos suprà juris divini auctoritate honorandos esse monui, sed tantum comparativè. Sanitatis namq;
83 auctor Deus † est, Dei instrumentum natura, utriusq; minister Medicus, Rhodinus 19. 11. & corporis nostri imbecillitas quotidianis opus habet fulciri auxiliis. Unde nihil aliud Medicos cordatos & eruditos esse quam bonos Consiliarios, qui nobis suadent ut in reb. omnibus sobrii simus & modum auream q; mediocritatem servemus, inquit Ant. de Guevert. *in horolog. Princip. d c. 43. nu.*
84 191. Hippocrates † duo sanitatis fulcra dixit: victum moderatum & exercitium tempestivum, ex quibus per consequentiam mentis etiam conservatur sanitas & morum integritas.

Sunt etiam homines † quidam imperiti & circumforanei, vulgò Störger oder Quacksalber/ qui se Medicos Doctores venditant, quib. tamen præter latratum nec eruditio, nec doctrina est, ut supra de Rabulis forensibus monui. Sicut enim isti Rabulæ conspurcant, SS. Justitiæ officinam, ita & hi Medicinam, magisq; confundunt sanitatem quàm restituunt, hominesq; simplices miserè decipiunt. Talis fuit Medicus † de quo per præpositum, *in c. de muliere ad fin. de sponsal.* qui consultus ab imperito scripserat: Recipe nescio quid, & sanabitur nescio quando, refert Nevizan. *in sylv. nupt. lib 4. sub num. 177 pag. mihi* 415. 85 86
[Hinc illi versicu i:

Fingunt se Medicos quivis, idiota, Sacerdos,
Judæus, Monachus, histrio, rasor, anus,
Miles, Mercator, Cerdo, Nutrix & Arator,
Vult Medicas varius quivis habere manus.]

Et tantum de Doctoribus, quibus accensendi Licentiati, † quia his Licentia data est propter edita specimina, Doctoratus gradum assumere. 87

Doctores sequuntur Magistri, † qui in Philosophia Magisterii gradu ornantur. Item Baccalaurei. 88

Sicut autem Literati, eminentioris ordin scivibus, ita etiam † Milites iisdem meritò adscribuntur. Hi enim armis & fortitudine patriam defendunt, & hostium illicitos ausus reprimunt, & multa pericula sustinent, æquum itaque, ut præmiis honorentur, dignitate evehantur, Nobilitate donentur, unde versiculus: 89

Sunt duo quæ faciunt, ut quis sit Nobilis
ARS. MARS.
Major ab Arte *venis, gloria,* Marte *minor.*

[De prærogativa militis & Doctoris, ex Alex. Jas. & aliis concludit Geil. 2 *obs.* 118. *n.* 15. Quod videlicet † in actibus militaribus, miles præferendus sit Doctori, & vice versa in actibus facultatis, Doctor anteponendus sit militi, & ad hoc dicit esse *text. in l. 1. C. de offic. vicar.* Jas. *in l. si quis in conscribendo, n 4. C de pact* Angel. *in proœm. Instit. n. 2. & in §. fin. n. 6 Instit. de milit. testam*] Plura de Militia & militibus dicentur infra, ubi de *bello & re Militari acturi sumus.* 90

Ad inferioris conditionis subditos, referendi sunt mercatores, † mechanici, agricolæ, de quibus alii passim Politici, qui ea de re adeundi. 91

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECVNDVS,

DE REGIMINE SECVLARI, S. Imperii Romani.

CLASSIS I.

CAPVT I.

DE IMPERII FVNDAMENTIS ET IMPERANTIVM ornamentis, pietate videlicet & justitia.

SUMMARIA.

1. *Fundamenta imperii legitimi sunt pietas, & justitia*

2. *Deo & justitiâ nihil majus existit.*

3. *Primus imperii ornatus est pietas.*

4. *Præ omnibus quæ sublimi insunt potestatis celsitudini, gloriosa pietatis est corona, tanquam virtutum omnium Regina.*

5. *Ex Platonis legibus nemo ad imperii regimen vocandus, qui non pius extiterit, & divinis studiis operam dederit.*

6. *Digniora sunt imitatione, quæ excellentiora sunt pietate.*

7. *Pietatem etiam saniores gentiles magni fecerunt.*

8. *Impietas coniuncta est cum crudelitate.*

6. *Non legibus ullis, aut pœnarum metu à facinorosa vita deterrentur, qui numinis metum omnem abiecerunt.*

10. *Pietas consistit in vera Dei notitia, & cultu. Vanus omnis cultus qui caret cognitione verâ.*

11. *Notitia Dei colligitur ex libro Naturæ, creaturæ & scripturæ, indeq; triplex, connata, acquisita, & revelata.*

12. *De libro Naturæ extat Pauli testimonium.*

13. *De libro creaturæ ab eodem, & aliis dissseritur.*

14. *Gentiles exinde dicuntur veram veri Dei notitiam, quamvis non perfectam seu salutarem habuisse.*

15. *Ex libro scripturæ desumpta notitia uti perfectior, ita omninò ad salutem sufficiens.*

16. *Scriptura est principium cognoscendi essentiam, & voluntatem Dei erga genus humanum, supplens defectum libri naturæ, & creaturæ.* 17. *Sola fidei nostræ anchora, & sustentaculum, à qua neq; ad dexteram, neq; ad sinistram declinandum.*

18. *Cultus Dei quid? Vera Dei scientia, non nisi à veris Dei cultoribus possidetur.*

19. *Superstitio humanarum mentium ludibrium.*

20. *Superstitio est veræ pietatis falsa imitatrix. Non addendum quicquã verbo Dei, nec detrahendũ.*

21. *Non licet, etiam bonâ intentione, alium quàm Deus descripsit, cultum fingere. Omnis Dei cultus debet esse analogus fidei.* 22. *Fidei analogum nihil esse potest, quod non innititur Dei verbo, sed ab eo discrepat.*

23. *In imperio prima Pietatis, secunda iustitiæ habenda est ratio. Remotâ iustitiâ regna nihil nisi magna latrocinia.*

24. *Tam diu duraturum regnum, quamdiu in eo viget iustitia.*

25. *Iustitia spectatur in personis gubernantium, & eorum, qui parent. Iustitia Regis in quibus consistat?*

28. *Reges ac Principes iustitiâ subditis prælucere debent.*

27. *Princeps & Magistratus est quasi speculum, quod populus pro componendis moribus ut plurimum intuetur.*

28. *Rea-*

28. *Reatu maiori delinquit, qui honore potior præfulget. Graviora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantium.*

29. *Integritas præsidentium salus est subditorum. Injustitia Dominorum vacillare facit corda subditorum.*

30. *Principes quanto sunt sublimiores, tanto debent esse perfectiores. Tutius exemplo, quàm imperio reguntur subditi.*

31. *Reges lucernæ in sacris appellantur, quod justitiâ, & sapientiâ aliis prælucere debeant.*

32. *Omnes actus gubernantium regulandi à justitia Poli, & Fori, nec tempestatis potius, quàm potestatis plenitudine utantur.*

33. *Principes debent esse jus quoddam animatum, & lex loquens in terris. Nec sibi tantum subditos datos, sed se esse subditis arbitrentur.*

34. *Nihil justitiæ & rectitudini Principum magis convenit, quàm subditos non lædere, & gloriam Dei, salutemq; Patriæ promovere.*

35. *Hodiè inter Politicos frequens mentio de Ratione status.*

36. *Ratio status quid?* 37. *Estq; duplex.*

38. *Vera & justa Ratio status conformatur Dei & iuris præceptis. Et intendit omnia ad finem quietis, & utilitatis subditorum.*

39. *Hæc comites perpetuos habere debet justitiam veritatem, & honestatem.*

40. *Apparens & injusta Ratio status quid?*

41. *Est contra omnem rationem.*

42. *Sæpissimè vitia virtutum nomine colorantur, & virtutes vitiorum nomine denantur.*

43. *Dæmones sunt, non homines, qui vitia induunt mentitis virtutum nominibus.*

44. *Ratio status sine iustitia non ius, sed iniuria, imò Tyrannus potius dicenda.* 45. *Iustitia Finis est principatus, & administrationis politicæ.*

46. *Ratione status uti solent illi, qui se vident legibus & ratione vinci. Exemplo Tutiani & Proculi, Et Neronis.*

47. *Ratio status vis dominationis, & ius imperii appellatur, ubi consilium, ratio, & ius deficit.*

48. *Ratio status non malè dicitur secretum seu consilium arcanum, solis regibus, & politicis reservatum, quo in omnem eventum actiones suas excusare, & defendere possunt. Vndè appellatur dulce venenum, & idolum Principum.*

49. *Isthæc iniusta status ratio ex tyrannide & Atheismo originem duxit. A Pio V. Pontifice Diaboli ratio appellatur.*

50. *Non incongruè dici potest monstrum rationis, Et quare.*

51. *Nec rationis nec prudentiæ speciem habet, sed mera est calliditas cum injustitia, & crudelitate iuncta, &c.*

FUNDAMENTA † imperii legitimi sunt 1
Pietas & justitia. Et ubi hæc non sunt imperii fundamenta & imperantium ornamenta, consistere illud diu non potest. Deo siquidem † & justitiâ nihil majus existit, absque 2
his enim nihil unquam commodè geri potest, inquit Justinian. Imper. *in Nov. 164. in pr. c. Principatus, 1 q. 1.* siue hisce Principe sunt socii furum, & ambulant in teneb. *Aur. Bull. in proœm.* [Primus itaque † imperii ornatus Pietas, *Sapient. 1 v. 1.* 3
Proverb. 20. Psalm. 1. Conrad. Dietetic. *in Analys. Evangel. Domin. 23. post. Trinitat p m. 778* quæ & Reges ditat *Proverb. 25. vers. 5.*

Est pietas basis una, thronum quæ firmat & ornat,
Adjice justitiam, & toto nil pulchrius orbe est

Balthas. Mentzer. *in carmine Panegyr. Ludovic. Hass. Landgravii inclytæ recordationis* idq; multis firmat Azori. *Institut. Moral lib. 11. cap. 5 in secund. ejus part. Tom. 2. fol. 1352. & seq. ubi vid.*]. Quamobrem præ omnibus † quæ sublimi insunt pote- 4
statis Celsitudini, gloriosa pietatis est corona, tanquam virtutum omnium regina, *argum. l. inter claras, C. de summ. Trinit.* quia diligentibus Deum & pi s omnia cooperantur in bonum, [*Roman. 8. v. 28. 1. ad Timoth. 4. v. 8.* Et illi velut Sol in orbe suo rutilant, *Judic. cap. 5. v. 31.*]

Et Platonis † legibus nemo ad imperii regi- 5
men vocandus erat, qui non pius extitisset, & divinis studiis operam dedisset, *lib. 3. de legib.* [Digniora † enim sunt imitatione, quæ excellen- 6
tiora sunt Pietate, Augustin. *de civitat. Dei, lib. 1. cap. 23.* quod refertur *in c fin. distinct. 9.* Cacher. *decis. 79. num. 59.* Quam etiam † saniores gen- 7
tiles magnifecerunt. Hinc Auson. *in panegyr. Gratian. Imper. dicto* inter primas eius laudes posuit, quod nullum unquam diem ab adolescentia sua, nisi adorato Dei Numine & reus voti, & illicò absolutus egerit, lotis manibus, mente purâ, immaculabili conscientiâ, & quod in paucis est, cognitione syncerâ. Eâque de causa ut notat Suidas, ante quius in Regum sceptro summo solitum fuisse, apponi eiconiam, in imo Hippopotamum: quo symbolo admonerentur Reges, pietatem plurimi facere oportere, violentiam

tiam verò cohibere. Sicut enim Ciconia defessos
ætate parentes pènalit ita Hippopotamus enecat,
8 vide Gail. *de expens. c.4.n.53. & 54.*] Experientia †
satis abundeq; testatur impietatem eo junctam
esse cum crudelitate, Petr. Martyr. *ad c.1. lib.2.*
Reg. f 185. indeque impius Rex in sacris, vocatur
Leo rugiens, & in populum tenuem ursus decur-
sans, *Proverb. 28. v.15.* [Rebuff. *ad l. Divus in 6. no-*
tab. n.105 ff ad SCtum Syllan.] Eidem Salomon,
aufer, inquit, impietatem de cultu Regis & fir-
mabitur thronus ejus justitiâ, *Proverb. 25. v.5.* Ne-
9 que enim sperandum, † ut legibus ullis aut pœna-
rum metu, à facinorosa vita deterreantur, qui
Numinis metum omnem abjecerunt, Bodin *de*
repub. cap.1. p 986. [Propter impietatem & injusti-
tiam terra habitatores suos evomit, *Levit. 18. v.25.*
Et regna transferuntur de gente in gentem.]

10 Pietas † consistit in vera Dei Notitia & Cultu.
Nosse Deum, inquit Sapientia, consummata ju-
stitia est, & scire virtutem ejus, radix immorta-
litatis, *Sapient. c.15. v 3.*] Nosse itaque summum
illud Numen oportet, cognitum verò piè & purè
venerari, scribit Just. Lips. 2. *Politic.* Sapientia præ-
cedit, cultus sequitur, quia prius est Deum scire,
consequens colere, Lactant *lib.4. instit. Divin.*
c.4. [Coli enim Deus rectè non potest, nisi verè
prius per fidem agnitus, juxta illud *Rom 10. v 4.*
quomodo invocabunt, in quem non credide-
runt?

——— puro, relligio nitet
verenda cultu

Buchanan. *in Psalm. 19.*] Vanus enim omnis cul-
tus, qui caret cognitione verá, *Johan. 17.* [Juxta
illud Salvatoris: *Frustrà me colunt docentes*
mandata hominum, Matth. 1 . .]

11 Notitia † Dei colligitur ex libro Naturæ,
Creaturæ & Scripturæ, indeque triplex illa præ-
dicatur: 1. Connata, 2. Acquisita, 3. In scri-
pturis revelata, Balth. Meisner. *in Philosoph. Sobr.*
12 *part.1. sect.4.* De libro naturæ † habemus præter
alia apud Paulum evidens testimonium, qui dicit
opus legis scriptum esse in cordibus gentilium,
Roman. 2. v.15. Imò gentiles natura facere opus
legis asserit, *ibid v 1.* Et hoc sensu intelligendus
JC. Pomponius, quando religionem erga Deum
juri naturali adscribit, *l.2. ff. de just. & jur* quod
jus naturale cum ipso genere humano rerum
Natura prodit. *§.11. instit. de rer. divis.* [Adeoque
Cicerone teste, Nulla gens tam fuit barbara, tam
efferata, quæ non noverit Numen aliquod existe-
re & colendum esse. Luther. *in Genes. c.17. fol.198.*
fac 2. Eleganter Buchanan. *in Psalm. 19.*

Nam nec remotis barbara finibus,
Gens ulla terras incolit ultimas,
Quæ nesciat, certa meantis
Lego poli stabilem tenorem.

Et Eoban. *ibid.*

Nulla sub ingenti tam gens est barbara cœlo,
Quò non fama aliquo, venerit ista modo]

De libro † Creaturæ idem Paulus disserit, *Ro-* 13
man. 1. v.20. [Et quod ex eo Creatoris omnipo-
tentiam cognoscere debuissent, qui creaturas
adorarunt, multis explicat Salomon *Sapient. 13.*
v.1.2.3.4. & seqq. & eleganter persequitur Syra-
cid sive Ecclesiastic. *c.43. per tot.* *Levate*, inquit
Jehova apud Prophetam, *in excelsum oculos, &*
videte quis creavit hæc, Esa 40. v.26. Quo pertinet
illa Regii Prophetæ descriptio, *Psalm. 19. Cœli e-*
narrant gloriam Dei, & opera manuum eius annun-
ciat firmamentum, &c. Quod eleganter vertit Eo-
ban. Hess. dum scribit:

Aspice convexo nutantem pondere mundum,
Aspice stelliferæ nobile molis opus.
Ipsa tibi ingentis spaciosa volumina cæli,
Narrabunt Domini facta stupenda sui.
Maxima stellantis dicet tibi fabrica mundi
Talia qui fecit, quanta sit ista manus.
Usq; adeo sunt nota opera omnipotentis, ut isthæc
Nox non ulla roget, non roget ulla dies.

Uti & illud alterius Poëtæ:

Aut mihi planta suis Numen demonstrat in hortis
Præsentemq; refert quælibet herba Deum.
Aut operum series auctorem tota recenset
Qui facit, & læta cuncta vigore fovet.

Cœlum quidem tacet, sed ipsius aspectus, vo-
cem tuba clariorem emittit, per oculos non per
aures docens, Chrysostom. *Homil. 9. ad Popul.*
Antiochen. Osiander *in gloss. ad d Psal. 19.*] indeq;
quod propter hanc Notitiam ulterius in veram
& perfectam Dei Notitiam, quæ ex libro scri-
pturæ desumitur, non inquisiverint gentiles, di-
cit eos inexcusabiles. [Apost. Paul. *d. cap. 1. v 20.*
& seq. Et quod exinde rectè dici possit, genti-
les, † veram, veri Dei notitiam, quamvis non
perfectam seu salutarem habuisse, multis com- 14
probat Frideric. Balduin. *de casib. conscient. lib.2.*
cas.10. Idque ex Plinii *Panegyr. Constantino Impe-*
ratori. Constantii Filio dicto eleganter illustratur,
ubi pro Imperatoris felicitate, hisce precatur
verbis: *Te summe rerum sator, cuius tot nomina sunt,*

quet gentium linguas esse voluisti (quem enim te ipse
dici velis, scire non possumus) sive in te vis, mensq; di-
vina est, qua toto infusa mūdo omnibus miscearis ele-
mentis, & sine ullo extrinsecus accedente vigoris im-
pulsu per te, ipse moveris, sive aliqua supra omne cœ-
lum potestas est, quæ hoc opus tuū ex altiore natura ar-
te despicias: te inquam oramus & quæsumus, ut hunc
in omnia secula Principē servet. Huc etiampertinēt,
quæ de cultu Deorum scripsit Dionys. Halycar-
nass. *lib. 2. & passim.*]

15 Postrema verò notitia, † quæ ex libro scriptu-
ræ desumitur, uti perfectior, ita etiam omninò
est sufficiens ad salutem, *poster. ad Timoth 3. v. 16.*
& seq. Iohan. 20. v 21. omni credenti eam, *Roman.*
1. v. 16. [Frideric Bald. *de casib. conscient. lib. 2. cap. 1.*
16 *cas.* .] Est autem scriptura † Principium cogno-
scendi non tantum essentiam, sed & voluntatem
Dei erga genus humanum, *d. cap 1. ad Rom. v. 17.*
supplens defectum libri naturæ & creaturæ, Rit-
tershus. *in Comm. ad Novell p. 1. c. 1 num. 5.* quæ alti-
tudine superbos terret, profunditate attentos te-
net, veritate magnos pascit, ac affabilitate parvu-
les nutrit, ceu ex Patribus loquitur, Eberhard.
Weih. *in tractat utr. regn. condit. mel. versic. vivet.*
semper. Super qua tanquam fundamento ædificata
est Ecclesia, *Ephes. 2. v 20 Act 17. v 11. Rom. 1. v. 2.*
estque lux splendens in tenebris & lucerna pedi-
bus nostris, *Psalm. 119. 2. Petr. 1 v. 19. 2. Corinth. 3.*
17 *v. 15.* [Ac sola † fidei nostræ Anchora & sustenta-
culum, Athanas. *in synops. de S. Scriptur.* separans
pretiosum à vili. *Ierem. 15. v 19.* a qua neq; ad dex-
tram, neque ad sinistram declinandum, *Ios. 1. v. 7.*
Indeq; licet gentiles ex libro naturæ & creaturæ
cognoverint Numen aliquod esse, quodnam autē
illud sit, & qualiter colendum dicere non potue-
runt, Frideric. Balduin. *de casib. conscient. lib. 2. cas.*
4. cap. 1. idq; ex iis quæ supra ex Plin. relata satis ab-
undè patescit.]

18 Cultus, † est divini Numinis veneratio, cer-
tis legibus ceremoniisq; divincta, Lips. *lib. 1. Poli*
tic. c. 2. Vera namque Dei scientia, non nisi à veris
Dei cultoribus possidetur, Martin. Delrio *in pro-*
19 *legom. 2. Comment. ad Genes.* In cultu † autem non
ad traditionum humanarum cisternas, sed ad lim-
pidissimos divini verbi fontes recurrendū, *Ierem.*
2. v 13. Quid enim paleis ad triticum, *Ierem. 23. v.*
28. Matth. 3 v. 12.]alias enim facilè deflectit ad su-
perstitionem, quæ est humanarum mentium lu-
dibrium, Plutarch. *in Sertor.* Et his notandum,
Varr. *apud Augustin. de Civit. Dei, lib. 6.* dictum;
Deos à religioso vereri, à superstitioso timeri, Iust.
Lips. *d. c. 3.* [Est autem superstitio † veræ pietatis 2
falsa imitatrix, & juxta Scholasticos, velle colere
Deum, sed modo indebito, hoc est, aliter & contra
quā ipse præscripsit, Chemnit. *in exam Conc. Tri-*
dent. part 2. de commun. sub utraq; spec. Prosp. Fari-
nac *in tract. de hæres. quæst. 181. n. 38.* Johan. Azor.
Jesuit. *Moral Institut part. 1. lib. 9. c 11.* Quod severè
inhibuit Deus populo suo, *Deuteronom. 11. v. ult.*
Quæ ego tibi præcipio hoc tantum facito, nec
addas quicquam nec detrahas. Et qui non dixe-
rint juxta verbūm hoc, illis non erit Lux matuti-
na, *Esa 8. v. 20.* Et si quis apposuerit ad hæc, ap-
ponet Deus super illum plagas, scriptas in libro i-
sto, & si quis diminuerit de verbis ejus, auferet
Deus partem ejus de libro vitæ. *Apocalyps. c. 22. v.*
18. Et de illis qui cultum Dei humanis traditioni-
bus conspurcant, loquitur Jehova apud Amos *cap.*
5. v. 21. & seqq. Odi & projeci festivitates vestras.
Aufer à me tumultum carminum tuorum, & can-
tica lyræ tuæ non audiam & sacrificia vestra non
respiciam. Nec placere ullus Deo, sine Deo potest,
ex Chrysostom. annotavit Georg. Cassand *in con-*
sultat. 10. Non itaque licet, † etiam bona inten- 21
tione alium quàm Deus præscripsit cultum fin-
gere, *Esa c. 29. v. 14.* D. Osiander, *ibid. in gloss. lit. K.*
Bona intentio & opus malū exosum Deo est sa-
crificium Drexel. Jesuit. *de rect. intent. lib. 1. cap. 6.*
ubi latè hac de re agit. Bona intentio non justifi-
cat opera mala. Speciosum opus contra Dei ver-
bum susceptum mera est abominatio. Luther. *in*
Genes. c. 13. fol. 162. fac. 2. Omnis Dei cultus verus,
debet esse analogus fidei, *Hebr. 11. Roman. 14.* Pri-
ma namque salus est rectæ fidei regulam custo-
dire: Et ubi sana fides non est, ibi non potest esse
justitia; quia justus ex fide vivit, scribit Augustin.
de sermon. Dom. in monte lib. 1. c. 9. c. ubi sana 24 q. 1.
Speculat. *lib. 4. part. c. 1. Rubr. de sum. Trinit. as* Fidei
autem analogum † nihil esse potest, quod non in- 2
nititur Dei verbo, sed ab eo discrepat, *Rom. 10 v.*
14. & 15. Notabile hujus rei exemplum habemus
in Gedeone, qui licet bona intentione cultui e-
lectitio indulsit, faciendo Ephod, punitus tamen
propterea fuit graviter, ita ut hoc omni domui e-
jus fuerit in ruinam, *Iudic. c. 8. v. 27 junct. c. 9.* ubi
pœna punitiæ posteritatis, Osiander *in gl. ad d. c.*
8. lit. b. Add. Exod. 23. Etiq; ea de re notabilis text.
in c. si quis vult Pontifex, ibi: Illa doceat quæ a Deo
ipse didicerit, non ex proprio corde vel humano
sensu, sed quæ Spiritus S. docet. *distinct. 36. & c.*
vino inebriantur, distinct. 37.]

Quo-

Quomodo verò secularis Magistratus potestas circa pietatis exercitia occupari debeat, infra de regimine Ecclesiastico fusiùs explicabimus. Sicut
23 † in imperio prima Pietatis, ita etiam secunda justitiæ habenda est ratio, [cujus præsidio confirmatur thronus Principis, *Proverb. 16. v. 13.*] sine qua nullum diuturnum in terris esse potest imperium, R. A. de Anno 1603 §. Wie hoch und viel daran/ibi: an der heilsamen Justitien gelegen/ohne welche kein Reich oder guter Namen in der Welt immer kan bestehen. Remotâ namque justitia, quid regna sunt nisi magna latrocinia? Augustin. *Sa-*
24 *pient. 1. v. 1. Luc. 12. v. 31.* Imò sine † justitia nec Jovis sceptra satis tuta extiterent, inquit Udalric. *Zas. in Orat. de Laudib. leg. quæ extat in Tom. 5.* [Primum Franciæ Regem Christianum, a sancto Remigio quæsivisse fertur, quamdiu Regnum Franciæ esset duraturum, ipsum respondisse; tamdiu, quamdiu vigeret in eo justitia, uti refert Papon. *lib. 4. rer judicat. tit. 1. arrest. 1.* Arumæ. Tepat. *in Compend. decis. tit. 48. cap. 4.*] Summum itaque in rebus humanis bonum est justitiam colere, & justa sua cuique servare integra, ac in subjectos non finere quod potestati est fieri, sed quod æquum est custodiri, *c. si seculi, 12. q. 2.* [Et hac de re multa congessit Winter. *in Parthen. Litigios. lib. 1. cap. 1. per tot.* Item Wilhelm. Ferdinand. ab Effern. *in Manual Politic. de ratton. stat. lib. 3 punct 6.*]

25 Justitia † spectatur in personis gubernantium & eorum qui parent. [Justitia Regis est, neminem injustè per potentiam opprimere & sine acceptione personarum, inter se & proximum justè judicare, ex Cyprian. docet Chassan. *de glor. mund. part. 5. consid. 5. vers. in quib. consistat justitia, &c.* Advenarum, pupillorum & viduarum defensionem suscipere, cohibere furta, adulteria & alia delicta, *c. Regum 5. q. 23.* malos deprimere & bonos exaltare. *c. donare, dist. 86. cum similib.*] Præterea in persona Regum seu Principum, justitia etiam
26 maximopere spectatur, quatenus justitia, † quæ virtutes omnes arctissimo nexu copulat Hespero Luciferoque pulcrior splendet, subditis prælucere debent, confer Hyppol. a Collib. *in Princip. c. 3.* Ut enim à sole in subjecto hoc orbe lux aut tenebræ: Sic à Principe apud subditos prava plera-
27 que aut recta, Lips. *in Præfat. politic.* Princeps † si quidem & Magistratus in apice reipublicæ constitutus, quasi quoddam exemplar proponitur imitandum, & uti speculum quod populus ut plurimum pro componendis moribus intueatur, ut ex Socrat. dicit Don. Gasp. Mastrill. *in proœm. Comment. ad indult. general. Philip. III Hisp. an. Reg.* [Cravett. *consil. 338. nu. 27.* Marsil. Patavin. *in Defens. pac. part. 1. c. 18.* Peccata Principum trahunt multitudinem ad inferorum, virtutes autem cœlum aperiunt & duplici gloria coronantur. Effern. *d. punct. 6.*] Ut in corporibus sic in imperio, gravissimus est morbus, qui à capite diffunditur, Plin. *4. Epist. 22* huc facit illud Germanorum:

Je höher Berg/je tieffer Thal
Je grösser Herr/je schwerer Fall.

[Hoc est, reatu majori delinquit † qui honore 28
potiori præfulget, *c. nulli, 25. q. 1. arg. l. 8. C. de Episcop. & Cler.* Et graviora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium, *d. cap. nulli, in fin.* Nam *celsæ graviore casu decidunt turres*] Indeque Claudianus ad virtutes quasque comparandas Honorium Imperatorem hisce hortatur versiculis:

In commune jubes, si quid censesve tenendum,
Primus jussa subi, tunc observantior æqui
Fit populus, nec ferre negat cum viderit ipsum
Authorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum nec tantum flectere mentes
Humanas edicta valent, quàm vita Regentis.

Quales in republica Principes, † tales reliqui so- 29
lent esse cives, *Syracid. 10. vers. 2.* Integritas namque Præsidentium salus est subditorum, *cap. miramur dist. 6.* [Et injustitia Dominorum, vacillare facit corda fidelium subditorum, Rol. a Vall. *consil 4. num 35. vol. 4.*] Ideoque † boni Princi- 30
pes a iis quidem existiment virtutis possessionem honestam, sibi ipsis verò necessariam. Et quantò sunt sublimiores tantò debent esse perfectiores, Mich. Ulcurrun. *de regim. Mund. q 2. num. 14.* quia tutius exemplo quàm imperio teguntur subditi. Hinc in sacris † Reges Lucernæ appel- 31
lantur, *1 Reg 11 v 36* quod videlicet justitiâ & sapientia, aliis debeant prælucere, ita ut populum & legibus & bono exemplo gubernent, uti notat Martyr. *in libr. Reg. d. c. 11. fol. 92.* add. Geil. *2. obs. 55. nu 10.*

[*Qui sua verba probat facta docet ille decenter,*
Plus exempla movent quàm possunt verba docere.
Balthas. Mentzer *in carm. Panegyr. Ludov. Hass. Landgr. felicis recordationis.*] verba movent, exempla trahunt. Fortissimum præcepti genus est præire & vim facit, qui docet & una ducit Marselar. *de Legat. lib. 1. cap. 1. p. 187.*

Quamobrem imperii clavum † gubernantes, 32
velle debent omnes actus suos regulari à justitia

Poli&Fori, & summoperè curare ne dilectionem
proximi offendant, neve tempestatis potius quā
potestatis plenitudine utantur, Zas. *consil.* 1 c. *n.* 7.
Fernand. Vasqu. 1. *controv. c.* 1. *n* 20. *& lib.* 2. *cap.* 51.
num. 65 [Matth. de Afflict. *decis.* 403. *n* 9. *& n.* 11.]
Nam Regentium potestas magis in utilitatem
subditorum, quàm ipsorum inventa est Garz. *de
expens. c.* 21. *n.* 52. Hotom. *illust. quæst.* 1. Herm. Vult.
cons. Marp. 35 *vol.* 3. *n.* 141. ut omnes subleventur,
nullus verò contra jus prægravetur. Debent enim
33 † esse jus quoddam animatum & lex loquens in
terris, Gail 1. *obs.* 41. *n.* 3. nec tam præesse quàm
prodesse: nec sibi tantum subditos latos, sed se es-
se subditis arbitrentur, Just. Lips. *in Dissert. apud
Albert.* R. A. zu Eßlingen/ de Anno 1526. §. Und
34 nach dem Keyserlicher & §. seq. Nihil itaque † ju-
stitiæ & rectitudini Principum & regentium ma-
gis convenit quàm subditos non lædere, ut latè
disserit Carol Molin. *in Consuetud. Parisiens. tit.* 1.
§. 3. *gl* 4 *n.* 6. & gloriam Dei & salutem patriæ pro-
movere. R. A. de Anno 1559. circ fin. princip. ibi:
Daß wir solch Keyserlich Ampt und Regierung
GOtt zu Lob und Ehr / auch gemeiner Christen-
heit / bevorab dem H. Reich Teutscher Nation / dem
gemeinen Vatterland zu Auffnehmen / Nutz und
Wolfahrt tragen / führen und verrichten mögen.
Ac cum Fabricio difficilius à justitia, quàm Sol à
suo cursu dimoveri, Ernest. Cothm. 4 *consil.* 12. *n.*
33. [Et qui Principes ita ambulant in justitiis, &
recta loquuntur & faciunt: illorū etiā oculi vide-
bunt cœli Regē in decore suo, *Esa.* 33. *v.* 15. *&* 17.]

APPENDIX
DE RATIONE STATUS.

[Nihil magis hodiernis motibus in ore Politi-
35 corum fertur, † quàm RATIO STATUS, i-
deoque quædam in hac secunda editione Appen-
dicis loco, de ea annectere libuit, & num sub
prætextu fas sit Principibus à pietate & justitia
recedere, qua de re integrum novissimè conscri-
psit commentarium Wilhelm Ferdinand. ab Ef-
36 fern. Qui *lib.* 1. *punct.* 1 definit rationem status, †
prudentiam gubernandi, augendi, & conservan-
di Rempubl. eamque definitionem in pluribus
explicat.

37 Ratio status † alia est vera, justa, honesta, &
38 licita, alia apparens & injusta. Illa † conformatur
Dei & juris præceptis, quæ sunt honestè vivere,
alterum non lædere, suum cuique tribuere, Al-
teri non facere, quod quis sibi fieri non vellet,
juxta doctrinam Salvatoris, *Luc.* 6. *v.* 31, ideoque
intendit omnia ad finem quietis & utilitatis sub-
ditorum, non verò lucri gloriæ, aut ampliationis
status Regentis. Et hæc Ratio status vera, rectius
appellatur prudentia status, hoc est prudentia ci-
vilis à virtutibus moralibus nunquam recedens,
Giurb. *in consil. crim.* 1. *n.* 3. *& seqq.* Confer Thom.
Cōpanell. *de Monarch. Hisp. c.* 5. Effern. *d. c.* 1 *punct.*
2. Hæc Comites † perpetuos habere debet justi- 39
tiam, veritatem, & honestatem: sine quibus nihil
aliud regna sunt quàm latrocinia, *ut dictum supra
hoc c. n* 23. Nam ideò regna & Reges constituti, ut
faciant justitiam, & quemlibet tueantur, & defen-
dant in possessionibus suis. *vid. infra cap.* 5. *n.* 1. *hac
Class.*

Ratio status apparens † & injusta est, quæ sub 40
specie fortitudinis aut prudentiæ, juxta illud
Pharaonis: SAPIENTER OPPRIMAMUS
EOS, *Exod.* 1. *vers* 10. boni publici personata ha-
bitu, non Deum, non rationem & justitiam re-
spicit, sed solam utilitatem ejus, qui illâ utitur,
nullâ aliâ lege vel ratione, sed solo libito volun-
tatis, pro ratione abutentis, subnixa, juxta illud:

——— stat pro ratione voluntas.

Vel quæ neglecto Deo, Fortunam adorat, & pro
conservatione Reipub. omnia media, ex sola uti-
litate, justa vel honesta censet, Confer Effern.
de ration. stat. cap. 1 *punct.* 2. Isthæc status Ratio, † 41
contra omnem rationem est, quia rationis rectæ
dictamen non sequitur, sed solam utilitatem seu
finem conservandi statum respicit, vulgò qui-
dem appellatur ratio status, non quod sit ratio,
sed quia sæpissimè contingit † vitia virtutum no- 42
mine colorari, & virtutes vitiorum nomine do-
nari. Quo sensu etiam in sacris, malitia & astu-
tia Sapientiæ nomine venit juxta illud Jehovæ a-
pud Prophet. Quia fiduciam tuam habuisti in
malitia tua, & dixisti: non est, qui videat me,
sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Veniet
super te malum, & nescies ortum ejus, &c *Esa* 47.
v. 10. *& seq.* Dæmones verò sunt, † non homines, 43
qui vitia induunt mentitis virtutum nominibus.
Totius injustitiæ, Cicerone teste, nulla est capi-
talior, quàm eorum, qui tunc, cùm maximè fal-
lunt, id agunt, ut boni esse videantur. Nec vox il-
la, qua vulgus utitur, videlicet jus status sine ju-
stitia bene sonat, cum non jus † sed injuria, imò 44
Tyrannis potius dicenda sit. Quod enim justum
est, jus est, cum jus sit objectum justitiæ: justitia
verò † finis est principatus & administrationis 45
Politicæ, ipsumque jus status politicum, quod
deviat

deviat à iutis tramite, præmissa quædam evasio
est, sub quodam publicæ utilitatis velamento, ad-
misso, Giurb. *d. consil* 1. *n.* 7. *& seqq.* Ratione status
46 uti solent illi, † qui se vident legib. & ratione vin-
ci. Bova illa qui Cornelium Tacitum attestan-
tem refert, quod Titianus & Proculus, ubi con-
siliis vincerentur ad jus imperii confugiebant. Et
lib. 15 *annal.* loquentem de Nerone, qui cùm Ve-
stinum destruere niteretur, sic ait: igitur non cri-
mine, non accusatore existente, quia speciem ju-
dicii induere non poterat, ad VIM DOMINATIO-
47 NIS, conversus; Sicque rationem status † vim do-
minationis & jus imperii appellat, ubi consilium,
ratio & jus deficit. Status ratio, si à lege Dei, ejus-
que præceptis deviet, repugnat penitus fini, quo
Reges & Regna instituta fuere, ut regnent nem-
pe, regnumq; in pace & iustitia conservēt, Giurb.
in d. consil. 1. *à n.* 7. *usq. ad* 14. Mendoza *lib.* 1. *disput.*
jur. civil. cap. 5 *q.* 2. Eò pertinet illud Cæsaris: Si ius
violandum est, regnandi causâ violandum est, in
aliis rebus pietatem colas, de qua Cic. 3 *offic.* Et il-
lud Livii *lib.* 5. in armis ius ferre, & omnia fortium
virorum esse. item illud Tacit *lib.* 5 *annal.* sua re-
tinere privatæ domus, de alienis certare Regiam
laudem esse, item *in lib.* 15. in summa fortuna id æ-
quius, quo validius. Et illud eiusd. *de morib. Ger-
man.* Ubi manu agitur, modestia ac probitas no-
mina superioris sunt. Nec non illud Salustii, *in o-
ratione Lepidi*: Omnia retinendæ dominationis
honesta sunt. Hinc prædictus Effern *d. ca.* 1 *punct.*
pag 7. scribit, non malè rem totam quis prodide-
48 rit, † qui dixerit Rationem status secretum, seu
consilium arcanum solis Regibus & Politicis ser-
vatum, quo in omnem eventum actiones suas ex-
cusare & defendere possint. Et propterea *in seq.
puncto* 12. *quod. ca.* 1. *pag.* 78. eam appellat dulce ve-
nenum & IDOLUM Principum. Quæ ipsam insti-
tiam pessundat & regna subvertit, idem Effern.
lib. 3. *punct.* 8. *pag* 435. Prudentissimi quandoq; vi-
ri dictum audivi: Postquam illa status Ratio irre-
pserit, nec institutiones Catecheticas, nec Ari-
stotelis Ethicam, nec officia Ciceronis pensi apud
49 quempiam haberi. Isthæc iniusta status ratio, †
ex Tyrannide & Atheismo originem duxit indè
Pius V. Pontifex eam Diaboli rationem appel-
lâsse fertur. Ex ista sæpius aliquis innocentes &
immeritos, utilitatis suæ causa cogitur interfi-
cere, Giurb. *in d. consil* 1. Eiusmodi ratione status
sive calliditate usa fuit Athalia in interficiendo
semine Regio 4. *Reg. cap.* 11. *v.* 1. Filii Jacob in op-
primendis Sichemitis, *Genes.* 34. *v.* 14 *& seqq.* Item
in vendendo fratre Joseph Jezabel, 1. *Reg.* 21. *v.* 8.
& seqq. cum similibus, vid. Fegvernekin. *in loc.
Theolog. verb. Astutia.* Hæc status Ratio † meo ju- 50
dicio non incongruè dici posset Monstrum ratio-
nis. Sicut enim natura, si propter indispositam &
ineptam materiam enormiter aberret in forma-
tione corporis, monstrum producit Arist. 2. *Phy-
sic.* 9. Leviu Lemn. *de occult. Nat. mirac. lib.* 1. *cap.* 8.
in pr. & cap 15. Keckerm. *in System Phys. lib.* 5. *cap* 3.
Andr. Dalner. *in tractat de iur. homin. tom.* 1. *lib.* 1.
part. 10. *n.* 3. *fol.* 37 ita cupiditas & voluntas huma-
na, deflectens à rectæ rationis dictamine, sub eius
tamen prætextu hanc monstrosam status ratio-
nem effingit, velut portentum quoddam rationis
sanæ ideoq; † neq. Rationis neq; Prudentiæ spe- 51
ciem habet, sed mera est calliditas cum iniustitia
& crudelitate iuncta. Calliditas autem non est
prudentia ut rectè monet Ecclesiastic. *cap* 19. I-
mò insipientia est, quæ abundat in malo. Idem
cap. 21. *v.* 15. Et ex iusto Dei iudicio malum sorti-
tur exitum. *Esa.* 47. *v.* 10. *& seqq.* prout omnia ex
sacra & prophana Historia supra relata exempla
abundè testantur. Adde etiam exemplum Achi-
tophel cuius tamen consilium in diebus David
habitum fuit quasi quis Deum consuleret, 2. *Sa-
muel.* 16. *v.* 22. *&* 23. Postquam iustitia in terris
desiit habitare: successit status Ratio, Calamita-
tum mare.

CAPUT II.

DE FIDE ET CONSTANTIA.

SUMMARIA.

1. *Fundamentum justitiæ & fides, sanctissimum humanæ pectoris bonum.*
2. *Iustitia in persona imperantium spectata effloresit in Fide & Constantia.*
3. *Princeps fons iustitiæ, constantissimâ debet uti voluntate, mentis, linguaq; concordiâ.* 4 *Et semel placita pro eternis servare.*
5. *Sola mutatio voluntatis justa in Principe indigna ejus majestate, & potestate videtur.*
6. *In aliis fidem fallere probrosum, in Principe verò abominabile existimatur. Ad casum insolitum refertur, si Princeps conventionum sit nescius.*
7. *Principum etiam inferiorum fides,* bey Fürstlichen Trewen/ und wahren Worten/ *juramento æquiparatur privatorum Indignum suò jure publicè auctoritate quempiam decipi.*

8. *Principi, & Magistratui fidem negligenti nemo confidit, si q; ab omnibus exul, qui omnium fuit praesul.* 9. *Fide & justitia exulante, non census, lex murus rebus servandis sufficiet.*

10. *Caroli Burgundi Ducis inconstantia in Comites S. Pauli, contra datam fidem, Regi Galliae tradendo.*

11. *Princeps summoperè caveat à simulatione, nec fide datâ, pro occasione velut tesseru utatur.* 12. *Simulatione insidiosâ nihil est regio animo indignius. Fraudum Principe foedior est, quàm violenti.*

13. *Romani fidem praecipuè colendo ad tantam amplitudinem pervenerunt.* 14. *Tanta apud eos sua cuiq; fuit fides, ut propterea constitutũ templum fidei.*

15. *Quantum salutis humano generi bona fides praestat, tantum in commodi perfidia adfert.*

16. *Fides hostibus aut temere non danda, aut data servanda est. Deliberatius promittendum, ut mitius praestetur.*

17. *Frustrà Bodinus excusare conatur factum Francisci Galliarum Regis, qui juratas conditiones Carolo V. Imp. implere recusavit.*

18. *Philippus Macedonum Rex jurejurando publice, velut mon. tâ publicâ utendum censuit. Ideoq; amicitias utilitate, non fide coluisse fertur.* 19. *Eodem modo Turca fidem servat.*

20. *Alia mens in Romanorum priscorum pectoribus habitavit. Exemplo M. Attilii Reguli.*

21. *Deus fidei datae viola oribus exitium minatur.*

22. *Data fides, & inita foedera sanctè servanda, perfidia enim foedi plerumq; & funesti sunt exitus.* 23. *Exemplo Vladislai Hungariae Regis, inducias cum Turca initas violantis, & misero exitu cum Amurathe inpugna Varuensi co fligentis.*

24. *Ratio dubitandi, ad eamq; responsio.*

25. *Etiam haereticis fides data servanda. Eaq; neglecta vindictae divinae subjacet.*

26. *Frustrà excusa ur à quibusdam Pontificiis Concilii Constantiensis perfidia, cujus decreto Iohannes Hussus contra datam ab Imp. Sigismundo fidem anno 1414. combustus est.*

27. *Magnifica Caroli V. Imp. quibusdam quibusdam Pontificiis fidem Luthero datam non servandam suggerentibus data responsio.*

28. *Rationes dubitandi 1. Pactum contra pietatem & honestatem sp. ojure annuum est.* 29. *2. Frangenti fidem fides frangatur eidem.* 30. *3. Non potest hominis esse fidelis qui Deo existit perfidus.*

31. *Re. cnsle. ad rationes dubitandi. Ad 1. Fides haeretico in causa licita data, non est contra bonos mores.*

32. *Pax Ecclesiastica cum haereticis, &c. salvâ veritate subsistere non potest.* 33. *Pax politica cum omnibus colenda.*

34. *Non omnis conversatio cum infidelibus idololatris sed nimia familiaritas à Paulo prohibetur, & talis, quae cum hypocrisi conjuncta est.*

35. *Ad 2. Frangenti fidem circa idem negotium, & in eadem causa fides non est servanda, secus in separatis, & non connexis.*

36. *Becani traditio. Non facilè cum haereticis esse paciscendum, si tamen pact m. & fides data sit à fide conventionis non esse resiliendum.* 37. *Illa obligatio pacti ex triplici oritur virtute, nempe veritatis, fidelitatis & justitiae.* 38. *Idem tamen Becanus statuit, Pontificem Rom. in ejusmodi contractibus Principum dispensare posse.*

39. *Ad 3. Etiam infideles & impios fidem politicam exactè servasse, experientia docet.*

[VEriſſimè dixerunt Cicer. 1. *offic.* † justitiae & 1
Plat. *lib* 2. *de Legib.* societatis humanae fundamentum esse Fidem: ex eo appellatam quia fiat. quo 1 di um est, Johan. Oldendo p. *Class.* . *act.* 28. sanctissimum humani pectoris bonum, Sen. *epist.* 89. ac ut monuit vates,

—— *fulgentibus ostro*
Hac potior Regnis.]

Justitia quae in persona imperantium spectatur magnoperè efflorescit in Fide † & Constantia Fides, hoc est, dictorum factorumque Con- 2
stantia, inter praecipua justitiae ornamenta coruscat, quae cum in omnibus, maximè tamen in Principe & Reipublicae gubernatoribus necessaria est Zas. 2. *consil* : *num.* 103. Confer Actorum Public. *Tomum* 1. *lib* 1. *fol.* 135. [Cravett *consil.* 33?. *num* 22. idque latè persequitur Chassan. *in Catalog. glor. mund part.* 5 *considerat.* 13.] Princeps etenim qui mutuae fidei vindex, debet esse immobilis tanquam lapis angularis & Polus in coelo, Bald. *consil.* 327. *num.* 4. *volum.* 1. Ernest. Cothman. 4 *consil.* 12. *num* 31. [Cardinal. Tusch. pp. *conclus* 699. *per tot. lit.* P. Nicol Reusner. 1. *consil.* 1. *num.* 72. Vultej 3. *consil. Marp.* 35 *num.* 87. 88. & *consil.* 19 *num.* 141. *eod vol.* Neque quod de Philippo Macedonum Rege dicitur, *promptius fuisse plura promittere, quàm praestare*, teste Justin. *lib* 9. *in fin*] Et cum sit fons justitiae, † constantissimâ 3
uti debet voluntate mentis linguaeque concordiâ, Mamert. *in Panegyr Jul. Imperator. dict.*] (c l. 2. *observ.* 55. *num.* 3. [verbaque re sancire, Plin. *in alio*

alio Panegyr.] neque in factis fraudem adhibere
aut alicui laqueum injicere, vel verba variare, So-
cin. *consil.* 32. Rucker. *in consil caus. Brunsvic. &
Goslar. quod extat apud* Hortleder. in Reichs-
handlung; Sed potius si justè quid promissum vel
decretum sit, mutationem flagitantibus regere-
re quod scripsi scripsi. Bald. *d. consil.* 327. *nu.* 4 *vol.*
1. [Philip. Dec. *ad l. nemo potest*, 75. *n.* 3 *ff de reg. jur.*
Tusch *d. conclus.* (99. *n.* 1] Ernest. Cothm. 4. *con-*
4 *sil.* 15. [Et semel placita † pro æternis servare, Cor-
nel. Tacit. *lib* 1. *annal. circ finem.* In eoque imitari
Deum, qui nisi semel, quod voluit locutus non
est, *Psalm* 61 *&* 88. Bald *consil. ult colum. fin.* Cra-
vett *consil* 138 *nu.* 22 Reusner. *d. consil.* 1. *nu.* 177. *&
seq.* siquidem Germana Fides, ut eam appellat
Claud. Poët. *in panegyr Stilicon.*

——— nullo docuit livescere fuco?
Nunquam falsa loqui: nunquam promissa morari,
Invisos adesse palam, non virus in alto
Condere, non latam speciem pratendere fraudi
Sed certum mentisq; parem componere vultum.]

5 Nam vel sola mutatio † voluntaris justæ in Prin-
cipe indigna ejus Majestate & potestate videtur,
Ant. Fab. *in Consult. de Ducat. Montisferr part.* 1.
p. 11. Et juxta Poëtam:

Non decet in labiis versari lubrica Regum.

6 Indeque in aliis fidem fallere probrosum, † in
Principe verò abominabile existimatur, Petr.
Gregor. Tholosan. *de republ. lib.* 7. *cap.* 70. *sect.* 28.
Bald. *consil.* 24. *n* 1. *in princip. vol.* 2 Decian *respons.*
25. *nu.* 26. *cum seqq. vol.* 1. Ita ut non immeritò ad
casum insolitum referatur, si Princeps sit con-
ventionum nescius, Surd. *consil.* 61 *n.* 72. Menoch.
1. *consil* 27. *n.* 12. *cum seqq.* Andr. Knich. *de vestitur.
paction. part.* 2 *c.* 5. *n.* 222. [Et si vel uno verbo Prin-
ceps promittat ex certa scientia, dicendo: FIAT
(videlicet quod petitum est perinde tenere, ac
si magnis bullis & sigillis confirmata forent, per
ea quæ tradit Matth. de Afflict. *decis.* 253. *nu.* 6. *&*
7 *seqq.*] Et cum † juris publici auctoritas, Princi
pum etiam inferiorum fidem juramento æqui-
paret privatorum, quando aliquid adseverant bey
Fürstlichen Trewen vnd wahren Worten R. A.
de Anno 1555. §. vnd da ein Churfürst/Fürst/ibi:
dergestalt/daß die so Fürstliches Standes oder
Wesens/ bey Versprechung vnnd Zusage jhrer
Fürstlichen Würden vnd wahren Worten/gelas-
sen: Aber die andere vber obgemelten intentsibli-
chen Eyd schweren/&c. Indignum esse sub publici
juris auctoritate quempiam decipi. [Hinc illud:

——— Prius si falsa loquatur,
*Criminis est; quod si Princeps, blasphemia summa
est.*]

Si verò Princeps † & qui Reipub. gubernacu- 8
la tenet, Fidem negligat, nemo ei confidit, fitque
ab omnibus exul, qui omnium fuit præsul, ut
Bald. dixit *in l. ex imperfecto, Cod. de testament.*
Thom. Grammat. *decis.* 65. *num.* 1. Castrens. *in l.
digna vox, C. de legib.* Didac. Covarr. 2. *variar. re-
solut. cap.* 19. *num.* 3. [Neque enim unquam dece-
ptus est Princeps, nisi qui prius ipse decepit, in-
quit Plin. *in Panegyr. Trajan. dict.*] Et quomodo
ab aliis fidem expectare potest, si ipse eam non
servet. Bald. *in c. un.* §. *ult. in fin. de Form. fidelitat.*
[Hac de re multa congessit Newmayr. *de Neu-
tralit c. ult.* & recitat memorabile exemplum Ja-
cob. August. Thuan. *lib.* 1. *histor fol. m.* 6. Plaut.
in Persa, inquit, *Ubi Fides & justitia † exulant,* 9
non centuplex murus, rebus servandis sufficiet. Val-
dè improbat Cominæ. Caroli Burgundi Ducis
inconstantiam, † in eo, quod Comitem sancto 10
Pauli, Galliæ Conestabilium contra fidem da-
tam Ludovico XI. Galliarum Regi tradidisset,
& post hoc tam pudendum facinus, res illius
paulatim magis atque magis ad interitum spe-
ctasse scribit, *lib.* 6. *Commentar. p. m.* 536. Caveat
etiam summoperè Princeps, † ne in illis rebus, 11
super quibus fidem interposuit, simulatione u-
tatur & aliud moliatur, ac fide data, pro occa-
sione velut tesseris utatur, ac fraudi specie inju-
ris imponat, ut loquitur Liv. *lib.* 9. Siquidem † 12
simulatione insidiosâ nihil est regio animo in-
dignius, uti Matthias Hungariæ Rex quando-
que masculè respondisse fertur, Gualther. *in
Chronol. Ecclesiast. & Polit. sub Anno* 1469. Etenim
in Principibus fœdior est, quàm violentia in-
quit Thucyd. *lib.* 4.]

Fidem † præcipuè colendo tam publicè quàm 13
privatim ad tantam amplitudinem pervenisse
Romanos, testis est, Gell. *lib.* 1. *cap* 20. & eâ de re
prolixè agit, Arnis. *de jure Majest lib* 1. *cap.* 7. Et
eo nomine maximoperè Romanos commendat
Maccabæus, quod fidei datæ acerrimi essent vin-
dices, 1. *Machab.* 8. *v.* 1. Tanta † enim apud eos 14
sua cuique fuit fides, ut propterea dicente Haly-
carnass. constitutum sit templum, Zas. *ad* §. *de
constituta, nu* 3. *instit. de action* tantâque venerati-
one vetusti Quirites eam coluerunt, ut quasi Nu-
minis loco, eam Jovi Opt. Max. propriam in
Capitolio esse voluerint, Petr. Royrz. *decis Li-
van.* 48.

va 1.4.*nu*.39. [Nihilq; apud eos in publicis & pri-
vatis negotiis sanctius fuisse Fide inquit Joh. Ol-
15 dendorp *Class.* 1. *action*.12.] Indeq; † apud eos exi-
mia illa nata formula: BONA FIDE AGIER, Cic.
lib.3 *offic*. [Quantum autem salutis humano ge-
neri bona fides præstat, tantum incommodi per-
fidia adfert, Valer. Maxim *lib*.9.*c*.6.*in princ*.]

16 Debent † autem Principes & Reipub. guber-
natores Fidem promissam non solùm amicis sed
etiam hostibus servare, quib. aut non temerè dan-
da aut data servanda est, *arg. cap. noli*, 23.*q* 1.*l*.22.*§*.
fi 1.*quod met. caus*. Expedit n. deliberatiùs promit-
tere, ut meliùs præstetur. Vid. *Eccles*.*c*.5 *v*.4. Zas.
ad d.*§*.*de constituta Instit. de action*.*n*.4. Nam cum
hostibus juris gentium est communio, *l. ult. ff. de
legation*. ubi violatis hostium legatis, jus gentium
violari dicitur, propter juris publici fidem & se-
curitatem hostium legatis concessam. Et hoc iu-
re gentium fides & pacta nituntur, *l* 1.*ff*.*de pact*. à
quo nemo ullo favore, privilegio vel dignitate
eximitur, Peck. *in c. frustra*, *n*.2.*&* 3.*de reg. iur. in* 6.
Zang. *de except. part*.3. *cap*.20.*n*.1. Si n. dare fidem
fas est hosti, frangere utique nefas erit, Bodin. 5.
de repub. cap.6. Unde frustra † idem Bodin. excu-
17 sare conatur factum Francisci Galliarum Regis,
quia à Carolo V. Imperatore captus & certis con-
ditionibus, juratò promisit eas vel implere, vel se
iterum in carcere sistere, neutrum tamen fecit,
quæ res acerbissimis Reipubl. motibus ansam
præbuit, Johan. Sleidan. *lib*.6.10.*&* 15. Forsan ad
imitationem † Philippi Macedonum Regis, qui
18 jurejurando publico velut monetâ publica cen-
sebat utendum, videlicet pro Regum Regnorum-
que commodo, ut si commodum illis esset, fidem
à se publicè datam servare, servarent: Sin minus,
eam violarent. [Ideoque fertur amicitias utilita-
te, non fide coluisse. Just. *lib* 9 *histor. in fin.*] Hinc
Fides Punica dicta fides publ, quæ non custodi-
tur, Philipp. Hœn. *d. Polit*. 8. *th*. 30. *in not sub lit à*.

Similiter Turca † tam diu fidem servat, donec
19 commodam occasionem nanciscitur invaden-
di ditiones Christianas, R. A. zu Augspurg/ de
Anno 1566. §. Wiewol dann auß mitler Verlet-
zung/ ibi: vnd aber auß langer Erfahrung kund-
bahr/ daß dieser Feind (intellige Turcam) getrof-
fene Frieden vnd Friedenstände länger nicht helt/ o-
der sich zu halten schuldig vermeint/ dann biß daß er
fernere Gelegenheit sein Gewalt zu verderblicher
Vnterdruckung/ der nechst angesessenen Christli-
chen Land/ durchzubringen haben möchte. [Exem-
plum memorabile recitat Sleidan *lib*.14.*commen-
tar*. circa occupationem Budæ Hungariæ fortali-
tium & oppidum.] Alia mens † in Romanorum 20
priscorum pectoribus habitavit, de quibus uni-
cum M. Attilii Reguli exemplum propone e satis
est, qui potius ad supplicium ut M. Tullius loqui-
tur, redire maluit, quàm Chartaginensibus Ro-
manorum hostibus, fidem fallere, reputans id esse
contra Majestatem & gravitatem populi Roma-
ni, Valer. Maxim, *lib*.1 *c*.1. *&* *lib*.2.*c*.4. Imò Jeho-
va † hujusmodi fidei datæ violatoribus exitium 21
minatur apud Propheram, *Ezech c*.17.*v*.15. Qui e-
nim sub jurejurando vel Fide publica hostem fal-
lit, hunc se metuere, Deum verò contemnere fa-
tetur, Plutarch *in vit. Lysand*. Waremund. ab Eh-
renberg *lib*.2.*de Fœderib*.*c*.4 *n*.166. Unde Aristote-
les Alexandrum M. severè monuit, † ut datam fi- 22
dem & inita fœdera sanctè servaret; subdens, per-
fidiæ fœdos plerumque & funestos esse exitus.
[Refert. Bald *in l. hujus edicti*. 1. *nu*. 1 *vers. Unde Ari-
stoteles*,] *& ibid n*.1.*ff. de pact*.]

Cujus † rei licet plurima in historiis extent ex- 23
empla, unicum tamen Uladislai Hungariæ Regis
exemplum omnibus Principibus & Reipublicæ
gubernatoribus serviat. Hic enim auctore & sua-
sore Juliano Cardinale induciarum leges cum
Turca initas violavit, eo videlicet prætextu, quasi
nefas sit, concordiæ fœdera sancire cum Turcis,
non consentiente Pontifice, Carjo *in Chronic. lib*.
3. Et eum ruptis Fidei vinculis ad Varnam Bulga-
riæ oppidum confligeret cum Amurathe & eum
primo conflictu ad angustias adigeret: Ille fœde-
ris initi memor oculis ad cœlum elevatis, ita ex-
clamasse fertur: Christe en hæc sunt fœdera, quæ
Christiani tui per Nomen tuum jurantes mecum
percusserunt, suoq; perjurio te Deum suum abne-
garunt. Quare si Deus es, hanc mihi & tuo sancto
Nomini illatam injuriam ulciscere. Iterato postea
congressu Rex cum Proceribus & Juliano Cardi-
nale ac 30000. militum miserè periit, Cromer. *l*.
21. Jov. *in vit. Amurat*. [Quamobrē bene monuit
Sil. *lib*.2.

—— Neu rumpite fœdera pacis,
Nec Regnis postferte fidem:

Et rursus *lib*.14.

———— Optimus ille
Militia, cui postremum est primumq; tueri
Inter bella fidem.

Confer Johan. Sleidan. *lib*.14.*comment*.*p*.*m*.404.
ubi etiam meminit Cladis Varnensis & latius
hanc

hanc historiam describit Gualther. *in Chronolog. Eccl'esiastico-Polit. sub Anno* 1444] Argumenta quæ contra hanc adferri solent sententiam recenset & refutat Horoman *illustr. quæst.* 7. [Andr. Fachin *9. controv. cap.* 58. Confer tradita Jacob. Schult. *quæst.* 70. *num.* 512. *& seqq. part.* 2. Unicum tamen pro ratione dubitandi hic lubet adducere,
24 † quod prædicti auctores non tangunt, & desumitur *ex judic. cap.* 4. ubi Jahel contra securitatem & fidem nec non hospitii legem, Sisaram dormientem interfecit. Verum ad hoc respondetur, exemplum hoc planè esse singulare & heroicum, peculiari instinctu divino perpetratum, ideoque ad consequentiam non erit trahendum, sed potius in regula, divino & humano gentium jure comprobatâ persistendum, quæ dictitat grave esse fidem fallere, & omne falsiloquium & perfidiam prohibet, juxta illud *Psalm.* 15. Qui loquitur veritatem & non egit dolum in corde suo, is habitabit in tabernaculo Domini. Quod verò hoc exemplum sit heroicum patet *ex sub seq. cap.* 5. *jud.* ubi Spiritus S. carmine sacro & solenni celebrari voluit Aliter ad hoc exemplum respondet D. Osiand *in gl. ad d. c.* 4. *judic.*]

Quid verò de hæreticis sentiendum, anne &
25 illis fides data servanda; Eædem † sanè rationes, quæ suadent hosti fidem datam servandam, & in hæretico locum habent, quia in pactis & conventionibus, quæ jure gentium nituntur religionis diversitas non attenditur, *l nemo exterus, Cod. de jud. & Calicol.* Fidem autem hæretico vel infideli licitè dari posse sacris non absonum est literis, *Genes.* 31. *v.* 48. ubi fœdus fuit inter Jacobum & Labanum idololatram. Sic fœdus legitimum habebatur inter exploratores Israël & Raab, *Jos.* 2. *v.* 12. *& cap.* 6. *vers* 22. Imò fidem infidelibus datam non solum servandam esse divinis edocemur oraculis, sed etiam neglectam vindictæ divinæ subjacere, *Ezech.* 17. *vers.* 15. *&* 2. *Reg.* 21. *v.* 1. *&* 9. Inter omnes namque homines tam fideles quàm infideles, tam hæreticos quàm sinceros, natura cognationem quandam finxit, ideoque alterum alteri insidiari nefas esse duxit, *l* 3. *ff. de just. & iur.* [Neque fides hæretico data definit esse fides data.] Et si hæreticis non est servanda fides, neque ab iis erit exspectanda, quod summam habet æquitatem & sine cujusquam indignatione iustam, *l* 1. *& tot. tit ff. quod quisque jur. in alium statu* [Et dicit Salvator: Eâdem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis, *Luc.* 6. *vers.* 38. *Obadiæ cap. un. v.* 15. Decian. *respons.* 2. *num.* 112. *lib.* 1] Et contrario admisso omnia essent plena sceleris & perfidiæ, proditionis & tumultus.

Frustra † itaque excusant quidam Pontificii 26
Concilii Constantientis perfidiam, cuius decreto Iohannes Hussius contra datam ab Imperatore Sigismundo fidem, combustus, est Anno 1414. ex ratione, quod hæretico non sit servanda fides [Ærodi. *rer. ab omni ævo judicat. l.* 1. *cap.* 16.] Et cum idem in Comitiis Augustanis, † Carolo 27
V. Imperatori invictissimo gnathones quidam Pontificii suggererent, ut Luthero tanquam hæretico, præpostero ipsorum præjudicio, fidem non servaret, ipse magnificè retulit: *Etiamsi in toto orbe terrarum fides exularet, tamen apud Imperatorem immaculatam eam manere oportet*, refert Petr. Gregor. Tholosan. *de repub. lib.* 8 *cap.* 8. *num. fin.* [Münster. *in Cosmograph. lib.* 5. *de German. cap.* 19. *in vit. Carol. V. Imperat.* Confer Goldast. *de iur. Regn. Bohem. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 22. *in notat.* Johan. Gerhard. *Locor. Theolog Tom.* 6. *de Magistrat. Polit. num.* 209.] noverat siquidem optimus Imperator, grave esse fidem fallere, *l* 1. *ff. de constit. pec.* noverat quod os mentiens occidat animam, *Sapient.* 1. *v.* 11. [Quod latius persequitur Jacob. Schult. *quæst.* 70. *nu.* 220 *& seqq. part.* 2 add. Christophor. Lehnman. **Von Außlegunge deß Religionfriedens** (*lib* 4 *cap.* 35. *q.* 11.

Pro ratione † autem dubitandi facere videtur. 28
1 Pactum quod est contra pietatem & honestatem, ipso jure nullum est, *l. si unus*, 27. *§ pacta & l. seq ff de pact. l. non dubium, 5 Cod. de legib*, quæ enim pietatem lædunt & contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est, *l.* 15. *ff. de cond. inst.* Pactum autem quod fit cum hæreticis tale est. Id enim 1. lædit pietatem; quia pax pia non potest esse sine veritate, *Zachar* 8. *v.* 19. quæ ubi non est fundamentum, nullum fidei esse potest stabilimentum. 2. contra bonos mores est tale pactum; quia prohibemur iugum ducere cum infidelibus & nulla conventio Christo est ad Belial, 2 *ad Cor.* 6 *v* 14

2. Frangenti † fidem, fides frangatur eidem 29
At hæretici Deo frangunt Fidem, dum à veritate fidei & promissis Deo in baptismo factis malitiosè deficiunt. [Becan. *in manual. controvers. lib.* 5. *cap.* 13.] Ergò neque ipsis fides servari debet.

3. Non † potest homini esse fidelis, qui Deo 30

extitit perfidus, *c. non potest, 2. quæst 7.* ex quo colligitur hæreticos non esse subjectum habile, ad hoc ut ipsis dari fides possit. Ergò neque servari debet.

31 Ad 1. Rt. Fidem † hæretico in causa licita datam non esse contra bonos mores, quia nulla lege divina vel humana prohibemur cum hæreticis super rebus licitis pacisci. [ducta ratione à lege cessante per tradita Everhard *in loc. à leg. cess. in pr.* Jacob Schult *d. quæst. 70 num. 91. & seqq.* ubi infert, quod inter pœnas contra hæreticos statutas, nullibi in jure referatur hæc, quod fidei datæ incapaces sint.] Ad 1. Prosyllogismi mem-
32 brum Resp. distinguendo inter † pacem Politicam & Ecclesiasticam. Pax Ecclesiastica quæ securitatem præbet doctrinæ, hoc est, quoquo modo disputandi & docendi contra expressum verbum Dei, illa salvá veritate subsistere non potest, *d. cap. 8. Zachar. v. 9.* debemus enim arguere, contradicere & etudire eos qui subsistunt veritati, *2. ad Tim. 2. v 25.* quo respectu neq; dari fides potest, neque data servari. Aliud verò obtinet
33 in pace Politica, † quam cum omnibus quantum in nobis est colere iubemur, *Roman. 12. v 18.* Ad 2. Prosyllogismi membrum Rt. non omnem
34 † conversationem cum infidelibus idololatris, sed nimiam familiaritatem à Paulo prohiberi, & talem quæ cum hypocrisi coniuncta est. Idque apparet ex coniunctione Christi ad Belial veritatis & falsitatis. Nam posititè ipse Christus conversatus est cum infidelibus & impiis Pharisæis, quod utique non fecisset, si conversatio Politica cum infidelibus prohibita fuisset. Quando itaque Paulus iubet, ne iugum ducamus cum infidelibus, idem vult dicere, ne colludamus in religionis & doctrinæ negotio cum idololatris. Hinc Augustinus, inquit duobus modis non te maculat malus, si ei non consentias, & si redarguas, *cap. à malo 23 q. 4. & c recedite ibi.* Committitur itaque in hoc argumento fallacia falsæ interpretationis.

35 Ad 2. Rt. quod frangenti † fidem circa idem negotium & in eadem causa, fides non sit servanda, quia contractus non debet claudicare, *l. si quis maior, C. de transact.* [Secus autem in separatis & non connexis, post Salicet. & Fulgos. scribit Alexand. *in c. cum proponas, C. de pact.* Et ita etiam regulam istam limitat Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 16. num. 22.* Vid. Jacob. Schult. *quæst. 70. num. 539. & seqq. part. 2.* ubi omninò vide] Sed quando ita infertur; hæreticus fregit fidem Deo in rebus spiritualibus, Ergò in rebus secularibus ei fides servari non debet; Plus ponitur in conclusione, quàm fuit in præmissis & circa obiectum variatur. [Neque etiam perpetua est illa regula, per ea quæ tradit Myns. *obs. 4. observat. 7.* Hinc Becanus Jesuita *in manual. controvers. lib. 5. cap. 13.* hanc maximam eò applicat, † quòd non facilè 36
cum hæretico sit paciscendum: Si tamen iam pactum & si eo ei data sit, sub hoc prætextu, & si nihil aliud obstat, quàm hæresis, non esse integrum resilire à fide conventionis, ratione adductâ; quia illa obligatio pacti, † ex triplici oritur 37
virtute, nempe, veritatis, fidelitatis & iustitiæ. Veritas hoc postulat, ut non fictè, sed sincerè promittas: Fidelitas, ut promissa opere adimpleas, ne fias perfidus: Justitia, ut alteri tribuas ius suum, ex conventione quæsitum, Hæ autem virtutes obligant etiam eo casu, quo cum hæreticis paciscaris. Nunquam enim licet mentiri, nunquam perfidum esse, nunquam alterius ius violare, seu iniuriam facere. Hactenus Becanus, qui à multis aliis in hoc casu recedit, *in dict. manual. lib. 5. cap. 13. & 14.* Idem tamen Becan. *in appendice disputationis de fid. haret. serv.* statuit, † 38
Pontificem Romanum in eiusmodi contractibus Principum dispensare posse *urgente necessitate boni spiritualis.* Frider. Balduin *de casib conscient. lib. 3. cap. 9. cas. 18* Hâc verò præsuppositâ restrictione vinculum interpositæ fide, adhuc incertum remanet, & ea, quæ in præcedentibus adducta sunt facilè eludi possunt.]

Ad 3 Rt. illud † procedere à separatis & merè 39
contingentibus. Nam experientia docuit, etiam infideles & impios fidem politicam exactè servasse, & supra Romanorum exemplo contrarium probatum & dec aratum fuit. Hanc quæstionem ante alios in utramq; partem latè tractavit Jacob. Schult. *d. quæst. 70. part. 2. per tot.*

CAPUT III.

DE CLEMENTIA ET HUmanitate.

SUMMARIA.

1. *Nihil magis proprium Principibus, & Reip. gubernatoribus, quàm Clementia, quæ pretiosissimum principalis, & regiæ Majestatis dicitur monile.* 2. *Indeq;*

deq; Principes nomē adepti, clementissimi appellantur.

3.4 5. *Rationes quibus Principes ad clementiam moveri debent.*

6. *Benevolentia populi Principum thesaurus est, & custodia, præsidiumq; firmissimum.*

7. *Nullum ornamentum Principum fastigio dignius pulcriusq; illa corona: Observatos habere cives.*

8. *Thronus Regis corroboratur clementiâ Qua etiam in hoste prædicanda, & laudanda.*

9. *Semper potentia adjungenda clementia, ut à suis Princeps non tàm metum exigi queat, quàm impetret reverentiam. Reverentia comes est amor, metum verò odium subsequitur.*

10. *Securitas securitate mutuâ paciscenda est. Qui metui vult à multis, ipsum quoq; multos metuere oportet.*

11. *Præcipuum Everhardi Ducis Wirtenbergici præsidiū, quòd quovis tempore in cujusvis subditi sui sinu m caput reponere, & tutus dormire potuerit.*

12. *Econtrà Ulricus Wirtenbergicus ob id exosus fuit omnibus subditis, quod duriùs, quàm eorum ferebat libertas, tractati fuerant. Indeq; à Suevici fœderis sociis omni suâ provincia exactus.*

13 *Debile est regnum & Principatus, ubi subditi Domini exosum habentes imperium ex timore magis quàm amore parent. Veterum infeliciter omnes, qui amorem in odio desiderarunt.*

14. *Clementia propriū est, misericordiam potiùs, quàm ad severitatem deflectere.* 15. *Melius est Deo misericordiæ rationem reddere, quàm inclementiæ.*

16. *Rudolphi I Imp. illustris sententia Severum & iniquum aliquando fuisse, me pœnitet: lenem & placabilem, nunquam. Quam lenitatem & clementiam hereditario quasi jure ad successores suos sereniss. Domus Austriaca transtulit.*

17. *Clementia temperanda severitate. Salutaris severitas inanem vincit clementiæ speciem.*

18. *Æquus desideriis propensus, iniquis acerbus esse debet Princeps.*

19. *Miscenda lenitas cum severitate. Nec facilitas auctoritatem, nec severitas amorem diminuat, ne aut multâ asperitate exasperentur subditi, aut nimiâ benignitate solvantur.*

20. *A severitate tamen illâ abesse debet iracundia, & immoderatus affectus, facilè ad injustitiam, & iniquitatem crumpens, sæpèq; innocentes in crimen adducens.* 21. *Exemplo Regis apum, qui sine aculeo est. Ejusq; ratio.*

22. *Sæpe per immoderatam Principis iracundiam tota Respubl. in discrimen pervenisse, constat. Ostensionum avidus non sit Princeps.*

23. *Principum ira non referenda inter morbos insanabiles Nec æquum videtur, Deorum immortalium iras mortales esse, immortales verò hominum.*

24. *Memorabilia duo exempla p̄ sthabita iræ, & clementiæ, in Ottone I. Imp. & Casimiro Poloniæ Rege, remissiuè.*

25. *Potissimus clementiæ effectus conspicitur in affabilitate: Principis est causas & querelas subditorum cognoscere.*

26. *Bonus Princeps ad subditorum & oppressorū querelas se demittat, & eorum desideria clementer audiat.*

27 *Insigne exemplum, & effatum Rudolphi I. Imper.* 28. *Item Ferdinandi I. & Maxmiliani II. Impp. singulis diebus certâ horâ omnes etiam humilimos admittentium & audientium.* 29. *Item Ferdinandi II. Imperatoris moderni laudatissimi.* 30. *Simile de Augusto Imperatore refertur.*

31. *Talis affabilitas grata Deo, Regi laudabilis, subditis salutaris Viduæ cujusdam Macedonum Regi, causam audire detrectanti egregia data responsio.*

32. *Ut lenitas Principum cum severitate, ita & affabilitas temperata esse debet cū gravitate E tribus ribus optimis tres oriuntur pessimè; veritate odium; è felicitate invidia: è familiaritate contemptus.*

33. *Nervus principalis dignitatis consistit in auctoritate, quâ prostrata acies eius valdè hebescit.*

NIHIL magis proprium Principibus & Reipubl. gubernatoribus quàm Clementia, [*l. imperialis, C. de nupt.* Andr. Geil. *obs* 114. *n.* 6. quæ est prima Principum Dos, Vopisc. *in Aurelian.* Gualth *in Chronolog. Ecclesiastico-Polit. in vit. Aurelian sub Anno* 271. Quæ ve pretiosissimum Principalis & Regiæ Majestatis dicitur monile. Chassan. *de glor. mund. part.* 1. *consider.*] † per quam sola 1 Dei imitatio se vatur, *l fin. C. de donat int. vir. & ux.* [juxta illud Claudiani:

—— *Sola Deos æquat Clementia nobis.*]

Tantoperè namq; Clementia decet Principes, † 2 ut inde nomē adepti, Clementissimi appellentur, Ernest. Cothman. *a l ult C. Justinian. verb. Clementia nostra sub n.* 13. [Itaque maximè quando agunt de lucro captando, Geil. *d observ.* 114. *n.* 6.]

Debent autem hisce præcipuè rationibus Principes moveri ut sint clementes: 1. quia vices Dei † gerunt in hisce terris, cujus proprium 3 est parcere & misereri, qui vè in sublimi residet & humilia respicit, *Psalm.* 113. & *Psalm.* 138. *v* 6.

Syracid.3.v.21. [ac cum lenitate judicat, *Sapient.*
4 *12. v.18.*] Secundò, † quia homines tractant & te-
gunt, non feras & bruta, ideoque decet ut eum iis
humaniter agant, [quia & ipsi homines sunt, &
humanæ conditioni obstricti, *Sapient. 7. v. 1. &*
5 *seqq.*] Tertiò † clementer agendo conciliant sibi
populi benevolentiam, Petr. Mart *in Comment.*
ad c.20. lib.1. Reg. fol 163. quæ est [Principum the-
6 saurus † & Custodia, Plutarch. *in Arat.* Besold.
de arar. publ. cap. 2. pag. 28. longeque valentior ad
obtinendum quæ volunt, quam timor, Plin. *in*
Epist. 24. lib. 8.] præsidium firmissimum, Bodin. *5.*
de republ. cap. 5 p. 872 & munitissimas habere di-
citur civitates Princeps, quem subditi fide & a-
more prosequuntur, Cravett. *consil. 241. num. 15.*
Mynsing. *cent. 5 obs* 8 *n.* 10.

[*Non sic excubia nec circumstantia pila*
Quàm tutatur amor, non extorquebis amari,
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.

Eoque pertinet Imperatoris Aureliani symbolum
in hoc distichon versum:

Ceu munde, sic est, Regni clementia custos,
Nec virtus maior Principis esse potest.

Confer Johan. Azor *institut. moral. lib* 11. *c. 5. quæ*
virtutes Reges decent, part. 2. fol. 1354] Nullum ita-
7 que ornamentum † Principum fastigio dignius
pulchriu que quàm illa corona: OBSERVA-
TOS HABERE CIVES, Senec. *lib. 1. de benefic.*
sub. fin. Hyppolit. à Collibus. *in princ. c. 2. & 3.*
[Thom. Compa ell. *de Monarch. Hisp. cap. 5. &*
8 *cap. 13.*] Hinc Re um † quos Sol illuxit sapientis-
simus dicebat, thronum Regis corroborari cle-
mentiâ, *Proverb. cap. 20.* [quæ etiam in hoste præ-
dicanda, & ei propterea laus tribuenda, ut de
Gustavo Suec. Rege Christoph. Raziwill. Exer-
cituum Magn. Ducatus Lithuan. Dux, in literis
ex Castris, Anno 1621 ad Senatum Rigensem da-
tis, optimè monuit.] Et Cicero eum laudaret vel
adularetur Cæsari, dicebat, ejus fortitudinem,
militares artes, victorias & triumphos esse illi
communes cum cæteris militibus, ipsam verò e-
ius Clementiam & bonitatem integram & soli-
dam ad ipsum pertinere. [Quamobrem ex Chi-
9 liani sententia: † Semper potentiæ adjungenda
Mansuetudo sive Clementia, ut à suis in ceps nõ
tam metu extorqueat, quàm impetret Reveren-
tiam. *Est enim Reverentia comes Amor, metum verò*
Odium subsequitur, Laz. *de migrat. gent. in præfat.*
fol. 10. Timor abit si recedas, amor vero manet,
Plin. *Epist. 24. lib. 8.* Et idem Plin. *in panegyr. dict.*
Trajan. testatur, priorum Principum exitus do-
cuisse, NE À DIIS QUIDEM AMARI, NISI
QUOS HOMINES AMENT. Nunquam diu-
turnitatis custos metus fuit. Securitas † securita- 10
te mutuâ paciscenda est, Senec. *lib. 1. de Clement.*
Et qui metui vult à multis, ipsum quoque mul-
tos metuere oportet, ut monet Claudianus:

Qui terret, plus ipse timet: sors ista Tyrannis

Convenit. Philip. Cominæ. *lib.* 10. *Commentar.*
p. m. 670. Et Owenus *lib. 2. Epigram. 2.*

Omnia formidant, formidanturq; Tyranni
Semper habet comitem vis metuenda metum.

De Everhardo Duce Würtembergensi refertur,
† quòd is præcipuum in eo ditionis & potentiæ 11
suæ præsidium collocârit: *Quod quovis tempore,*
in cuiuslibet subditi sui sinum caput reponere & tu-
tus dormire possit, Johann. Iden. *de virtut. Princip.*
cap 8 Philip. Cametar. *horar. subcisiv. c.* 87. Lather.
de censu. lib. 1. cap. 1. num 15. E contrà de Ulrico
Würtenbergico refertur, † exosum fuisse omni- 12
bus, & in bello Suevico defecisse ab eo Nobili-
tatem, quòd durius, quam eorum ferebat liber-
tas, tractati fuerant: Defecisse & populum, à quo
reformidari semper magis studuerat, quàm ama-
ri. Indeque à Suevici fœderis sociis omni suâ pro-
vincia exactus, Anno 1522. Thom. Hubert. Leo-
di. *in vit. Frider. II. Palat. lib. 5. in init.* Albizi. *in*
Chronolog Duc. Würtenberg. Et monet Leodi *d.*
loc. Inde exemplum sumere debere Principes,
quàm debile sit Regnum vel Principatus, † ubi 13
subditi Domini exosum habent imperium, & ti-
more magis, quàm amore parent. Confer Wil-
helm. Ferdinand. ab Effern, *in Manual. Politic. lib.*
5. punct. 7. pag 887 ubi dicit, imperium nunquam
firmum, nisi id ita quis moderetur, ut a subditis
ametur, & ipse suos paternè diligat, *Periisse infeli-*
citer omnes qui timorem in odio desiderârint.] Hali-
carnass. *lib.* 6. optimum, inquit, & firmissimum
esse imperium, quod subditos beneficio magis,
quàm pœna in officio continet. Illius enim be-
nevolentia, hujus timor comes est. Quicquid
autem timetur, id necessitate naturali exosum
est omnibus.

Clementiæ † proprium est pro rerum temporis 14
& personæ circumstantiis stricti juris rationem
mitigare, & ad misericordiam potius quam ad se-
veritatem deflectere, R. A. zu Speyer / de Anno
1526. §. Es soll auch eine jede Obrigkeit gegen denen so der
Bäwrischen Aufruhr halbē aufgetretten / nach Gelegenheit
eines jeden Verhandlung / dermassen erzeigen / damit sich die
Underthanen / so viel sich die immer leiden will / mehr Gnad
und

vnd Gütigkeit/dann die Schärffe vnd Vngnade spüren vnd finden mögen. [Confer Wilh. Ferd ab Efferen, *in Manual. Politic. lib. 3. punct. 12.*] Nam melius est
15 Deo † Misericordiæ rationem reddere quàm inclementiæ, *c. allegant. c. 6 q. 7.* Cagnol. *ad l. semper, 56. num. 1. 2. de reg jur.* Wesenb. *consil. 19. nu. 23.* [Hinc Salvato, Beati mites, Beati misericordes; quoniam ipsi terram possidebunt, & misericordiam consequentur, *Matth. 5. v. 4. & 7.*]. Et iudicium sine misericordia futurum ei, qui misericordiam non vult fieri delinquenti, dicit Specul. *in tit. de dispensat. §. ult. num. 15. cum ibi allegat,* [Rudolph. I. Imperator hanc sententiam in ore habuisse fertur, † *Severum & immitem fuisse me*
16 *aliquando pœnituit: lenem & placabilem nunquam.* Quam lenitatem & clementiam tanquam optimum Principum patrimonium, hæreditario quasi jure in successores suos serenissimæ Domus Austriacæ, transtulit; quorum semper connata quasi fuit mansuetudo & lenitas. Et certum est per eam potissimum ad tantam potentiam pervenisse istam familiam, totius Europæ præcipuam. Hinc illud Claudiani:

——— peragit tranquilla potestas.
Quod violenta negat: ———
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat
Vtilior, nullos confessus murmure vires.]

17 Debet tamen † hæc misericordia temperata esse severitate: [quæ & hostibus formidolosa. Hinc Augustus, vultu & aspectu Actiacas Legiones exterruisse fertur, Cornel. Tacit. *lib. 1. Annal.*] Nam Magistratus prudens severus est, *Syracid. 10. v. 1.* Et salutaris severitas inanem vincit Clementiæ speciem, Cic. *ad Brut. Epist. 2.* m. 1 usque est in desperatæ frugis homines cum severitate animadvertere, quàm cum lenitate Rempub. corrumpere, *cap. non omnis. 3. q. 5. fac. text. in d. Recess. de An. 1526. d. §.* Es soll sich auch [Æquis de-
18 sideriis propensus, † iniquis acerbus esse debet Princeps, Senec. *lib. 1. de Clement.* Principes enim sunt instar Deorum: Sed neque à Diis, nisi justas supplicum preces audiri, inquit Cornel. Tacit. *lib. 3. annal.*]

Miscenda † est ergo lenitas cum severitate, &
19 faciendum ex utraq; temperamentum [ut nec facilitas auctoritatem nec severitas amorem diminuat, ut prudenter monet, Corn. Tac. *in vit. Iul. Agr.*] neve aut multâ asperitate exulcerentur subditi, aut nimiâ benignitate solvantur, Gregor. *in memorabil. lib. lib. 20. p. 4. c. 6. quod refertur in c. disciplina. dist.* [vid. Chassanæ. *in catalog. glor. mund. considerat. 5. & 20.* ubi quid sit severitas explicat. Andr. Geil *de arrest. c. 10. num 17.*] ad imitationem Chirurgi, qui vinum & oleum infundit vulneribus: vinum ut mordeantur vulnera, oleum ut foveantur, *d. c. disciplina.*

[A severitate tamen illa † abesse debet iracun- 20
dia & immoderatus affectus, qui facilè ad injustitiam & iniquitatem erumpit, sæpiusque innocentes abducit in crimen, *cap. 68. 11. q. 3.* Licet iracundissimæ & pro corporis captu pugnacissimæ sint apes, & aculeos in vulnere relinquant, Rex tamen † apum sine aculeo est. Noluit enim 21
natura nec sævum esse, nec ultionem magno constituram petere, telumque detraxit & iram ejus inermem constituit; ceu eleganter scribit Senec. *lib. 1. de Clement.* Ea enim est Apum conditio, ut si Rex pereat, totum examen perire necesse sit. Ea verò est ita, ut aculeum in vulnere relinquant, vitæ jactura insequente. Quamobrem Regi denegatus aculeus, ne per iram, ejus jacturâ facta, totus grex concidat. Et sanè sæpius accidit † per immoderatam Principis iracundiam 22
totam Rempub in discrimen pervenisse: Ideoque offensionum avidus esse non debet Princeps, ut loquitur Annib. Scot. *lib. 3. Annal.* Tacit. *pag. 251.* & ex eo Lather. Husan *de cens. cap. 1. num. 14.*

——— Diis proximus ille est,
Quem ratio non ira movet ———

inquit Claudian. Et eleganter Ovid. *lib. Trist. Eleg. 5.*

Quo quisq; est major, magis est placabilis ira:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostasse Leoni,
Pugna suum finem, cum jacet hostis habet.
At lupus & tristes instant morientibus ursi
Et quæcunq; minor Nobilitate fera est.

Confer Johan. Lorin. *in lib. Reg 3. cap. 10. num. 48.* ubi eleganter, quatenus leonis ingenium Reges imitari debent. Tanto minus Principum iræ † debent referri inter morbos insanabiles. 23
Nam *& ipsi Dii, ante omnes nobis exemplo sunt, qui faciles ad humanorum erratorum veniam & placabiles: nec æquum videtur Deorum immortalium iras mortales esse, immortales verò hominum,* inquit Dionys. Halicarnass. *antiquitat. Rom. lib. 8.* Hinc. *Judith. cap. 8. v. 15.* Deum non sic comminari ut hominem, neque ut filium hominis ad iracundiam inflammari. Admodum memora-

24 bilia exempla duo † refert Christoph Lehman. posthabitæ iræ & Clementiæ, unum de Ottone I. Imperatore, alterum de Casimiro Poloniæ Rege, *lib. 5. Chronic. Spirens. c. 6. ubi vid.* Quamvis usu expertum sit, iras, magnarum præsertim, tardissime senescere, ut ex Sophocl. notat Taubman. *in lib. 1. Æneid. vers. 8.* ubi et ammonet, Poëtas credere: *Deos, Heroes Regesq; serius iram concoquere.* adducto isto de Junone, *lib. 5. Æneid.*

Iunonis gravis ira & inexsaturabile pectus.

Ideoq; tantò magis cavendæ Regum & Principum iræ]

25 Deinde potissimus † Clementiæ effectus conspicitur in Affabilitate. Debent enim Principes & gubernatores Reipublicæ subditis esse affabiles, iisque facilem ad se præbere aditum, ac patienter eorum audire querelas & desideria *l. 19. de offic. Præsid* [Auson. *in panegyr. Gratian. Imper dicto.* Et inde sibi acquirunt GRATIAM, quæ omnes actiones humanas exornat, teste Halicarn. *lib. 8. antiquitat.*] vid. R. A. zu Augsp de Anno 1541. §. Demnach haben wir ihr jhre Werbung gnädiglich / gütlich und freundlich angehöret. Principis enim est causas & querelas subditorum cognoscere. 26 Sicut Aquila † non semper super nubes elevata volitat, sed remissionibus aliquando etiam pennis descendit ad terram: Ita etiam bonus Princeps ex throno Majestatis suæ se ad subditorum & oppressorum querelas dimittat, & eorum desideria clementer audiat, ita enim re & nomine erit Clementissimus, Sedul. *in Epist. ad Macedon.* [Acac. Enenckel. Baro, *in tractat. quem inscribit Sejanum. cap 34 in. 108. & seqq.* ubi id exemplis egregiis illustrat, & inter alia refert, † 27 Rudolph. I. Imperatorem, cum vidisset à satellitio suo, removeri tenuiores, dixisse: *Per Deum sinite homines ad me venire Non enim ideò ad imperium sum vocatus, ut in arcula includar.* Refert & hoc Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastic. Politic in vit. Rudolph. I. sub Anno 12 3.* Just. Lips. *in Dissertat. apud Albert. & Isabell. Principes Belgar.* Secutos fuisse & hoc laudatissimos Imperatores, Ferdi-
28 nandum & Maximilianum, † singulis diebus certâ horâ omnes etiam humilimos admittentes & audientes, ac munuscula quoque illorum rustica non aspernantes consuev. Et quidem de illo refertur, abigenti anum quandam dixisse; *Noli arcere pauperes quando quidem si eos noluerimus audire, Deus vicissim nos ad se non admittet,* Johan. Mathes. *in orat funebr. Ferdinand.* Munster *in Cosmograph. lib. 5 de Germ. cap. 48. in vit. Ferdinandi I* Idque & hodiernos Austriæ Principes observare, ocularem se testem refert præcognitus Baro Enenckel *alleg modo loco.* De imperatore moderno laudatissimo*, cui Deus vitam perennem felicitatem & sceptra gloriosa, pia & pacifica largiatur, Ferdinando II. Imperatore Augusto, † tanquam ocularis testis laudando apud posteritatem exemplo referre possum, quod 29
aliquoties viderim, plebeiæ conditionis & humilimos à Majestate sua in transitu ex templo vel aliunde veniente, auditos, supplices libellos propria manu acceptos, eorumque expeditionem consiliariis, officialibus & ministris pro re nata subitò demandatam fuisse. In admittendis Principum, Comitum, Civitatum aliorumque statuum Legatis, ea promptitudo Majestatis suæ ut multorum opinionem prævertat, qui expectatione citiù admissi, vix præparati accedere potuerunt. In audiendo nullum ex prolixitate tædium: nec ex multitudine fastidium: Nulla interpellatio aut indignatio. Recapitulatione præcipuorum propositionis capitum brevi facta, ad singula accurata & Clementissima, cum decenti tamen Majestate, severitate & gravitate responsio. Augustum Imperatorem † hic in re laudat Sueton. 30
hisce verbis: Promiscuis salutationibus admittebat & plebem: tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam ideò corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem, *cap 53.* Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Politic. in Imperat. August.*] Talis affabilitas grata est Deo, † & ad ejus benignita- 31
tem proximè accedit, Regi laudabilis, subditis verò salutariis. Hinc scitè vidua quædam Macedonum Regi, causam audire detrectanti, respondit: *O Rex aut causam meam audire oportet, aut non Regem agere,* Petr. Frid. Mindan. *de Processib. lib. 1. c. 5 num 2.* [vid. Matth. de Afflict *decis. 265. n. 80. & seq.*]

Sicut autem lenitas † Principis cum severita- 32
te, ita & affabilitas temperata esse debet cum gravitate, ne in nimiam familiaritatem degeneret, quæ solet parere contemptum, *c. quando, dist. 86.* Nam juxta proverbium; *è tribus rebus optimis, tres oriuntur pessima: è veritate odium: è Felicitate, invidia: e familiaritate contemtus.* Hinc in jure nostro cautum reperitur, ne præsides Provinciarum in ulteriorem amicitiam provinciales admitterent, ne ex nimia familiaritate dignitatis con-

tis contemptio orietur. *l.19 de offic præsid.* Ner-
33 vus † namque Principalis dignitatis consistit in auctoritate, quâ prostrata, acies ejus valde hebescit, qua de re vid. quæ tradit Schonborn. 2. *Polit. c.36* Et pulchrè Virgil. gravitatem Æneæ Traiani Ducis describit 1. Æneid.

Tum pietate grave & meritis si fortè virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant,
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Caput IV.

DE PRUDENTIA PRINCIPUM ET Gubernatorum Reipub.

SUMMARIA

1. Iustitiam & clementiam moderatur prudentia Principum, & gubernatorum. Quod Sol in mundo, id prudens Princeps in populo

2. Prudentia quid? ordinat præsentia, providet futura, recordatur præterita.

3. 1. Prudentiæ præceptum. Rationi imperium, & cupiditati tribuendum obsequium. Multò seipsum, quàm hostem superare operosius putatur.

4. 2. Prudentiæ præceptum. Omnia fiant in Republ. decenter, & ordine, Religio, justitia, pax, & tranquilitas conservanda, &c.

5. Regnare nescit, qui dissimulare nõ novit. Miscenda prudentia serpentina, cum simplicitate columbina.

6. Acquiritur prudentia doctrinâ & usu.

7. Objectio. Principibus viris doctrinam & eruditionem magis perniciosam, quàm utilem fuisse.

8. Respondetur ad eandem. Doctrina vel meliores reddit homines, vel deteriores, pro cujusq; natura, & inclinatione.

9. Multos à pravis, & illaudatis consiliis eruditio sola retraxit.

10 Non modò pulchrior comptiorq; per doctrinam fit virtus, sed fortior: nec colorem modo ab ea ducit, sed sanguinem, & robur.

11. Iul. Cæsarem, Augustum, aliosq; Imperatores prudentissimè rerum potitos, & facundos, & doctos fuisse testantur historia. Literæ omnium virtutum fundamenta esse dicuntur.

12. Eruditi quandoq; Principes doctrina confidentiâ elati intumescunt, sibiq; solis sapiunt, &c.

13. Hæc casu virtus in vitium, & scientia degenerat in superbiam, cujus comites, ac pedissequæ, dedecus & detrimentum.

14. Historiæ Encomium.

15. Non nimis propria solertia viribus credendum, sed in consilium adhibendi viri prudentes, rerumq; scientiâ clari.

16. In solum Deum cadit summa perfectio. Errare humanum, & vitia erunt, donec homines.

17 Magnu & arduis causis ac negotiis viri magni & sufficientes adhibendi.

18. Non imbecillitatu, sed prudentia est, consulere alios, & ex plurium suffragiis, quod melius, & æquius est statuere.

19 Consiliarii dicuntur portio corporis Principum, eosq; decorare velut radii solares solem.

20. Non unius, sed multorum audiendæ sunt sententiæ. Etiam prudentes viri sæpè labuntur, & errant in dicendis sententiis.

21. Ut nauta imprudenter agit, uni anchoræ fidens, ita Princeps uni ministro res ac spes suas committens.

22. Cavendum est Principi, ne unum aut singularem aliquem præ cæteris habeat in honore, magnũq; faciat, &c.

23 De quibusdam negotiis propter silentii fidem, non nisi cum paucis & probatioribus consultandum, nec expedit à multis ea cognosci, ac deliberari.

24. Consilia occulta & q. subterranea esse debent.

25. Conciliarii in consilium adhibiti, nec gratiæ, nec adulationi, nec odio locum relinquant, sed ex fide, justitia, & veritate consulant.

26. Hodiè plures Placentini, quàm Veronenses reperiuntur. Et tales potius loquuntur cum fortuna, quàm pro salute Principis. 27. Hocq; modo ad tempus comparari possit Principis gratia: minimè tamen pura & immaculata conservari conscientia.

28. Metu alicujus potestatis veritatem occultans iram Dei provocat, magis timendo homines, quàm creatorem.

29. Principi bona consilia perpendenda, & benignè audienda sunt. Exempla contempti consilii, Et ob id pœnarum subsecutarum habentur in Xerxe, Rehobeam. 30. Holoferne, Carolo Burgundiæ Duce.

31. Quorum Deus constituit mutare statum, & fortunam, illorum corumpit consilia.

JUstitiam † & Clementiam moderatur prudentia Principum & gubernatorum, quæ ipsos 1
conservat, *Proverb. 2. v. 11.* Quod enim Sol in mundo id prudens Princeps in populo: Sol mundi oculus, Princeps verò multitudinis, *Auct. de iur. Princ. concl. 79.* Hæc enim sola præit & ducit ad rectè faciendum Plat. *in Menon.* Quamobrem non solum juste, sed etiam prudenter Reipublicæ gubernacula se moderari asserit, David. *Psal.* 101. v. 2.

101. *v.* 2. 1. *Chron.* 22. *v.* 12. *&* 13. Salomon Regum omnium sapientissimus, antequam delatam Reipub. gubernationem susciperet à Jehova, non aurum & argentum, sed prudentiam gubernandi & judicandi populum à Deo petiit & obtinuit, 1. *Reg.* 3. *v.* 9. *& seq.*

2 Est autem prudentia † intellectus & delectus rerum quæ publicè, quæ privatim appetendæ aut fugiendæ, definitore Just. Lips. 1. *Polit. c.* 7. Hęc ordinat præsentia, providet futura, recordatur præterita, auctore Seneca [Confer Wilh. Ferdinand. ab Effern. *in Manual. Polit. de Rat. stat. lib.* 3. *punct.* 2. Quod nostri eleganti rythmo ita efferunt:

Welcher vergangene Dinge betracht/
Und gegenwertiges hat in acht/
Und Zukünfftiges ermessen kan/
Das ist gewiß ein kluger Mann.]

3 Primum † & potissimum prudentiæ præceptum est, ut rationi imperium & cupiditati tribuatur obsequium. Bodin 1. *de Repub. cap.* 3. *p.* 22. *vers. cum igitur.* Qui igitur aliis prudenter imperare vult, sibi ipsi prius imperet. Effugere cupiditatem est regnum vincere, & multò seipsum quàm hostem superare operosius esse putatur, Valer Maxim *lib.* 3 Hinc Poëta:

Fortior est qui se, quàm qui fortissima vincit
Mœnia: nec virtus altius ire potest.

4 Alterum † prudentiæ præceptum est, ut omnia fiant in Republica decenter & ordine. Religio, justitia, pax & tranquillitas conservetur, futuris malis occurratur, quæve facienda vel omittenda sint providè curentur, & alia quæ ex ipso quotidiano rerum usu percipiuntur rectè instituantur secundum populi & regni naturam, qua de re videndus Bodin. 5. *de Repub. c.* 1. Hyppolit. à Collib. *de Princ c.* 8 Althus. *Polit. c.* 23. *per tot.*

5 Expedit † aliquando prudentiam Politicam astu, hoc est, solertia licita & honesta temperari, simulando, dissimulando. Regnare enim nescit [Q]ui dissimulare non novit, inquit Cic. *pro Milon.* Miscenda serpentina prudentia cum simplicitate columbina; *Matth* 10. *v.* 16. Prudentis enim Regis est aliquando pro re nata connivere, nec omnia quæ populus loquitur audire, 1. *Sam. c.* 10. *v. fin. add. exempl. David.* 2. *Sam.* 16. Et hæc solertia maximoperè in bello & re militari usum habet, *l.* 1. § 3. *ff. de dol. mal.* Confer Schonborn *lib* 2. *Polit c.* 31.

6 Acquiritur † verò prudentia ex doctrina & usu. Doctrina & rerum cognitio admodum necessaria est Principi, quæ prudentiam suppeditat. Etenim Platone referente, non hoc modo Princeps in Repub. nascitur, quemadmodum inter apum examina Dux, qui certis quibusdam notis ab aliis diversus est, sed omnino requires, eum in cœtu gubernantium instrui ad Reipub gubernationem. [Verum nō semel apud illustres personas & quandoq; in mensa Electorali audivi hanc quæstionem moveri, † Principibus viris doctrinā & 7
eruditionem magis perniciosam quàm utilē fuisse, idq; aliquot exemplis adhucdum recentissimis comprobatū. Neq; negari id sanè potest, doctissimos Principes, turpissimè lapsos, & errores multò graviores, quam indoctiores commisisse. Verùm † hanc dubitationem eleganter determinat 8
Prudentissimus Eques Philippus Comin. qui tamen, ut ipse de se fatetur, literarum usum nullum habuit, *li.* 10. *comment. p. mihi* 690. ubi scribit. Doctrina vel meliores reddit homines, vel deteriores, pro cujusq; natura & inclinatione; *Sed tamen verisimilius est, aliquem eâ fieri meliorem.* Nam quo quisque magis quid se deceat intelligit, eò vehementius ipsum neglecti pudeat officii: addens se compertum habere, † multosque novisse quos a 9
pravis & illaudatis consiliis eruditio sola retraxerit: idq; ibid. elegantibus firmat rationibus. Hoc n. certo statuendum est, Deum non condidisse regna ut gubernentur ab hominibus stolidis & ineptis, qui frivola quadam & misera jactatione solent dicere, se, quod usum literarum non habeant, suis familiaribus, omnem actionem committere. Idem Comin. *lib* 3 *Commentar.* Non enim solum pulchrior comptiorq; per doctrinam fit virtus, † 10
sed fortior: nec colorem modò ab illa ducit, sed sanguinem & robur, inquit Just. Lips. *Selectar. Epistol.* 16. *cent.* 1. Ubi etiam ex Senec. in eandem rem adfert: *Etsi magis refert nostra fortiores fieri, quàm doctiores: tamen alterum sine altero non fit. Non enim aliunde animo venit robur, quàm à bonis artibus, quàm à contemplatione naturæ,* vid. etiam Wilhelm Ferdin. ab Effern *in Manual. Politic. de Ration. stat. li*[illegible]. *punct.* 2. ubi suadet Principis Christiani juventutem quantum fieri potest, in scientiis & Doctrina exerceri debere. Cajum Julium Cæsarem, Augustum aliosque Imperatores
† prudentissimè rerum potitos, & facundos & 11
doctos fuisse, testatur Tacit. *lib.* 13. *annal.* Confer Thom. Companell. *de Monarch. Hispan cap.* 9. ubi per discursum varia circa hanc rem adducit. vid. Mareschall. Megapolitan *lib.* 5. *cap.* 5. *per tot.* Eoque pertinent versus Horatii *lib.* 4 *carm. Ode* 4.

Doctrina

Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectiq; cultus pectora roborant,
Vtcunq; defecêre mores.

Et possent quàm plurima, si opus esset, adferri hujus rei exempla. Quod verò doctrina & literę, quæ omnium virtutum fundamenta esse dicuntur, juxta Eumen. Rhet. *in orat. pro Schol. instaurat. inter Panegyr. Plin.* quandoque aliquos pejores reddiderint, id non earum, sed pravioris naturæ & corruptæ inclinationis vitium est. Inci-
12 piunt enim quandoq; eruditi Principes, † doctrinæ cōfidentia elati, intumescere, sibimet solis sapere, tam cōsiliarios suos, quàm alios sui ordinis homines, fusq; deq; habere, ac contemnere, & suam præconceptam sententiam privatam, multorum judiciis anteferre. Quantum verò ex eo malorum proveniat, dici non potest, scribit Comin. *d. lib.* 10. *Comment* Hoc casu virtus in vi-
13 tium † & scientia degenerat in superbiam, cujus Comites, ac veluti pedissequę, dedecus & detrimentum. Comin. *lib. 2. Comment.* Deus enim sedes Ducum superborum destruit, & eos contemptibiles reddit, *Ecclesiast. cap.* 10. *v.* 16 *&* 17. Hinc Claudian. *in Panegyr. Honorii*:

Inquinat egregios adjuncta superbia mores.
Estq;, vitium rebus solenne secundis.
Virtutumq; ingrata Comes.

Ceu idem Claudian. *in Panegyr. stillicon.* scribit.] Ut autē Princeps doctrinā & eruditionē sibi acquirat, debet nō solùm viros doctos & rerū peritos audire, & ab iis discere, sed etiā prudentū scripta & monumēta, præsertim historica consulere.
14 Historia † enim testis est temporum, nuncia vetustatis, Lux veritatis, magistra morum & frænum improbitatis, ut M. Tullius dixit. Hinc Cyrus apud Xenophontem, jam moriturus filios suos hisce alloquitur verbis: *Discite ex iis qua jam antea facta sunt. Hac enim est optima discēdi ratio.* Semper quippe, ut ait Thucydides, eadem fabula in mundo agitur, Pezzel *in Epist. Dedicat. Mellific. Histor.* In historiis itaq; licet sine sumptu & periculo intueri aliorum navigationes, naufragia, pericula, bella, mores, virtutes, imperia, vitam & interitum, læta & tristia, Confer Althus. *in Polit. c.* 21. *nu.* 12. *& seq.* [Confer Comin. *lib.* 3. *Comment.* Wilhel. Ferdinand. Effern. *de Ration. stat. d. lib.* 3 *punct.* 2.]
15 Præterea † Principes & Reipublicæ gubernatores, non debent nimis propriæ solertiæ viribus credere, sed in consiliū adhibere viros prudentes & rerū scientia claros. Nam ii regis sunt oculi & aures, teste Xenophonte: vid. Mareschall. Megapolitan. *lib.* 5. *c.* 4. Et quamvis magna Principibus sit dignitas collata à Deo, nō tamen in statu versantur integritatis & innocentiæ ex quo hominē deturbavit ambitio, cum altius quā fas erat & liceret, se efferret. In illo habebamus verā sapientiā quæ postmodū in pudendam cōversa est nuditatē & stultitiam, Auct. *de jur. Princip. concl.* 80. *lit. c.* [Sunt enim principes & Reipub gubernatores homines, ac in solū Deum † cadit summa 16
perfectio omnis, inquit Comin. *in præfat cōment.* homini errare humanū est. Et vitia erunt donec homines, scribit Corn. Tac. *lib.* 20. *annal.* Quinimò Tyrannicum esse spretis prudentū consiliis hærere obstinato animo in eo, quod semel arripuit propositū, quantumvis à ratione & æquitate alienum sit, Joh. Lotin. *in cōment. in lib. Reg* 3. *c.* 10. *n.* 48 *f.* 1138] Magnis † itaq; & arduis causis 17
& negotiis, viri magni & sufficientes adhiberi debent, *l. non distinguimus, §. de liberali, ff. de recept. arb. l.* 1. *in pr. de ventr. inspic l. ut gradatim, §. si lege, ff. de ventr. insp* Ernest. Cothman. *ad rubr. C. Iustin. nu.* 16. Sapiens Princeps sapiētum lætatur commercio & sapiētia reguntur, qui agunt cum cōsilio, *Prov.* 12. 10. *&* 20. qua de re latius Effern *in Manual. Polit. de Rat. stat. lib.* 3. *punct.* 4.] Neq; imbecillitatis, † sed prudentiæ argumentum est 18
cōsulere alios, & ex plurium suffragiis, quod melius & æquius est statuere. Sicut enim auri bonitas tunc facilè noscitur, cum alteri auro compatatur, aut etiam attritu mutuo affricatur: sic in consiliis, ubi plurium audiuntur sententiæ, optimum quod est cognoscitur, uti *in graviss. Persar. consil. de bell. contr. Graecos suscip. consuluit Artaban apud Herodot.* Indeq; † nō immeritò prudē 19
tes Principes cōsiliarios suos portionem corporis sui dixerunt, *l. quisquis, C. ad L. Iul. Majest. cap. si quis, 6. q* 1 qui Principem decorāt veluti splendor firmamentum cœli, *arg. c. supra specula x. de Magistr.* & radii solares solē *arg. c. multi de pœnit. dist.* 2. Schrad. *de feud. part.* 10 *sect.* 2 *nu* 24 [D. xi autē non unius, † sed multorum audiendas esse 20
sententias. Sæpè. n. accidit, ut prudentes etiā viri labantur & errent in dicendis sententiis, cum nō semper eodē sint animi vigore, quandoq; et a n gratia, vel odio, vel æmulatione quadam impulsi diversum ab aliis dicunt, ceu scribit Philip. Comin. *lib.* 2. *Comment.* addens ibid. Neminem esse hominum, qui non fallatur aliquando, atque ex

affectibus aliquid agat, ideoq; in magno delibe-
rantiũ numero hoc boni est, quod aliqui semper
existunt, qui quod ab aliis peccatum est, emen-
dant atq; sanant, Georg. Acac Enenckel. Baro. *in
Sejano suo cap.3.p.m.*102. ubi ita scribit: Ut nauta
21 † imprudenter agit, qui uni Anchoræ fidit, ita
Princeps, qui uni ministro res ac spes suas com-
mittit. Cui enim innititur? homini, qui mori,
qui labi, qui mille ex causis mutari, aut aliter re-
bus cedere potest. Huc pertinet illud Psalmistæ:
Grosse Leut fehlen auch. Hoc est, filii hominum
sunt vanitas, & si ponderentur in statera, ipsa vani-
tate sunt leviores, *Ps.62.v.10.* Quod & discipu-
lorum Christi exemplo eleganter illustrat Andr.
Osiand. *in not Luc c.18.v.15.gl.d* vid. Christoph.
Forstn. *in Not Polit.ad Corn.Tacit.lib.4.p.*312. Et
22 cavendũ esse Principi, † ne unum aut singularem
aliquem in tanto habeat honore, ut reliqui dissi-
mulare & illius omnia dicta factaq; probare co-
gantur, prudenter monet Claud. Seysel. *de Gall.
republ.lib.1.* In eoq; custodiã dominationis con-
sistere ne unum præ cæteris magnũ faciat, ex Ari-
stot. subjicit Pet. Matth. *in præfat. Sejani, ad Reg.
Gall.* Et periculosum id esse, ex diuturno rerũ usu
compertum scribit Bod. *de repub.lib.3.c.6.* Et non
rarò accidit, ut in quibusdam negotiis, hi, qui mi-
nus ingenio valent, convenientius rei suggerant
consilium, ac nõnunquam verũ evadit illud pro-
verbium: *Quandoq; etiam olitor est opportuna lo-
cutus.* Sunt tamen & occurrũt sæpissimè negotia,
23 † de quibus propter silentii fidem, non nisi cum
paucis & probatioribus cõsultandum, nec expe-
dit à multis ea cognosci ac deliberari, Claud. Sey-
sel. *de Gall. republ. d lib.1.* Consilia namque rerum
arduarũ, quo tectiora, eo majori apud homines
in reverentia & potentia sunt. Ut cuniculi maxi-
mum utiq; in rebus bellicis momentum, detecti
nocent: Ita Principum cõsilia in vulgus edita, &
nõ qua decet religione secretè habita, hostes po-
tiùs quàm illos instruunt. Conso (quem consilio-
rum Deum, & consiliis Romani præsidere, arbi-
trabantur) Romæ, aram fuisse subterraneam, ut
24 significaretur † consilia occulta, & quasi subter-
ranea esse debere, ex Plutarch. notat Joh. Rosin.
antiquitat. Roman. lib.11. Apud Persas, neminem
consiliorum Regiorum participem fuisse, præter
optimates quosdam taciturnos & fidos, apud
quos silentii quoq; Numen colebatur ex Ammi-
an. *lib.21.* refert Forstn. *in Not. Polit. ad Corn. Ta-
cit. lib.2 pag mihi* 165. ubi etiam ex Valer. Maxim.
lib.5.c 4 adducit illud Metelli Macedonici, cui
dicere solenne fuisse se interulam, quæ consilio-
rum suorum conscia foret, corpore direptam in
ignem conjecturum]

Consiliarii † verò à Principe in consilium 25
adhibiti, nec gratiæ, nec adulationi, nec odio
locum relinquere, sed ex fide, justitia, & veritate
consulere debent sine fuco. Unde non ex fide fe-
cerunt Consiliarii Cambysis interrogati ab eo,
num quæ lex sit, quæ sinat volenti matrimonium
cum sorore inire, responderunt: *Nullam quidem
se invenire legem, quæ sinat fratri nubere sororem:
quandam verò se reperire legem, licere Persarum
regi quodlibet*, Herodot. *lib.3.* Et refert Pezel. *in
Mellific. histor part.1.* Talis Consiliarius fuit impi-
us Achitophel, qui Absoloni consuluit ut pellices
paternas pollueret, 2. *Sam.16.v 20. & seq.* [Jo-
nadab, qui Ammoni de incestu cum sorore com-
mittendo non solum assensit, sed & consilium
commodius perpetrandi nefarii criminis suppe-
ditavit, 2. *Sam. cap.13.v.5. ibidemq;* Osiand. *in gl.
A*] quorum ille satis dignas cõsulti sceleris pœ-
nas dedit, & sibi ipsi laqueo vitam finivit, 2. *Sam.
cap.17 v.23.* [Quamvis consilium ejus, quod de-
dit cum esset, cum David & cum Absalon, sic
habitum fuerit, quasi quis Deum consuleret,
2. *Sam.16.v.22. & 23.*] Tales etiam hodie pluri-
mi reperiuntur, † qui à Principibus consulti, 26
magis *Placentiam* versus quàm *Veronam* iter di-
rigunt. [Horũ ratio est: *Placebo Domino*, Matth.
de Afflict. *decis.321. in fin.* Cui congruit illud
Harpagi: *mihi placet, quicquid Rex facit.* Et de
Anaxarcho Consiliario Alexandri Magni refer-
tur: *Omne quod à Rege suscipitur concessum & ju-
stum esse*, Osiand. 2. *Sam.13 v.5. gloss A* Hi potius
loquuntur cum fortuna, quàm pro salute Princi-
pis, Corn. Tacit. *lib.17. annal.* inde tamen mise-
rior & non felicior efficitur Principum conditio,
juxta illud Owéni:

Dum non vult alter, timet alter dicere verum
Regibus: ô miserum Regis in orbe statum.

*lib.2.epigram.*132. Audivi aliquãdo quendam di-
xisse: *Consiliarium agere, esse divinare quid Prin-
ceps velit.* Idque forte ad imitationem cocorum,
juxta illud Martialis:

— cocus Domini debet habere gulam.

Hoc autem modo † assequi aliquis posset ad 27
tempus principis gratiam: minimè tamen puram
& immaculatam conservare cõscientiam: Ter-
restres Deos faventes, cœlestem verò iratum
redde-

reddere. In horum autem cogitationes non veniat anima mea, & in consilia eorum non cadant præcordia mea, inquit Psalmista. Integritas verò & rectitudo custodiant me, Idem, *Psal. 25. v. pen.* Hæc sit gloriatio nostra, testimonium conscientiæ nostræ in simplicitate & synceritate Dei, 2. *ad*
28 *Cor. 1. v. 12.*] Illi autem adulatores norint, † quod quisquis metu alicujus potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocet, quia magis timet homines quàm creatorem, August. *Epist. 86. ad Casul* Hyppol. *in Consiliar. p. 275.* [Et quod viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, *Psal 55. v. ult.*]

29 Sicut autem † Consiliarii sincerè & candidè consulere debent, ita etiam Principes bona consilia perpendere & benignè audire debent, aliter atque fecit Xerxes, qui in consultatione de suscipiendo bello contra Græcos, convocavit quidem Asiæ Principes, sed tamen comparentes importuna auctoritate increpavit, dicens: *Ne viderer meo tantum usus esse consilio, vos contraxi: Cæterùm mementote parendum magis vobis quàm suadendum.* Valer. Maxim. *lib. 9 cap. 5.* [Acac. Enenckel. *in Sejano seu, c. 3. p. 104.*] qui tamen contempti consilii pœnas postea satis dignas dedit, Justin. *lib. 2. histor.* Sic Rehobeam, qui bona seniorum consilia contempsit regno deje-
30 ctus fuit, 2. *Chron.* 10. [Holofernes † prudens & verum consilium Achioris, Capitanei sui contempsit, eumq; propterea in manus Judæorum remisit, ut unà cum ipsis in expugnatione per gladium caderet, *in lib. Judith. cap. 5 & 6* Cujus postea pœnas, capitis amissione, persolvit, *ibid.* Idem accidisse Carolo Burgundiæ Duci, quod repudiatis consiliis prosui unius arbitrio omnia gerens, tandem in vitæ discrimen adductus, occisus & gravissimum vulnus, populo provinciisque suis inflixerit, testatur Phil. Comin. *lib. 2.*
31 *Comment. p. m. 325.* Et certè ita est, † ut quorum Deus constituit mutare statum & fortunam, illorum corrumpit consilia, Vellej. Patercul. *lib. 2. histor. Rom.* Eoq; pertinet comminatio Jehovæ apud Prophetam, de auferendo consilio à senioribus, *Ezech. 7. v. 26.*] Vid. 2. *Chronic* 22. ubi Propheta ad Regem Amaziam postquam bonum ejus consilium contempsisset dixit: **Ich sehe wol / daß GOtt sich berahten hat / dich zu verderben** / v. 16. Plura de Consil. & Consiliar. qui scire desiderat, adeat inter alios Hyppolit. à Collib. *tract. de Consiliario, &* Setser. *in disput. de Consil. & Consiliar. quæ extat apud* Arum. *in jur. publ. discurs. 32.* Et tantum de præcipuis imperantium ornamentis: reliqua sub generali justitiæ regula comprehensa sunto.

CAPUT V.

DE IUSTITIA SUBDITIS ÆQUABILITER ADMINISTRANDI.

SUMMARIA.

1. *A Principibus & Magistratu subditis justitia administranda. Quæ administratio magnam Regibus & Principibus conciliat autoritatem.*
2. *Iustitia inter præcipua Regni Kleinodia refertur.*
3. *Iustitia in personis subditorum spectata duplex.*
4. *Distributiva justitia in quibus consistat?*
5. *Hæc in personis medietas similis est proportioni Geometricæ, &c.*
6. *Iustitia, & justitiæ minister suum cuiq; sine personarum respectu tribuere debeat.*
7. *Æqualitas, & æquabilitas quomodo inter se differant?*
8. *Commutativa justitia quid?*
9. *Vt in justitia distributiva non rerum, sed personarum: Ita in justitia commutativa non personarum, sed rerum habenda est ratio.*
10. *Difficile imò impossibile est, pacem in Republ. conservari, ubi justitia æqualiter non administratur. Æqualitas altrix & nutricia pacis.*

AD Principis † & Magistratus officium per- 1
tinet, ut non solum ipsi justè vivant, sed etiam subditis justitiam administrent, ad quod potissimum constituti sunt, *Sapient. 6.* [Ejusque administratio magnam Regibus & Principibus auctoritatem conciliat, inquit Claud. Seysel. *de reb. Gall. lib. 1.* Quicunque enim regno vel principatu aliquo funguntur, eo ipso debitores sunt justitiæ, per tradita à Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss 5 num. 64.* Cacheran. *decis. Pedemont. 26. sub nu. 6* Nec debent difficilem facere ejus assecutionem, inquit And. de Isern. *de prohibit. Feud. alien. per Lothar.* Matth. de Afflict. *decis. 265. nu. 79. & seq.* Hinc Salomon, Rex justus, inquit, erigit terram, & qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur, Pro-

2 *Proverb. c. 9.* Quamobrem non immeritò † justitia inter præcipua Regni refertur Kleinodia, *in Recessu imperii, de Anno 1567. §. Wiewol wir in fin.* verbis: **Die Justitia, als das einige grösseste Kleinod im Reich** vid. etiam Joh. Azori. *Instit. Moral. lib. 11. c. 5. qua virtutes Reges deceat, part. 2.*
3 *fol. 1354*] Justitia † quæ in subditorum personis spectatur, est vel distributiva, commutativa, di-
4 stributiva † cōsistit in ordinatione personarum, officiorum, præmiorum, pœnarum, pro cujusq;
5 merito, conditione & respectu. Hæc † in personis medietas, similis est proportioni Geometricæ, quæ nō tantum quid facto debeatur, sed quid congruat in distribuendis officiis, tam personæ, quàm muneri: inq; infligendis pœnis ratio expendatur tam ejus, qui deliquit, quàm in quem delictum commissum est.

6 Etsi enim neq; justitia, † neq; justitiæ minister personā respicere, sed suum cuiq; sine *προσωποληψίᾳ* tribuere debet, *Deuter. 16. v. 19. Iac. 2. v. 1.* tamen salva justitia, salvoq; iure in distribuendis pœnis, præmiis, officiis, & adhibēda fide, legalitatis & personarum habenda ratio, Ernest. Cothm. *4. consil. 2. n. 42.* Cum enim personarū dignitates, ingenia, voluntates, ætates, dicta & facta inæqualia sint, iis æqualia tribui nō possunt, ut valere possit, illud Comici *in Adelph. act. 5. Scen. 3.*

Duo cum faciunt idem non est idem,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
Non quod dissimilis res sit, sed is qui facit.

7 Huc pertinet distinctio † à Politicis recepta, inter æqualitatem & æquabilitatem. Hæc inter omnes omninò servanda, illa non item. Est autem æquabilitas, cum cuilibet pro dignitatis & ordinis sui ratione, & differentia, honos & jus redditur, præmia & dignitates conferuntur, pœnæ infliguntur. Æqualitas verò est, quando æqualiter omnia jura inter omnes sine personarum cōsideratione redduntur, quod rectè ad commutativam justitiam, malè autem ad distributivam refertur.

8 Est autem commutativa † justitia, quæ in cōmutatione rerum cæterisq; contractibus, servat æqualitatem inter omnes, proportione Arithmetica, VVesenb. *in parat. ff. de just. & jur.* Itaq; sicut
9 in justitia distributiva † hanc observamus maximam, *quod in ea nō rerum, sed personarum habenda sit ratio: Ita in justitia commutativa, non personarum, sed rerum duntaxat habetur ratio.* Sicut autem in hac non attenditur personarum ratio, ita nec religionis attendi debet diversitas, **R. A. zu Speyer**/de Anno 1542. §. **Und als das Cammergericht**/ ibi: **Damit im H. Reich männiglich ungeacht der Religion der sey / ein gleich unpartheyisch Recht erfolgt und mitgetheilet werde** / & difficile imò impossibile est, † pacē in Republ. conservari, ubi 10 justitia æqualiter non administratur, **R. A. zu Speyer**/de An. 1570. §. **Weiter/nach dē auch**/ ibi: **Bey allen Regimenten die tägliche Erfarung beweiset/wie beschwerlich / oder vielmehr unmüglich es sey / beständig friedlich Wesen zuerhalten / da kein fürderlich gleichmässig Recht einem jeden administriert und vollnzogen wird** [Est enim ut proverbio fertur, æqualitas, altrix & nutricia pacis, **Gleichheit erhelt Fried und Einigkeit.**]

CAPUT VI.
DE BONORUM DEFENSIONE, *malorum coercitione.*

SUMMARIA.

1. Principum & gubernatorum officio incumbit, ut boni à malorum insultatione defendantur, vitia extirpentur, & tota provincia malis hominibus purgetur.

2. Non possunt ædificari bona, nisi priùs destruantur mala. Quos ad vita decora domestica laudis exempla non provocant, correctionis saltem medicina compellat.

3. Delictorum punitio, iniquitatis & malorum est medicina. Indeq; qui parcit malo, intelligitur nocere bono.

4. Non solū delicta coërcenda, & putrida membra resecanda, sed etiam vitiorum radices præcidenda, fomenta malorum opprimenda, & occasio delinquentibus prarip enda.

5. Ab educatione juventutis totius humanæ vitæ, ac Republ. benè instituenda momenta pendere videntur.

6. Bonā juventutis educatione vitiorum fibræ evelluntur, ac virtutum semina substituuntur.

7. In Republ. Rom. olim censores constituebantur, & quodnam eorum officium?

8. Censorum judicium & nota non infamiam, sed ruborem notatis adferebat.

9. Removenda è medio sunt ea omnia, quibus cives à labore ad luxū, à vita integritate ad levitatem avocantur, &c.

1. Vt boni à malorum impetitione, ita etiam teneriores à potentiorum oppressione per Principes, & gubernatores liberandi sunt.

Non

1 NOn satis est ut Principes † & gubernato-
res Reipublicæ vitæ integritate & legum
auctoritate præeant subditis, sed vel maxime eo-
rum officio incumbit, ut boni à malorum insul-
tatione, direptionibus & persecutionibus de-
fendantur, vitia extirpentur & tota provincia
malis hominibus purgetur, *fac. text. in l. congruit,
13. ff. de offic præsid.* Purgabitur autem respublica
malis hominibus, si per legitimos tramites calu-
mniantium & malignantium iniquitates expel-
lantur, *text. in pr. proœm. instit.* legitimis pœnis
coërceantur & funditus eradicentur quoties
grassantibus nimirum delictis exemplo opus est,
l. 16. in fin. ff. de pœn. R. A. de An. 1555. §. Wiewol
nun auff vorigem Reichstage/ ... : Damit also die Unru-
higen Abscheu hetten / den den gemeinen Frieden zubetrü-
ben/ und die Gehorsamen einen Trost wissten/ wann sie ver-
gewältiget werden wollen / R. A. de An. 1567. Als wir
2 dann ferner. Non enim possumus ædificare † bona
nisi prius destruxerimus mala, confer Anton. de
Guevert. *in Horolog. Princip. lib. 3. cap. 6. nu.* 472.
Hinc Plautus perbellè in Milite scribit: Facile
est imperium in bonos, ob improbos tamen fa-
cinorososq; homines solo pœnæ metu in officio
mansuros, Magistratus munus esse necessarium
in civitate, Petr Royz. *decis. Lituan. 4. num.* 137.
Quos enim ad vitæ decora domesticæ laudis ex-
empla non provocant, correctionis saltem Me-
dicina compellat, *l. un. C. de emend. propinq.* Est
3 enim delictorum † punitio iniquitatis & malo-
rum medicina, Luc. de Pen. *in l. omnes, C. de anno.
& tribu.* & dare pœnas proximi mali evitatio est,
Prosp. Farinac. *in pract. crim. q. 17. num 3.* Indeque
qui parcit malo, intelligitur nocere bono. Am-
bros. *1. offic.* [Confer Willhelm. Ferdinand. ab Ef-
fern. *in Manual. Politic. lib 3. punct.* 8.]

4 Purgabitur † etiam Respublica malis homini-
bus non solùm delictorum coërcitione & putri-
dorum membrorum resecatione, sed etiam vel
maximè si vitiorum radices præcidantur, fomen-
ta malorum opprimantur, & occasio delinquen-
tibus præripiatur. Hoc autem maximè fiet si Prin-
cipes & gubernatores & Reipublicæ non solùm
publicæ sed etiam privatæ vitæ rationem institu-
ant, ut quisque civium habeat sua negotia, qui-
bus à malo publico detineatur, abstineat à pravis
artibus, malisque libidinibus, studeatque probi-
tati atque industriæ, Salust. *ad Cæsar.*

5 Cum etiam ab educatione † juventutis, toti-
us humanæ vitæ ac Reipublicæ bene instituen-
dæ momenta pendere videantur, ut sapienter est
à Platone ex Lycurgi sententia dictum refert Bo-
din. *6 de Republic. c. 1. p. 986. in fin.* maxima etiam
ejus habenda ratio. Siquidem per bonam juven-
tutis educationem † vitiorum connatorum fi- 6
bræ evelluntur, ac virtutum semina substituun-
tur, & qui alioquin Reipublicæ turbatores exi-
sterent, bonæ educationis beneficio ejusdem cu-
ratores fiunt. Hinc in Republica olim Romana
Censores † constituebantur, quorum non so- 7
lum in censu habendo, sed etiam morum præfe-
ctura & animadversione in singulorum vitam
negotia, studia, disciplinam Oeconomicam &
similium occupabatur officium, itaque hi sena-
tum legebant, indignos amovebant: si quis ple-
bejus oscitanter vel malè viveret, agrum sineret
sordescere, eumque segniter curaret, vineas ar-
boresque suas haberet derelictui, impunè id non
ferebat, Gell. *lib. 4. c. ult.*

Censorum judicium † & nota, non quidem 8
infamiam, sed ruborem afferebat, notatis, ut
not. M. Tull. *apud Non.* Gothofred. *ad l. 2. C. de
reb. cred.* ne videlicet aliquis inauditus de existi-
matione & fama periclitaretur, notam quidem
censores habuerunt non judicationem, inquit
Bodin. *6. de Repub. d. c. 1. p. 991.*

Removenda † etiam è medio omnia ea sunt, 9
quibus cives à labore ad luxum, à vitæ integri-
tate ad levitatem avocantur, qualia sunt ludi-
cra histrionum exercitia, impudica vel inania
spectacula, theatra, quæ sunt turpitudinis vitio-
rumque omnium sentina & schola, in quibus
non solum molles & teneri puerorum animi la-
befactantur, sed etiam castiorum fœminarum
pudicitia sæpissimè pertentatur, Confer Bodin.
d. c. 1. p. 987.

Sicut autem bonos † à malorum impetitio- 10
ne, ita etiam tenuiores à potentiorum oppres-
sione Principes & gubernatores Reipubl. libera-
re debent, *Esaia 1. v. 17. Ierem* 22. *v.* 3. 1. *Reg.* 23.
5. Cacheran. *decis.* 30. *num.* 13 *fac. text. in l. illicie-
tas. §. ne potentiores, ff. de offic. Præsid.* & ne quis
potestate vel jurisdictione sua cum alterius damno
abutatur, *§. ult. & ibi Dd. instit. de his qui sunt
sui vel alieni jur.* Alber. *in l. remendata,
C. Mandat. num.* 1. Gell. 1. *obser-
vat.* 17. *n.* 5.

***

CAPUT VII.

DE OTIOSORUM ET MENDICANtium remediis, & domibus disciplinaribus vulgò Zuchthäusern.

SUMMARIA.

1. *Otiosi homines in Republ. benè constitutâ non sunt tolerandi, hi enim nihil agendo malè agere discunt.*

2. *Amasis Ægyptiorum Regis lege extremo supplicio afficiebantur illi, qui quotannis apud Nomarchen non profiterentur, unde viverent, aut genus vitæ non approbarent.*

3. *In Belgio, aliisq; civitatibus constituta sunt domus disciplinares, vulgò* Zuchthäuser. *Et qui in eas detrudantur.*

4. *Hoc modo sublato otio, flagitiorum radices circumciduntur, petulantia fibra evelluntur, & virtutum semina substituuntur.*

5. *Hac disciplinâ consulitur Reipubl. authoritati parentum, honestati familiarum, ipsisq; otiosis, & malitiosis.*

6. *Utile esset in quavis provincia, civitate, & Republic. ejusmodi domus disciplinares erigere, & conservare.*

7. *Ob hoc coercendi regimen laudatur Amstelrodamum, Nobile Belgiæ Emporium, & Bremensis Civitas.*

8. *Otii & desidiæ comes est paupertas, cui adsinis mendicitas, summum Reipubl malum.*

9. *Non tolerandum, ut validi & robusti mendicantes aliorum labore, & sudore vivant.*

10. *Debiles & infirmi in Xenodochiis communi, & publico sumptu detinendi.*

11. *Tenor Constitutionis à Carolo V. Imp. hac de re in Comitiis Augustanis Anno 1548. promulgata, postea à Rudolpho II Imp. repetita.*

12. *Constitutio imperii de exsugentibus rusticos sub prætextu militiæ, ab iisq; victum colligentibus, vulgò* Gardenden Knechten.

13. *Pessima hominum colluvies Cingari, vulgò* Zigeuner/ *&c Plerunq; exploratores, & proditores sunt. Tenor Constitutionis de iisdem.*

1 OTiosi homines † in Republica benè constituta non sunt tolerandi, hi enim nihil agendo malè agere discunt, [*Ecclesi. cap. 33. v. 29.* maximè si undè vivant non habent, tunc enim faeilè ad quærendum malis artibus victum propediem prosiliunt, in horum itaq; vitam & mores Magistratus diligenter inquiret, utq; ad meliorem frugem redeant monebit, & si monitis locum relinquere recusent, severitate cohibebit. [Hae de re latè agit Lather. *de cens. lib. 3. cap. 19. n. 7. & mult. seqq.*]

Amasis Ægyptiorum Rex legem tulisse fertur, † ut singuli quotannis apud Nomarchen, 2 hoc est, cujusque præfecturæ Præsidem profiterentur unde viverent: Qui autem hoc non facerent, aut genus vitæ Præsidi approbare non posset huic pœna extremum supplicium esset. Herodot. *in Euterp.* [refert Hering. *de Fideiuss. cap. 7. n.* 214. Schonborn. 3. *Polit. cap.* 14. Nimis severus tamen hic est modus procedendi, magis ad extirpationem, quàm ad emendationem otiosorum tendens.]

Magis accommodata & humanior est quarũdam Rerumpublicarum moderna correctio, † in 3 Belgio, aliisq; civitatibus recepta, ubi constitutæ sunt domus disciplinares vulgò Zuchthäuser in quas otiosi, culpatæ conversationis, & desperatæ penè emendationis homines, cujusvis ætatis & sexus detruduntur, & ad labores cujusque ingenio, ætati & viribus convenientes arctantur, ita ut si debitum laboris pensum præfixo tempore non perficiant, non solum cibariorum tenuitate, verum etiam fustibus, virgis & corporis cruciatu ad id compelluntur. Hoc enim modo sublato † otio, omnium malorum fomite, non 4 solum flagitiorum radices circumciduntur, verum etiam petulantiæ fibræ evelluntur, stirpes eliduntur, & virtutis semina substituuntur. Quare non prius ejusmodi farinæ homines exinde dimitti solent, quàm signa emendatioris vitæ exhibeant, & unde honestè vivere possint, addiscant.

Hac disciplina † consulitur Reipublicæ, au- 5 ctoritati parentum, honestati familiarum, & ipsis otiosis & malitiosis, qui hoc modo ad saniorem frugem disciplina & labore reducuntur, ne se ipsos & alios in vitæ & existimationis periculum coniiciant, & extremæ calamitatis barathrum præcipitent. Hujus rei vestigia antiquissima in sacris animadverti literis, *Iob. 36. v. 8. 9.* 10. 11. 12. Et admodum utile esse † in quavis pro- 6 vincia, civitate & Republica, ad coërcitionem & terrorem petulantium, otiosorum & lasciviențium ejusmodi domus disciplinares erigere & con-

conservare [Eatumque metu, paucissimi invenirentur in trivio mendicantes validi, otiosi, prodigi, & id genus inutilia terræ pondera, Confer Besold. *de arar. publ. c. 3. concl. 13.*]

Hoc coërcendi regimine laudatur Amstero-
7 damum, † Nobile Belgiæ Emporium, ad cujus imitationem Bremensis civitas, non ita pridem magnis sumptibus ejusmodi domum ad salutarem Reipublicæ disciplinam, erexit, cujus beneficio multa præcocia ingenia terrentur & emendantur. Extat ibidem columna in media atea quę ferè ab omnibus conspicitur, in qua depictę sunt senticæ, virgæ, fustes, Ursi & Leones, hoc addito emblemate: **Kan man doch Löwen vnd Beeren zähmen: Solte man dann die muthwilligen Buben auch nicht zwingen.**

8 Otii † & desidiæ Comes est paupertas, cui adfinis mendicitas summum Reipublicæ malum, quæ & otiosos homines facit, & scelerum genus omne secum invehit, fovet & alit, ideoque in Republica benè constituta minimè toleranda, *Deuter. 15. v. 4. 5. 6.* [Et otiosis pigrisque ventribus, Paulus Apostolus victum denegat, dicens qui non vult operari, nec manducet, *2. ad Thessal. 3.*
9 *vers. 10.*] Non enim tolerandum, † ut validi isti & robusti mendicantes aliorum labore & sudore vivant, *l. un. C. l. de Mendicant. valid. & ibi* Luc. de Penn. *&* Azo. *in summ num* 1. Ideoq; ne mendicitas promiscuè admittatur cum pernicie Reipublicæ, in singulis exploranda integritas corporum & robur annorum, *d. l. unic.* Debiles
10 autem † & infirmos præstat in Xenodochiis cōmuni vel publico sumptu detinere, quàm ostiatim per plateas victum quærendi permittere. [Vid. Frideric. Balduin. *de casib. conscient. lib. 4. c. 4. casu 9.* ubi tractat quæstionem an mendicantes sint in honesto vitæ genere ac propterea in Rep. tolerandi? Et de validis ac robustis mendicantibus omninò negat.]

11 Utilissima † in novissimis imperii constitutionibus hac de re extat Lex à Carolo V. Imperat in Comitiis Augustanis promulgata de Anno 1548. quæ postea à Rudolpho II. Imperat. repetita **Policey Ordnung zu Franckfurt.** [illegible] Anno [illegible] 57 [illegible] von Bettern vnd Müssiggängern / [illegible]: Wir wollen auch daß eine jede Obrigkeit der Better vnd anderer Müssiggänger halben ein ernstliches Einsehen thue [illegible] damit niemands zu betten gestattet werde / der nit mit Schwachheit oder Gebrechen seines Leibs beladen / vnd dessen nicht nothtürfftig sey: Item daß auch der Bettler Kinder / so sie jhr Brod zuverdienen geschicket seyn / von jnen genommen vnd zu den Handwercken / od sonsten zu Diensten geweiset werden / damit sie nit für vnd für dem Bettel anhangen. Item daß auch die Obrigkeit Versehung thue / daß ein jede Statt vñ Commun jhre Armen selbst ernehre vñ vnterhalte / vnd den frembden nicht gestatte an einem jeglichen Ort im Reich zu betteln / vnd so darüber solche starcke Bettler befunden / sollē dieselbige vermöge der Rechten / oder sonsten gebührlich gestraffet werden / andern zum Abschew vn Exempel: Es were dann Sache / daß ein jede Statt oder Ampt also mit vielen Armen beladen / daß sie der Ort nicht möchten ernehret werden / so soll die Oberkeit dieselben Armen mit einem brieffliechen Schein vnd Vrkund / in ein ander Ampt zubiforbern macht haben.

Item eine jede Oberkeit soll auch an Orten / da Spittäl sind / daran vnd darob seyn / dz solche Spittäl fleissig erhaltē vnd gehandhabt / der Verwalter oder Spittalmeister Rechnungen jährlich abgehöret / auch die Spittäl auffs wenigste im Jahr einmal von der Oberkeit visitirt / vnd jre Nutzung vnd Gefällen zu keinen andern Sachen / dañ allein zu Vnterhaltung der notdürfftigen Armen / vñ zu gütlichen barmhertzigen Sachen gekehret vñ gebraucht werden. Hæc constitutio si adhuc hodie in viridi observantia posita vigeret, multis Reip. malis obviam iretur.

Hisce † non absimiles sunt illi qui sub prætextu militiæ rusticos exsugunt & ab iis stipendium vel victum colligūt vel invitis extorquent vulgò **Gardende Knechte** / de quibus extat constitutio [illegible] R. A. zu Augspurg / [illegible] Anno 1555. Vnd damit angeregte Vergarderung / Versamblung / Auffwickelung / vnd zusammen lauffen der Knechte desto stattlicher vorkommen / vnd ehe sie sich häuffen / jhr nachtheiliger Fürsatz mit weniger Beschwerde gebrochen / so sollen alle vnnd jede Stände in jren Fürstenthumben / Graffschafften / Herrschafften / Oberkeiten vnd Gebieten / mit allem fleiß bestellen vnd durch jre Amptleute vnd befelchhaber acht nehmen / wo einer oder mehr solcher Gardenden Knechte / in einiges Kreyß Stände / Obrigkeit vnd Gebieten / auff der Garde betretten würde / vnd vber das Garden sonst weiter nichts mißhandelt oder verschuldet hette / daß der oder dieselbe durch jeder Stände vnnd Herrschafft / Obrigkeit vnd Gebieth deß Kreyß darinn er oder sie mit dem Garden betretten / sich deß Garden nit zu gebrauchen / mit der angehengtē Bedräwung / wo er oder sie darüber in eins oder deß andern solcher Kreyß / Obrigkeiten vnd Gebiethen / mit dem Garden weiter betretten / dz der oder sie alsdann gefänglich angenommen / in dz nechst ordentlich Gericht geführet / vnd gegen jhm oder inen als Meineydigen gehandelt werden soll. Würde sich aber bey einem oder mehr befinden / dz sie jemād mit Gewalt dz sein abgedrungen / oder in andere wege wider den Landfrieden vergewältiget hetten / daß dieselbige als offentliche Landfriedbrecher vnd Nothtränger / vermög gemeiner Rechten / deß Reichs Constitutionen vnd Ordnungen gestraffet werden. 12

Hæc constitutio reperitur *in d. ordin. Politic. Francof. de An. 1577. sub tit. 7.* **von den Herrnlosen vnd Garden Knechten / rc.**

Pessima etiam vagatur in Germania hominū colluvies † qui Cingari vulgò **Zügeuner** vocantur. Hi furtis, rapinis, mendicationibus ac Chyromantica divinatione vitam suam tole- 13

tant,

rant, Schonborner. 3. *Politic.c.16.* Hic cum plerumq; sint exploratores & proditores, qui Germanorum consilia & negotia Turcis aliisq; hostibus produnt, nulla in imperio securitate gaudent & impunè à quovis offendi possunt, *d. ordinat. Politic. Francof. de Anno 1576. sub tit.* 28 **von den Zigeunern** cujus constitutionis verba ita habent. Der jenigen halber so sich Zigeuner nennen / vnd hin vnd her in den Landen ziehen / gebieten wir allen Churfürsten/Fürsten vnd Ständen/bey den Pflichten/damit sie dem H. Reich verwand/ ernstlich / vnd wöllen/dz sie hinfüro dieselben Zigeuner(nach dem man glaublich Anzeig hat/dz sie Erfahrer/Verräther vñ Außspäher seyn/vnnd die Christen Land dem Türcken vnnd andern der Christen Feinden verkundschafften)in vnd durch ir Land nit ziehen/handlen noch wandeln lassen/ noch ihnen dessen Sicherheit vnd Geleyd/ auch kein Paßport gebē/ da auch die Zigeuner einige Paßport erlangt hetten/od' nochmals erlangen würden/dieselbige wollen wir hiemit cassirt / vernichtet vnd auffgehoben haben. Meinen vnd wollen auch / daß sich die Zigeuner deß nechsten auß den Landen Teutscher Nation thun / sich der entäussern/vnd darinn nit finden lassen / dann wo sie betretten/vnnd jemands mit der That gegen ihnen handeln oder fürnehmen würde / der soll daran nit gefrevelt noch vnrecht gethan haben.

CAPUT VIII.

DE POENIS EARUMQUE VARIIS *generibus, temperamento & remissione.*

SUMMARIA.

1. *Hesiodus in Ergis tria hominum genera enumerat, & quænam?*

2. *Reipub. tranquillitas & quies conservari non potest, nisi pessimi homines pœnarum metu ad saniorem frugem reducantur, vel pro delicti qualitate è medio tollantur.*

3. *Vbi severa nulla iudicia exercentur, etiam bona ingenia corrumpuntur. Respub. duabus rebus continetur, pœnis, ac præmiis.*

4. *Delictorum varia sunt genera, unumq; altero gravius, ideoq; varia quoq; pœnæ in jure divino constituta.*

5. *De jure civili pœnæ sunt corporales, vel non corporales. Et illæ rursus capitales, vel non.*

6. *Capitalis pœna, tribus modis accipitur, &c.*

7. *Non capitales pœnæ quæ sint?*

8. *Pœna auris abscissionis quare introducta?*

9. *Pœna stigmatis in facie inurendi etiam hodiè in quibusdam locis usurpatur. Ejusq; Ratio, quia facies hominis facta sit ad instar divinæ imaginis.*

10. *Ratio ista decidendi congrua non videtur, imago enim Dei non in facie & forma hominis externa, sed in justitia, & sanctitate veritatis consistit.*

11. *Per imaginem Dei quid denotetur?*

12. *Nihil putabant primi homines velandum, quia nihil sentiebant refrænandum.*

13. *Imago Dei non externum, sed internum hominem respicit, ideoq; Homo ad imaginem Dei factus dicitur secundum interiorem hominem.*

14. *Vera imaginis Dei ratio nec in anima rationalis substantia, nec in corporis structura & facie subsistit.*

15 *Exilij pœnâ Christiano Magistratui uti licet Hacq; in V. T. usurpata fuit.*

16. *Pravi humores & putrida membra removeri, & abiici sanius est, quàm ut retenta totum corpus perturbent.*

17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. *Rationes demonstrantes, non conducere Reip. hoc pœnæ genere uti.*

24. *Cautela & modus hujus pœnæ à Petro Martyre subiicitur.*

25. *Hodiè optimus relegandi modus, & Reipubl. utilis ad fines imperii & loca periculosa, ut cum Turca & hostibus imperii depugnent facinorosi.*

26. *Apud Romanos exilium triplex erat.*

27. *Exilii appellatio in iure nosto civili propriè deportationem innuit, etiam non rarò pro relegatione usurpatur.*

28. *Relegatio & deportatio quomodo differant?*

29. *Relegatio ex causis capitalibus, famosis & publicis imposita infamat, ex aliis levioribus criminibus non item.*

30. *Relegationem simpliciter sine temporis præfinitione factam, non de perpetua intelligendam, sed ad certum tempus, puta decennii restringendam esse, mitior & benignior est sententia.*

31. *Pœnarum inflictio ex justitia distributiva canone, proportione geometricâ æstimanda, & temperanda. Vnde personarum, rerum, ac factorum circumstantia diligenter perpendenda.*

32. *Iure civili in eodem delicti genere graviter puniuntur alii, alii mitius.*

33. *Ebrii delinquentes non levius sed gravius Sobriis puniendi videntur.* 34. 1. *Ratio. Ebrietas tanquam grave peccatum, omniumq; malorum fomes jure divino prohibetur.* 35. 2. *Ebrietas dicitur voluntaria quadam insania.* 36. 3. *Lege imperii prohibetur, & severè puniri jubetur. Verba cōstitutionis.* 37. 4. *Novissimis imperii constitionibus expressè cautum reperitur, ebrios eâdem pœnâ puniendos, quâ sobrios.* 38. 5. *Vbi major culpa, major pœna esse,*

esse debet, ne ex improbitate sua aliquis vel impunitatem, vel delicti mitigationem expectet.

39. *Rationes, ebrios levius quàm sobrii puniẽdos evincens. 1. Maleficia æstimanda & distinguenda ex voluntate, & proposito delinquentis. Ebrius furioso comparatur.*

40. 2. *Ebrietas inducit mentis exilium, rationis deliquium, voluntatis impetum.*

41. 3. *Ebrii comparantur ignorantibus.* 42. *Culpâ non caret, qui largius merum hausit, & ebrietatem non cavit.*

43. *Posterior sententia limitatur. 1. distinguendo inter ebrium & ebriosum, ebrietatẽ, & ebriositatẽ.*

44. *Ebrio tantum quatuor pocula porriguntur, ebrioso plura.*

45. *Ratio illa, voluntatem, consilium, & propositum delinquendi in delictu maximè spectandum, etiam in ebrioso militat.*

46. 2. *Limitatur distinguendo inter ebrietatem magnam, mentis exilium inducẽtem, & inter ebrietatem levem.*

47. *Consideratur & hac circumstantia à Dd. in delicto ab ebrio commisso, an ne sit solitus in ebrietate delinquere. & c Ebrietas affectata delusa est.*

48. *Respondetur ad argumenta prioris sententia. Ad 1. & 3.*

49. *Ad 2. Ebrii voluntatis deliquium, & rationis patiuntur extasin.*

50. *In delicto ab ebrio commisso tres spectandi actus seu eventus, ipsa potatio, ipsa ebrietas, & ipsum delictum ebrietate commissum.*

51. *Ad 4. Vbi majus versatur præjudicium, ibi cautiùs agendum, & severiùs transgressores puniendi.*

52. *Ad 5. Vnus dolus multo deterior, quàm plures culpa. Semper in delictis dolus culpæ præponderat, eaq; est gravior.*

53. *Puniendus est ebrius propter delictum commissum in ebrietate, non tamen de ipso delicto, sed de illa ebrietate.*

54. *Ebrietas quidem non puniretur per se, accedente tamen delicto in ebrietate, quod eam aggravat, puniri solet.*

55. *Vtile Reipubl. esset, si propter ebrietatem punirentur ebrii.*

56. *In Germania frequens est perniciosum ebrietatis vitium.*

57. *Et radices egit pravus mos bibendi, usq; adeò, ut vix unquam extirpari poterit. Invaluitq; in tantum, ut modò non vitio, sed honori tribuatur.*

58. *Saxones agrè admodum cederent Francis in bibendi arte. Nihil infelicius felicitate peccantium.*

59. *Strenuis potatoribus à Iehova cum gemina- to va, pœna geminatio, & extrema calamitas denunciatur.*

60. *Pessimus in Germania mos sub sanitatis prætextu ad ebrietatem, & aquales haustus urgendi.*

61. *Animalia bruta ad bibendum vel comedendum supra natura desiderium, ne verberibus quidem adigi possunt.*

62. *Per haustus istos sanitatis multorum sanitas in periculum adducta, vel planè eversa est.*

63. *Quare populi versus septentrionem sitiproniores sint ad ebrietatis vitium?*

64. *De pœnis ex variis circumstantiis, & causarum figuris temperandis remissivè.*

65. *Principes pœnas delictorum non solum temperare, sed etiam planè remittere possunt.*

66. *Magistratui, ut ministro Dei, & vindici in malum, incumbit, ut scelera ulciscatur. Duo divina lumina mundum gubernant, præmium & pœna.*

67. *Principes sint proni ad lenitatem, & clementiam, quantum fert bonum publicum, & justitia præscriptum.*

68. *Nimia lenitas peccandi occasionem præbet. Summa perhibetur pietas in delinquentes sævire. Impunitas delicti incensivum est delinquendi.*

69. *Delicta post impunitatem commissa, ab ipso Magistratu veniam dante commissa videntur.*

70. *Non facilè secundum desperat effugium, qui laqueum prioris criminis evasit.*

71. *Magistratus auferat malum è medio populi. Iustitia Dei nescit patrocinium dare criminibus.*

72. *Circa pœnas ex lege divina morali descẽdentes, nulla Magistratui, etiam summo dispensatio conceditur. Secus in pœnis ex lege civili descendentibus.*

73. *Magistratus propter quadam delicta, ad publici potius laboris onera, quàm capitaliter condemnare potest.*

COmmodissimum admodum est apud Hesiodum in Ergis exemplum, cum tria hominum genera † enumerat, quorum alii singulari natura præditi, rerum omnium absque ductore honesta sequuntur: Sequens genus eorum est, qui per se quidem magnum & honestum non moliuntur, ultrò tamen optimis quibusque sapientum & superiorum præceptis se accommodant, dictoque audientes sunt: Tertium genus est ignavissimorum atque adeò improbissimorum, qui neque 1

sententia, quæ interiorem hominem renovari imagine Dei declarat, secundum imaginem illius, qui creavit illum. Unde colligere prom-
14 ptum est, † veram imaginis Dei rationem, nec in animæ rationalis substantia nec in corporis structura aut facie subsistere, quia eam etiam in non renatis reperire licet, idem Zeæman. *cap.* 2. *artic.* 3]

15 De exilii pœna † paulò latius disserendum proposui, & quidem 1. num talis in Republ. Christiana tolerari debeat. 2. Num conducat iste puniendi modus. Licere verò Christianis Magistratibus hoc pœnæ genere uti, argumenta multa suadent. Ipse Jehova Adamum exulare jussit, cum illum criminis convictum è Paradiso eiiceret, *Genes.* 3. *v.* 24. Deinde Caino fratricidæ eandem pœnam inflixit, quare ille ait, à facie tua hodie tu eiicis me, *Genes.* 4. *v.* 12. 14. Constat item ex libro Judicum Giphitam ejectum à fratribus exulasse in terra Tob. Et Rex David Absolonum cum rediisset ex Gessur, ab aula relegavit in domum suam. Salomon quoque usus est relegationibus adversus Abiatharum & Simei. Et facit
16 præterea, quod Respublicæ & † corpora quædam esse dicantur. Jam verò ad corporum salutem consueverunt Medici pravos humores & putrida membra removere, credentes longè satius esse, ut abiiciantur, quàm ut retenta totum corpus perturbent. In vitibus idem servatur, quæ singulis annis putantur, ne sarmenta inutilia fructibus noceant.

Alterum quod attinet, an videlicet conducat Reipub. hoc pœnæ genere uti? Rationes sunt firmissimæ, quæ eo utendum non esse Magistratui, dictitant.

17 1. Pœnas † ejusmodi esse, ut vel meliorem reddant illum, qui plectitur, vel saltem alios à peccatis deterreant. Nam hoc arguit pœnarū omnium finis, ut sit emendatio facti hominisq; delinquentis, *l.* 1. *ff. de just. & jur.* Jo. Gœdd. *ad l.* 131. *nu.* 23. *ff. de V. S.* Cujac. *in paratit. ff. de pœn.*

Exilium autem neutrum videtur præstare.
18 Nam qui ex urbe vel provincia pelluntur † nihilo propterea fiunt meliores, sed potius deteriores, dicentes secum, etiamsi discessero hinc, Sol & Luna etiam in aliis regionibus conspiciuntur, & quod aliqui ex virtute fecerunt, ipsi ex improbitate faciunt. Etenim cum obiiceretur Philosopho, quod exularet, se civem esse mundi respondit.

2. Relegati, † deportati & exules eo etiam nomine deteriores fiunt, quod hostes evadunt patriæ, atque odio adversus eam concepto, se cum hostibus conjungunt. 19

3. Idq; eo periculosius, quod cum arcana Civitatis & Reipublicæ † ex qua pelluntur, & incommoda Civium probè norint, patriam hostibus prodere & invadendi occasionem ostendere possint. 20

4. Exules † & relegati ut se ipsos excusent, infamant suam civitatem & ejus gubernatores, multò se illos sceleratiores affirmantes. 21

5. Pœna hæc videtur charitati erga proximum
non parum adversari: † Nam cum provincia vel 22
urbs sceleratos apud se habet, ita exonerat se, ut alias civitates & provincias oneret. Deinde qui sic eiiciuntur, si manerent in patria diligentius observarentur, cum jam probè sint noti ibidem: Sed in alieno solo ubi non agnoscuntur, & facilius & impunè peccant, & domi agerent cum ignominia, nec non rubore confunderentur cum alibi perfrictâ fronte vivant.

Civem † peste infectum ad aliam civitatem mittere, valdè injustum & inhumanum esset, 23
quantò magis de animi vitiis id censendum est. Si quis fontem inficeret veneno, pessimus haberetur; at mittere sceleratos viros in alienas terras nihil aliud esse videtur, quàm eas inficere. Et plurib. hac de re disserit eruditus vir, Pett. Martyr. *in Commentar. ad lib.* 1. *Reg. circ fin fol* 23. ubi
hanc cautelam † & modum hujus pœnæ subiicit, 24
ut quidem ejus usus in Repub. retineri possit, sed non ita ut exules ad alios mitterentur, apud quos deteriores fierent, eosq; in ordinaria vita & moribus offenderent, sed ut ad certa loca intra fines ditionis Magistratui releganti subjectæ, certis cautionibus & severa inspectione detinerentur. Hoc enim modo scelerati homines facilius coërcerentur, si eis vagari huc atque illuc non esset liberum, & prout facinora relegandorum graviora essent vel leviora, possent eis duriora vel commodiora loca definiri. Sic David relegavit Absolonum, sed non extra fines. Salomon quoque Abiatharum & Simei jussit exulare, sed
extra Israëlem non ejecit. Sic & hodie † optimus 25
est relegandi modus, & Reipublicæ utilis, quando facinorosi relegantur ad fines imperii & loca periculosa, ut cum Turca & hostibus imperii depugnent, daß der Thäter ein gewisse Anzahl Jahren / wider den Erbfeind ziehen unnd dienen / oder

auff das nechste Grentzhauß sich begeben soll.

Quicquid autem sit, alter iste relegandi modus quem Martyr improbat, in Imperio Romano aliisq; Nationibus passim usu receptus. [Quinimò in Sacris literis comprobatus, veterisque Testamenti tempore, in usu fuisse probatur, *Esra c.7.v.26.* ubi statuitur, quod contra transgressorem Legis Dei & Regis, sive ad mortem, sive ad Exilium,
26 &c. procedatur.] Apud Romanos † Exilium triplex erat: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur præter certum locum: aut Insulæ vinculum, id est, relegatio in Insulam, Marcianus *in l. exilium, 5. ff. de interdict. & relegat.* [De hac Exilii pœna Confer Clar. *in prædict. crimin. §. fin. quæst. 71.*]

27 Exilii appellatio † in jure nostro civili propriè deportationem innuit, *l. 2. ff. de public. judic.* quamvis non rarò etiam pro relegatione usurpetur, *l. 16. §. fin. ff. de pœn. l. 4 & 5. ff. de interdict. & relegat. l. 4. in pr. ff. si quis cautionib.*

Maximè tamen quoad insignes juris effectus differunt relegati & deportati, † & deportatio multo gravior pœna est. Nam 1. deportatio tan-
28 tum ad perpetuum fieri solebat: Relegatio verò etiam ad tempus, *l. Relegatorum, § hac differentia, ff. de interdict. & relegat.* 2. Deportatus mediam Capitis diminutionē patitur, & civitatem, familiam, testamenti factionem, patriam potestatem aliaq; omnia juris civilis beneficia amittit, *d. l. relegatorum, l. sunt quædam, ff. de pœn. l. 8. §. fin. de testam.* Secus autem est in relegatis, *§ relegati instit. quib. mod. jus patr. potest. solv. l. relegati, 4 de interd. & relegat.* 3 Deportatus amittit bona eo ipso quo deportatur: Relegatus verò non, nisi per sententiam specialiter fuerint adempta, *l. deportati, 8 C. de pœn. gl. ad d. §. relegati in verb. retinent.* 4. Relegatus ad tempus, si intra illud revertatur, relegatur in perpetuum: Si verò in perpetuum est relegatus, reversus deportatur: Sed deportatus si egressus fuerit Insulam, in quam fuit deportatus, capite punitur, *text. in l. relegati, 4. ff. de pœn.* 5. Deportatio famæ jacturam secum trahit, Sichard. *ad l. 1. C. de hæred. instituend.* Relegatio verò non aliter infamat, quàm si causa relegationis & delictū famosum & dolosum sit, sicut & ictus fustium, nisi causa famosa sit non infamat, *l. ictus fustium, ff. de his qui notan. infam.* quam Bart. *nu 8. ibid.* etiam ad relegationem porrigit, sicut & ipse text. in fine ad alias quoq; pœnas extendit.

Relegatio † in causis capitalibus, famosis 29
& publicis imposita infamat, ex aliis levioribus criminibus non item, *l. ad tempus, & D. de decur.* Sunt tamen, qui distinguunt inter relegationem perpetuam & temporalem, hanc quidem non, illam verò infamare asserunt, quibus quia sine textu loquuntur, contradicit Wesenbec. *consil. 19. num. fin.* Hinc Cicero in oratione pro domo sua, dicit exilium nomen esse non turpitudinis, sed calamitatis. [Relegatio autem simpliciter sine temporis præfinitione facta † an de perpetua 30
intelligenda, an verò ad certum tempus, puta decennii restringenda, inter Dd. non eadem est sententia. Pro perpetua *fac. text. in l. Servum 10. in fin. c. de pœn.* Et verba sententiæ indefinitè concepta, perpetuitatem temporis denotare videntur, nec restringenda veniunt, per tradita Salicet. *in l. Iurisperitos ff. de exc. tut.* Surd. *consil. 494. nu. 7.* Pro temporali verò facit tex. *in l. sine præfinito 23. ff. de pœn.* Et hanc velut mitiorem & benigniorem sequitur Matth. Berlich. *dec. 5. 64. nu. 6.* *Et secundum eam respondisse Scabinos Lipsens. mense Novembr. Anno 1602.*]

Cum pœnarum inflictio † ex justitiæ distribu- 31
tivæ canone, proportione Geometrica æstimanda & temperanda, adeoq; Magistratus cautè agere, & personarum, rerum ac factorū circumstantias diligenter perpendere debet, ne quid duriùs vel remissiùs constituatur, quàm personæ vel rerum conditio postulat, *text. in l. Pedius, §. 1. in fin. ff. de incend. ruin. naufrag.* Cum enim personarum dignitates, ingenia, voluntates, ætates, dicta & facta inæqualia sunt, pœna etiam meritò variare debet.

Hac ratione de jure civili in eodem delicti ge-
nere † gravius punitur servus, quam liber, *l. capi-* 32
talium, 28. §. fin. l. 10 ff. de pœn. Famosus quàm integræ famæ reus. *d. l. 28* Plebejus quàm egregius, *l. 10. de pœn. §. item lex Iulia instit. de public. judic.* [Quod eleganti similitudine illustrat Plin. *Videmus inquit à Medicis, quanquam in adversa valetudine, nihil servi à liberis differant, mollius tamen liberos clementiusq; tractari, lib. 8. epist.*] gravius etiam punitur, adultus quàm minor, *cap. 1. x. de delict. puer.* fortius sobrius quam ebrius, *c. sanè, c. aliquo, 15. q. 1.*

Verùm cum hoc, quod de ebriis † levius pu- 33
niendis quàm sobriis asseritur, à multis in dubium vocetur, ideoq; latius & distinctius hac de re differere libet. Et quidē quod ebrii delinquentes

tes

ĉes non sint levius puniendi sobriis, sed gravius, sequentes suadere videantur Rationes. 1. quia Ebrie-
34 tas † tanquam grave peccatum ac omnium malorum fomes jure divino prohibetur, *Esa. versic.* 11. *Ose.* 4. *versic.* 11. *Habac.* 2. *versic.* 5. *Syracid.* 19. *versic.* 2 *Luc.* 21. v 34. *Ephes.* 5. v. 17. & Ebrii propterea non erunt heredes regni Dei, *ad Galat.* 5. *vers.* 21.

35 2. Ebrietas † dicitur voluntaria quædam insania, Senec. *lib.* 12. *Epist.* 1. Ruland. *de Commiss. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 23. *nu.* 5. Hering. *de Fidejuss. cap.* 7. *num.* 124. Unde Pittacus priscus legumlator, de delictis per violentiam admissis, graviores pœnas sumi sanxit, sobriorum peccatis levius plecti jussis, Petr. Roytz. *decis. Litvan.* 4. *n.* 343.

36 3. Lex imperii † ebrietatem prohibet, eamque puniendam severè jubet, *Reformat.* guter Policey zu Augspurg / de Anno 1530. sub tit. von zutrincken ubi ita cavetur: Und nach dem auß Trunckenheit (wie man täglich befindet) viel Lasters/ubels vñ Unraths/auch zu vergangenē Reichstagen des zutrinckens halber gesetzt und geordnet / dz eine jede Obrigkeit solch zutrincken abstellen/ und das zu vermeiden/die Uberfahrer ernstlich straffen soll/seind doch solche Ordnungen und Satzungen biß anhero wenig gehalten oder vollnzogen worden / sondern hat der angezeigte Mißbrauch und Unwesentlichkeit deß zutrinckens allenthalben je länger je mehr eingewurtzelt/sich gemehret vñ uberhand genommen/ darauß Gottslästerung/ Mord/ Todschlag/ Ehebruch vnnd dergleichen Ubelthaten gefolget/und noch zu dem / dz etwan durch Trunckenheit / die Heimligkeiten so billich verschwiegen/offenbart werden/auch solch Laster den Teutschen / deren Mannheit von Alters hoch berühmet / bey allen frembden Nationen verächtlich/ꝛc/Demnach gebieten wir allen und jeden Churfürsten/ Fürsten und andern Ständen/was Würdens/Wesens/ Stands oder Lands die sind/dz sie ihren Unterthanen zum Exempel/und daß sie dieselben zu straffen desto mehr Ursach haben / das Zutrincken gäntzlich für sich selbst meiden an ihren Höffen/ allem Hoffgesinde/vnnd ihren Fürstenthumben/Herrschafften/Landen/ Gebieten vnnd Obrigkeiten/allen ihren Unterthanen/ ernstlich bey ziemlichen Pœnen und straffen/dz Zutrincken zu meiden verbieten/ und darüber ernstlich halten / wie wir das ernstlich hiemit gebieten/ und strenglich gehalten haben wöllen. Et hæc constitutio reperitur *in Reform. Polit. de An.* 1548. *sub ead. Rubr. Et denuò pluribus iteratur in Ordin. Politic. de Anno* 1577.

37 4. Facit † quod non solùm in novissimis imperii constitutionibus ebrietas prohibita sit, verum expressè cautum reperiatur ebrios eadem pœna puniendos, qua sobrios, R. A. zu Speyer/ de An. 1570. §. sub tit. Reuter Bestallung / §. 50. [illegible] es sol durch den Feldmarschalck / ꝛc. in allen Mißhandlungen / so voller weiß / durch Herren / Junckern/ Knecht / groß oder klein Hanß geschehen und straffbar sind/ die Trunckenheit zu keiner Entschuldigung oder Milterung der Straff angezogen oder angesehen/sondern vielmehr solche Verbrechung desto Schärpffer/schwerer/auch gedoppelt/ gerechtfertiget und gestrafft werden.

9. Cum itaque ebrius, † contra divini & hu- 38
mani juris auctoritatem se supra modum ingurgitando faciat & committat, ac desuper ejus occasione in alia scelera incidat, duplici in culpa & noxa deprehenditur, ita quidem ut in sobrio pœna noxæ vindicta sit, in ebrio verò noxarum. Et ubi major culpa, major pœna, ne ex improbitate sua aliquis vel impunitatem, vel delicti mitigationem expectet, neque casum allegare potest ebrius, cum culpa præcesserit, vid. Gel. 2. *obs.* 110. *num.* 16.

Verum ut ut hæc satis sint speciosa & prægnā- 39
tia, non tamen desunt rationes, & juris tam Canonici quàm civilis auctoritas in contrarium.

1. Maleficia † æstimanda & distinguenda ex voluntate & proposito delinquentis, *l.* 1. §. *vivus, ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. si non convicii, Cod. de injur.* Ebrius autem, quia furioso æquiparatur, *c. venter. distinct.* 35. cujus nulla voluntas aut propositum, §. *furiosus instit. de inutilib stipulat. l. furiosi de reg. jur.* & vitam morte deteriorem habet, *Syracid.* 22. *v.* 17. voluntate & proposito delinquendi caret.

2. Ebrietas † inducit mentis exilium, ratio- 40
nis deliquium, voluntatis impetum, *c. à crapula, x de vit. & honestat. Cleric. l. omne delictum*, §. 7. *in fin. de re milit. l.* 11. §. 2. *de pœn.* ubi expressè ebrius non proposito sed impetu delinquere dicitur.

3. Ebrii † comparantur ignorantibus, *cap.* 41
sanè, 15. *q.* 1. Hinc Plato *lib.* 1. *de Republ.* ebrietate gravatos, ubi terrarum sint, nescire, scribit Petr. Roytz. *decis. Litvan.* 4. *num.* 342. ideoq; si qua per vinum deliquerint, apud prudentes judices venia quidem facta donantur, sed levitatis damnantur auctores, *d. c. sanè.* Culpa † siquidem non ca- 42
ruit, qui largius merum hausit, & ebrietatem non cavit, cum scire debuit, per ebrietatem aliquid illicitum ab se admissum iri posse, *dict. cap. à crapula*, Roytz *d. decis.* 4. *n* 342.

Hæc tamen † posterior sententia non ita sim- 43
pliciter procedit sed aliquot distinctiones & limitationes recipit. Nam 1. quidam distinguūnt inter ebrium & ebriosum, seu ebrietatem Trunckenheit/ & ebriositatem, Vertrunckenheit Gewonheit voll zu seyn. Ebrietas præter intentionem ex casu quodam & ignoratione: ebriositas verò ex habitu quodam vitioso nascitur. Primo casu pœnam mitiorem ordinaria infligendam statuunt; altero verò

to ve.ò non item, vid. Geil 2. *observ.* 110. *n.* 27. *&*
44 *seqq.* Ebrio † tantum quatuor pocula porrigimus:
primum ad sitim: secundum ad lætitiam; ter-
tium ad voluptatem: quartum ad ebrietatem. E-
brioso ulterius quintum ad iram: sextum ad liti-
gium: septimum ad furorem: octavum ad so-
mnum: nonum ad morbum: decimum ad perpe-
tuam insaniam, inquit Waremund. de **Ehren-
ber**. *de Fœderib. sub. n.* 121. *p.* 213.

45 Verùm † licet negari non possit ebriosum,
hoc est, qui ex habitu & consuetudine quotidie
se in vino ceu porcus in stercore volutat, gravius
peccare eo, qui ex casu præter intentionem in-
ebriatur, interim tamen nihilominus ratio illa,
quod voluntas, consilium & propositum delin-
quendi in delictis maximè sit spectandum, etiam
in ebrioso militat, nisi per indirectum volunta-
tem delinquendi propter antecedentem volun-
tatem inebriandi interpretemur. Deinde in alle-
gato *cap. sanè*, ponuntur illa verba: indulgent vi-
no, quæ magis ad eos qui ex consuetudine, quàm
ad eos qui præter intentionem inebriantur refe-
renda.

47 2. Distinguunt inter ebrietatem † magnam
& talem quæ inducit mentis exilium & exter-
minationem, & in ebrietatem levem, quando
aliquis non est rationis usu privatus sed paulisper
propter caliditatem vini exhilaratus est, & tunc
priore casu ordinariam pœnam locum habere,
Thom. de Aquin. *2 secunda quæst.* 150. *artic.* 1. 2. *&*
3. quem allegat Petr. Johan. Ancharan. *lib.* 2. *quæst.*
13. *num.* 6. Bart. *in l. data opera, col.* 2. *vers. nunc de
tertio, C. de iis qui accusar. non poss.* Menoch. 2. *ar-
bitr. cas.* 326. *n.* 7.

47 Præterea † considerant Dd. hanc circumstan-
tiam in delicto ab ebrio commisso, anne sit soli-
tus in ebrietate delinquere, vel si sit solitus rixari
& per rixam occidat aliquem, tunc enim quia in-
ebriando voluntariè se posuit in periculo, non erit
à pœna ordinaria excusandus. Alber. *in l. si quis nō
C. de Episcop. & Cleric.* Ancharan *d. q.* 13. *nu.* 6. Co-
varruv. *ad Clement. furios. part.* 3. *sub. num* 4. quod
multò magis procedit in eo qui factus est ebrius,
ad hoc ut aliquem offenderet, quia isthæc ebrie-
tas affectata dolosa est, Bald. *in repetit. l.* 1. *n.* 40. *C.
unde vi.* Menoch. *d. cas.* 326. *n.* 8. 9.

48 Ad primum † prioris sententiæ argumentum
Resp. jure quidem divino prohibitam esse ebrie-
tatem, & ebrium graviter peccare, non tamen
inde efficitur, ebrium ordinaria pœna illorum
delictorum quæ voluntatem & propositum pro
fundamento habent esse afficiendum, si enim ita
inferatur plus erit in conclusione quàm fuit in
præmissis.

Ad 2. Resp. ebrietatem † illam quæ ex habitu 49
potius quàm ex accidenti contrahitur, esse vo-
luntariam insaniam, non tamen delictum in ea
commissum voluntarium dici posse, cum ebrii
voluntaris deliquium & rationis patiantur exta-
sin. Et notandum, † quod in delicto ab ebrio 50
commisso, tres sint spectandi actus seu eventus.
Primus est, ipsa potatio. Secundus, ipsa ebrie-
tas. Tertius, ipsum delictum ebrietate commis-
sum. In primum autem actum fertur voluntas
directè; nempe quia ebrius voluit vinum bibere
immoderatè. In secundum fertur voluntas in-
directè & per accidens. In tertium autem, hoc
est, ipsum delictum, nec per se, nec per accidens
voluntas fertur, alioquin si adhuc indirectè fuis-
set voluntarius actus contingens in ipsa ebrieta-
te, imputaretur ebrio, ut ex Thom. de Aquin. eru-
ditè explicat Covarruv. *ad Clement. furiosus part.
3 sub. n.* 4.

Ad 3. idem quod ad primum respondendum. 51
Ad. 4. Resp. Illam Constitutionem † continere
specialem casum in personis militum idq; ex spe-
ciali ratione. Nam ubi majus versatur præjudi-
cium ibi cautius agendum & severius transgres-
sores puniendi. Jam verò magnum in bello ver-
satur periculum Reipublicæ, quod per ebrieta-
tem militum ei accidere posset. [Quo illud per-
tinet, *in bello semel errare satis esse.*]

Ad 5. & ultimum † respondetur, delinquen- 52
tem per Ebrietatem quidem esse in duplici cul-
pa, videlicet ebrietatis & criminis: Sed verum &
unum dolum esse multò deteriorem, quàm plu-
res culpas, ut dicit Bald. *in repetit. l.* 5. *colum. pen.
versic. tertiò quæritur, C. unde vi.* Tiraquell. *de
pœn. temperand. caus.* 6. *n.* 9. Et semper in delictis,
dolus culpæ præponderat eaque est gravior, *l. si
putator,* 31. *ff. ad L. Aquil.* Cravett. *cons.* 471. *num.*
4. *& consil.* 919. *num.* 19. Sic licet ex culpa † alicui 52
accidisset furor, & in illo furore aliquem inter-
ficiat, non tamen hic magis quàm alius furiosus
erit puniendus. Et quidem puniendus est ebrius
propter delictum commissum in ebrietate, non
tamen de ipso delicto, sed de illa ebrietate: quæ
majori est digna pœna ex eo, quod criminis cau-
sa fuerit, licet remota, Covarruv. *ad d. Clem. fu-
riosus, num.* 4. Hinc Ambrosius, peccatum † com-
missum

missum à Lotho in stupratione filiatum incestuosa, culpandum esse, non quidem quantum meretur incestus, sed quantum ebrietas, *c. inebriaverunt*, 15. q. 1. Et quanvis per sæpè ebrietas non puniretur per se, accidente tamen delicto in ebrietate, quod eam aggravat, puniri solet.

55 Et sanè utile esset † Reipublicæ si propter ebrietatem punirentur ebrii præsertim in septentrionalibus populis & Germania nostra, ubi hoc vitium adeò inctebuit, ut multis grassantibus, funesto exemplo opus esset, Petr. Royzz. *decis. Litvan.* 4. nu. 343.

56 Et ut alios populus taceam, in Germania † nostra quàm frequens sit illud perniciosum ebrietatis vitium & quæ inde mala oriantur, non solum id allegatatum constitutionum imperialium arguunt quærelæ, sed etiam tristis & quotidiana experientia. [Romanos olim. Agrippinēses, largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus, igne injecto, cremasse scribit Cornel. Tacit. *lib. 10. annal.* De hoc Germanorum vitio ita idem scribit Cornel. Tacit. *de morib. German. Diem noctemq; continuare potando, nulli probrum. Crebra inter vinolentos rixæ, rarò conviciis, sæpius cæde & vulneribus transiguntur. Imò quod & de rebus seriis, reconciliandis inimicis, jungendis affinitatibus, & adsciscendis Principibus, de pace denique ac bello plerumq; in conviviis consultant: tamquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat.* Et novissimè Thom. Hubert Leodi. *de vit. Frider. 2. Palatin lib. 6 pag. m.* 91. Radices egit, inquit, apud Germanos

57 hoc vitium † & pravus mos bibendi, usque adeò altè, ut vix unquam extirpari poterit: Et invaluit in tantum, ut modò non vitio sed honori tribuatur, si quis egregiè biberit, & qui non fecerit, conviviis exsibilatur & irridetur, ut olim apud Milesios, qui frugi esse volebat.] Imò strenui & fortes videri volunt qui benè potare possunt, indeq; præmia appetunt & non rarò reportant [quasi magnam aliquam & egregiam Reipubl. navassent operam.] Hoc nomine Frideric. Taubman in Epigrammate quodam Francos suos præfert Saxonib. dum ita scribit:

Saxonia mos est potoribus inter amicos
Haurire ex imo pocula nulla cavo.
Certè mos nequā: cur quod de mystace lapsum est
Alterius, tepidā colluvione bibam.
Laudo meos Francos qui se cervice supinant,
Et fundo ex imo prabita pocla bibunt.

Verùm † videtur mihi bonus Taubmannus 58
injuriam facere Saxonibus, qui ægrè admodum cedetent Francis in hac arte & qui apud Saxones versatus est, eorum culullos & scyphos, eosque evacuare vidit, certè aliud assertum ibit. Et sanè si quis hac pessimi vitii felicitate prætogativam affectaret, ei cum Augustino respondendum esset, *Nihil esse infelicius, felicitate peccantium.* [Quorum anima delectatur iniquitatibus, *Esa. c. ult. v.* 4.]

Audiant strenui potatores [prævalentes in iniquitate sua, ut loquitur Regius Prophet. *Psalm. 52 v. 9*] quid Jehova per os Prophetæ loquatur: † Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam & potandum usq; ad vesperam ut vino æstuetis, *Esa. 5. v. 11.* & denuo, Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, *ibid. v. 22.* quod Lutherus ita vertit, **wehe denen so Helden sind Wein zu sauffen / vnnd Krieger in Fülleren.** Videant hic strenui potatores, quod nam Jehova illis proponat præmium, videlicet, Væ, Væ, quæ comminationis geminatio, pœnæ geminationem & extremam calamitatem denunciat.

Irrepsit in Germaniam mos pessimus, † quo et- 60
iam inviti & nolentes sub dulci sanitatis alicujus Principis, viri magni & amici prætextu, ad ebrietatem & æquales haustus urgentur, & pro cantela habent potatores moderni, ut si quem sobrium alio modo inducere non possint, incipiunt haustum salutis bibere, **lassen Gesundheits Truncke vmbgehen /** & si quis hoc recusset illud Græcorum obtineat, aut bibat aut abeat. Imò sæpè commi-natione guerræ compellitur, **er soll außsauffen/ oder sich mit jhm rauffen.** Certè ejusmodi potatores contra justitiæ distributivæ regulam committunt, dum inæquales corporibus, viribus & usu bibendi, ad æquales haustus urgent, non proportionem Geometricam, sed Arithmeticam observantes.

Animalia † bruta & rationis expertia supra 61
naturæ desiderium, ut bibant vel comedant, ne quidem verberibus adigi possent juxta illud Epigramma:

Vt bibat haut sitiens, vel edat cum ventre repleto,
Verberibus cogi bestia nulla potest.
Ergo homo deterior longè est fateamur oportet,
Qui bibit haut sitiens, qui vorat, ante satur.

Et postquam isti haustus † sanitatis invalue- 62
runt

divum facinus iteratur, inquit Chryſ. *de Abſalon. patr perſeq.*]

71 Auferat † igitur Magiſtratus malum è medio populi, *Lev.* 19. *v.* 20. & ab altari divellatur homicida, ne ſanguinem ab ejus manu exigat Jehova, quem ſanguinem temerè effundentis diſpergere juſſit, *Gen.* 9. *v.* 6. *Exod.* 21. *v* 12. [Juſtitia Dei neſcit patrocinium dare criminibus, Chryſoſt. *Homil.* 42 *in Matth*]

Et hæc ſimpliciter procedunt in pœnis ex lege divina morali deſcendentibus, quia circa has
72 nulla Magiſtratui † etiam ſummo diſpenſatio conceditur, in delictis verò ex lege civili deſcendentibus Magiſtratui moderatio & remiſſio omninò non eſt adempta, ex juſta tamen cauſa. Lambert. Danæ *lib.6.Polit.Chriſt.c.*3. Unde non iniquum eſſe puto, ut Magiſtratus propter deli-
73 cta, † quæ lege divina non ſunt capitalia, neque directò ad publici ſtatus diſſipationem tendunt, ad publici potius laboris onera ad certum tempus vel in perpetuum, pro qualitate delicti quàm capitaliter condemnentur. Siquidem hoc modo & delicta puniuntur & publicum bonum promovetur, quod jure etiam veteri uſurpatum, *l.* 8. §. 4. *de pœn.* novo tamen correctum, *Nov.* 22. *c.* 8. Similiter in quibuſdam locis maritimis rei damnantur ad certum tempus ad triremes **auff die Galleen**/ quam pœnam non tantùm in Laicis ſed etiam in Clericis uſuvenire, præcipuè in Italia, propter Clericorum petulantiam hodiernam, teſtatur Clar. *5. ſentent.* §. *fin.* *q.* 70. *n.* 5.

CLASSIS II.

CAPUT I.

DE LEGIBUS IN GENERE ET EARUM IN REPUBL UTILITATE.

SUMMARIA.

1. *Summa totius Reipubl. tuitio in armis & legibus conſiſtit, Imperatoriam Majeſtatem armis decoratam, & legibus oportet eſſe armatam. Leges, & Legiones duo mundi brachia.*
2. *His duabus rebus vis Romani imperii munitur omnibusq; nationibus anteponitur.*
3. *Duo publicorum temporum genera pacis, & belli, duo etiam juſtitiæ inſtrumenta, quib. utrumq; regitur.*
4.5. *Nec arma ſine legibus tuta, nec leges ſine armis ſalva.*
6. *Romani orbem terrarum, quem ſuum fecerant, armis conſtrinxerunt, legibus autem conſervarunt.*
7. *Sicut aurea pacis ſerenitas optabilior belli calamitate, ita legum exercitium ſalubrius armorum præſidio. Pax rerum ac perſonarum ſecuritatem parit.*
8. *Dexterius Reſpubl. legibus, quàm armis gubernatur.*
9. *Sine legibus nulla diu ſtare, multò minus florere poteſt Reſpublica.*
10. *Leges in Republ. nihil aliud ſunt, quàm in certas regulas conſcripta virtus, & ratio vivendi, munus Dei, Sponſio Reipubl.*
11. *Anima civitatis leges dicuntur, Reipubl. oculi, fundamentum, & ſuſtentaculum.*
12. *Legibus dum præeſt quis ſumma videtur poteſtas committi Deo, & legibus, humano verò arbitrio tribuendo imperium, adjungitur ei belua.*
13. *In Republ. omnia legibus definienda, & pauciſſima judicis arbitrio relinquenda.*
14. *Leges certa ſunt, æquabili fronte omnes aſpicientes, eumq; omnibus unâ eâdem voce loquentes. Non utendum imperio, ubi legibus agi poteſt.*
14. *Leges ut quæ adhibito prudentum conſilio lata, meritò unius hominis præferenda arbitrio.*
16. *Leges quare à Principibus & gubernatoribus conſtituta?*

SUMMA totius Reipublicæ tuitio, † de ſtirpe duarum rerum venit, armorum videlicet, atque Legum, inquit ſacratiſſimus Imperator Juſtin. *in Conſtit. de Cod. Iuſtin. confirm.* & ideò Imperatoriam Majeſtatem non ſolùm armis decoratam ſed & legibus oportet eſſe armatam, ut utrumq; tempus & pacis & bellorum rectè gubernari poſſit, idem Juſtinian. *in proœm. Inſtitut.* Unde & Accurſius *Leges & Legiones* duo mundi *brachia* appellat. *in gl. ad. d. Conſtit. de Iuſtin. c. confirmand.* Joh. Lauterbach. *in tract. de liter. & arm.* Cothm. *in rubr. C. Iuſtin n.* 48. 1

Hiſce duobus nervis † vim ſuam muniens felix Romanorum genus, omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari, tàm prætertitis effecit temporibus quàm Deo propitio in æternum efficiet, idem Juſtin *in d. Conſtit de C. Iuſtin. confirm. fac. Nov.* 24. *in præfat. & c.* 1. *Novell.* 25. *in præfat. & c.* 1. 2

Cum enim duo ſint publicorum temporum genera, † pacis & belli, duo etiam juſtitiæ in- 3
Ccc ſtrumen-

ſtrumenta eſſe oportuit, quibus utrumq; regere-
tur, & quæ ſibi mutuas operas præſtarent. Neq, e-
4 nim † arma ſine legib. tuta *l. 3. & tot. tit. ff. de re mi-*
lit. R. A. de An 1500. in pr. neque leges ſine armis
ſalvæ, *l. qui reſtituere, ff. de rei vind. l. ſi quis in hoc,*
C. de Epiſc. & Cler. l. cū vir, C. ad l. Iul. de adult. R.
A. *de An.* 1522. *in pr. ibi:* Dieweil aber die Geſetze
der Rechten nit nutz od fruchtbar / wo fern ſie mit
ſtattlicher / billicher vnnd ernſtlicher Handhabung
5 vnd Execution/ꝛc. Similiter militatis † res ſi ſola &
per ſe conſiſtat, ultra quàm decet efferetur auda-
cia, uti civilis ſi non habeat robur militum infra
mediocritatem caret auctoritate, *Novell.* 26. *cap.*
1. *in fin.*

6 Romani, qui, ut ſupra dictum, † armis & le-
gibus ſe exercentes, orbem terrarum ſuum fece-
runt, armis quidem conſtrinxerunt: legibus au-
tem conſervarunt, Jornand. *lib. de Regn. & tem-*
por. ſucceſſio. Don. Garſ. Maſtrill. *de Magiſtrat li.* 3.
c. 3. *nu* 26.

7 Sicut autem † aurea pacis ſerenitas, optabilior
belli calamitate, *l. un. Cod. de caduc. tollend.* ita le-
gum exercitium, ſalubrius armorum præſidio, &
juxta Poëtam.

Pax una triumphis
Innumeris potior.

[Pax eſt vinculum charitatis, *c. novit, de indic.*
Quæ rerum ac perſonarum ſecuritatem parit, *c.*
ult. de treug. & pac. Cardin. Mantic. *de tacit. &*
ambig. convent lib. 27. *tit* 3. *num.* 2.]

8 Sint ergo Leges † dextrum mundi brachium,
Legiones ſiniſtrum; cum dexterius Reſpub. legi-
bus, quàm armis gubernetur, confer Corbm. *ad d.*
rubr. C. Iuſtin. n. 48.

9 Sine legibus † nulla diu ſtare, multò minus flo-
rere poteſt Reſpub. Quemadmodum enim ho-
mines abſq; ſocietate mutua vivere non poſſunt,
ita neque ſocietas ulla tuta vel diuturna eſſe po
teſt abſque legibus, Plat. *lib. 3. de Legib.* Ariſtot. 4.
Politic. c. 4. Althuſ. *Politic. c.* 10. *n.* 8. Sunt enim Le-
10 ges † in Repub. nihil aliud quàm in certas regulas
conſcripta virtus & ratio vivendi, Libor. à Boden-
ſtein. *c. 3. Iuriſp Politic.* munus Dei, *l. 2. de Legib.*
ſponſio Reipub. *l. 1. eod.* [Hoc eſt, qua ſe Princeps
ſive Magiſtratus ſubditis, & è diverſo Principi
ſubditi ſeſe ad leges cuſtodiendas & obſervandas
obligant, ut explicat Vaſq. *illuſtr. controverſ. cap.*
45. *num.* 3. *& tract. de ſucceſſ. progreſſ. in præfat. n.* 7.
Hieron. Treutler. *conſil.* 109. *num.* 13.] Hinc ve-
teres animam civitatis, † leges eſſe dixerunt, per-
indeque felicem aut infelicem evadere Rempub.
ut bonis malisq; legibus temperata eſſet, ut plu-
ribus diſſerit Muret. *vol.* 1. *Orat.* 18. unde & oculi
Reipub. *Nov. Leon.* 19. parentes, *Nov Leon.* 105.
ſuſtentaculum & fundamentum, *Novell. Leon.* 36.
in pr. R. A. de An. 1500. in pr. ibi Wann aber auß-
ländiſcher Krieg gantz vnverfänglich / wo nit vor-
hin redlich gut Regiment / Recht / Gericht vnnd
Handhabung were / auff denen als Grundpoſten
alle Reich vnd Gewalt ruhen.

Leges † itaque præeſſe qui vult, videtur ſum- 12
mam poteſtatem committere Deo & Legibus,
qui verò humano arbitrio tribuit imperium, ad-
jungit ei beluam. Nam cupiditas beluæ ſimilis
eſt, & iracundia depravat gubernatores, etiamſi
ſint alioquin viri boni: Lex verò mens eſt ſine
cupiditate, ſine perturbatione & affectu, Ariſtot.
lib. 3 Politic. Petr. Royiz. *deciſ Litvan* 4. *num.* 133.
& ſeqq. Indéque idem Ariſtoteles rectè cenſuit † 13
in benè conſtituta Republica, quod fieri po-
teſt, omnia legibus definienda, & quàm pauciſ-
ſima judicis arbitrio relinquenda. Leges † nam- 14
que certæ ſunt & æquabili fronte omnes adſpici
unt, *l. 2. de jur. & fact. ignor.* & ideò inventæ, ut
cum omnibus una eademque voce loquerentur,
Cicer. 2. *offic.* Don. Garſ. Maſtrill. *de Magiſtrat.*
lib 3. *c.* 3. *num.* 19. indeq; futurum proſpiciunt, ut
neque gratiæ, neq; odio locus eſſe poſſit, Cujac.
de Novell 22. *in pr.* [Hinc Cornel. Tacit. *lib. 3. an-*
nal. Leges in facta conſtitui; quia futura in incerto
ſunt, inquit, *Nec utendum imperio, ubi legibus agi*
poſſit]

Deinde leges † accuratiori & majori conſide- 15
ratione, & adhibito prudentum feruntur conſilio,
& ideò meritò unius hominis præferendæ arbi-
trio, *l. 8. C. de LL. pr. inſtit. de Codicill l. 35. ibi. multis*
vigiliis. C. de inoffic teſtam tum ſimilib. Aur. Bul.
tit. 3. ibi, mit Vorbetrachtung/ *& tit* 7. *in pr.* R. A.
de An. 1459. in fin. princ. ibi, mit zeitigem Rath
etwer der Churfürſten/ & de An. 1522 in princ. & de
An. 1529. ſub tit. Wie Brüder oder Schweſter
Kinder/ꝛc. ibi Mit vnſer vnd deß H. Reichs Chur-
fürſten/ Fürſten vñ Stände zeitigem vorgehendem
Rath/ *cum ſimilib* Bald. *in l. ambig. de Legib* Don.
Garſ. Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 3. c. n.* 23. jure itaq; † 16
optimo Principes & gubernatores Reipub. Leges
conſtituerunt, ne ſingulorum hominum judicio
periculosè judicando cauſarum deciſiones
relinquerentur, Thom. de Aquin.
part. 2. *q.* 95. *art.* 1.

C 2

CAPUT. II.

DE LEGIBUS DIVINIS ET IN SPECIE de Legibus Moralibus & Ceremonialibus.

SUMMARIA.

1. *Leges divina sunt, vel humana. Divina rursus quadam morales, quadam ceremoniales, quadam forenses.*

2. *Morales quid contineant? Sunt immota, perpetua, & semper servanda.*

3. *Attributa legis moralis pracipua.* 4. *Qua conjunctim non divisim concurrentia legem moralem arguunt.*

5. *Ha leges immotam divina justitia, & voluntatis Regulam continent, nec ullâ Principis aut magistratus dispensatione flecti possunt.*

6. *Lex divina omnem transcendit Magistratus potestatem.*

7. *Quidam Pontifici tribuunt, circa leges divinas morales dispensare, aut eas mutare posse* 8. *Adulatoriè tamen, & impiè magis, quàm verè de Pontifice hoc dicitur, & scribitur.*

9. *Improbatur etiam mos Romanus, quo ex lege divinâ capitis damnatus, ad supplicium ductus Cardinali obviam factus, liberatur supplicio.*

10. *Leges ceremoniales continent doctrinam de ceremoniis. Et legibus moralibus ancillantur.*

11. *Ha leges, ut umbratiles, & typica, per Christi adventum sublata, & quatenus? Ceremoniales leges ante Christum erant viva, cum Christo mortua, post Christum mortifera.*

12. *Ratio dubitandi, cum ratione decidendi.*

1 LEGES † quædam divinæ sunt, quædam humanæ, *c. omnes, distinct.* 1. Divinæ rursus in
tripliei sunt differentia : quædam enim Morales sunt, quædam Ceremoniales, quædam forenses. [Hanc distinctionem tribus exprimit verbis Moses. *Deuter.* 6. *v.* 1. dum ait : *Hac sunt pracepta, & ceremonia, atq; judicia*, ubi per prius leges morales, per alterum ceremoniales, per tertium forenses intelligit. Quod & aliis concordantibus locis firmat Tiraquell. *de retract. lignag. in prafat. nu.* 8. Johan. Azori. *Institut. Mo-*
2 *ral. lib. 6. cap. 2. quast. 3 part.* 1.] Morales † Leges
continent, immutabilem Dei voluntatem, & immotam æternæ justitiæ regulam, omnibus præscriptam, consistentem præcipuè in Dei cultu, parentum Reverentia, & dilectione proximi. *Deut.* 17. 18 19. [Et referuntur ad dictamen rationis naturalis, ut homines primùm in Deum, mox ad communem societatem tuendam ordinentur, ut declarat Thom. 1. *secund. q. 99. artic.* Tiber. Decian. *in tractat. crimin. lib. 2. cap. 11. n. 6.* Ideoque immotæ, perpetuæ & semper servandæ sunt. Semper enim Deus, & proximus & causa istorum servandorum, Alberic. Gentil. *disput. 7. de crim. las. majest.*

Attributa † Legis Moralis præcipue hæc sunt: 3
I. Consensio ejus cum lege Naturæ, hoc est, cum notitiis naturalibus & rectæ rationis dictamine, *Rom 2, v. 14. 15. c. omnes, distinct.* II. Ejusdem in Novo Testamento repetitio, præcepti nomine facta, ideoque nuda legis veteris commemoratio ad hoc non sufficit. III. Causæ ob quam illa lex est lata communitas & perpetuitas ratione loci, temporis & personarum. IV. Ejusdem Legis Prophetica & Apostolica ad omnes homines, etiam gentiles accommodatio. Et hæc at-
tributa † coniunctim non divisim concurrentia 4
legem moralem arguunt, vid. Chemnit *part. 2. locor. comm. p. 69.*

Hæ leges † quæ immotam divinæ justitiæ & 5
voluntatis regulam continent, nulla Principis aut Magistratus dispositione flecti possunt; quia Magistratus est minister divinæ voluntatis, non dispensator, *Romanor.* 13. ideoque rationem administrationis Deo reddet, *Sap. 6. vers. 4. 5.* Minister autem non potest tollere voluntatem Domini immotam, vel circa eam dispensare, *Matth. 10. vers. 24. Luc. 6. v. 40. Iohan. 13. v. 16.* Quamobrem
lex divina † omnem trãscendit Magistratus pote- 6
statem, Lactant. *lib. 5. de vero cult.* Indeq; crimen quod lege Dei morali, capitale est, à Magistratu condonari vel mitigari non potest, Bodin. 1. *de Repub. c. 10 p. 260.* Farinac. *de inquisit. q. 6. n. 15. & 17.* quam quæstionem argumentis pro & contra allatis, fusiùs examinat, Dn. Helf. Ulric. Hunnius. meus singularis *in tractat, de jurisd. part. 1. q 4. & 5. ubi vid.*

Sunt qui aliud statuunt in Pontifice, † quod 7
videlicet is circa leges divinas morales dispensare aut eas mutare possit, Bald. *in l. rescripta, nu. 9. C. de precib. imper. offerend.* Ancharan. *cons* 378. Farinac. *diq. 6 num* 52. ubi ex Hieronym. de Monte subiicit specialem homicidii casum circa quem dispensare possit Pontifex. Verùm adulatoriè

 & im-

8 & impiè magis † quàm verè illud dicitur & scribitur de Pontifice.

9 Pariter improbatur † mos Romanus, quo etiam ex lege divina capitis damnatus, si Cardinali cum ad supplicium ducitur obviam factus sit, liberatur supplicio, Bodin. *d. lib. 1. de republ. cap. 10. p. 260.*

10 Leges Ceremoniales † continent doctrinam de ceremoniis, hoc est, de externis actionibus seu ritibus circa cultum divinum: Et hæ legibus moralibus, quatenus cultum Dei respiciunt, ancillantur, ejusque quasi pedissequæ censentur, Confer Zepper. *de Leg. b. Mosaic. lib. 1. cap. 1. p. mihi 20.*

11 Sed quia majori ex parte umbratiles † fuerunt istæ leges & typicæ, ideoque per Christi adventum, in quo veritas adumbrata exhibita, sublatæ. [Adeò ut Christum venisse negent, si quia ea observare velint, Alberic. Gentil. *disp. 7. de crimin. Majest.* scilicet quoad usum & externam observationem: non quoad significationem & lectionem; quia multa nos utiliter de Christo erudire possunt, ut monet Conrad. Dieter. *in Institut. Catechet. loc. de decalog. sive Lege*] De hisce scholasticorum observanda regula: Ceremoniales leges ante Christum erant vivæ, cum Christo mortuæ, post Christum mortiferæ, D Balthas.

12 Meisner. *de regimin. Ecclesiast. conclus. 99.* [Pro ratione dubitandi adferri posset, ipsius Salvatoris dictum, *Matth. 5. v. 17. 18.* Existimandum non esse ipsum venisse ut legem & Prophetas tolleret, sed consumaret. Ast pro ratione decidendi notandum, illud dictum loqui de legibus moralibus, ut ex præcedentibus satis apparet: aliud autem esse in legibus ceremonialibus, ipse Salvator attestatur, *Matth. 12. v. 7. & 8.* ubi dicit se non esse alligatum ad legem ceremonialem Sabbathi, sed supra eam, *Marc. 2. v. ult.*

CAPUT III.

DE LEGIBUS FORENSIBUS, ET EARUM *occasione quædam de Iudæis eorumque jure.*

SUMMARIA.

1. Leges forenses concernebant Politiam Iudaicam, actiones, & judicia, indeque judiciales dictæ. Hodiè simpliciter, & absolutè nos non obligant. 2. Non aliis gentibus, sed genti Iudaicæ peculiariter à legislatore, lata, & data, ad certum tempus, adventus videlicet Messiæ.

3. Ecclesia diu multumque vixit sub Monarchis veram religionem respuentibus, leges forenses Iudæorum non usurpantibus, sed suas imperantibus.

4. Terreni imperii leges in adjutorium assumere, non reprehenditur.

5. Ipse Christus quasdam ex legibus forensibus expressè damnavit.

6. Leges forenses quatenus adhuc hodiè obligent?

7. Iudæi utuntur jure communi Romano, ac constitutionibus Principum Christianorum æquè, ut alii obligantur.

8. In legibus spiritualibus & Ecclesiasticis non curatur de Iudæorum anima. Qui non sunt in Ecclesia, non sunt subjecti legibus Ecclesiæ.

9. Iudæi inter se litigantes sequi possunt jus Mosaicum, specialiter illis constitutum, maximè si non coràm judice Christiano, sed arbitro Iudæo litigent.

10. Itaque sibi invicem succedunt secundum legem Moysis, & testamenta condunt secundum eandem legem.

11. Iudæis permittendum vivere secundum legem antiquissimam Mosaicam in actibus forensibus.

12. Cum Christiano litigantes Iudæi forum etiam actoris Christiani sequuntur.

13. Iudæorum præ reliquis gentibus prærogativa in V. T propter incredulitatem tamen facti sunt Synagoga Sathanæ, hypocritæ, &c.

14. Iudæi si quietè, & pacificè vivunt, à Magistratu Christiano tolerandi, & non reiiciendi sunt.

15. Novissimo jure non cuivis Magistratui Iudæos recipere permissum est, sed jure regalium ad Principes & status alicujus translatum, vel quibus specialiter id indultum. 16. Ab aliis jura hæc non possidentibus recepti, securitate publicâ non gaudent.

17. Diligenter cavendum, ne Iudæi recepti Christianos illicito fœnore, & usuris exhauriant.

18. Usuras tamen legitimas, & inter Christianos receptas accipere possunt.

19. Amplius tamen usurarum nomine exigentes, id aut in sortem imputare, aut restituere tenetur.

20. Plurimi ex Principibus & imperii statibus ab hoc jure regali Iudæos habendi propter subditorum utilitatem abhorrent.

21. Curandum, ne Iudæi cum furibus colludant, & furtorum receptatores existant, aut temerè res furtivas coëmant.

22. Tenentur schedulas, & rationes suas in lingua Germanica conficere, &c. 23. Nec rationes & jura

iura sua contra Christianos ex ulla causa alij Christiano cedere possunt. 24. Nec pignora à Christianis sub lege commissoria recipere, vel sine judiciali auctoritate alienare possunt.

25. Officiarii cum Iudæis non colludant, & propter munera illis conniveant.

26. Ut à Christianis dignoscantur, discreto vestitu uti, & signa aperta portare coguntur.

27. Ita tractandi Iudæi, ut Christianis subiiciantur, & ab iis pro sola humanitate foveantur.

28. Non servitus illa civilis, sed subiectio quadam suppressionis intelligenda. 29. In Germania Iudæi sunt cives Romani, ex stylo, & consuetudine.

30. Et statutorum civitatis commodo frui possunt. Legari tamen iis non potest.

31. Contra Iudæum rigor servandus, non æquitas. 32. Iuramentum suppletorium Iudæo non defertur. 33. In Camera econtrà Iudæo tale juramentum delatum.

34. Iudæis jurantibus in Christianorum curiis certa solennitas præscripta est.

35. In Camera Iudæus non potest per Christianum Procuratorem juramentum judiciarium jurare sed id vel per se, vel alium Iudæum præstare tenetur. 36. Nec Iudæus à Christiano Procurator constitutus alium Christianũ in judicio substituere potest.

37. De jure communi Iudæus contra Christianum ad testificandum non admittitur, excepto casu usuraria pravitatis.

38. Iudæi jurisdictione & imperio omni destituuntur, & sub jugo Christianorum vivere compelluntur.

39. Vox Regiſter publicum arguit officium, cum jurisdictione, & imperio quodammodo conjunctum.

40. In quibusdam locis Iudæi peculiares judices habent, à Magistratu tamen Christiano datos.

41. Iudæi ad Christianam fidem vi non cogendi, ad Sacra tamen audienda externâ disciplinâ compellendi.

42. Iudæorum infantes invitis parentib. ad baptismum auferendos esse complures affirmant.

43. Negativa sententia verior, & receptior, à praxi etiam quotidiana comprobata. 44. Declaratio. 45. Adulti inviti non baptizandi.

46. Infantes tamen Iudæorum invitis parentibus petere possunt baptismum.

47. Magistratus Iudæos semel receptos in protectionem & securitatem, non potest contra pacta & privilegia ex pro lubitu ejicere, & bona eorum rapere.

48. Securitas & protectio semel concessa, sine causa & culpa non violanda. 49. Limitantur prædicta.

50. Occidens Iudæum perindè tenetur de homicidio ac si Christianum occidisset, cum sit homicida.

51. De prohibita Christianorum cum Iudæis conversatione, & communione remissivè.

LEGES forenses † concernebant Politiam Ju- 1
daicam, actiones & judicia, indeque forenses & judiciales dictæ, [fac. c. *Moses distinct.* 7.] Hæ leges quia nobis latæ non sunt, sed accommodatæ ad certas personarum, temporum & causarum circumstantias simpliciter & absolutè nos non obligant, D. Eckh *in fascic. controv. Theolog. cap.* 23. Zas. 2. *consil.* 1. *num.* 61. *vers. nec obstat.* [Tiraquell. *de retract. lignag. in præfat. nu.* 10. 11.]
Non enim Dominus † eas tradidit per manus 2
Mosis ut in gentes omnes promulgarentur & ubique vigerent, sed genti Judaicæ, quam in fidem suam, clientelam & patrocinium susceperat, peculiariter legislatorem esse voluit, *Syracid.* 17. *v.* 14. 15. Calvin. *lib.* 4. *instit. c.* 20. [Hinc Propheta: Dominus Judex noster, Dominus Legifer noster, *Esa. cap.* 33. *v.* 22.] Ideoque ad sceptrum Judæ pertinent, quod ipso gloriosissimo Messiæ adventu sublatum, *Genes.* 49. *vers.* 10 [Et ad Romanos armis & jure belli translatum fuit; Cornel. Tacit. *lib.* 21. *annal.* ubi de Judæorum subjugatione auspiciis T. Vespasiani tacta, latè differit. Fuerunt itaq; hæ leges solis Judæis latæ & quidem ad certum tempus DONEC nasceretur SILOH, *Gen.* 49. *v* 10.]
Et si istæ leges † absolutè nos stringerent ad- 3
huc, non tenerentur Christiani illis Magistratibus se subiicere, qui legibus diversis Rempublic. administrant, quod tamen scripturæ consentaneum non est, 1. *Petr.* 2. *v.* 13. *Rom.* 13 *v.* 5. Et Ecclesia diu multumque vixit sub Monarchis, veram religionem respuentibus, utpote Babylonicis, Persicis, Græcis, Romanis, qui leges forenses Judæorum non usurparunt, sed suas impetrarunt, Dominic. Arum. *Exercit. Iustin.* 1. *th* 1 Hinc rectè Augustinus, si in adjutorium, † inquit, 4
vestrum, terreni imperii leges adsumendas putatis, non reprehendemus, *c. si in adjutorium, dist.* 10. Fecit id Paulus cum adversus injuriosos, se civem Romanum professus est, *Actor.* 22. *vers.* 25. Quamobrem istæ leges in Republic. Christiana, non aliter quod judiciorum directionem & cau-

propinquantes, *Deut.4.v.7.* Effecti tamen sunt
propter incredulitatem, synagoga Satanæ, *Apoc.c.
2.v.9.* Hypocritę, *Rom.2.v.17.23.* Qui sunt à patre
Diabolo, teste Salvatore nostro, *Iohan.c.8.v.44.*
cognitionis Dei experres, *Iohan.7.v.28* interfe-
ctores Prophetarum, *Matth.23.v.34.* Imò ipsius
Filii Dei & Domini gloriæ interfectores & per-
secutores Evangelii, *Actor.12.v.46.* unde non im-
meritò queritur, An rectè faciat Magistratus quod
toleret Judæos? Quamvis non desint qui id planè
negent, quò inclinat VVesenb. *in paratit. C. de jud.
& cœlicol.n.4.* Confer Stephan. Gratian. *disceptat.
Forens. c 658 nu.51.Tom.4.*] Jure tamen aperto
14 decisum est, † Judæos si quietè & pacificè vivant,
tolerandos & non dejiciendos esse, *l. Christianu.
6.C de pagan.* Oldrad. *cons.264.* Matt. *de jurisd.par.
1.c.24.nu.20.* Cujac. *7.observ.30.* Bod. *3.de Repub.
c.7.* Vasq. *1.illustr.controv.c.8.nu 12.* [Tibet. De-
cian. *in pract.crim.lib.5.ca.11.* confer Cran. *in Dis-
sertat. de pace Relig. problem.3 p.213. part. 2.* cui ad-
stipulatur vaticinium Christi, qui dejerando affir-
mavit: Amen dico vobis non præteribit hæc ge-
neratio, donec omnia fiant, *Matt.24. Mar.13. Luc.
21.* si itaque omninò non essent tolerandi, non ad-
impleretur vaticinium Christi.
15 Crescente verò insolentia, † multitudine & a-
varitia Judæorum, novissimo jure, non cuivis
Magistratui, hosce recipere permissum est, sed
cœpit esse de regalibus summi Principis, jus reci-
piendi Judæos, & tanquam regale singulare Ca-
roli IV. constitutione Electoribus conceditur,
Aurea Bulla, cap.9. quod tamen postea ad omnes
Principes, & status & alios jura regalia immedia-
tè ab Imperatore recognoscentes, translatum, u-
ti & ad eos quibus id specialiter indultum, Refor-
mat. **guter Policey Ordnung zu Augspurg**/de An-
no 1548. sub tit. **von Juden vnd jhrem Wucher**/
ibi: **Setzen/ordnen vnd wollen wir/Daß niemand
hinfüro Juden auffzunehmen oder zuhalten gestat-
tet werden sol/dann den jenigen/die von vns vnd
dem H. Reich Regalia haben/ oder insonderheit
derhalben privilegirt sind.** Si verò ab aliis recipi-
16 antur, † qui hæc iura non possident, securitate
publica non gaudent. **Policey Ordnung zu Franck-
furt**/sub tit. **von Juden vnd jhrem Wucher**/ibi
**da aber jemand darüber Juden auffnehmen wür-
de/so sollen doch dieselbe an keinem Ort Sicherheit
noch Geleyd haben/darneben von vns ernstliches
insehens dargegen vorgenommen vnd abgeschaffet
werdē.** Hinc in mãdato quodã sine clausula, **Cassel**
contra **Wilßheim/die Abschaffung der Juden zu
Ronse betreffend**/Imperator inquit: **Dieweil dann
jhr kein Stande deß Reichs seyn/noch als Pri-
vati einige Regalia haben vnd erlangen können**/10.
Januarii, Anno 80. refert Ruland. *de Commiss. part.
2.lib.5.c.4.sub nu.50.*
Hi autem qui vigore regalium † & privilegio- 17.
rum Judæos recipere possunt, diligenter cavere
debent, ne Christianos illicito fœnore & usuris
exhauriant, & per nefas Christianorum opes atte-
nuent, sed ex operis & laboribus victum quærant,
Reformat. **guter Policey zu Augspurg**/de An. 1530.
sub tit. **von Juden vñ jrem Wucher**/ibi: **Damit sie
dannoch jre Leibsnahrung haben mögen/wer denn
Juden bey jhm leiden will/der sol sie doch dermassen
bey jm halten/dz sie sich deß Wuchers vnd verbot-
tener wucherlicher Käuffe enthalten/vnd mit ziem-
licher Hanthierung vnd Handarbeit ernehren.** Pos-
sunt tamen † usuras legitimas & inter Christianos 18
receptas, nimirũ 5. pro 100. accipere **Policey Ord-
nung zu Franckfurt**/de An. 1577. sub tit. 20. §. **Da-
mit aber die Juden.** [Confer Christoph. Wintzler.
de jurisd. Episc. Ger. tit. 17.] Itaq; si amplius, quàm
jure † receptum permissumve est, usurarum nomi- 19
ne exegerint, id aut in sortem imputare, aut resti-
tuere tenentur, Curt. Jun. *in l. ejus qui, ff. si cert. pet.*
Clar. *in §. usura. vers. hæc autem,* quamvis moribus
passim contrarium frequentetur, Hier. Treut. *vol.
2.th.5.lit.c. in notat.* Unde non desunt plurimi ex
Principibus † & imperii statibus, qui licet regalia 20
habeant, tamen ab hoc jure regali Judęos habẽdi,
propter subjectorũ utilitatem abhorrent, eosq; in
suis territoriis ferre nolũt, Sixt. *de rega. li.1.c.5.n.23.*
Præterea † hi qui Judæos receperunt, curare de- 21
bent, ne cum Furib. colludant, & furtorũ recepta-
tores existãt, aut temerè res furtivas coëmant. In-
deq; si furtivæ res reperiantur apud Judæos, quas
tamen illi furtivas ignorarunt, sine refusione pre-
tii & omnis lucri eas restituãt, **ohn alle Entgeltnüß:**
vel si in fraudem legis rursus alteri vendiderint,
pretium emptori restituent. Si verò res furtivas
aut vi ereptas scienter emerint, à Magistratu seve-
rè puniendi, *d. Ord. Polit. Francfur. de An. 1577. tit.
20* **daß sich auch die Juden.** Utque melius fraudes
eorum evidentur, debent † schedulas & rationes 22
suas in lingua Germanica conficere, iisq; adjicere,
quid & quando crediderunt, qualeque pignus ac-
ceperunt, *d. tit. 20. §.* **vnd damit aller Betrug.** [Et
in genere de instrumentis in peregrino idiomate
non conficiendis Confer Anthon. Fabr. *in Cod.*

ver.

ver. in Sabaud judic. lib. 4. tit. 16. defin. 13.] Neque
23 etiam actiones † & jura sua contra Christianos
ex ulla causa vel prætextu alii Christiano cedere
possunt, *d. tit.* 20. §. **Es sol auch kein Christ.** Jura i-
taq; amittunt & Notarii ac Magistratus ejusmo
di cessionis contractus conscribentes honoribus
& officio privantur, aliique id facientes carcere &
aliis modis puniuntur, **R A.** de Anno 1551 §. **Die-
sem zu begegnen.**

24 Pignora † etiam à Christianis sub lege commis-
soria recipere, vel sine judiciali auctoritate aliena-
re non possunt. *d. tit.* 20. §. **vnd dieweil man in Er-
fahrung.** Neq; minus advertere debent superio-
25 res, ne officiarii † cum Judæis colludant, & pro-
pter munera illis cõniveant, *d. §.* **vnd dieweil/** *in fin.*
quod hodie multis in locis corruptissimo homi-
num more fieri consuevit, apud quos facilior Ju-
dæis quàm Christianis patet aditus.

Hæc tamen Jura de Judæis constituta obtinent
salvo cujusq; Electoris Principis & status imperii
jure speciali, ordinatione provinciali & privile-
26 giis, *d. tit.* 20. § *fin.* Ut verò † à Christianis digno-
scantur discreto vestitu uti, & signa aperta porta-
re coguntur, Decian. *in pract. crim. lib. 5. c. 12. n. 16.*
Et in specie quidem clavo, seu annulo flavo ab a-
liis discriminantur, *Ordinat. Polit. Anno* 1530. *tit.*
von der Juden Kleydung.

27 Deniq; † ita tractandi Judei ut Christianis sub-
jiciantur & ab iis pro sola humanitate foveantur,
c. Iudæi. 21. x. de testibus. Schnedevv. *ad tit. de inst.
Nupt. part.* 4. *n.* 8. utpote quos perpetuæ servituti
propria submisit culpa, *c. etsi, x. de Iudæi.* Quod ta-
28 men non de servitute illa civili, † sed subjectione
quadam suppressionis intelligendum venit, ut in-
terpretatur Zas. *in quæst. 1. de Iudæi. quæ extat tom.
5. pag. mihi* 103 [Paul. Parisi. *cons. 2 num. 9. vol. 4.*]
Nam quoad dominia, possessiones, commercia,
matrimonia & potestatem patriam, liberorum
non servorum jure censentur, Zas. *d. loc. add Ceras.
ad l. 3 C. de his qui sunt sui vel alien jur.* Et in Ger-
29 mania † sunt cives Romani ex stylo & consuetu-
dine, Mynsing. *5. observ. 6.* ac juris communis ferè
sunt participes, tanquam cives Romani, [Alexan.
cons. 71. vol. 3. & cons. 75. vol. 5. Paris. *d. cons. 2. nu. 9.*]
Matth. Wehner. *in pract. observ. verbo* **Juden.** Ac
30 Judæos censeri de populo, † & statuto. si civitatis
commodo frui posse, post alios à se relatos, tradit
Menoch *remed. 9. recuperand. poss. nu.* 291. *& seqq.*
Trentacin. *d. resolut. 3. n. 1. l. 1. si de Leg. & constit.*]
Negari tamen ita non potest, *l. 1. C. d. Iud. ubi Dd.*

Deinde † licet in concursu juris stricti & æqui- 31
tatis, hæc illi præponderet, *l. placuit, Cod. de judic.
cum similib.* tamen contra Judæum debet servari
rigor & non æquitas, *gloss in cap. 2. x. de Iudæi.* Ja-
son. *in l. si Insulam & Ripa ibid. n.* 10. *de V. O.* unde
editio instrumentorum, quæ mera æquitate ni-
titur Christiano exigente Judæo imponitur, Me-
noch. *de arbitrar. cas.* 235. *n.* 30. Geil. 1. *obs.* 106. *nu.*
12. Ruland. *de Commissar. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *nu.* 21.
Unde etiam fit, quod cum juramentum supple- 32
torium † in supplementum probationis semiple-
næ, deferri dicatur ex æquitate, Bald. *in rubr. de
controvers. investit.* Judæo illud non defertur, Jas.
in l. admonendi, nu. 114. *de jurejur.* Marsil. *sing.* 41.
Trentacinq. 1. *Resol.* 3. *n.* 2. 33

Verùm in Camera † Imperiali contra supra di-
ctum jus commune judicatum esse & Judæo tale
juramentum delatum in causa **Hans Weinschick/**
contra **Berlin Juden/** Ex stylo Cameræ allegato
testatur, Mynsing. *5. observ* 6. Judæis autem juran- 34
tibus † in Christianorum curiis certa solennitas
præscripta est, uti videre est in *Ordin Cam. de An.*
1535. *sub tit.* **Form vnnd Ordnung deß Juden
Eyds.** *Et in Ordin. Cam de Anno* 1555. *part. 1. tit.*
86. vid. Bernh. VVurmser *lib. 1. tit. 14. obs. 7.* Myn-
sing. *6. observ.* 20. [alia est solennitas de jure Saxo-
nico **im Richtsteig Landrechtens/** *c.* 50. quo jure
Judæus etiam contra Christianum testis esse po-
test, Reinh. *p. 4. different.* 18. Coler. *dec.* 127. **Weich-
bild/** *artic. fin.* quod & praxi Cameræ receptum di-
cit VVehner. *in practic. observat. verbo* **Juden/** *&
ad id allegat. d. tit. 86. Ordin. Camer. part. 1.* ex quo
tamen ego illud colligere nondum potui. Nota- 35
biliter idem VVehner. *alleg loc.* tradit, † quod in
Camera Judæus non possit per Christianum pro-
curatorem juramentum judiciarium jurare, sed
debet id vel per se vel per alium Judæum, specia-
le mandatum ad id habentem, præstare, & ita in
causa **Demuth** contra **Jacob Juden** conclusum,
25. Januar. Anno 1551. VVurmbser. *tit. de Pro- 36
curat observat.* 4. [Similiter Judæus † à Christia-
no Procurator constituens, non potest alium
Christianum in judicio substituere, uti Cameræ
præjudicio firmat Mynsing. 2. *obs.* 13.] De jure au- 37
tem communi † Judæus contra Christianum ad
testificandum omninò non admittitur, *c. 1. de te-
stib c. non potest. 2. q 7. l. 21. Cod de hæretic. & Ma-
nich.* Cravett. *consil.* 73. *nu.* 12. 18 [Ea de re vid.
plenius Mascard. *de probat. conclus.* 945. *per tot.*
Matth. Coler. *decis.* 127. Excipi tamen solet ca-
sus

sus usurariæ pravitatis, quo Judæus etiam contra Christianum ad testificandum admit. itur, per tradita Cravett. *consil.73. num. 7. & seq.* Cacheran. *decis.72. num.2.*] De jure civili tamen potuerunt Judæi esse tutores, *l.15 §. 6 ff. de accusat.* & honores adipisci, Divi Severus & Antonius permiserunt, *l. generaliter, 3. §. ult. de decurion.* quod tamen Bart. *ad d. l.* ita restringit, ut procedat inter ipsos Judæos.

38 Ut ut autem † Judæi multorum jurium participes sint, jurisdictione tamen & imperio omni destituuntur, & sub jugo Christianorum vivere compelluntur. Ideoq; sententia lata contra Judæum quendam **der sich einen Regierer gemeiner Judenschafft genennet** / in Camera, qui condemnatus fuit in duas marcas auri puri **in zwey Marck löhtiges Goltes / dem Keyserlichen** Fisco **zu Straff** cum expensis **zu entrichten** Et licet iste probavit alios etiam Judæos isto titulo usos, cum tamen inusitatus sit, ac elatum seditiosumq; animum arguat, meritò punitus fuit.
39 Nam vox **Regierer** † publicum arguit officium cum jurisdictione & imperio quodammodo conjunctum, quod Judæis tribui non debet, qui privati sunt, *c. nulla offic. dist. 54. c. cum sit de jud. l. 1. in fi. C. eod.* Auct. *dec. seu praejud. Cam. verb. Judæus*, & translato sceptro Judæ nullam jurisdictionem habent, ut supra monui.
40 [Sic & olim sub Augusto Cæsare, † post mortem Herodis, quendam ex Judæis Simonem dictum, Regium nomen assumpsisse, & propterea eundem à Quintilio Varo Syriæ Præfecto, in ordinem redactum & punitum testatur Corn. Tac. *lib.21. annal.* In quibusdam tamen locis Judæos peculiares judices habere à Magistratu tamen Christiano datos apparet ex iis, quæ trad. Matt. de Afflict. *decis. Neap. 32 nu. 1. & 2.* Confer Ioh. Azor. *inst. moral. lib. 8. c. 22. q. 10. part 1*]

41 Sæpe quæsitum † memini, num ubi recepti sunt Judæi ad Christianam fidem cogi possint? Sed quia fides non jubetur sed suadetur, ad eam cogi vi non possunt, ad legendas tamen sacri Canonis interpretationes de jure Justinianeo adiguntur, *Nov. 146.* & ad sacra audienda externa disciplina compelli debent, Grav. *lib. 2. concl. pract. ad observat.* Geil *concl 5 in coron. 9* [ubi refert ita Papiæ judicatum, ut compellerentur Judæi ad audiendam S. Evangelii prædicationem certis tem-
42 poribus.] Becht. *de securitate concl. 68.* Alia † est quæstio an Judæorum infantes invitis parentibus ad baptisma auferendi, quam quæstionem pro & contra latissimè tractat Zas. *in q. 1. de Judæis.* ubi post alios à se allegatos in affirmativam descendit sententiam [quam etiam novissimè tuetur Henr. Korum *in respons. de Jud. art. 3.* Et in ea sententia multos fuisse Theologos & Dd. Juris in Consilio Neapolitano, eamque à Rege executioni mandatam testatur Matth. de Afflict. *decis. 151. per tot.*] de qua tamen ego valdè dubito, † cum Apostolus il- 43
los qui foris sunt nihil ad nos pertinere dicat, [*1. ad Cor. 5. v. 13. c. gaudemus, x de divert.*] Judæorum autem infantes foris sunt & extra Ecclesiæ gremium. [Et hanc sententiam tanquam veriorem pleriq; amplectuntur Theologi nostræ Confessionis, & praxis etiam quotidiana comprobat, Confer Frid. Balduin. *de casibus consc. lib. 4. c. 8. cas. 8.* ubi tamen *nu. 3.* hoc ita declarat, † nisi infideles vel 44
eorum liberi, jure belli aut per emptionem, donationem, captivitatem aut quocunque alio modo legitimo in nostram pervenerint potestatem, & sic pars familiæ nostræ facti. Exemplo Abrahæ, qui non tantum ex sanguine natos, sed & empticios, qui non erant de stirpe ejus circumcidit, *Genes. c. 17. v. 13.* Hinc Augustinus *in lib. de grat. & lib. arbitr. Filius infidelium etiam præstatur gratia (baptismi videlicet) cum occultâ Dei providentiâ, in manus piorum, quomodocunque pervenerint.* Nullo tamen pacto † adulti inviti baptizandi, secus 45
quoad liberos, quamvis tentandam prius parentum conversionem ante omnia, & deinde unà cum illis liberos, baptizandos, monet Balduin. *alleg. loco.*] Magis autem placet, quod idem Zas. *in secunda quæstione de Judæis* decidit, † videlicet 46
infantes Judæorum invitis etiam parentibus posse petere baptismum, neque parentes vigore patriæ potestatis id impedire posse, quia potestas patria in pietate non in atrocitate consistere debet ut nostri loquuntur. Hæ quæstiones Zasii sunt *in Tom. 5. oper. ejus.*

Coronidis loco † nota, Magistratum qui semel Judæos recipit in protectionem & securitatem, non posse contra pacta & privilegia eos pro lubitu ejicere, [Et ipsorum bona rapere, per ea quæ tradit Paris. *consil. 2. num. 15. vol. 4.* ubi dicit Principes qui hoc faciunt non esse sine peccato, M. Anton. Natt. *consil. 620. num. 21.* Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. cap. 658. nu. 34. & seq.* Cardin. Tusch. *pp. conclus. 37. num. 1.* Marquard. de Susan. *in tract. de Judæis, c. 7. nu. 4. & 5.* ubi dicit, posteaquam jam in terris Christianorum recepti sint Judæi, facti sunt de populo Romano & de eodem 47

corpore civitatis, *per gl. in c. jus Quiritũ dist. in c. 1.*
Oldra. *cons.* 264. ubi plures adducit rationes, item
tex. *in l. Christianos, C. de pagan. sacrif. & temp.*
Et in hanc sententiam respondet Facultas Juridica
Coloniens. 5. Febru. Anno 1628. in causa Domini
Abbatis Fuldens. Et Facult Juridica Marpurgens.
30. Aprilis Anno 1630. in eadem causa Confer M.
Ant. Natt *cons. 620. nu. 22. Tom. 3.* Roland. à Vall.
cons. 25 nu 1. vol 3. Steph. Gratian. *discept. Forens. c.*
654. nu 34. Tom. 6.] & ita mandatum cum clausu-
la decretum in causa Joachim Ferber Juden zu
Northausen/ contra Burgermeister vnd Raht der
Statt Northausen/ 28. *Sept. Anno* 1551. Roland.
de Commiss. part. 3. lib. 7. c 3. nu. 5. ubi etiam alia re-
censet præjudicia.

48 Securitas † namque & protectio semel alicui
concessa, sine causa & culpa violari non debet, Et
notant Dd. quod solus summus Princeps de pleni-
tudine potestatis possit expellere Judæos, Innoc.
in c. super his, de vot. Corset. *de potest. reg par. 5. n. 11.*
& 13. Oldra. *cons.* 87. Et ita in regnis Hispaniarum
usu servari testatur Don. Garſ Mastr. *de Magistra-*
tibus lib. 3. c. 4. n. 420.

49 Hoc tamen fallere puto † in inferiore etiam à
summo Principe. 1. Si ad certum tempus recipi-
antur Judæi; quia nunc permissa ad tempus, ela-
pso tempore censentur prohibita, per vulgata. 2. Si
Judæi certis conditionibus recipiantur, quas iis si
temerario ausu violant, quia tunc securitatis auxi-
lio frui non possunt, cum in leges securitatis com-
miserint, *l. auxilium. ff de Minorib.* [Et ita ex hac
& similibus rationibus respondit Facult. Juridica
Ingolstadiensis, in causa Domini Abbatis Fulden-
sis contra Judæos, 9 Febr. Anno 1628. Tanto mi-
50 nus autem † hoc casu, quo Judæi recepti sunt sub
speciali Salvaguardia & protectione Principis, pri-
vatis licebit offendere vel occidere eos Quinimò
occidens Judæum perinde tenetur de homicidio,
ac si Christianum occidisset, cum sit homicida, *c.*
Clericum, c. qui verò, distin. 50. l. nullus, C. de Iuda.
Decian. *in tract crimin. part. 3 lib. 5. c. 15. nu. 1. & 2.*
Caspar. Anth. Thesaur. *2. quæst. Forens.* 36. De pro-
51 hibita Christianorum cum † Judæis conversatio-
ne & communione, & in quibus præcipuè consi-
stat, vid. *c. nullus, & c. omnes, 28 q. 1.* Johan. Azo-
ri. *instit. Moral. lib. 8. c. 22. & ibid. in fin. de Chri-*
stianis ad Iudaismum transeuntibus, & illis
ut hæreticis puniendis.]

CAPUT. IV.

DE LEGIBUS NATURALIBUS.

SUMMARIA.

1. *Legibus divinis proxima sunt leges naturales, divinâ providentiâ ab ipsa Natura prodita. Et quodammodo cordibus hominum insculpta.*

2. *Omnis civilis constitutio Naturam ducem spectat, atque insequitur. Naturalis ratio in reb. dubiis optimè judicat.*

3. *Naturale jus dicitur rectæ rationis lumen ostendens, quæ agenda, quæ fugienda.*

4. 9. *Ius civile nihil aliud est, quam rivulus ex jure Naturæ deductus.*

5. *Leges Naturales, immutabiles sunt, ideoq; in totum abrogari non possunt. Natura vinculum Principis auctoritatem superat.* 6. *Natura constans & perpetua.*

7. *Hæ leges immutabiles sunt in thesi, & in totum, in hypothesi verò, seu pro parte iis pro utilitate Reipub. derogari vel addi potest.*

8. *Ius naturale quod dicit in genere, id jus civile ad varios vitæ humanæ casus, & factorum species accommodat.*

10. *Natura ponit fundamentum in toto jure. Civilis verò auctoritas latiùs porrigit naturæ axiomata, dispensatq; secundum immensam rerum varietatem.*

11 *Non omne quod naturalem habet rationem, juris naturalis est, nisi suam formam quoq; & esse ab eo habeat.*

LEGIBUS divinis † proximæ sunt Leges Naturales, quas cum divina providentia, *§. penultim. instit. de l. N. G. & C.* ipsa rerum Natura prodidit, *§. 11. instit. de rer. divis.* & quodammodo cordibus hominum insculpsit, *Roman. 2. vers. 15.* Ideoq; in jure nostro, ubi deficit lex, potest allegari ratio naturalis, *l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusat.* ubi JC. allegat Naturalem rationem pro Justitia. Unde Bald. eleganter dicit, rationem naturalem esse clypeum, sub quo tegatur jus nostrum, *in l. unic. §. 1. Cod. de Caduc. tollend. fac. cum ratio, de bon. damnat.* [Ac veluti nautæ ad Cynosuram respiciunt, ad eamque suum dirigunt cursum, ita omnis civilis constitutio † naturam ducem spectat, atque insequitur, inquit Duaren. *ad l. 1. ff. de pact.* Quia naturalis ratio & discre-

discretio, quæ est mater virtutis, in rebus dubiis optimè iudicat, Bald. *consil.* 330. *num.* 2. *in fin. vol.* 2. Meischner. *decis. Cam.* 13. *nu.* 351. *Tom* 3 *per l. voluntates*, C. *de fideicom.* Et cuncta rectè dispo-
nit, ac illicò conscientiam remordet, quoties fit contra eam, Bald. *consil* 58. *vol.* 3. Matth. de Af-
flict. *decis.* 403. *num.* 8 Hinc apud Theologos na-
3 turale jus † plerumque dicitur rectæ rationis lu-
men, quod semper quasi habitu ostendit, quæ sint agenda quæ fugienda, atque ipsum rectæ ra-
tionis præscriptum ostendens, vid. Johan. Azor. *Institut. Moral. lib.* 6. *cap.* 1. *part* 1.] Adeoque natu-
4 rale † jus, est fons juris Civilis, ita ut jus Civile nihil aliud sit quam rivulus juris Naturæ, Ernest. Cothman. *ad tit. C. de Legib. nu.* 50. Leges Natu-
5 rales, † quia divina providentia sunt constitu-
tæ, ut modò dictum, immutabiles sunt, ideoque eas Princeps, & juris Civilis auctoritas in totum abrogare non potest, *d.* §. *penult. Institut. de I. N. G. & C.* Naturæ quippe vinculum Principis au-
ctoritatem superat, Valer. Maximus *lib.* 7. *cap.* 7. §. *item.* [Johan. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotidian. cap. fin.* §. 7. Regner. Sixtin. 2. *consil. Marpurgens.* 9.
6 *num.* 108. Est enim Natura † constans & perpe-
tua, quamvis accidentia facilis sint resolutionis, Bald. *in c.* 1. *col.* 2. *quis dicatur Dux*, *&c.* Matth. de Afflict. *decis.* 282 *nu.* 12.] Sunt autem hæ leges im-
7 mutabiles in thesi, † & in totum, quamvis in hy-
pothesi seu pro parte, iis pro utilitate Reipublic. jus civile derogare vel aliquid addere possit, *l.* 6.
8 *& ibi Dd. de just. & jur.* Quod enim jus † natu-
rale dicit in genere, id jus civile, quasi per spe-
cies, ad varios vitæ humanæ casus & factorum themata accomodat, *d. l.* 6. Wesenbec. *ad d.* §. *pen. Institut. de I. N. G & C.* [eaque de re vid. quæ prolixè & multis persequitur Johan. Azori. *instit. Moral. lib.* 6. *cap.* 1. *q.* 2. *& quæst.* 4 5. *part.* 1.] ita ta-
men ut non in totum à naturali ratione recedat.
9 Nam ut dictum jus civile † est rivulus quidam ex jure Naturæ deductus. Quemadmodum au-
tem rivulus per multas ambages & circuitus, & aliquando longiùs à fonte recedit, sed tamen vim, robur & actionem suam à fonte habet: ita & jus civile per varias ac scrupulosas rerum, cau-
sarum, negotiorumque ambages & anfractus ex-
currit, & à fonte juris naturalis longiùs quan-
doque recedit, sed tamen robur vim & actionem suam, à lege naturæ, tanquam fonte limpidissi-
mo & uberrimo deducit, Ernest. Cothman. *ad*
10 *d. tit. Cod. de Legib. num.* 53. [Breviter: † Natura ponit fundamentum in toto jure. Civilis verò auctoritas latius porrigit naturæ axiomata, dis-
pensatque secundum immensam rerum varieta-
tem, inquit Johan. Oldendorp. *Class.* 1. *in præ-
ambul. ante action.* 1.] Hujus juris exempla in jure nostro passim obvia, ut sunt maris & fœminæ coniunctio, liberorum educatio, defensio, cum similibus. [vid. Tiber. Decian. *tractat. crimin. lib.* 2. *cap* 6 *per tot.* ubi de hoc jure naturali notabilia quædam proponit. Finaliter tamen notandum: Non omne, † quod naturalem habet rationem 11
juris naturalis esse, nisi suam quoque formam & esse ab eo habeat, Johan. Gœdd. 2. *consil. Marpur-
gens.* 28 *nu.* 115. *per l. jus civile*, 6. *l. omnes popul. ff. de just. & jur.*]

CAPUT V.

DE LEGIBUS CIVILIBUS MERE POsitivis earumq; constitutione & Effectu.

SUMMARIA.

1. *Leges positivæ & merè civiles quid?* 2. *Unde sic dicantur.*

3. *In his auctoritas statuentium pro ratione est.*

4. *Hæ leges civili ratione, & auctoritate nixæ pro diversitate loci, temporis in subjectorum utilitatem mutari possunt.* 5. *Non semper & ubi, utile est quod aliquando, & alicubi utile fuit.*

6. *Ut ipsa Respublica, ita & leges, vinculum & nervi Reipubl. populi ingenio accommodandæ.*

7. *Rationes hujus mutabilitatis Res humanæ maximè fluxæ & fragiles, nec quicquam ita stabile inter homines & immutabile, quod nullam patiatur mutationem.*

8. *Expedit Reipubl. leges ad conditionem rerum humanarum, & statum Republ. præsentem accommodari. Non tempora rebus, sed res temporibus serviant.*

9. *Sæpissimè quæ subtili observatione cauta sunt, turbavit emergentium causarum varietas.*

10. *Rerum usus acerrimus juris censor, atq; explorator.*

11. *Quod medicamenta morbis, hoc jura exhibent negotiis.*

12. *Clausula salutaris supplicationi adjecta quid operetur? postea in causis mandatorum sublata.*

13. *Nulla juris sanctio ad humana naturæ varietatem sufficit.*

14. *Romulus nullam in parricidas pœnam sanxit, nullum hominum tantum flagitium admissurum arbitratus.*

15. *Prout hujus vel illius regionis morbi animos hominum occupant, ita legum erit preparanda Medicina.*

16. *Singulis Nationibus sua sunt laudes, sua labes & vitia.*

17. *Rationes dubitandi 1. Lex debet esse justa.* 18 *Iustum & injustum sunt contraria. Apud Persas & Medos immutabiles fuerunt leges.*

19. 2. *Lex justa fundamentum habet à naturali ratione, quæ immutabilis.*

20. *Respondetur ad easdem Ad 1.*

21. *Variatâ causâ variatur effectus.*

22. *Idem diversorum effectuum causa fit, ubi in diversa subjecta incidit.*

23 *Iustitia non est varia, nec lex, sed ipsa tempora & mores hominum, quibus lex præest, variant.*

24. *Æqualis in utroque æquitas, vel antiquare, quæ prava sunt, vel promulgare quæ justa sunt.*

25. *Ipse Deus ex his, quæ in V.T. statuerat, quædam mutavit in Novo.*

26. *Ad 2.27. Ius civile iniquum non statuit, neq; à ratione naturali in totum recedit. Salus populi suprema lex.*

28. *Caroli V. Imp. de Germanorum constitutionibus sinistrum judicium.*

29. *Leges fundamentales sine periculo non mutantur, his enim mutatis fundamenta Republ. mutantur.*

30. *Leges constituere supremæ potestatis est. Initio urbis Rom. Reges leges constituerunt.*

31. *Exactis Regibus populus vel totus legem constituebat, undè Lex in specie.* 32. *Vel per partes, undè Plebiscitum, & Senatusconsultum.*

33. *Rerum summâ ad Augustos devolutâ, & latâ lege Regiâ, Principum placita leges esse cœperunt.* 34. *Non omne, sed illud demùm, quod ex justa probabili causâ legis condendæ animo Principi placuit, legis habet vigorem.* 35. *Quodq; priùs decisum non est, adeoq; sanctione opus habet.*

36. *Hodiè in imperio leges universales cōdit Imperator, consilio & suffragio Electorum, Procerum, & statuum imperii.*

37. *Quibusdam hæ leges rectius, Imperiales, quàm imperatoriæ dicuntur.*

38. *Imperator potissimas partes in legis constitutione obtinet.* 39. *Falsa Bodini illatio, penes Proceres, non penes Imperatorem residere jura Majestatis.*

40. *Olim Principes statuere quid volentes, id justum æquumq; esse senatui persuadebant orationibus.* 41. *Hisce orationibus assimilantur hodiè propositiones Cæsareæ.*

42. *In Gallia nullam habent auctoritatem edicta regia, nisi curiarum consensu comprobata.* 43. *Auctoritas Curiarum non absorbet Majestatem Principis.*

44 *Leges curiatæ quomodo olim à Romulo latæ?*

45. *Imperator dissentientibus statibus ex plenitudine potestatis quandoq; decernit.*

46. *Constitutiones in Comitiis imperii ita conditæ, in scripturam rediguntur, & Recessus imperii* Reichs Abschiede *appellantur.*

47. *Norma legum ferendarum est justitia, quæ Principi potiùs, quàm mera animi sui sententia sequenda.*

48. *Ius à justitia quatenus & quomodo dicatur?*

49. *Forma legum constituendarum ex cujusque Reipubl. instituto æstimanda. In Codice Iustin. quæ forma legis ferendæ reperiatur?*

50. *Scriptura adjunctum legis est necessarium, non tamen forma ejus, neq; essentiam constituens.* 51. *Scriptura requiritur in lege, non quoad simpliciter esse, sed quoad melius esse.* 52. *Scriptura requiritur non ad essentiam, sed ad existentiam legis.*

53. *Essentiale à priori dicitur, quod rei essentiam constituit. Scriptura legem non constituit, sed Procerum suffragatio, & summi Principis auctoritas.*

54. *Consuetudines in scripturam redacta non propterea incipiunt esse leges. Differt jus scriptum à jure in Scripturam redacto: Illa est vox juris, hæc facti.* 55 *Consuetudines Parisienses, & totius Galliæ magno studio & meditatione in scriptis redactæ sunt, non tamen propterea desinunt esse consuetudines.*

56. 57. 58. 59 60. 61. *Rationes, quibus scripturam ad formam & essentiam legis pertinere asseritur. Ad easq; Responsiones*

62. *Effectus legum est, ut obligent ad obedientiam, & pœnam.* 63. *Hic effectus legum in quibus locum habeat?*

64. *Ius & leges Romanorum per orbem ferè totum observari cœperunt.* 65. *Et Turcæ suâ lingua codicem Iustinianeum habent.* 66. *Romanum jus etiam apud exteros vocatur jus commune.*

67. *In Gallia pro decisione causarum, in defectum vel subsidium consuetudinum, omninò ad jus commune recurrendum.*

68. *Gallorum ICti testantur, se non tàm auctoritati.*

rati & sanctioni legum Roman aliquid in se permittere, quàm rationi, & aequitati earum se submittere.

69. Ius sine jussu ad id quod bonum, aequumq; est, lex autem ad imperantis Majestatem pertinet.

70. Lex humana etiam obligat in conscientia.

71. Leges maximè imperiales censentur procedere à Deo.

1 LEges civiles & merè positivae sunt, † quas ratio civilis propter utilitatem vel necessitatem civium introduxit, *l. 2. §. his de legib. §. & §. deinde,*
2 *9. ff. de orig. jur.* Dicuntur autem hae Leges † merè Civiles & Positivae, quod ab omni necessitate juris divini & naturalis sejunctae sunt, ut quando ex temporum spatiis actus legitimos Legislator metitur vel decidit, *arg. l. puto, l. 1. §. initium de postuland.* exemplum etiam est. **in R. A. zu Nürnberg/** de An. 1524. §. **Vnd soll das persönlich Sitzen/ ibi: Auch dreyzehen Wochen für ein viertel Jahr ge-**
3 **rechnet werden.** In his itaq; † auctoritas pro ratione est, & sufficit si statuentes dicant, hoc justum esse arbitramur, ut ex Francisc. de Scal. dicit Bald. *ad d. l. 1. de postuland.* Zas. *in parat. ibid. nu. 13.* Et
4 hae Leges † quia civili ratione & auctoritate nituntur, pro diversitate loci, temporis, ad subjectorum utilitatem mutari possunt. [Adeoq; nullam, in Republ. Romana legem videri sufficientem promulgatam, sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem & machinationes sufficiat, inquit Justin. Imp *in Nov. 74. in pr.* Specul. *in procem.*
5 *n. 17.*] Non enim † semper & ubiq; utile est, quod aliquando & alicubi utile fuit. *l. un. C. de caduc. tollend* [Specul. *d. l.* J. Oldend *Class 1. act. 1. v. jus tale repugnat*] Unde Comicus: Hic dies aliam vitam, alios sibi mores postulat. Quemadmodum enim
6 ipsa Respublic. † populi ingenio accommodanda, vid. Waremund. ab **Ehrenberg** *de Foederib. c. 1* Bodin. *in Method Hist. c. 7.* ita & leges multò magis, quae sunt vinculum & nervi Reipublicae.

7 Rationes † autem hujus mutabilitatis plurimae adferri possent, de quibus quasdam saltem recitabo. 1. desumi potest à conditione sortis humanae; quia constat res humanas maximè fluxas & fragiles esse, adeoque tanquam Euripum quendam in perpetuo motu agitari, nec quicquam ita stabile inter homines & immutabile esse posse, quod nullam patiatur mutationem, inquit Justin. *in Nov. 7. c. 2. l. 2. §. sed quia, C. de veter. jur. enucl.* [Et nunquam perfectum in humanis intentionibus reperitur, Specul *in procem n. 17.* Andr. Geil. *de Arrest.*
8 *Imp. c. 2. n. 11. 12. 13.*] 2. ab utilitate, † quia expedit Reipub. ut leges ad conditionem rerum humanarum & statum Reipub. praesentem accommodentur, *c. non debent, x. de consanguin & affin. add.* [Nō enim tempora rebus, sed res temporibus serviunt, prudenter dixit Dionys. Halycarnass.] R. A. de An. 1530. sub t. **von reisigen Knechten vñ Dienstbotten/ §. Es soll auch/** ibi: **nach eines jeden Lands Gelegenheit.** 3. Facit quod conjectura Legislatoris facilè aberrare possit, ut spes eum fallat. Saepissimè † namq; ea, quae subtili observatione cauta 9
sunt, turbavit emergentium causarum varietas, inquit Justin. *in Nov. 49. in pr.* R. A. de An. 1555. §. **Wiewol nun auff vorigen Reichstagen der Landfried fürgenommen/ erwogen/ gebessert/ vnnd in gemein auffgerichtet/ dardurch im H. Reich verhoffentlich ein friedlich Wesen zu erhalten: So hat doch die Erfahrnuß nach der Hand mit sich bracht/ dz derselbige auffgerichte Landfried/ vnnd die darinn verordnet/ Handhabung/ Vnruhe vnnd Empörung zu verhüten/ nicht genugsamb/ ꝛc.**

Hinc rerum usum † acerrimum juris censorem 10
atque exploratorem pronunciavit Livius. Sicut itaque gubernatoribus sive Naucleris, saepè mutanda est velificatio, utcunque in alto ventus est, ita & Leges Rerumpublicarum gubernatoribus. Plat. *in dialog. de Legib.* Didac. Covarruv. *in cap. alma mater in relect. 2 sub nu. 2. de sentent. excommun. in 6* [Geil. *de arrest. d. c. 2. nu. 11. & seqq.*] Similiter sicut Medicis, † nonnunquam prior sua 11
curandi ratio, quam animadvertunt, non satis feliciter procedere, aliter instituenda est: ita etiam legumlatoribus, & Rerump. gubernatorib. quam comparationem, ipse Justin. Imp. instituit *Nov. ttt.* addens, q̄ medicamenta morbis, hoc jura exhibere negotiis, ut nonnunquam à judicio discordet effectus, & quod conjectura credebat prodesse experimento inveniatur inutile. [vid. Chassanae. *de glor. mund considerat. 17. v. ex quibus.*]:

Hujus rei exemplum † desumi potest ex novissimis imperii constitutionibus. Nam **in R. A.** 12
de An. 1551. §. **hierauff** constituitur, ut clausula salutaris supplicationi adjecta hoc operetur, ut licet narrata per se idonea non sint, tamen vi salutaris illius clausulae, processus decernantur: quia tamen usus & experimentum edocuit, ex illa constitutione multa orta inconvenientia, ideò postea [in causis mandatorum] **auß erheblichen vnnd begründten Bewegungen** sublata, **R. A. zu Speyer** de An. 1577. §. **Wiewol dann in der Visitation.** Sic licet *in Ord. Camer. p. 2. tit. 28.* **vñ dadurch/** summa appel-

lycarn. *lib.6.* VVesenb. *ad §. Lex est. instit. de I. N.G.*
& C. Arnis *lib.2. de jure Maj.c.* 3 Bod.1. *de Repub.c.*
10. *part.* 235. [Gold. *in replicat pro Imp c.* 11] Et qui-
dem initio urbis, cum penes Reges jura Majestatis
residerent, illi leges constituerunt. Et leges quas-
dam curiatas Romulus ad populum tulit, tulerũt-
que & sequentes Reges, quæ omnes conscriptæ
extant in libro Sexti Papirii, inquit Pomp. *in l.2.§.*
2. *& ibid.* Zas. Cuj Oldend. Ant. Vacc. *ff de orig. jur.*
[Conf. Corn. Tacit. *lib* 3. *annal.* ubi de occasione
& principiis juris, quædam scribit.]

31 Exactis † deinde Regibus populus hasce par-
tes arripuit, *d.l.2. §. exactis* vel totus, unde in spe-
cie lex: Rogatio enim consulis & consensus po-
puli legem constituebat, § *lex est & ibi* Myns. *in-*
32 *stit. de I. N.G & C.* Indeq; consules † de lege ferẽ-
da ad populum orationem stantes habere sedente
populo, & quasi fasces submittere oportuit. Bod.
2. *de Rep.c.*1 *pag.* 280. Vel per partes, unde plebisci-
tum & Senatusconsultum, *Confer §. & 5. ibi Dd.*
instit de I. N.G. & C.

33 Tandem cum rerum summa † ad Augustos de-
voluta esset, lata lege Regia, qua populus omne
jus & imperium in eos transtulit, Principum pla-
cita leges esse cœperunt, *§. sed & quod Principi &*
ibi Dd instit. de I. N.G & C. [Hoc tamen non cru-
dè de quovis Principis placito, sed legitimo, ho
nesto, legisque condendæ animo pro lato accipi-
34 endum. Sicut enim † non quævis vox judicis est
sententia, *l. ex stipulatione C. de sentent. & interloc.*
omn. jud. gl in §. sed & quod Principi, ibiq; Aldo-
brand. *instit. de iur. Nat. gen. &c.* Ita non omne,
sed illud demum, quod ex justa & probabili cau-
sa, legis condendæ animo Principi placuerit, legis
vigorem habebit, Mynsing. *ad d. §. sed & quod*
Principi. Vasqu *Illustr. controv. c.2 n.2* Quodque
35 prius decisum non sit † adeoque sanctione opus
habeat, Pruckman. *in § soluta potestas, cap.3.n.* 69.
Hieronym. Treutler. *consil.* 109. *n.* 11. VVilhelm.
Ferdin. ab Effern. *in Manual. Politic. lib. 3. punct.*
9 *pag.* 453. ubi scribit illam Politicorum traditio-
nem, voluntatem Principis pro lege valere falsis-
simam esse, solis Tyrannis usitatam, indignam
Christianis Principibus, qui voluntatis suæ termi-
nos habent mandata Dei, & justitiæ.]

36 Hodie in imperio † Leges universales condit
Imp. cum consilio & suffragio Electorum, Proce-
rum & statuum imperii, **mit Rath vnd Zuthun ge-
meiner deß H. Reichs Ständen / R. A. zu Spey-
er**/de An. 1570. § **weiters nach dem auch Item mit
der Stände Ermessen vnd Bewilligung / R. A. zu**
Augsp. de Anno 1559. §. **damit dann hinfüro im H.
Reich.** [Et de An. 1570. §. **Als haben neben vns**]
quo pertinent clausulæ regulariter in Recessibus
adjici solitæ, quarum aliquot recenset, Paurm.
de jurisd. lib 2. cap. 2. nu. 31. Idem testantur Proce-
res ipsorum consensu leges constitutas **R. A. zu
Speyer**/de An. 1529. §. sub rit. Constitution **wider
die Widertäuffer** / §. **vnd wir Churfürsten** / ibi: **mit
vnserm guten Wissen / Willen vnnd Rath fürge-
nommen vnd beschlossen sind / verwilligen auch die-
selbige alle sampt** / &c.

Et inde † quibusdam hæ leges rectius Imperia- 37
les, quàm Imperatoriæ dicuntur **deß H. R. Ab-
schiede** / Confer Matth. Steph. *de jurisd. libr. 2. part.*
1. *c* 1. *membr.* 2. *nu.* 11. & ipse Imper. istas leges suas
& statuum appellat **vnser vnnd gemeiner Stände
Abschied** / **R. A.** de An 1564. § **habẽ sie** *in fin* [idd.
R. A. de An. 1567 §. **Aber doch dass sie sich** / ibi: **zu
Handhabunge vnser vnd deß H. Reichs Constitu-
tionen vnd Ordnungen**]

Non tamen † impropriè Imperatoriæ etiam di- 38
cuntur, **vnsere Keyserlich Constitution / Satzung
vnd Ordnung. R. A. zu Speyer** / de An. 1544. §.
nach dem auch die schädliche. Nam Imp. potissimas
partes in legis constitutione obtinet.

Ex hoc autem † quod cum consensu & suffragio 39
Procerum. Imp. leges constituit hodie non rectè
infert Bodin. penes Proceres, & non penes Imper.
residere jura Maiest. quod suprà *lib.* 1 *class.* 1. *c.* 2. *n.*
117. & multis sequentib. solidè fuit refutatum. Nã
& olim Principes † si quid statuere vellent, id ju- 40
stum æquumq; esse senatui persuadebant oratio-
nib. unde toto rationes Principũ in senatu habitę,
l. oratio, 16. *ff. de spons. oratione,* 16. & ibi Gothofr. *de
rit. Nupt. l. hac ratio,* 3. *de donat int. vir. & uxor. l. cũ
hi,* 8. *de transf. l* 1. *de feriis. l* 1. *§.* 1 *de tut. & curat. dat.*
VVes. *in parat. ff de senat.* [Imò Augustum, cũ Tri-
bunitiam potestatem, à Patribus rursum postulas-
set, honora id oratione fecisse, testatur Corn. Tac.
lib. 1. *annal.* Hisce Orationibus † rectè assimilan 41
tur, modernæ Imperatorum Propositiones Cæsa-
reæ, quando in Senatu, hoc est, in Electorum &
Procerum Imperii conventu capitula quædam
proponunt, & eorum suffragia & applausum ex-
quirunt. Vulgò **Keyserliche** Propositiones.)

Et in Gallia † nullam habere auctoritatem 42
edicta regia, nisi curiarum consensione compro-
bata sint, ut ipse Bodin. testatur 1. *de Republic. cap.*
8 *pag.* 149. Auctoritas † quippe curiarum, non 43
absorbet Maj. statum Principis, ut idem Bodin.
eod. c.

cod.c.p.143. in fin. testatur. Sic ipse Romulus olim cum adhuc manu Regia cuncta gubernaret, leges tulit curiatas, *l.1.§.2. de orig. jur.* h.e. curiatim latas. Confer And. Knich. *de autocrat. Rom. nu.5. 582. &*
44 *seq.* [Convocato enim per 30. Curias populo † singulisq; curiis velut in septa segregatis, sententiæ rogabantur ad probandas, vel improbandas leges, quæ ferendæ fuissent, Oldendorp. *in restaur. Polit. ad d. l.2.§.2.* Et talis populi congregatio comitia curiata dicebantur. Hinc Sueton. *in Augusto* ait, Tiberium à Cæsare in foro lege curiata esse adoptatum, hoc est suffragiis populi per curias collectis, Zas. *ibid. num.1.*

45 Notandum etiam † quod Imperator dissentientibus statibus ex plenitudine potestatis quandoq; decernat. R. A. zu Speyer / de An. 1541. als wir aber in der Handlung befinden / dz zwischen jnen jetzo alhie die Vergleichung solcher Articul auß vielen fürgewandten Vrsachen vñ Verhinderung / nit endlich zu erlangen / vnd aber die Stände der Augspurgischen Confession verwandte / vns dieselbige drey Articul heimgestellet / die andern aber auß vielfaltigen angezeigten Vrsachen solches nit thun könten / vnd gleichwol sich gegen vns / damit Fried / Ruhe vnd Einigkeit im H. Reich Teutscher Nation möchte erhalten werden / in Vnterthänigkeit vernehmen haben lassen / wir für vns selbst / vnd auß vnser Keyserl. Macht vnd Vollkommenheit / Ordnung darinnen fürnehmen vnd geben würden / dz sie solches geschehen lassen vnd gedulden müsten / vnd in demselben vns als Römischen Keyser / kein Form oder Maß zu setzen wüsten. rc. [Er R. A. de An. 1555 vnd nach dem bey Vergleichung / rc.]

46 Constitutiones † istæ in Comitiis imperii ita conditæ, in scripturam rediguntur & Recessus imperii sive Comitiorum appellantur des heiligen Reichs Abschiede vnd Satzungen.

47 Norma † legum ferendarum est justitia, quã Princeps potius, quàm meram animi sui sententiam sequi debet. Deus siquidem jus pro amussi & justitiam pro statera posuit, *Esa. 28. v. 17* Hinc jus
48 à justitia dicitur † non origine verbi sed rei. Jus enim origine verbi, non à justitia est, sed potius justitia à jure: & tamen utilissimo effectu dicimus jus à justitia esse, ut intelligamus, jus non esse à jubendo, hoc est, in jure magis spectandum esse, quid justitia imperet, quàm quid potestas jubeat, Gothofred. *in not. ad Schneidevv. vers. testamenta unde dicantur, instit. de testamen.*

49 Forma † Legum constituendarum ex cujusq; Reipub. institutis æstimanda. In Codice Justinianeo hæc forma reperitur, ut scilicet convocatis ad id proceribus, res tractetur, & si universis placuerit, legata dictentur & omnibus consentientibus recenseantur & tandem universorum consensus, supremi Principis serenitate & auctoritate firmetur, *l. humanum, C. de Legib. auth. habita, C. ne filius pro patr. confer Ord. Cam. p. 4. tit. 30. fin.* Cothman. *ad tit. C. de legib. 114.*

Scriptura † licet adjunctum Legis sit necessarium, de forma tamen ejus non est, neque essentiam constituit. Multa siquidem sunt necessaria in subjecto, quæ tamen non sunt causa in effecto, ut est regula Logicorum. [Romulum autorem fuisse, Legum honestarum & utilium, sine scripto pleratumque, quarundam etiam scriptarum, refert Dionys. Halicarnass. *lib. 2. Antiq. Roman.*] 50

1. Requiritur † quidem scriptura in lege, non quoad simpliciter Esse, sed quoad melius Esse, ut eo melius in hominum notitiam deveniat, & salubrius adversus inobedientes allegari possit. R. A. zu Wormbs / de An. 1521. §. Es sollen auch vnser Statthalter / ibi: vnsere Ordnung vnd Declaration außzusuchen / zu rubriciren vnd drucken zulassen / Versehung thun / damit man deß Wissens / vnd sich ein jeder desto baß darnach zurichten hab: Auch Jrrung vnd Versaumnüß / so bey männiglich auß Vnwissenheit erwachsen / fürkommen werde / *fac. text. in Ord. Cam. p. 2. tit. 30. §. fin.* 51

3 Declarando dici potest, † scripturam requiri nõ ad essentiam, sed ad existentiam, Legis. Plura namq; requiruntur ad existentiam, quæ est additamentum quoddam essentiam insequens, Zabar. *lib. 2. de prim. rer. mater.* 52

4 Declarando dic: † si scriptura ullo modo dicenda est essentialis Legi, illud non à priori, sed posteriori intelligendum. Nam essentiale à priori dicitur, qđ rei essentiam constituit. Scriptura verò legem non constituit sed Procerum suffragatio, & summi Principis auctoritas, *d. l. Humanũ, C. de legib.* & postquam lex constituta & perfecta est, demum in scripturam ad faciliorem probationẽ, allegationem & Notitiam redigitur, *d. l. human. & ibi* Bald. *C. de Legib. & in l. contrahitur, ff. de pignor.* Don. Garf. Mastr. *de Magistr. lib. 3. c. 3. n. 67.* ubi ex Specular. & aliis hanc dicit communem opinionem. Unde nec consuetudines † in scripturam redactæ, propterea incipiunt esse Leges, uti nec jus Feudale licet in scripturam redactum, scriptum 53 54

ptum jus dici meretur, siquidem differt jus scri-
ptum à jure in scripturã redacto: Illa est vox juris,
hæc facti, ut eleganter demonstrat Vult. 1. *de Feud.*
c 1. n. 4. [Confer Oldend. *Class. 5. de Action. Benefic.*
55 Sic consuetudines Parisienses † magno studio &
meditatione in scriptis redactas scribit Carol. Mo-
lin. *ad consl. Consuet. Paris. tit. 1 §. 13. gl. 3. n.* 10 Et
Ludov. XI. Galliæ Regem per totam Galliam o-
mnes consuetudines ad eandem normam conscri-
ptas, in volumen aliquod redigi curasse sermone
patrio, ad evitandum fraudes & expilationes Ad-
vocatorum, testatur Philip. Cominæ. *lib. 9. Com-*
ment. Hæ tamen consuetudines propterea non de-
fierunt esse consuetudines.]
56 Non autem desunt † qui scripturam ad formam
& essentiam legis pertinere existimant, inter quos
est, Niell. *in disp. Feud. 1. th. 2. in Notat. lit. a.* hisce
57 præsertim fundamentis: 1. à Notatione † Lex di-
citur à legendo, quod publ. ut omnibus innotescat
58 legatur, Resp. à Notatione † nominis non statim
infertur ad essentiam rei. Sic homo dicitur ab hu-
mo, non tamẽ humus est de forma & essentia ho-
minis. Deinde multi legem non à legendo, sed à li-
gando deducunt, q; liget vel obliget omnes, & ita
lex etiam non scripta obligat. 2. fundamentum
59 desumit, † *ex §. 11. instit. de rer. divis. ibi, leges scribi*
cœperunt. Resp. ex illo textu potius contrarium
deducitur, videlicet, leges fuisse antequam scribe-
rentur, quod utiq; dici non posset, si scriptura esset
60 de Forma legis 3. per † *text. in §. 3. & 9. instit. de jur.*
Nat. quo loco per jus scriptum vel non scriptum
intelligitur jus, q; in scripturam redactum est, quo
argumento utitur etiam Cothm. *ad tit. C. de legib.*
n. 116. ubi hanc Nielli sententiam defendit Resp.
61 Jus dividi † in scriptum & non scriptum nõ à for-
ma & essentia, sed ab adjuncto. Deinde diversa
sunt jus scriptum & in scripturam redactum. Re-
liqua argumenta Nielli, non tanti sunt ponderis,
quin ex iis, quæ antea dicta sunt, dissolvi possunt.
62 Effectus † Legum est ut obligent ad obedien-
tiam vel pœnam. Nam leges sine moribus vanæ,
nihil proficiunt fac. R. A. de Anno 1522. sub rubr.
Röm: Keyserlicher Majest. Ordnung/ rc in pr. ibi;
Diewei aber die Gesetze der Rechten nicht nutz o-
der fruchtbar/ wofern die mit stattlicher/ billicher
vnd ernstlicher Handhabung vnd Execution/ auff-
gesetzter gebührender Straff/ vnd sonsten der Not-
thurfft nach/ gegen den Vbertrettern vnd Verăch-
tern nicht vollzogen würden.
63 Hic autem effectus † legum in iis tantum lo-
cum sibi vindicat, qui subjectionis nexu legisla-
tori tanquam Magistratui suo devinciuntur, *l. 1.*
de Constitut. Princip. l. ult. de iurisdict. l. ult. Codic.
de legibus l. 2. Codic. de Pedan. judic. l. 7. C. ne super
stat. defunct. l. 10. *Codic. de sentent. & interlocut.*
vel aliorum leges tanquam suas moribus & usur-
patione receperunt, quis nihil interest an Respu-
bliccs jus aliquod constituat, an vero constitutum
recipiat.
Jus & leges Romanorum quæ † maximè ad 64
harmoniam eius, quod semper æquum & bo-
num est, præ reliquis accommodatiores, & à
discrimine honestorum & turpium minimè ab-
eunt, per orbem ferè totum observari cœperunt.
Imò & Turcas † sua lingua Codicem Justiniani 65
habere, eoq́ue in judiciis uti ex Leunclaio ocu-
lato teste refert Treutler. *disp. 1. th. 5. lit. a. in notat.*
volum 1. Hinc Romanum jus † etiam apud ex- 66
teros vocatur commune ius, Donell. 1. *comment.*
cap. 16. versic. unde dicitur, Idq́ue ratione æquissi-
ma: cum enim ex naturali & gentium jure sit col-
lectum, *l. 1. §. 1. de just. & jur §. ult. instit. eod.* omnes
qui jure naturali & gentium se teneri afferunt, ju-
ris Romani quoque notitiam & obedientiam ad
se quoque pertinere, fateri necesse habent, Do-
nell. *d. loc.*
In Gallia † pro decisione causarum etiam Feu- 67
dalium, in defectum vel subsidium consuetu-
dinum, non esse recurrendum ad usus Feudorum
compilatos per Obertum, nec ad extravagantes
leges Imperatorum super Feudis in illo libro con-
tentas, sed omninò ad jus commune, testatur
Carol. Molin. *in consuetudin. Paris. tit. 1. in procem.*
de matier. fœdal. num. 49. non quod unquam in-
quit, Galli fuerint subditi Justiniano, ut successo-
ribus eius, sed quia jus illo auctore, à sapient. ... s
viris ordinatum, tam est æquum, rationabile &
undequaque absolutum, ut omnium ferè Chri-
stianorum gentium usu & approbatione commu-
ne sit effectum. Galliam tamen fuisse provinciam
imperii Romani olim, eiq́; à Romanis Principibus
Leges præscriptas supra demonstravi, *lib. 1. Class.*
2. c. 9. n. 29. & seqq.
Sed tamen quia de facto se subtraxit hodie
Gallia † imperio, Gallorum JCti plerique te- 68
stantur, se non tam legibus Romanis uti, quasi
auctoritati & sanctioni earum aliquid in se per-
mittant, quàm rationi & æquitati earum se sub-
mittant, Pythæ. *in præfat. libr. collation. leg. Mosaic.*
Baro *ad tit. Inst. de patr. potest.* Hilliger. *in notat. ad*

Donell.dict.cap.16.lit.e. Hinc ne ex crebra legum Justinianæarum observantia, apud Hispanos quędam superioritas argueretur, Stephanus Castuconum Rex, Romanorum leges in Hispania docere prohibuit, ut Polycrates scribit *l.8.cap.22.*& ex eo Bodin.*l de Republic.cap. 8.pag.mihi* 159. ubi

69 distinguit inter *Legem & Ius*: Jus enim † sine jussu ad id quod bonum æquumque est: Lex autem ad imperantis Majestatem, inquit, pertinet. Est enim Lex nihil aliud, quàm summa potestas & jussum.

70 An verò Lex humana † obliget etiam in Conscientia, quæstionis est: Mihi affirmativa arridet, propter dictum Apostoli, *Roman.*13.*v.*5. Jubentis, ordinationi divinæ esse parendum, non tantum propter pœnam, sed etiam propter conscientiam. Leges verò humanæ sunt ordinatio Dei, non quidem directò, quatenus humanæ, sed quatenus humani Legislatoris potestas divina ni-

71 titur auctoritate. [Ideoque Leges † maximè imperiales censeri procedere à Deo scribit Isern. *in rubr.de prohib.feud. alien.per Lothar.* Mantua. *in prax.in 3.part.num.*120.Cardin.Tusch.*pp.concl. 35.num.10.verb.Imperator quibus nominibus, &c.* Et hanc affirmativam, multorum auctoritate, etiam circa receptas consuetudines tuetur Tiraquell.*de retract.lignag.in præfat.nu.11.& seq. & nu.* 47.Tiber.Decian.*in tract.crim.lib.2.cap.12.nu.5. & per tot.*ubi etiam quid sit conscientia, Hening. *de Fideiuss.cap.7.num.* 529. adde Balduin. *de casib. conscient.lib.4 cap.12.cas.15.* Et Johan. Azor.*instit. moral.lib.5.cap.6.part.1.ubi vid.junct.cap.7.* Henric. Alsted. *in sum. casuum conscient.cap.1.*] Argumenta de hac quæstione pro & contra allata, eorumq; resolutionem, vid.apud Dn. D. Helfric. Ulric. Hunn.*in tractat.de auctorit.jur.cap.1. quæst.2.*

CAPUT VI.

DE LEGIBUS REGNI, QUÆ FUNdamentales dicuntur: & vincula concordiæ sunt & dignitatis.

SUMMARIA.

1. *Leges civiles publicum statum concernunt, vel privatum, unde jus publicum, & privatum.*
2. *Ius publicum in specie dicitur non ratione formæ, & auctoritatis, sed ratione objecti circa quod versatur, hoc est, ratione boni publici.*
3. *Leges publicum statum concernentes aliquando vocantur Leges fundamentales.*
4. *Antiquissimo more prius quàm Rex constitueretur, primores populi de modo regiminis tractarunt.*
5. *Ad fundamentales imperii Romani Leges quæ referantur.*
6. *Ad fundamentales Galliæ leges pertinet Lex Salica, quæ firmissimum regni Gallici fundamentum appellatur.*

7.8.9. *Leges Salica, quando, & à quo lata, & unde sic dicta?*

10. *Lege Salicâ fœmina, & descendentes ex iis omninò excluduntur à successione regni, ejusq; perpetuò incapaces esse jubentur.*
11. *Leges imperii fundamentales non temerè mutanda, cùm omnis mutatio publici status semper sit periculosa.*
12. *Vt mutare leges has fundamentales periculosum, sic & recedere velle ab iis non tutum est, præsertim in imperio aristocraticè temperato.*
13. *Nunquam justum videtur, optimates, vetusto jure immunitatibus gaudentes absolute velle imperio subiicere.*

Leges † Civiles vel publicum statum concernunt, vel privatum, unde jus publicum & privatum *§ fin. Instit. de Iustit.* Illud statum ipsum Reipubl Romanæ concernit immediatè, ejusque gubernationem & fundamentum: hoc verò potissimum singulorum utilitatem respicit. Dicuntur autem leges publicum statum concernentes, jus publicum in specie, non ratione formæ & auctoritatis, † quo sensu omne jus est publicum, hoc est, publica auctoritate constitutum: Sed ratione objecti circa quod versantur, hoc est, ratione boni publici. Nam licet aliàs id, quod est privatim utile censeatur etiā utile publ. per consequentiam, Principaliter tamen & immediatè id dicitur publicè utile, quod principaliter & immediatè publicam respicit utilitatem, Conf. Treutler. *Disput.1.thes.3.lit.b.* 1 2

Hæ Leges † propter dignitatem aliquando vocantur Leges fundamentales, quia iis ipsa Reipublicæ fundamenta & nervi, tanquam arcta catena & spiritu quasi vitali colligantur, nihil aliud sunt, quàm conditiones quæ futuro imperii gubernatori, utiliter Rempublic. administrandi juxta morem patriæ proponuntur. Antiquissimo siquidem more priusquam † Rex constitueretur, primores populi de modo regiminis tracta- 3 4

tractarunt, 1. *Reg* 11. *v*. 4. qui tractatus dictus fuit fœdus populi cum Rege, 2. *Chronic* 23. *v*. 16. & jus regni 1. *Sam*. *c*. 10. *v*. 25 *Psalm*. 75. *v*. 4 [V. d. omninò quæ allata sunt *supra lib*. 1. *class*. 3. *cap*. 9. *nu*. 1. *& seqq*.] in quas leges Princeps si promittat, eas omninò servare necesse habes, vid. quæ dixi supra *lib*. 1. *class*. 3. *c*. 12 *n* 14. *& seqq*.

5 Ad Fundamentales † imperii Romani Leges referenda est aurea Caroli IV. Bulla, Constitutio Pacis Religiosæ & Profanæ, aliíque imperii Recessus, statum Publicum immediatè & principaliter concernentes: Item capitulatio Imperatoris cum imperio inita, de qua vid. quæ dixi supra *d. lib* 1. *class*. 3. *c*. 9.

6 Ad Fundamentales † Galliæ Leges pertinet lex Salica, quam firmissimum regni Gallici fundamentum appellat Bodin. 1. *de Republ. cap*. 8. *pag*. 139. & privilegium coronæ, Mart. *de jurisd. part*. 1. 7 *cap* 28. *num*. 31. Leges autem Salicæ † fuerunt latæ sub Pharamundo primo Francorum Rege circa annum Domini 425. & Fuerunt responsa quædam & judicia aulicorum, qui oriundi erant à Saliis Alpinis populis, ut censet Balduin. *in prolegomen*. *p*. 101. Quidam verò derivant hasce le-8 ges à terra † Salica. Terram autem Salicam ipsum regnum Franciæ interpretantur; quia Salios Francorum gentem fuisse scribit Paulus Æmilius *lib* 8. Quidam verò neque à Sale, neque à 9 Saliis, † sed ab ipsius auctoris Pharamundi Salici nomine, (quem majores Salicum cognominarunt) Salicam hanc Legem esse nuncupatam autumant, Johan. Ferrar. Montan. *in l*. 1. *in princip. colum*. 4. *de reg. jur*. quem allegat. Carol. Molin. *in consuetud. Paris. tit*. 15. 26. *nu*. 2. plura de hujus rei origine, vid. apud Didac. Covarr. *practicar. qq*. 1. *n*. 8. [adde etiam tradita Johan. Azor. *institut. moral. lib*. 11. *c*. 2. *v. Decimo quartò quæritur & v. seq. part*. 2. *fol*. 1325.

10 Lege Salica † fœminæ & descendentes ex iis excluduntur omninò à terra Salica, hoc est, Fiscali propriè & Regia, quod patrimonium seu domanium ipsius coronæ & Majestatis regiæ appellatur, exheredes & perpetuò incapaces esse jubentur, Molin. & Mart. *allegat. modò locis*. Alias etiam leges fundamentales regni Gallici recenset Bodin. 6. *de Repub*. *c*. 5. *p*. 1148. *vers at mihi*. [Pro regula hic subiiciendum, Leges imperii 11 Fundamentales † maximè si à temporis antiquitate venerationem acceperunt, non temerè mutandas esse, cum omnibus mutatio, publici status, semper sit periculosa, Et non rarò eversionem Reip. secum trahunt, Petr. Gregor. *de R pub. lib*. 7. *cap*. 19. *in fin*. Johan. Oldendorp. *class*. 1. *act* 1. *vers. jus tale repugnat*. Thom. Companel. *d. Monarch. Hispan. cap*. 9. *& c*. 11. Hinc Ennius: Moribus antiquis, res stat Romana virisq;. Ut mutare hasce fundamentales leges periculosum, † sic 12 & recedere velle ab iis tutum non est, præsertim in imperio Aristocraticis rationibus temperato; Nam unam esse rationem feliciter imperandi populis, qui optimatum electione, & sub certis conditionibus, in alterius Principis ditionem veniunt, si nimirum à Pactis illis, ne latum quidem unguem discedat, neque ex legibus & moribus & institutis populi quicquam imminuat, ex Trajan. Boccalin. monet Christoph. Forstner. *in Notat. Politic. ad Cornel. Tacit. lib*. 2. *pag. mihi* 119. *& pag* 143. notanter scribit: Nunquam sibi justum videri † optimates, qui certis legibus parent, 13 & vetusto jure immunitatibus gaudent, absoluto velle imperio subiicere. Hoc enim nihil aliud esset quàm ex legitimo Principatu formare Tyrannidem.]

CAPUT VII.

DE IURE CANONICO.

SUMMARIA.

1. *Iuris Canonici autoritas passim in imperio Rom. recepta*. 2. *Etiam in Academiis universi imperii publicè docetur hoc jus, & Doctores in eo creantur*.

3. *Ratio dubitandi Iurisdictio Pontificia & Ecclesiastica per constitutionem pacis religionis omninò suspensa*. 4. *Ius Canonicum dependet à jurisdictione Pontificia*.

5. 6. 8. *Ratio decidendi. Ius Canonicum quatenus & quomodo in imperio Romano usurpetur, & doceatur?*

7. *Iuris & legum spontanea communio, non arguit subjectionem*.

9. *Textus singularis ex speculo Saxonico huc pertinens*.

10. *Notanda quædam conclusiones de jure Canonico*.

11. 1. *In spiritualibus, & conscientiam concernentibus, & quando agitur de peccato vitando, attendendum jus Canonicum potius, quàm civile* 12. *Opinionibus Canonistarum & Legistarum ad invicem pugnantibus, attendenda opinio Canonistarum in ma-*

consil. 28. *num.* 86. *eod. vol.* Oldendorp. *consil. Marp.* 5. *nu.* 21. *eod. vol.* Geil. 2. *obs.* 141. *nu.* 5. Mynsing. 4. *obs.* 6. Paul. Paris. *consil.* 13. *num.* 51. & 52. *volum.* 2. ubi id exemplificat in legitimatis per subsequens matrimonium non intervenientibus instrumentis dotalibus, quod jus canonicum etiam in terris imperii servetur, circa remissionem illorum instrumentorum. Item attenditur jus Canonicum quando tractatur de bonis & juribus Ecclesiæ, Vincent. Honded. 2. *consil.* 80. *num.* 22. Nec non in causis matrimonialibus, Sixt. 2. *cons. Marp.* 9. *num.* 30. Vult. 2. *consil.* 30. *num.* 72. Caheran. *decis.* 154. *num.* 9. *ubi vid.*] Indeque quando opinio-
12 nes † Canonistarum & Legistarum ad invicem pugnant, attenditur opinio Canonistarum, in materia Canonica: opinio autem Legistarum in materia civili, Socin. *d. cons.* 77. *n.* 20. Honded. 2. *cons.* 60. *n.* 33.

13 2. Quando † aliquid est dubium de jure Civili, & clarum de jure Canonico, standum est juri Canonico etiam in foro civili, *gl. in c. per venerabilem. §. rationibus in verb. venies, & Dd. ibid. x. qui fil. sint legitim.* & hanc conclusionem ex communi omnium Doctorum utriusque causæ opinione procedere tradit Andr. Geil. 2. *observ.* 121. *nu.* 5. Vincent. Honded. 2. *cons.* 60. *nu.* 31. [Marant. *disp.* 8. *n.* 19. vid. tamen Mynsing. *obs.* 41. *cent.* 1, ubi in speciali quodam casu, contrarium observatum, docet.]

14 3. Jus Canonicum † à jure civili in causis præsertim & quæstionibus forensibus, discrepare non præsumitur, *text. in c.* 1. ibi, *quia sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum canonum statuta Principum constitutionibus adjuvantur, x. de oper. nov. nunciat.* ideoq; contrarium allegans id probare tenetur.

15 4. Quod ex levi causa † non sit statuenda differentia inter jus Canonicum & civile, *d. c.* 1. Menoch. 1. *arbitr. cas.* 30. *n.* 2.

16 5. Quando jus Canonicum, † in materia civili, pugnat expressè cum jure civili, tunc in terris Ecclesiæ servatur jus Canonicum, in terris verò imperii jus civile, Felin. *in d. c. in causis. nu.* 1. *in fin. de testib.* Carot. 2. *commun opin. tit.* 5. *num.* 55. Matt. *de jurisd. part.* 4. *cas.* 35. *n.* 19. Prosp. Farinac. *in pract. crim. de inquisit. q.* 10. *n.* 63. & *seq.* [Bernh. Wurmbs. *pract. forens. tit.* 24. *obs.* 11. ubi hujus rei exempla adfert.]

17 Notandum † etiam Canones potissimum esse triplicis generis. Prioris generis qui sunt, concernunt fidem & doctrinam, qui uti vim suam non nisi ex Dei verbo habere & obtinere possunt, sive per universalia, sive per provincialia concilia & synodos fiant, ita in tantum observandi, in quantum à fonte divino non recedunt, tam in Regimine seculari quàm Ecclesiastico. [Ideoq; absolutam
auctoritatem juris canonici, † per omnia & in o- 18
mnibus, præsertim Decreti Gratiani ipsimet scriptores Pontificii asserere verentur, Martin. Delri. Jesuita, *Disquisit. Magic. lib.* 5 *sect.* 16. *pag.* 790. ubi ita scribit: *Communem & indubitatam esse sententiam, etsi Gratiani decretum, à sede Apostolica sit receptum, ita tamen receptum esse, ut fides dictorum sit penes auctorem, & tanta sit eorum Canonũ, quos in medium producit auctoritas, quanta est fontium unde illa manarunt. Nec enim quemquam eorum, qui ius Ecclesiasticum vel à limine salutavit ignorare posse, multa in Decreto haberi, quæ postea Decretalibus, Sexto, Clementinis & Extravagantibus abrogata fuerunt, nonnullaq; à Gratiano per errorem inserta esse, quæ cum Veritate pugnare deprehenduntur.* Hactenus ille.]

Secundi generis Canones † continent decen- 19
tem formam ministerium obeundi & exequendi, moresque Clericorum. Et hi pertinent ad solum sacerdotium, nihilque jurisdictionis secularis sapiunt, sed tantum Episcopalem audientiam respiciunt. [Et in his eadem quæ in præcedenti servanda regula.]

Tertii generis Canones † complectuntur Po- 20
litiam, externam jurisdictionem & coërcitionem: & horum Canonum custos & executor est solus Magistratus Politicus, *l. nemo Clericorum, C. de SS. Eccl. Nov.* 3. 6. 58. *c. victor. dist.* 97. Carol. Molin. *in l.* 6. *C. de SS. Eccles.* Et hæc tria genera Canonum, ita tradit Ernest. Cothman. *in Comment. ad tit. Summ. Trinit. num.* 131. [Tib. Decian. *in tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 18 *per tot.* ubi ad totam hanc materiam videri potest. De iuris huius occasione & initiis confer Dresser. *in millenar.* 6. *non procul à princ.*

CAPUT. VIII.

DE RESCRIPTIS ET PRIVILEGIIS PRINCIPUM.

SUMMARIA.

1. *Rescripta Principum iuris auctoritatem, & vim legis, in his de quibus Princeps disponere potest, obtinent. Tales ferè sunt leges Codicis.*

2. *Conclusiones de Rescriptis Principum tenendæ. 1. Rescripta censentur emanare secundum juris communis observantiam, ita ut nullius jus lædatur.*

3. 2. *Verba rescripti potius impropriè, quàm contra jus & in præjudicium alicujus accipiantur.* 4. *Princeps non præsumitur aliud rescribere velle, quàm quod jura volunt.* 5. *Ideoq; si aliud rescripserit, præsumitur per importunitatem rescripsisse.* 6. *Nec præsumitur unico verbo tollere velle jura tot vigiliis fabricata.*

7. 3. *Rescripta per falsa narrata, vel importunitatem partis contra jus obtenta, perinde habentur, ac si obtenta non essent.*

8. *Omnis judex custodiat leges, & secundum eas judicet, non attentâ contrariâ Principis jussione, vel sanctione.*

9. *Iuris ratio non patitur, ut inde oriatur occasio injuriæ, unde jura oriuntur.* 10. *Imò principi contra jus rescribenti non creditur, & tale decretum est ipso jure nullum.* 11. *Ejusmodi rescripto contravenire quis, & impunè non parere potest.*

12. *Ea rescripta contra ius esse censentur ex quibus alicui injuria adfertur, vel jus tertii læditur.*

13. 4. *Rescripta Principum semper habent annexam clausulam. Si preces veritate nitantur.* 14. *Rescripta ut plurimùm emanant ad instantia unius partis tantum.* 15. *Ideoq; dictam clausulam annexam habent.*

16. 5. *Rescriptum in dubio non proprio motu, sed ad instantiam partis censetur emanasse.* 17. *Limitatio. Quilibet præsumitur in re concernente officium suum, diligentiam adhibere, & propterea rescribere.* 18. *Adjectâ verò clausulâ, motu proprio, tollitur omne vitium sub & obreptionis.*

19. 6. *Rescripta Imperatoris contra rem judicatam in Camera, itemq; commissiones, & jussiones nihil prævalent, sed executio rei judicatæ ab Imperatore & statibus suscipienda.*

20. 7. *Rescripta gratiæ, vel ad gratiam sunt annalia, rescripta verò ad ius sunt perpetua, neq; anno aut alio tempore finiuntur, &c.*

21. 8. *Lite pendente nemini fas est rescriptum impetrare quo is, qui possidet, suâ privetur possessione, vel in ea turbetur. Possessor manutenendus etiam contra fiscum in sua possessione.*

22. *Litis pendentia temporaliter operatur tantum, quantum sententia in perpetuum. Et lite pendente aliud impetrare, merum est attentatum.*

23. *Ad principum placita referuntur privilegia, de quibus sequentes notanda conclusiones.*

24. 1. *Privilegia solus Princeps summus, & cui is dedit regalem dignitatem, quoad subditos suos in suo territorio concedit.*

25. 2. *Privilegii datio arguit superioritatem dantis, & inducit subjectionis speciem in persona impetrantis. Privilegium non subdito concessum transit in contractum.*

26. 3. *Privilegium per modum conventionis, aut ob bene merita concessum, sine justa causa revocari nequit.* 27. *Privilegium per modum conventionis impetratum, transit in contractum, & in eo idem statuendum, quod de contractu.* 28. *Privilegium pro pecunia concessum transit in contractum.*

29. *Privilegium ex gratia concessum, ad placitum concedentis revocari potest.*

30. *Privilegium ita datum, ut accipiens eo fruatur ad placitum concedentis, etiam morte dantis extinguitur. In dubio omne privilegium censetur irrevocabile.*

31. *Privilegia aliquibus concessa, in perniciem Reipubl. vergentia, & bonum publ. impedientia, imperiali autoritate statuum consensu per legem pragmaticam cassari possunt.*

32. *Privilegium immunitatis ex gratia concessum personale est, & non transit in heredes, per viam verò contractus transit.*

33. 4. *Privilegium competens, ob aliquam qualitatem personæ, rei, vel officii, finitâ illâ qualitate, finitur.*

34. 5. *Privilegium clausum in corpore juris, semper est favorabilius eo, quod ex speciali Principis gratiâ descendit.*

35. 6. *Privilegium alicui cum familia concessum, locum habet, etiam illâ familiâ in magnam multitudinem excrescente.*

36. 7. *Privilegia Principum licet largissimè interpretanda, tamen in quantum respiciunt præjudicium, strictissimè accipienda.*

37. *Concessiones Principum semper intelligendæ salvo jure tertii.* 38. *Camera imperialis non aliter privilegiorum insinuationem recipit, quàm salvo jure imperii, & tertii.*

39. *Formula, quâ decernitur in Camera super insinuatione privilegii.*

40. 8. *Privilegiorum interpretatio ad ipsum Principem tanquam auctorem pertinet.* 41. *Vti interpres, ita & judex ipse est Princeps super privilegiis suis.*

42. *Camera quoad jurisdictionem contentiosam vices Principis sustinet.* 43. *Etiam litigantes non imme-*

immediatè imperio subsint, sed alicujus inferioris Principis, vel status imperii sint subditi.

44. 9. *Privilegia non insinuata judici, neque parti nihil prosunt.* 45. *Privilegium est quasi lex priva, seu singularis, ad universos non pertinens, sed de singulis concepta.* 46. *Veteres priva dixerunt, quæ nos singula dicimus.*

47. *De quo privilegio, hic agatur?*

48. *Regulariter privilegiorum ignorantia præsumitur.*

49. *In Camera processus super privilegio non decernuntur, nisi privilegio Cameræ, & parti prius insinuato.*

50. *Formula petendi in supplicatione pro insinuatione recipienda.*

51. *Insinuationes à privatis in Cameram non acceptantur.*

52. *Privilegia nimia subditis indulta perpetuam ipsis materiam litis, & contentionis præbent.*

1 RESCRIPTA † Principum juris auctoritatem, *§. sed & quod Principi & ibi Dd. instit. de I. N. G & C.* [Et vim legis in his, de quibus Princeps disponere potest, obtinent, Angel. *in l. item veniunt, §. cæterum, ff. de pet. hær.* Matt. de Affl. *decis.* 128. *nu.* 14. vide Goldast *in replic. pro Imper. c.* 12. *fol* 101.] talea ferè sunt leges Codicis, quæ ad supplicationem partis vel dubitationem judicum rescriptæ sunt. [Confer Joh. Azori *Moral. Inst. lib.* 5. *c.* 24.] De his itaque sequentes observandæ conclusiones.

2 1. Rescripta † censentur emanare secundum juris communis observantiam, & ita ut nullius jus lædatur, *arg. l falso in ver. quæ ad jus describuntur, & ibi* Bart. *nu.* 1. *&* Paul. Castrens. *nu.* 2. *exponunt verba illa, ad jus, id est, secundum juris communis observantiam, C. de divers. rescript.*

3 2. Verba † rescripti, ita ad jus commune reducenda, ut potius impropriè, quàm contra jus, & in præjudicium alicujus accipiantur, Dec. *consil.* 209. *nu.* 5. *quem allegat & sequitur* Andr. Geil. 2. *observat* 41. [vide Gylman. *in symphorem. Tom.* 1. *par.* 1. *vot.* 5. *nu.* 19. *&* 26. Joh. Azori. *Inst. Moral. lib.* 5 *ca.* 24. *q.* 8. *par.* 1.] qui Princeps, quia justitiæ asylum &

4 juris custos est, *l. fin. C. de leg.* non præsumitur † aliud rescribere velle, quàm quod jura volunt, Bertazol. 2. *consil.* 366. *n.* 27. Garf. Mastr. [*de Magistr. lib.* 3. *c.* 4. *n* 44. Cothman. 4. *consil.* 12. *n.* 104. [Voltej. 1. *consil.* 16. *n.* 86. & intentio Principis talis esse censetur qualis est legum candor & juris naturalis integritas, Andr. Geil. 2. *observ.* 76. *nu.* 11. [Ideò si à

5 liud rescripserit, † præsumitur per importunitatem rescripsisse, *c. fin. de rescript. in* 6. *& c. unic. de relig. domib.* Andr. Geil. 1. *observ.* 14. *n. ult.* [Non † enim 6

præsumitur unico verbo tollere velle jura, quæ tot vigiliis fuerunt fabricata, Card. Tusch. *pp. conclus.* 1037. *nu.* 1. *lit. C. Tom.* 2. Wilhelm Ant. affinis meus *in tractat. de rescript. moratoriis, conclus.* 49. *nu.* 83.]

3. Rescripta † per falsa narrata, vel importunitatem partis contra jus obtenta, ex ipsorum Principum placito perinde habentur, ac si obtenta non essent, *l.* 2. *l. ult. C. si contra jus, &c. l. rescripta, l quoties, C. de precib. Imper. offer. text. Notabilis in Nov.* 82. *c.* 13. ubi Justin. dicit: 7

Omnis Judex † custodiat leges, & secundum eas judicet, & vel si contingat jussionem nostram in medium, vel si sacram formam vel pragmaticam procedere sanctionem dicentem aliter agi, sequatur legem. *Nos enim volumus obtinere, quod nostræ leges volunt.* [Et est text. notabilis *in c super eo. x. de crim. fals.* ubi Papa commendat prudentiam Episcopi Vigoriensis, quod non fecerit, quæ prava insinuatione fuerant suggesta.] Nam juris ratio † non patitur, ut inde oriatur occasio injuriæ, unde jura oriuntur, *text. in l. meminerint, C. unde vi,* Anton. Fabr. *in C. rer. in Sabaud. judic. lib.* 1. *titulo* 11. *defin.* 1. *num.* 4 Imò Principi † contra jus rescribenti non creditur, Grammat. *decis.* 64. *num.* 14. & tale decretum est ipso jure nullum, Innocent. & Abb. *in c. cum ex literis de restitut. in integrum.* Cravett. *de antiquitat. tempor. part. vers. non omitto, fol.* 17. Grammat. *decis.* 103. *num* 35. *ad fin* Ideoque si per Rescriptum Principis † alicui injustum demandetur, potest is cui mandatur rescripto contravenire & impunè non parere, *arg. cap. si quando ubi gloss in verb. qualitatem, x. de rescript.* Meichsner. *Tom.* 5. *decis. Camerali* 4 *num* 7. *ad i num.* 22. [Et ita in senatu Pedemontano usuvenire, scribit Caspar. Ant. Thessaur. 1 *quæst. for.* 4. *nu.* 2. *& num.* 7.] Ea autem rescripta † maximè contra jus esse censentur, ex quibus alicui injuria infertur, Anton. Fabr. *in Cod. rer. in Sabaud. judicat. lib.* 1. *tit.* 11. *defin.* 1. [vel jus tertii læditur, Geil. 2. *observ.* 70. *nu.* 11. Quamobrem impetrans rescriptum, exprimere debet in precibus, res quæ potuissent movere Principem ad non concedendum, Casp. Anthon. Thessaur. *d. quæst.* 4 *num.* 1. Johan. Azor. *Instit. Moral. lib.* 5. *c.* 24. *vers. septimò quæritur part.* 1.]

8 9 10 11 12

4. Re-

13 4. Rescripta Principum, † semper habent an-
nexam clausulam: Si preces veritate nitantur, *text.*
in c. 2. de rescript. Bart. *ad d. l. 2. nu. 4. C. si contra jus,*
&c. Mynsing *cent 4 obser.* 8 *nu.* 6 *&* 7. Matth. de
Afflict. *decis.* 355. *nu.* 3. 4 Cacher. *decis.* 88. *num.* 9.
Cravet. *consil.* 1. *pro gener. nu.* 138. 139 *& seqq. & nu.*
151. *& seqq.* ubi id latè persequitur. Vult 3. *consil.*
Marp. 35. *n.* 178. *& seq.* Sixtin. *cons.* 8. *nu.* 54. *&* 55.]
14 Nam rescripta † Principum ut plurimum ema-
nant ad instantiam unius partis tantum, *l. 1. & tot.*
tit. C. de precib. Imper. offerend. l. 1 *& per tot. C. de di-*
vers. rescr. Col. *de process. executiv. par.* 4. *c.* 1. *n.* 20.
15 *&* 21. Ideoq; & hanc † clausulam habent; si pars
contra quam rescribitur aut nullam opponat ad-
versus executionem exceptionem aut frivolam, *c.*
ex parte x. de offic. deleg. ne cujusquam juri ipso in-
audito quid derogetur, Castren. *ad d. l.* 2. *C. de div.*
rescr. Coler. *d. loc. nu.* 30.
16 5. Rescriptum † in dubio non proprio motu,
sed ad instantiam ejus pro quo disponit, censetur
emanasse. Bart. *in l. si quis ff. quod quisq. jur. & in l.*
1. *nu.* 15. *C. de petit. bon. sublat.* Bertachin. *in reper-*
tor. in verb. Rescriptum impugnatur, vers. rescri-
ptum præsumitur, [Confer Oldendorp. *Class.* 1. *act.*
17 1. *circa fin.*] quod tamen ita procedit, † si rescri-
ptum principaliter ipsius partis interesse respiciat,
secus verò si publicam utilitatem vel ipsius Prin-
cipis interesse concernat, quia quilibet præsumi-
tur in re concernente officium suum, diligentiam
adhibere, & propterea rescribere, *c. ad audientiam,*
x. de præscript. Gyn. *in l. si quis decurio, Cod. de Fals.*
Cravett. *cons.* 77 *n.* 11. Decian. *resp.* 11. *n.* 30. *vol.* 5.
18 Si verò in rescripto adjecta sit clausula † *motu pro-*
prio, tollitur omne vitium sub & obreptionis, *c. si*
motu proprio, de præb. in 6. Rebuff. *in prax. benefic.*
in form. provis. simpl. par. 3 *n.* 17. *& in form. mandat.*
de provid. verb. motu proprio, non tamen eo casu,
quo jus alteri quæsitum adimeret. *d. c. si motu*, Bal-
dum *in c. ad audientiam, de rescr.*
19 6. Rescripta Imperatoris † contra rem in Ca-
mera judicatam, itemque Commissiones & jus-
siones nihil prævalent, sed executio rei judicatæ
ab Imperatore & statibus suscipienda, *Ord. Cam.*
par. 2. *tit.* 35. *& par.* 3. *tit.* 51. Idem obtinet in præ-
judiciis Parlamentorum, in quibus pariter propter
rescriptum Principis executio non suspenditur,
tradit Guid. Pap. *decis. Gratianop.* 420. *& decis.* 50.
num. 2.
20 7. Rescripta † gratiæ, vel ut nostri loquuntur
ad gratiam, sunt annalia, rescripta verò ad jus
sunt perpetua, neque an‑o aut alio tempore fini-
untur, nisi eo ipso, quojus illud ad quod impetra-
ta sunt finitetur, & ita tractarum & decisum in
summo Sabaudiæ senatu testatur Ant. Fab. *in C.*
rer. in Sabaud. judicat lib. 1. *tit* 11. *definit.* 6. [Lite
pendente † nemini fas est, rescriptum impetrare,
quo is qui possidet, sua privetur possessione vel in 21
ea turbetur, *c.* 1. *&* 2. *& ult. ut lit. pendent. tot. tit. C.*
ut lit. pendente non liceat Imperator. supplic. & ibi
Dd. Cravet. *cons.* 1. *pro gener. n.* 3. Matth. de Afflict.
decis. 354. Marant. *disp.* 6. *nu.* 23. *ubi allegat* Socin.
plenè tractantem, cons. 38. *vol.* 1. Alexand. *in l. nulli,*
10 *C. de judic.* Ant. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic.*
lib. 1. *tit.* 10. *defin.* 9. *n.* 1. Paul. Christinæ. *in C. decis.*
Belgicar. 73. *tit.* 21. *vol.* 1. Joh. Azori. *Institut. Mo-*
ral. lib. 5. *c.* 24. *q. ult. part.* 1. Ideoque possessio ma-
nuteneri debet etiam contra Fiscum in sua posses-
sione per tradita Card. Tusch. *pract. conclus.* 381. *n.*
28. *lit.* I. Et quod litis pendentia † temporaliter 22
operetur tantum quātum sententia in perpetuum,
Idem Tusch. *ibid. nu.* 29. Et lite pendente aliud im-
petrare merum attentatum est. In tantum ut nul-
la quoa l hoc habeatur ratio tituli & unde quis
possessionis causam nactus, Cravet *d. cons.* 1 *proge-*
ner. n. 4. Notat tamen Paul. Christin. *alleg. sup. loc.*
Principi quotidiè pendente lite supplicationes
porrigi & decreta obtineri, ubi videlicet subest æ-
quitas pro re nata emergens, *nu.* 8. quæ tamen fa-
cta demum mentione litis pendentię & non aliter
subsistunt, *nu.* 6.
Ad Principum † placita referuntur privilegia, *l.* 23
1. §. 2. *& l.* 3 *ff. de constit. Princ. l.* 16. *de legib. l.* 52 *in*
fin. C. de Episc. & Cleric. Pautmeister. *de jurisd. c.*
4. *n.* 7 *& c.* 19. *nu.* 8, de quibus sequentes notentur
obiter conclusiones.
1. Privilegia † solus Princeps summus, & cui is 24
dedit regulam dignitatem ac potestatem exercen-
di jura Principis, quoad subditos suos in suo ter-
ritorio concedit Bart. *in l. infamem.* 14. *ff. de public.*
judic. Zas 5. *consil* 1. *num.* 21. Schurff. 3. *consil.* 18.
num. 2. Gail. 1. *de pignor, cap.* 6. *nu.* 10. Joh. Gœdd. *in*
respons. juris, de restit. Baron Vallend. nu. 286. 287.
[Joh. Azori. *Inst. Moral lib.* 5. *vers. tertiò quæritur,*
part. 1.]
2. Privilegii † datio arguit superioritatem dan- 25
tis, & inducit subjectionis speciem in persona im-
petrantis, Hostiens. *in summ. tit de privileg. auctor.*
respons. 1 *in caus. Finariens. nu.* 14. [Joh. Azori. *inst.*
Moral lib. 5. *cap.* 22. *vers. quartò quæritur, part.* 1.
Cravett. *cons.* 980. *nu.* 1. *vers. si quidem id Principis*
pro-

Proprium est, Tib. Dec. *cons* 8. *nu* 225. *vol* 1. Rulan.
de Commiss par. 4. *c*. 3. *nu*. 27. *lib*. 2. Bernh. Græv. 2.
pract concl. 1. *nu*. 2. Et privilegium non subdito con-
cessum, transit in contractum, Matt. de Affl. *decis*.
361. *nu*. 10.]
26 3. Privilegium † per modum conventionis, aut
ob benè merita concessum, sine justa causa revo-
cari nequit, Acac. Enenk Baro Hohenheim. *de
privileg. lib*. 3 *c*. 8. Confer Gœdd. 4. *cons. Marp* 16.
n. 323. *& seqq*. [Matt. de Afflict. *decis*. 128. *nu*. 10.
& in addition. lit. A. Menoch. *cons*. 2. *nu*. 139. An-
thon. Quett. *cons*. 12. *nu*. 8. Nicol. Reusner. *consil*. 1.
nu. 65. *lib* 1. Geil 2. *obser*. 60. *n*. 15. *& seqq*. & ibid.
Græv. 2. *conclus*. 60 *in Coronid*. 1. Treutler. *cons*. 59.
27 *num*. 56. *& aliquot seqq*.] Nam privilegium † per
modum conventionis impetratum transit in con-
tractum, & in eodem statui debet. quod de con-
tractu, Bart. *in l*. 2. *num*. 6. *ff. de jur. immunit*. Bald.
in l. qui se patris, nu. 34. C. *unde liberi* Carol. Tap. *in
l. fin. part*. 2. *c*. 9. *nu*. 1. *ff de constit. Princip*. Jam verò
contractus habent præstationis necessitatẽ, etiam
in persona summi Principis, ut supra suo loco fu-
28 sius deduximus. [Et quoties privilegium † pro
pecunia conceditur, transit in contractum, Bald.
in l qui se patris, colum 9. *C unde lib*. Jas. *in l*. 1. *col*. 5.
C. de jur. Emphyteut. Afflict. *decis* 128. *numer*. 10.
Confer Cacheran. *decis*. 90. *num*. 8. *& decis*. 139.
num. 10. *& passim per tot*. Nicol. Everhard. Jun.
cons. 1 *num*. 168 *volum*. 2.] Ex gratia verò conces-
29 sum † revocari potest, per ea quæ tradit Carolus
Tap *d. loco num*. 56 Covarr. 3. *variar. resolut*. 6 *nu*.
1 [Guid. Pap. *cons*. 65. *dub*. 1. Gravet. *consil* 241. *nu*.
2. Gylman. *in symphorem. Tom*. 2. *part*. 1. *vot*. 9 *nu*. 5.
& seqq. Cacheran. *d. decis* 90. *nu*. 15. vide Wehner.
in observation. verb auff Wolgefallen/ *pag*. 42. ubi
quod tale privilegium ad placitum concedentis
revocetur. Quamvis multò sit verecundius &
Majestate Principis dignius privilegium ita semel
concessum, sine causa non revocare, per tradita
Nicol. Reusner. 1. *cons*. 1. *nu*. 177. cum hoc non sit
conveniens Principi, Matth. de Afflict. *decis*. 193.
30 *num*. 2.] Quod si ita privilegium datum sit, † ut
accipiens eo fruatur, quamdiu concedens volue-
rit, ipsique placuerit, etiam morte dantis extin-
guitur, *c*. 5. *de rescript. in* 6. *l*. 4 *ff. locat*. Tap. *d. part*.
2. *c*. 3. *nu*. 5. [Contrarium tamen tuetur Wehner.
*d. modo loco per text. in l. jurisperitos fin. de excusat.
tut. l. sufficit, de condict. indeb*. Geil. *observ*. 60. *n*. 16.
Confer quæ prolixè ea de re scribit Card. Tusch.
pp. concl. 751. *lit. p*. Et in dubio omne privilegium
censeri irrevocabile, Cravett. *consil*. 21. *numer*. 14.
Treutler. *cons*. 59. *nu*. 53. *& seq*. Non tamen præ-
tereundum, † Privilegia aliquibus concessa, si ver- 31
gant in perniciem Reipubl. & bonum publicum
impediant, imperiali auctoritate de statuum im-
perii consensu, per legem pragmaticam cassari
posse, cujus rei exemplum præter alia habemus
in der Müntzordnung Ferdinandi I. Cæsar. in Re-
cess. August. de An. 1559. Wo aber jemand / wes
Stands / ꝛc. ubi omnia statuum privilegia, si quæ
ab anterioribus Imperatoribus quoad libertatem
monetas cudendi nacti sint, in quantum isti ordi-
nationi adversantur, tolluntur & cassantur.] Et si
quis ad suam patriæque suæ perniciem abutatur
privilegiis, tunc jure privatur, unde Zevecot. *in
observ. Polit. ad Sueton in vita Iul. Cæs. cap*. 5 *pag*.
Ulterius observa, quod privilegium † immunita- 32
tis, ex gratia concessum personale est, & non tran-
sit in hæredes, *l*. 1. § *fin & l semper*. § *immunitatis*,
ff. de jur. immunit. l. form. § *quanquam, ff. de censib.
l. in honoribus*, § *vacationum, ff. de vacat. mun*. In
dubio verò privilegium immunitatis personale
censetur, & stricti est juris, vid. Geil. 2. *obser*. 2. *n*. 13.
ubi plura tradit de hoc themate. [vid. ibid Bernh.
Græv. Card. Tusch *pp. concl* 746. *lit p*.]
4. Privilegium † competens ob aliquam qua- 33
litatem personæ rei vel officii, finita illa qualita-
te finitur, *l. si duas*, 6 *alias Athleta*, § *gentium, ff. de
excusat* Johan. de Platea *ad l. Medicos*, 6. *num*. 2. *C.
de Profess* [vid. Geil. *de arrest. c* 10. *nu*. 9 *& seq*. tan-
to minus extenditur ad heredem extraneum. Geil.
2 *obser*. 143. *nu*. 8. Joh. Azor. *instit. Moral. lib*. 5. *cap*.
22. *q*. 6. *par*. 1.
5. Privilegium † clausum in corpore juris sem- 34
per est favorabilius eo, quod ex speciali Principis
gratia descendit, *l. in causa* 16. *ubi not. Dd. ff. de mi-
nor. l. Imperatores*, 29. *ff. de reb. auctor. judic. possid*.
Ant. Fab. *in C. rer. in Saband. jud. lib*. 9. *tit*. 29 *defin*.
4. *n*. 1 *in notat*.
6. Privilegium † alicui cum familia concessum. 35
locum habet, etiam si illa familia in magnam mul-
titudinem excrescat, Zas. *lib*. 1. *sing. resp. c*. 15. ubi a-
liquot casus recenset & quando privilegia perso-
nam egrediantur, *vide eundem, d. loc. c*. 4. add. quæ
tradit Geil. 2. *obs* 2.
7. Privilegia † Principum licet largissimè sint 36
interpretanda, *l. fin. de constit. Princip l ex facto. in
prin de vulg. & pupill substit*. [Non tantum in his
quæ sunt secundum sed etiam præter jus, Confer
Vult. 1. *cons. Marp*. 16. *nu*. 63. *& 64*. & per totum

illud consili im passim de interpret. privilegiorum
agitur. De lata & extensa privilegiorum interpre-
tatione, confer. Gœdd. 4. *cons. Marp* 27. *nu.* 22 *&*
nu. 68. *ubi quod abutendo perdantur. & nu.* 116. *ubi*
quod remissius privilegio utens sibi præjudicet. add.
eund. in cons. seq. 18 *ubi plura, de privileg. statut.* co-
rumque interpretatione. De tota privilegiorum
materia vid. quod la è tradidit Henric. Klocke *in*
tractat. de contribut c. 16. *per tot.*] tamen in quan-
tum respiciunt præjudicium, seu damnum tertii,
strictissimè interpretanda, *gl. in d. l. si. per tex. in l.* 2.
§. meritò, & § si quis à Principe. ff Ne quid in loco
pub. add. l. 40. *ff. de administ. tut.* Geil. 2. *obs. nu.* 14.
Schrad. *de Feud. par.* 4. *c.* 1. *n.* 31. Ant. Fab. *in Cod. rer.*
in Sabaud jud lib. 1 *tit.* 2. *defi.* 22. Nam concessio-
37 nes Principum † semper intelligendæ, *salvo jure*
tertii: Jas. *in l. quo minus, n.* 11. *ff de flu.* Meichs. [*To-*
mo 2. *l.* 1. *dec.* 6. *n.* 127 *f.* 662. [Grav *cons.* 349. *& cōs.*
387. *n.* 9. Afflict. *dec.* 286. *n.* 3 Cacher *decis* 90. *n.* 11.
Geil. 2. *obs.* 1. *n.* 14 Joh. Oldend. 1. *cons. Marp.* 5. *nu.*
41. Vult. 3. *cons. Marp.* 35. *n.* 160. Gylman. *in symph.*
Tom. 2. *par.* 1. *vot.* 1 *n.* 22. 23 *f.* 25. Myns 5. *obs.* 31. *n.*
Card. Tusch *pp. concl.* 729. *lit. P* *Et aliquot conclu-*
sionibus seqq. ubi quatenus lata & quatenus stricta
interpretatio privilegiorum obtineat multis agi-
38 tur.] Indeq; Camera † Imperialis non aliter Pri-
vilegiorum insinuationem recipit, *quàm salvo ju-*
re imperii & tertii, ut factum in civitate A. Item
cum transactione Burgundica testatur Auct. *decis.*
Camer. verb: privilegium f. 273. [Geil. 2. *obs.* 127. *n.*
39 7.] Et in sequenti formula decernitur † super insi-
nuatione: **In Sachen begehrter insinuation pri-**
vilegii: ist dasselbige/doch vorbehaltlich deß H. Rö.
Reichs Ober- und Gerechtigkeit/auch männiglichs
interesse und Einrede dargegen zu jeder zeit vorzu-
bringen/ so viel Recht hiemit angenommen / darü-
ber der gestalt Urkund erkent/auch N. N. der Col-
lation und gebettener restitution Original halben/
sein Begeren zugelassen. Et ita decretum in Came-
ra 26 Junii An. 89. in insinuatione privilegiorum
Marchionis G F. B.

40 8. Privilegiorum † interpretatio ad ipsum Prin-
cipem tanquam auctorem pertinet, *d. l. ex facto.* 43.
ibi: Beneficia quidem Principalia ipsi Principes so-
lent interpretari. *ff. de vulg. & pupill. subst l. Nera-*
tius, 191. 101, quem tamē modum esse beneficii sui
vellet, ipsius æstimationem esse, *de reg. jur. l. fin.* C.
de Leg c. cum venissent de jud. Decia. *cons.* 101. *nu.* 7.
Gylm. *lib.* 2. *rer. in Cam. jud. decis.* 54. *n* 7. [Treut.
cons. 59. *n.* 3. *& seqq.* ubi id multis firmat, Card. Tus.
pp. concl. 737. *lit. P.* Joh. Azor. *inst. moral. lib.* 5. *c* 23.
in pr part. 1. ubi multa notabilia de privilegii inter-
pretatione reperies.]

Ut interpres ita † & judex ipse est Princeps su- 41
per Privilegiis suis, *l. cum de novo, C. de leg. cap.* 1. *de*
Leg. Corrad. in usib. Feud. Bal. *in prælud, Feud. n.* 18.
Sed quia Camera † quoad jurisdictionem conten- 42
tiosam vices Principis sustinet, ideoque, quando
de validitate ac substātia privilegii non dubitatur,
nec de mente ac interpretatione ejus agitur, Ca-
mera etiam Imperialis judex erit, Geil. 2. *obs.* 1. *n.* 7.
& 13. etiamsi litigantes † non immediatè imperio 43
subsint, sed alicujus inferioris Principis, vel status
imperii sint subditi, Auct. *decis. Cam. in d. verb. pri-*
vilegium, § si quisquam, ubi ita observatum refert
in causa D. **Glocken** *contra* D **Eggelsbach**: & in a-
liis multis causis. Et sæpissimè in Camera agitur ob
pœnam privilegio insertam, contra violatores, &
decernitur citatio ad vidēdum, se incidisse in pœ-
nam privilegii, ad quos tamen processus obtinen-
dos, supplicans multa requisita ad unguem obser-
vare debet, quæ recenset idem Auct. *decis.* aliàs e-
nim Processus denegantur, adde quæ ex eod. &
Geil. tradit Sixtin. *de regal. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 7 *& seqq.*

9. Privilegia † non insinuata judici, neq; par- 44
ti, nihil prosunt, Rom. *cons* 330. *nu.* 19. *per l si quis*
divinam, C de acqu. duct. lib. 11. Andr. Geil. 1. *obs.* 1.
n. 11. Nam privilegium † est quasi lex priva seu sin- 45
gularis, *l* 16. *de leg.* [*c. privilegia distin.* 3 *c. Abbate,*
de V. S. Card. Tusch. *pp concl.* 727. *lit. P.*] quæ cum
ad universos non pertinet, nec etiam ab universis
sciri potest. Non enim sunt generalia jussa, neque
de universis civibus, sed de singulis concepta.
Quocirca privilegia † potius vocari debent, quia 46
veteres priva dixerunt, quæ nos singula dicimus,
Budæ. *in annotat. suis pandect. ad l legis virtus, ff de*
leg. Hinc Cicero legum de proscriptione sua la-
tam appellat privilegium, quasi legem de privo,
hoc est, singulari homine latam, ut docet Gell *in*
9. noct. Attic. & ipse Cicero *lib.* 3. *de Leg.* quod ta-
men privilegium fuit pœnale, de quo hic non agi-
mus, sed potius de eo, † quod est prærogativa & 47
indultum Principis beneficio concessum. Indeq;
regulariter eorum ignorantia † præsumitur, *text* 49
in l. plurimum, ff. de jur. & fact. ignor l. fin. ff pro suo.

In Camera processus † super privilegio non 50
decernuntur, nisi privilegium Cameræ & parti
prius insinuatum sit. Et si forte Cameræ non est
insinuatum, tunc ipsum originale unà cum sup-
plicatione exhibere & simul narrari debet, id
parti

parti ritè insinuatum esse, cui tamen narrationi
statur, & de veritate ejus in processu cognoscitur.
Hoc si omittatur Processus non decernuntur. Et
privilegia Cameræ insinuata transsumptione opus
non habent, per ea quæ notat Ruland. *de Commiss.*
p.2 lib.5.c.16.sub n.3. [Et ita in Recessu Spirensi de
An.1570.§. Wir setzen/ Ordnen/ etc. expressè cau-
tum quod Principes & status imperii privilegia
sua de non Appellando infra certam summam,
præfinito tempore insinuare Cameræ imperiali
50 debeant.] In supplicatione † verò pro insinuatio-
ne recipienda ita peti solet, narratis præmissis: Als
ubergibt/præsentirt/ insinuirt/ unnd notificirt An-
wald in bester Form berührtes privilegium in ori-
ginali mit unterthäniger Bitt/ E. F. G. wolle das-
selbige insinuirt/notificiert/ gnedig auff und anneh-
men/ daß Richterliche Decret und Auctoritat darü-
ber interponirn/seinen Principalen uber solche præ-
sentation / insinuation und certification glaubwür-
digen Schein und Urkund mittheilen/und den Le-
sern befehlen lassen/daß sie angeregt Privilegium in
hierzu verordnete Bücher/ unnd deß Reichs Ma-
tricul abschreiben/solche Abschrifft mit dem Origi-
nali conferiren/ und facta collatione dasselbige wi-
derumb herauß folgen lassen/ E. F. G Hochadeli-
ches/miltrichterliches Ampt unterthänigē fleisses/
darüber anruffend. Et ita etiam Academiæ Giesse-
næ privilegia post publicationem, Cameræ Impe-
riali fuerunt insinuata. Nota tamen quod in Ca-
51 mera † à privatis insinuationes non accepten-
tur, ut præiudicio firmat Andr. Geil. 1. *obs.1. num.*
10. Etiamsi Nobiles sint, qui sua privilegia insi.
nuari petunt, ut præiudiciis firmat Auct. *Dec. Ca-*
mer in dict. verb. privilegium. §. si Nobiles. [Coro-
52 nidis loco notanda est maxima Politica: † Quod
nimia privilegia subditis indulta, perpetuam ipsis
materiam litis & contentionis præbeant adversus
suosmet principes, ut de Gandavensibus refert &
firmat Philip Cominæ. *lib. 8. Comment.* Item Fros-
sard. *lib. 2. hist. ubi agit de occasione Belli Flandrici
exinde orti.* De hac Rescriptorum & privilegiorum
materia, vid. quæ per varios casus & conclusiones
comportavit Alexand. Trentacinq. *var. resolut.
lib. 1. tit. de Rescript. & Privileg. Resol. 1, & seqq. per
tot.* Item Johan. Azor. *institut. moral. lib.
5. cap. 22.23. & seq. part. 1.* Klock. *de
contribut. ca. 16. n. 2 &
seqq.*

***

Caput IX.

DE CONSVETVDINE SEV IVRE *non scripto.*

SUMMARIA.

1. Consuetudo quid? Non tàm verbis, & suffragio, quàm rebus ipsis, & facto inducitur.

2. Quæ ab eadem procedunt causa efficiente, parem producunt effectum, modò causa æquabiliter operetur. Facta magis probant voluntatem, quàm verba.

3. In consuetudine non tàm origo consideratur, quàm notitia, & usus populi. 4. Consuetudinis Principium, & origo, tanquam in vetustis, facilè ignoratur.

5. Consuetudo ultrò suscepta, magno omnium favore: Leges verò imperantur etiam invitis.

6. Consuetudo æquiparatur regiæ auctoritati, imperiali jussioni. Et quod Princeps potest potest & consuetudo, obtinet vim veritatis, dirigit, ac informat omnes actus mundi.

7. Certâ lege à contrahentibus non abjectâ, observatur consuetudo publica, aliquando etiam viciniæ. Hoc videtur tacitè actum inter partes, quod est consuetum.

8. Ad consuetudinem requiritur 1. Rationabilitas. 9 Quæ consuetudo rationabilis dicatur de jure Pontificio? 10. Quæ de jure Civili? Salus populi suprema lex.

11. Consuetudo ratione carens corruptela potius, quàm consuetudo dici meretur, ipsoq; jure irrita.

12. 2. Actuum frequentia, judicialium, & extrajudicialium.

13. Rerum judicatarum auctoritas, non inducit consuetudinem, sed inductum probat. 14. Solus consensus facit consuetudinem. In his quæ solo consensu consistunt, judicis præsentia non requiritur.

15. Consuetudo à lege non differt, nisi tanquam tacitum ab expresso. 16 Limitatur non procedere, si consuetudo cum lege scripta, vel ratione pugnet.

17 Actus ad probandam consuetudinem debent esse conformes. Ex actibus variis & difformibus non inducitur consuetudo. 18. 3. Temporis vetustas, quæ quanto annorum spacio circumscribatur, judicis arbitrio relinquendum.

19. Allegans consuetudinem eam probare debet, quia est facti. & quidem plenè, ac formiter 20. Nec sufficit generatim constare de ea, sed demonstranda est in specie specialissima, & individuo.

informat omnes actus mundi, Molin. *in Commentar. C. lib. 1. tit. 1. concl. de statut. & consuet. localib.*
[Anton. Fab *in C. rer. in Sabaud. jud. lib. 4. tit. 7. de-*
7 *fin.* 21 [Indeque † quoties à contrahentibus certa
lex contractui adjecta non est, observatur consuetudo publica, *fac l. semper in stipulationibus de reg. jur.* Sichard. *ad d. l. 1. Cod. de servit. n. 7* [etiamsi expressè hoc dictum non sit, Geil. *de arrest. c. 7. nu.* 9. Matth. de Afflict. *decis.* 91. *n.* 13. ubi dicit hoc videri tacitè actum inter partes quod est consuetum.] Non solùm regionis, sed aliquando etiam viciniæ, per ea quæ tradit Zas. 1. *consil.* 15 *num.* 27. VVesenb. *cons* 95 *n.* 23.
8 Ut autem consuetudo † procedat, primò requiritur, ut sit rationabilis, *c. consuetudo distinct. 1. cum similib.* jure autem Pontificio † rationabilis illa
9 consuetudo dicitur, quæ non nutrit peccatum, nec tendit contra libertatem Ecclesiæ, *c. fin. x. de consuet. c. Eccl. S. Mariæ, x. de constit.* [Confer Joh. Azor. *instit. moral. lib. 5. c. 17. vers. Mihi tamen videtur, part.* 1.] Jure verò civili † illa dicitur ratio-
10 nabilis consuetudo, quæ bono publico nõ refragatur, & privatorum utilitati providet. Confer Menoch. 2. *arb. judic. cas.* 82. *n.* 7. quia salus populi suprema Lex est. [Item quando introducentes & observantes existimant illa esse bona & moribus suis convenientes, quod pro ratione quidam esse existimant, licet iniquitatem aliquam contineant, ut post Bald. *in l. non omnium de legib.* Tiraquell. *de utroq. retract. in præfat. n.* 75. scribit VVehner. *in obs. d. verb.* Gewonheit. Modò tamen illa iniquitas utilitatem tantum, non verò honestatem publicam tangat aut contra bonos mores tendat.]
11 Quæ itaq; consuetudo † ratione caret, corruptela potius quàm consuetudo dici meretur, *c. mala consuetudo dist.* 8 & ipso jure cassa & irrita, *Auth. Cassa, C. de SS. Eccles.* P. H. O. *Carol. V. artic.* 207. & 219.
12 2. Requiritur † actuum frequentia, tam judicialium, quàm extrajudicialium, Jas. *ad l.* 32. *nu.* 51. *& ibid.* Bart Menoch. 1. *arbitr. cas* 83. [Mynsing. 6. *obs.* 41. *num.* 7. 8.] quæ actuum frequentia
13 † non tam ad inducendam, quàm ad probandam consuetudinem pertinet; quia rerum judicatarum auctoritas non inducit consuetudinem, sed inductam probat, Anton. Fabr. *ad l.* 35. *de Legib. fac. l.* 38. *eod. tit.* ubi consuetudo à rerum judicatarum auctoritate per voculam, *aut*, separatur, vid. Cujac. 20. *observat.* 1. Solus namq; con-
14 sensus † facit consuetudinem, quia non solum judicialibus, sed etiam extrajudicialibus actibus probatur; quia in his quæ solo consensu consistunt judicis præsentia non requiritur, *l. sive apud acta, C. de transact.* Jas. *ad d. l.* 32. *num* 51. [vid. hac de re diligentissimè comportata à Jacob. Schult. *quæst.* 76. *per tot. lib.* 2. Et ita votando tenet Referens apud Meischner. *decis. Camer.* 9. *n.* 166. *& seq. Tom.* 3. ubi pulcram hanc subiicit rationem. Quod
consuetudo † à lege non differat, nisi tanquam 15
tacitum ab expresso, ideoque sicut lex inducitur absque actu judiciario expressè, ita & consuetudo, per tradita Bart. *num.* 13. *& aliorum in l. de quibus, ff de Legib.* Idem Meischner. *decis.* 14. *nu.* 175. 178. *d. Tom.* Idque aliquot præiudiciis firmat Ruland, *de Commissar. part.* 4. *lib.* 3. *cap. nu.* 15. Et communem dicit Geil. 2. *obs.* 31. *num.* 8. Bernh. Græve. *ibid. n.* 18 *& seqq.* ubi id multis auctoritatibus & declarationibus illustrat, Mynsinger. 6. *obs.* 41. *nu.* 15. 16. Quod tamen limitatur non procedere à quibusdam. † Si consuetudo cum le- 16
ge scripta, vel ratione pugnet, Joh. Oldendorp. 1. *consil. Marp.* 3. *nu.* 13. Confer Cothman. 5. *consil.* 1. *num.* 493. ubi quàm plurimos pro hac limitatione adducit auctores. Hi verò actus ad proban-
dam consuetudinem adducti, † debent esse con- 17
formes, siquidem ex actibus variis & difformibus non inducitur consuetudo, Bart. *in l. solent, §. non verò, ff. de offic. procons. n.* 4. *vers. sed si fuerit difformis*, Rot. Rom. *decis.* 72. *n.* 28. *part.* 2. *in noviss.* Crav. *cõs.* 96. *n.* 15. Zas. *cons.* 5. *n.* 61. *lib.* 1. Matth. Berlich. *decis* 74. *n.* 2. ubi hos & alios ad hoc allegat. *Et n.* 6. *& seqq.* ubi quod etiam unicus actus contrarius & difformis ante completam præscriptionem, perfectionem impediat.)
3. Requiritur temporis vetustas, quæ quanto 18
annorum spatio circumscribatur, non convenit inter Dd. communior est sententia, id relinqui judicis arbitrio, Menoch. 2 *arbitr. cas.* 83. *num.* 6. Geil. 2. *obs.* 31. *num.* 2. Coras. *ad d. l.* 22. *de Legib. & ibid.* Ant. Fab. (Vult. 1. *cons.* 33 *n.* 64. *& seq.*)
Allegans autem consuetudinem † eam pro- 19
bare debet, quia facti est, *l. 1. C. quæ sit long. consuetud.* Bald. *in prælud. Feud. num.* 4. (Mascard. *de probat. conclus.* 427. *nu* 3. Cævall. *in spec. com. opin. q* 368.) Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic. lib.* 8. *tit.* 33. *defin.* 1. *num* 4. *in notat.* (Et quidem plenè, Cravett. *consil* 325. *num.* 1. Meischner. *decis. Cam.* 14. *n.* 45. *Tom.* 3. ac formiter, Paris. *consil.* 25. *n.* 36. *part.* 4.) Nam multi aliquando credunt consuetudinem & aberrant, Cyn. *ad l.* 1. *C. quæ sit long.*

quem allegat Meischner. *Tom. 3. decis. 14. num. 43.*
[Vultej 1. *consil Marp. 33. nu 31. & seq. junct. n. 63*]
20 nec sufficit generatim † constare de ea, sed de-
monstranda est in specie specialissima & in indi-
viduo, super quo quæritur eam obtinere, per ea
quæ tradit Schrader. *in tractat. Feud. part. 10. sect.*
20 n 276. VVesenbec. *consi. 54 n. 37.* Cravett. *cons*
21 *69 num. 4.* quia consuetudo † tantum habet de
potentia, quantum probatur de usu, Bald. *in l.*
fin. n 9. C. comm. utrius, Ernest. Cothm. 1. *consil 16.*
numer. 4 & seq. [M. Anton. Natt. *consil. 502 nu.*
40 Cacheran. *decis. 29. num. 16.*] & modò est alba,
modò nigra, Rom. *sing 367* Meischn. *Tom. 3. de-*
cis. 14. nu. 44. Et non sufficit aliqualiter consta-
re de ea, sed plenè probanda est, Cravett. *cons. 325.*
n. 1. præsertim in iis quæ litis decisionem respici-
unt, Rebuff. *tom. 3. de consuet & usu art. 2. gl. 2. nu.*
15. Bart. *in l. 2. q. 27. ad fin. C quæ sit. long. consuet.*
22 Nec sufficit † etiam sola probatio non usus,
sed necesse est, ut probetur & casum in lege com-
prehensum extitisse & contrarium observatum
fuisse, Cyn *ad d. l. 2.* Schrader. *in tract. Feud. dict.*
part. 10. sect. 20. nu. 155. [Honded. *consil. 110. nu.*
22. vol. 1. Nam lex non, per non usum, sed per
contrarium tollitur usum, Bart. *in §. antea in*
proœm Digest. Felin *in c. 1. versic limita secundo, de*
Treug. & pac. Farinac. 1 *consil. 30 num. 108.* Idque
infinitis auctoritatibus firmat Jacob. Schult. *qu.*
69. nu. 66. lib 2. adde etiam notata à me *in tract.*
meo de Retract. Municip. quæst. 1. num. 33.] unde si
civitas per mille annos non uteretur lege scri-
pta, quia forte non evenit casus, non tollitur
lex, quia requiritur non usus habens actus con-
trarios. Jason. *ad d. l. 32. num. 33. de Legib.* vid. quæ
de probatione consuetudinis tradit Cacheran.
decis. Pedemont 99 num. 7. 8 9. Hieron. Schurff.
3. consil 47 per tot. [Jacob. Schult *d. quæst. 69. num.*
66. lib 2.]
23 Fallit autem hæc traditio † si consuetudo sit
notoria: quia notorium relevat ab onere pro-
bandi, & seipsum ostendit, ac nulla tergiversa-
tione celari potest, Vasq. *in præfat. illustr. contro-*
vers. num. 25 & lib. 1. controvers. c. 2. [VVesenbec.
consil. 13 num. 62.] Allegari tamen debet; quia li-
cet notorium relevet ab onere probandi, non
tamen relevat ab onere proponendi & allegan-
di, *gloss. singul. in Clement. appellanti de Appellat.*
Bart. *in l. 1. in fin. de except.* Jason *in dict. l. 32. nu. 88.*
de Legib. [Mynsing *6. obs. 3. num 4.* Vult. *cons. Mar-*
purg. 29. num. 56.] Doctori autem attestanti † de
consuetudine non creditur, Schrader *tract.*
Feud. part. 1 quæst. 1. num 5. Jason *ad d. l. 32 num. 89.*
Et hanc communem esse sententiam post Curt.
testatur Colet *de Process. execut. part 3. cap. 11. nu.*
17. [Quia consuetudo non ex arte discitur, sed ex
usu observatur, Vultej. 1 *Feud. cap. 10 nu. 5. in fin.*
Et de hac quæstione vide etiam Cacheran. *decis.*
141. Mynsing. *6. obs. 68.* Honded. 1. *consil. 110 n 19.*
vid. quæ notanter scribit Ernest. Cothm. *5. cons.*
1. num. 448 & seqq. & num 456. ubi quod nec ju-
dici attestanti de consuetudine credatur, *per alle-*
gata ibid. & in seqq. ubi de probatione consue-
tudinis omninò videri potest. Item quod nec
Principi de ea attestanti credatur, vid. Meischner.
decis. Cam. 14. num 62. & seqq. Tom 3. & valdè no-
tanter Jacob. Schult. *quæst. 77. lib. 3. & ibid. num.*
26 & seqq. ubi quæ de Notorio dicta restringit ad
notoria facti permanentis.] Quæ enim facti sunt
† pro lentissimos quosque fallere possunt, *l. 2. de* 25
jur. & fact. ignor. & in dubiis facti etiam Princi-
pes errare possunt, *cap. 1. de constit. in 6.* Docto-
res autem simpliciter de consuetudine attestan-
tes, intelligendi sunt, de loco in quo domicilium
habent vel diu versati sunt, Natt. *consil. 218. nu. 4.*
lib. 1. Menoch. *consil. 218. num. 23.* Vincent. Hon-
ded. *consil. 108. num. 39.* Rosenth. *de Feud. c. 9. con-*
clus. 7. gloss. h. [vid tamen Johan. Gœdd. *3. consil.*
Marp. 32. num. 186. & aliquot seqq. ubi hanc tra-
ditionem multis declarat, & limitat non proce-
dere in consuetudine quæ nō contra sed secundū
jus commune est. Hujus occasione etiam notan-
dum † quod consuetudo quæ est contra jus, non 26
extenditur de loco ad locum, nec de persona ad
personam, nec de re ad rem, & obtinet id quod
præscriptionibus usuvenit, tantum censeri præ-
scriptum, quantum possessum. Felin. *in c. auditis,*
col. 6. de præscript. Jason. *ad l. de quibus, num. 11. de*
Legib. Marant. *disp 9. num. 31.* Paris. *consil. 25. nu.*
26. Et in hisce unaquæque provincia dicitur ab-
undare suo sensu per tradita Matth. de Afflict. *de-*
cis 404. n. 6.]

Effectus consuetudinis † est. 1. Imitari legem, 27
tam quoad juris auctoritatem, quàm pœnam
transgredientium, *§. sine scripto, Instit. de I. N. G.*
& C. tantum enim valet consuetudo, quantum,
lex scripta, ut supra dictum. Quamobrem sicut
delinquit † is, qui legibus contravenit, *cap 2. &* 28
ibi Dd. x. de major. & obed. ita ille qui consuetu-
dini, *Felin. cap. 1. colum. 9 x. de cons* & utriusque
transgressor punitur, *cap. in his distinct. 4. gloss. in*
cap.

cap. ex literis, x. de consuet. [Tiraquell. *in præfat. de retract. lignag. num. 75.* ubi ex Bald. scrib.t, facientem aliquid contra consuetudinem peccare, mortaliter.] Ideoque nec libellus formari nec sententia ferri debet, contra consuetudinem, Abb. *in c. 1. & ib.* Felin. *nu. 4. x. de sentent. & re jud.* nisi litem suam facere velit, Jason *ad d. l. 32. nu. 7. de Legib.*

29 2. Effectus † est interpretari legem, quia optima legum interpres consuetudo, *l. 37. de Legib.* [Confer Johan. Azor. *instit. moral. lib. 5. cap. 17. vers. Tertiò quæritur, quam vim habeat consuetudo part. 1.*]

30 3. Effectus † est confirmare legem; quia leges firmantur, dum moribus utentium comprobantur, *c. in istis distinct. 4.* Hinc consuetudo Practicæ Magistra dicitur, Zas. *ad l. contumacia. n. 12. ff. de re judic.* [Meisch. *decis. 14. numer. 27. in fin. & seqq. Tom. 3.*] & actus consuetudinarii sunt actus practici, Bald. *ad l. quicunq., C. de serv. fugit.* [Grævæ. *2. pract. conclus. 60. in Coron. 2.* Meischn. *decis. 1. n. 4. Tom. 1.*]

31 4. Effectus † est derogare legi, quando salva manente substanti legis, in aliqua circumstantia eam tollit.

32 5. Effectus † est legem abrogare, si videlicet contrarium, quàm quod lege cautum sit inducat. Et hinc est, quod consuetudo † vitæ humanæ
33 lege omni sit valentior, Duart. *ad l. 1. §. est autem pactio, de pact.* quæ Chymica arte nigrum in album conficit, Andr. Knich. *de vestitur. pact. lib. 2. c. 4. nu. 160.* Derogatio † autem fit in parte, abrogatio in
34 toto, *l. abrogatur de verb. sign.* Sichard. *ad l. 2. nu. 5. C. quæ sit long. consuet.*

35 Pro ratione dubitandi † facit, *l. 2. Cod. quæ sit long. consuet.* quæ dicit consuetudinem non tanti valere sui momento ut legem vincat vel rationem, *2. fac. Auth. Cassa, Cod. de Sacrosanct. Eccles. Auth. Navigium, Cod. de furt. & serv. corrupt. 3.* fac. quod hi effectus sibi sint contrarii. Contraria namque sunt imitari legem & tollere, interpretari & derogare.

36 Pro ratione † decidendi, notanda elegans Bart. *distinctio ad l. de quibus, num. 8. ff. de Legibus & in repetit. ejusd. nu. 5.* Aut enim consuetudo est secundum legem: aut præter legem: aut contra legem: si consuetudo est secundum legem, virtus ejus est interpretari & confirmare legem *juxta d. l. 37 de Legibus.* Si est præter legem, tunc ejus effectus est imitari legem, auctoritate, ratione & obligatione, ut tantum valeat consuetudo quantum lex. Si verò contra legem est, tunc aut est contra legem divinam & naturalem in totum, & nullam neque dispositivam, multò minus abrogativam vim obtinet: [vid. Johan. Azor. *instit. moral. d. lib. 5. c. 17. part. 1. vers. secundò quæritur an consuetudo vim habeat contra jus divinum.*] aut contra legem humanam merè positivam, & tunc si ei contraria sit & in viridi observantia posita, eam abrogandi vim habet, nisi lex illa in specie disponat nullam contra eam induci posse consuetudinem, aut etiam inductam improbet, qualis est casus *in dict. Auth. Cassa, C. de SS. Eccles. in d. Auth. Navigia, Cod. de furt. & serv.* Et ita tradit Bart. *alleg. supra loc.* Non enim dubitandum est, † si abolitam lex velit consuetudinem, majorem legis, quàm consuetudinis vim esse oportere, Boër. *dec. 1. nu. 49. c. quia propter de Elect.* [quod multis prosequitur Regner. Sixtin. *tom. fi. 9. n. 10. vol. 1.* idem obtinet in Principe tanquam lege animata consuetudinem tollente & cassante per tradita Natt. *consil. 636. n. 53.* Geil. *2. obs. 3. nu. 6.*]& ita summum Sabaudiæ Senatum pronunciare testatur Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic. lib. 8. tit. 33 de fin. 4.* 37

Nota etiam finaliter quod consuetudo † injusta si publica sit, excuset à pœna, secus si privata, per ea quæ post alios à se allegatos tradit Dan. Moller. *3. semestr. c. 2.* [Farinac. *consil. 30. sub num. 133.* Sixtin. *2. consil. Marpurg. 16 n. 41.* Et notanter vid. Bernhard. Grævæ. *2. pract. conclus. 8. considerat 1.*] 38

CAPUT X.
DE STATUTIS.
SUMMARIA.

1. *Statuta municipalia civitatum, & collegiorum approbatorum juris vim obtinent.*
2. *Statuta condere, quatenus jurisdictionis, aut meri, vel mixti sit imperii?*
3. *Civitates provinciales, aliæq; universitates, & collegia approbata de suis rebus & negotiis statuta facere possunt.*
4. *Limitatio Populus subditus ad reservata superiori manum extendere non potest.*
5. *Statuta juri publico contraria, qui condere possint.*
6. *Certa familia Nobilis & privata an possit statuta*

tuta condere Erbvertrage *dicta, contra juris civilis dispositionem tendentia? remissivè. 7. Communiùs distinguunt Doctores 8 Pacta, & statuta ad communem pacem, concordiam, & securitatem alicujus familiæ pertinentia, dicuntur in specie* Burgfrieden.

9. *Conclusiones aliquot de statutis proponuntur.*

10. 1. *Quoad solennitatem, & perfectionem actus celebrati inspiciendum loci, in quo actus celebratus est, statutum, 11. Ampliatio prædictæ conclusionis. 12. Fallentia. 1. 13. Fallentia. 2. 14. 2 Ampliatio.*

15. 2. *In respicientibus litis ordinationē, & Processum judiciarium, attendendum semper est statutum illius loci, in quo judicium agitur. Stylus curiæ pro lege servandus.*

16. 3. *In his quæ respiciunt litis decisionem, condemnationem, & executionem super naturam contractus, non statutum loci, in quo agitur, sed statutum in quo contractus celebratus est, attendendum. 17. In quibus hæc conclusio fallat?*

18. 4. *In delictis attenditur locus delicti. Ratione originis vel domicilii potest aliquis puniri de delicto ubivis commisso. 19. Ignorantia statutorum excusat forensem, & novitium civem à pœna statuti. Ignorans non contemnit auctoritatem statuentis.*

20. 5. *Statuta quoad bona immobilia sita in territorio, & districtu statuentium afficit res ipsas, & ratione eorum ligat etiam non subditum.*

21. 6. *Quoad bona mobilia attenditur statutum loci, in quo persona habitat, sive illa bona intra, sive extra territorium sint sita. 22. In successione intestati, quoad bona mobilia ad certum locum non destinata, statuta & Leges in loco domicilii defuncti, vigentes spectantur. Secus in immobilibus.*

23. *De interpretatione statutorum 1. Conclusio. Statuta exorbitātia restringenda, & strictè interpretanda, neq; de casu, ad casum extendenda. 24. Omissa in statuto remanent in dispositione juris communis. Statuta tantum disponunt, quantum loquuntur, & non ultrà.*

25. *Statuta exorbitantia non quidem recipiunt interpretationem activam & extensivam, declarationem tamen & passivam admittunt à jure communi. 26 Declarantur prædicta.*

27. 3 *Statuta extensionem non admittunt. propter unicam tamen rationem tantum statuti, licitè extenditur ad casus similes.*

28. 4. *In statutis verba propriè accipienda. Usus loquendi præfertur proprietati.*

29. 5. *Statuta in causis conjunctorum disponentia, favorabilem habent interpretationem.*

30. *De tota statutorum materia, & interpretatione in genere, remissivè.*

Statuta municipalia † civitatum, & approbatorum collegiorum juris vim obtinent, *l. omnes & ibi* Bart. *& Dd. ff. de just. & iur, vulgò* Willkühr / Stattrecht / Schneidevvin. *ad §. 1. Inst. de I. N. G. & C.* (J. Azor *institut moral. lib. 5. c. 25. quæst. 1. part. 1.*) Et hæc statuta quæq; civitas, populus & collegium pro modo potestatis & jurisdictionis suæ constituit. Nam licet statuta condere † neque jurisdictionis, neque meri vel mixti imperii, scilicet in consideratione absoluta: distributivè tamen prout de rebus meri & mixti imperii, seu jurisdictionis simplicis constituuntur, rectè jurisdictionis, aut meri vel mixti imperii dicitur, Jason *add. l omnes. num. 24. ff. de just. & jur.* & intelligendum Baldi dictum, quod statuta condere, potius sit de quadam juris permissione, quàm ut annexum sit jurisdictioni, Mynf. ad *§. 1. n. 8. de I. N. G & C.* 1 2

Ideoque Civitates Provinciales aliæque universitates & approbata collegia de suis & suorum rebus ac negotiis statuta & pactiones ferre non prohibentur, modò jus superioris non tangant, *l. ultim. de colleg. & corpor. l. 16. de Verb. Signif. l. 3. §. 5. de sepulchr. violat. l. 3. & 6 quod cujusque universit.* Zas. *ad l. 9. num. 8. 9. de iust & iur.* [Natt *consil. 12. numer. 1. & seqq. per tot.* Et latè Johan. Azor. *institut. moral. lib. 5. cap. 26. part. 1. in quæstion.* 18.] Dauth. *de testament. num. 36. in fin.* [Nihil autem quicquam † ejusmodi civitates, in præjudicium Regalium, præeminentiæ, & in universum quicquid deroget juri superioris statuere possunt per ea quæ habentur apud Gylman. *in symphorem. p. 1. tit. 2. vot. 1. n. 74.* Cum populus subditus ad ea quæ reservata sunt superiori vel Principi manum extendere non possit, *l. 1. §. de quare & ibi* Bart. *ff. de postul* Natt. *consil. 12. n. 2.* Azor. *alleg. mod. loc.* [Statuta † namque juri publico contraria, hi duntaxat pro modo jurisdictionis suæ condere possunt, qui jus superioritatis, sive regalem eamque perpetuam in territoriis suis potestatem habent, Heig. *ad pr num. 27. institut. de oblig* Gail. *1. de PP. cap. 6. num. 11. & de Arrest. cap. 9. num. 1.* Schrader. *de Feud. part. 2. non part. princip. sect.* 10. *num. 36.* Dauth. *de testament. nu. 36. & 86. versic. tum quod Principes,* Pruckman. *consil. 13. num. 82. & 83.* Nicol. Everhard. Jun. *cons. 22. nu 6. volum. 2.* [Cravett. *consil. 135. numer. 2.* ubi id multis firmat.] 3 4 5

mat.] Cæteri non possunt nisi ex superioris expresso tacitové permissu, Wesenbec. *in paratit. de Legib. num. 3.* Donel. 1. *Comment. 6. in fin.* Geil. *de arrest. d. c. 9. num. 22.* Ferdinand. Vasqu 1. *controvers. illust. c. 47. num. 9. ubi distinguit.* [Azor. *allegat. modo loc.*]

6 An autem certa familia Nobilis & privata, † statuta condere possit quæ dicuntur Erbverträge/Brüderverträge/Einigung/Burgfrieden/ quæ contra juris civilis dispositionem tendunt? quæstionis est intricatæ. Nam supra ex Bald. monitum statuta condere esse potius de quadā iuris permissione quàm de jurisdictione, ideoq; etiam privati de rebus ad se tantum pertinentibus, statuta condere non prohibebuntur. Et hanc affirmantem tuetur sententiam Johan. Andr. *in addition. ad specul. tit. de instr. edit. §. compendiosè, versic. sed nunquid,* Henric. Breulæ. *de renunciat. fil. Nob. caus. 4 c 5. fol. 176.* [Confer. Cothm 5. *consil. 4. n. 29. & seqq.* Fichard. *consil. 25. vol. 2.* Grævæ. 2. *conclus. practic. 127.*] Negativam verò tuetur, Bart *in l. omnes populi in 1. quæst. de just. & jur.* Bald. *in l. si quis iniquū, § 1 ff quod quisq; jur.* & alii quamplurimi allegati à Tiraq. *in tractat. de jur. primogenit. quæst.* ubi in tanta interpretum diversitate nihil certi pronunciat, sed utramq; opinionem certis
7 limitationibus admittit. Communius verò † juxta supra traditam doctrinam distinguunt Dd. ita, ut si familia Nobilis jurisdictionem, & aliâs statutorum condendorum potestatem habeat, possit valida statuta etiam contra jus pro modo tamen jurisdictionis suæ condere: Si verò jurisdictione destituatur, statuta à superiore confirmata valent: citra verò ejus cōfirmationem nullius sunt momenti nullumq; robur habent, *arg. l. fin. C. de testib. & l. si quid extraordinarium, Cod. de legation. lib 10.* & ita in successionum materia decidit Forster. *de success. ab intest. lib 4. c. 24. num. 27* hanc distinctionem sequitur Dominus Referens apud Meichsner. *in causa ardua* Diermund *contra* Diermund/ *Tom. 3. decis. 14. num. 85. ubi vid* [*Et decis. 20. sub num. 40. eod Tom.*] Pacta & sta-
8 tuta quæ † ad communem pacem, concordiam & securitatem alicujus familiæ pertinent, dicuntur vulgò in specie Burgfrieden/ Meichsner. *de decis. 14. num. 25.*

9 Cum statuta † pro diversitate locorum varient, sæpe evenit, ut ratione unius ejusdemque negotii, plurium locorum statuta in considerationem veniant, ideoq; in gratiam studiosorum aliquot conclusiones proponam, quibus res fiet clara.

1. Quoad solennitatem † & perfectionem 10
actus celebrati, tam inter vivos, quàm in ultimâ voluntate, inspiciendum loci, in quo actus celebratus est, statutum [Matth. de Afflict. *decis. 226. num. 2 & 4.* Köppen. *decis. 45. num 6.* Casp. Anthon Thesaur. *quæstion. forens. lib. 2. c. 8.* ubi de utroq; casu. Hercul. Marescott. 2. *variar resolut.* 139. ubi de donatione factâ secundum solennitatem loci ubi ea facta, & non ubi sita decidenda, atq; ita judicatum refert, *ibid. num 6.*] Quoad actus inter vivos, habemus *textum in l. si fundus. ff. evict. l. semper in stipulationibus de reg. jur. l. 1. Cod. de emancip.* Quoad testamenta & actus ultimæ voluntatis, *text. in l. 9. & ibi* Sichard. *C. de testam.* Mascar. *de interpret. statut. conclus. 7. num 27. fac. l. 2. C. quemad. testam aper.* vid. Geil. 2 *obs. 123.* Mynsing. 5. *obs. 20.*

Ampliatur hæc conclusio, † ut non solùm lo- 11
cum habeat in cive, sed etiam in forense, qui secundum illius loci, ubi est & commoratur, statuta testari & contrahere potest, utpote si Germanus Venetias veniat & ibi testatus decedat, sufficit illius statuti solennitates observare, Bart *ad l. 1. num. 24. C de summ. Trin.* quem magis communiter sequuntur Dd. ut videre est apud Jason. *ad d. l 1. num. 40. & in 2. lect. num 82* Gabriel. 4 *commun conclus tit. de testam concl. 4.* Geil. *d obs. 123. n. 3.* [Regner. Sixtin. 3. *consil Marp. 7. n. 69. & seqq.* ubi de testamento à Germano in Gallia condito. Hartman Pistor. *obs. 25.*]

Fallit tamen hæc ampliatio † secundum Batt. 12
alleg. loco. Si statutum limitet personas civium, & eorum intuitu conceptum, uti privilegium rusticis concessum, circa testes in testamento, nō venit porrigendum ad alios in iure, *arg l conficiuntur, § 1. ff de jure C. l. finita de testam.* Aliud v. est, quando statutum loquitur simpliciter & indefinitè, sine respectu personarum.

[Fallit 2. † Si alio, quàm contractus loco ex 13
conventione facienda esset solutio, tunc enim præstatio & solutio, facienda est secundum locum ubi fieri debet traditio, Matth. de Affl *decis. 226. n. 5.* quia ubi est forus solutionis ibi est forus legis municipalis, *ibid. n. 8.* adde Caheran. *decis. 114. num. 2.* ubi in specie hanc decidit quæstionem, an in mensura prædiorum venditorum sit attendenda consuetudo loci contractus, an verò rei sitæ.]

14 Ampliatur 2. conclusio † nostra, quod actus secundum loci statuta factus, porrigitur etiam ad bona extra territorium sita, Barr ad d. l. 1 num. 36. & 37. Jason ibid. num. 91 in ie. f 2. [Joh Köppen. d. decis. 31. num 25. & praesertim decis. 45. num. 5.] licet in loco bonorum major solennitas requireretur, d. l. si fundus & ibi Dd. de evictione. Geil. dict. obs. 123. num. 2. eamque non solum receptiorem, sed etiam Camerae praejudiciis comprobatam testatur Mynsing. 5. obs. 20 n. 4.

15 II. In his quae respiciunt litis ordinationem † & Processum judiciarium, attendendum semper est statutum illius loci, in quo iudicium agitur, l. 3. in fin ff de testib. Barr. ad d l 1. num. 15. [Anthon Fab. in Cod rer. in Sabaud. judicat. lib. 1. tit. 1. defin. 3. 4 & 5 Casp. Anthon. Thessaur. quaest. forens 7. num. 9. 10. lib. 2. Modest. Pistor. consil. 12. n 79. vol. 2.] quicquid in loco contractus observetur; quia stylus curiae pro lege servandus, e ex literis x. de constitut. l. 2 C. testament quemadm. aper [Modestin. Pistor. d. consil. 12. nu. 80. volum. 2.] & ita in summi Principis consistorio se observasse refert Geil obs. 65. n ult.

16 III. In his quae respiciunt litis decisionem, † condemnationem & executionem, super naturam contractus, non statutum loci in quo agitur, sed statutum in quo actus & contractus celebratus est, firmitatemq; accepit, attendendum d. l. si fundus, arg. l. vinum de reb. credit. Jas. ad d. l. 1. C. de summ. Trinit. [Geil. 2. observ 123 num. 3. 4. Bernh. Graev. ibid in Coronid. Mynsing. 4. observ. 82. Cachetan. decis. 141. num 1] Fallit haec con-
17 clusio † secundum Barr. 1. in his quae oriuntur ex postfacto ex mora vel negligentia. 2. In dote vel lucranda vel restituenda, ubi non attenditur locus celebrati contractus dotis, sed statutum loci in quo domicilium habet maritus, l. exigere dotem, de judic. [Matth. de Afflict. decis. 226 num. 8. 9.]

18 IV. In delictis † attenditur locus delicti, Auth. qua in provincia, C. ubi de crim ag. oport. [Confer Vulc. consil Marpurg. 16. passim per tot. Clar. § fin. q. 38. junct q 39. Hartm. Pistor obs. 166 Joh. Azor Institut. Moral lib. 5. cap. 25. quaest. 3 part. 1.] Imo si civis alibi delinquat, contra statutum civitatis, potest reversus de tali delicto alibi commisso statuto & poenae subiici, quia ratione originis vel domicilii potest aliquis puniri de delicto ubivis commisso, l. 1. C. ubi de crim. ag. oport. l. 2. C. de Eunuch. Sichard. ad rubr. ibid. num. 3, ubi id exemplificat in statuto Pontificio de non comedendis carnibus certis diebus, ita ut si etiam extra statuentium districtum civis contra prohibitionem statuti carnes comedat, possit nihilominus puniri, [Anth. Thess. decis. 90. Confer Joh. Azor. Institut. Moral. lib. 5. cap. 11 vers. est tamen ad vertendum, part. 1. & cap 25. vers. secundo quaeritur, ubi in contrarium propendet.]

19 Ignorantia † tamen statutorum excusat forensem & novitium civem à poena statuti, si aliquid contra statutum faciat, quia ignorans non contemnit auctoritatem statuentis, & haec ignorantia probatur iuramento, vid. Geil. 2. obs. 48. num. 26. 27. & seq. nisi delictum tale sit, quod etiam iure communi prohibetur.

20 V. Statutum † quoad bona immobilia & quae immobilium iure censentur, sita in territorio & districtu statuentium afficit res ipsas & ratione eorum ligat etiam non subditum. l. rescripto in fin de muner. & honor. l. an in totum, C. de aedific. privat. fac. l. si praedium, 16. C. de praed. min. sin. decret. non alienand. Barr ad d l 1 nu 41. Dauth de testam. num 54. Thessaur. decis. 106. num. 5. Confer Tiraquell. de primogenitur. q 46. 47. 48 49 & 54. & notabiliter Cothman. consil. 21. num 124. & mult. seqq [Honded 2. consil. 11. num 7. Casp. Anthon. Thessaur. quaest. Forens. 4. num. 2. 3. 4 lib. 2. Johan. Köppen decis 31. num. 9 10 & seqq. Mynsing. 5. obs. 19. Moller. 1 semestr. 29]

21 VI. Quoad bona mobilia attenditur statutum loci † in quo persona habitat, sive illa bona intra sive extra territorium sita sint, [gloss & Barr. in l ex facto num. 1 ff. de hered instit. Treutler. consil. 19. num 51 & 52.] quia mobilia respiciunt personam, ideoque perinde habentur ac si in loco ubi persona habitat, sita essent, Bald. in l. mercatores num. 1 C. de commerc Geil. 2. observat. 124. ubi Alexand. allegatus idem statuit in nominibus debitorum. [Johan. Bapt. Cost. de Rat. Quot quaest. 24. num. 2.] Ideoq; in successione in-
testati, † quoad bona mobilia, ad certum locum 22
non destinata, statuta & Leges, quae in loco domicilii sive incolatus defuncti vigent, spectantur, Coler. de process. executiv. p. 1. c. 3. num. 230. & 238. cum seqq. Köppen. decis. 31. num. 18. & seqq. [Hartm. Pist. observ. 55. Casp. Anthon. Thessaur. quaest. Forens 4. lib. 2.] Secus autem in immobilibus & quae immobilium iure censentur, iuxta praecedentem conclusionem. De statutorum inter-

interpretatione, restrictione & extensione, unam arq; alteram conclusionem subiiciam, quia hæc sæpè in usu fori occurrunt.

23 I. Statuta † exorbitantia restringenda & strictè interpretanda, neque de casu ad casum extendenda; quia generaliter omnis recessus à iure communi odiosus & strictè interpretandus, Bald. *in l. non solum, colum. ult. vers. sed in contrarium, C. de bon. quæ lib.* Tiraquell *in tract. de utroq; retract. in præfat. fol 19. num. 5. fac. c. odia, de reg. jur. in 6.* vid. Farinac. *in pract. crimin. q. 25 num 20.* [Honded. 1. *consil.* 110. *num.* 33 Menchsner. *decis. Cam* 10. *num.* 17 *& nu* 40. *Tom.* 3. Sixtin. 2. *cons.*
24 *Marp* 9. *num.* 88. *& seqq.* Ideoq; † omissa in statuto remanent sub dispositione iuris communis, Tiber Decian. *resp.* 31. *num.* 37. *vol.* 2 Natt. *cons.* 323. *num.* 40. 41. *lib* 3. Johan. Vincent. Honded. *consil.* 9. *num.* 26. *vol.* 2. Et quia statuta, tantum disponunt, quantum loquuntur & non ultra, Bald. *in l. testamenta, in fin. C. de testam.* Socin. Jun. *consil.* 1 *num.* 27. *lib.* 2. Roland. a Vall. *consil.* 68. *num.* 9. *lib.* 4. Honded *consil.* 110 *num.* 31. *vol.* Goedd *consil. Marp.* 24. *num.* 116. [Et prout litera iacet, Cacheran. *decis.* 21. *num.* 12. Casp. Anthon. Thessaur. *quæst.* 84. *nu.* 4. *lib* 2. Statuta locorum vicinorum, quatenus interpretationi deserviant, vid. post alios Johann. Goedd. 1. *consil. Marp.* 26 *nu* 157. *& seqq* Casp. Anthon. Thessaur. *quæst Forens.* 49. ubi quatenus statutum civitatis metropolitanæ liget loca vicinia & districtualia, *& quæst.* 59 *per tot. ubi varia notabilia de interpretatione statuti.* Cardin. Tusch. *verb. statutum.*]

II. Statuta exorbitantia non quidem reci-
25 piunt interpretationem † activam & extensivam, declarationem tamen & passivam admittunt à iure communi, *l. si servi vestri, & ibi* Salycet. *& alii, Cod de noxalib action.* Forster. *de succession ab intest. lib.* 8. *cap.* 17. *n*[illegible]. Mascard. *de interpret. statut conclus.* 2. *num.* 8[illegible] *& seqq* Wesenbec. *consil.* 14 *num.* 10. *& consil* 47. *num.* 38. [maximè si statutum se referat ad ius commune, quo casu statuto non plus censetur cautũ quàm iure cõmuni, Cardin. Tusch. *conclus.* 129. *numer.* 6. *lit. R.* Berlich. *decis.* 115. *numer.* 6.] Unde nec statuto caveri potest, ut nulla admittatur interpretatio, & si illa clausula adiecta sit, tantùm de frivola intelligenda est, *l.* 1. *§. fin. & l.* 2. *§. pen. C. de vet. jur. enucl.* Bart. *ad l. omnes, num.* 65. *de just. & jur.*
26 [Quæ tamen ita declarantur, † si non appareat, aliam rationem Legislatores, aliam verò statuentes fuisse secutos, Hartman. Pistor. *observat.* 32. *num.* 10 11.]

III. Statuta † licet extensionem non admit- 27
tant, si tamen unica tantum est ratio statuti, tùnc propter illam rationem licitè extenditur statutum, ad casus similes. Exempl. gr. si statutum sub gravi pœna caveat, ne quis in domo sua offendatur, id etiam rectè extenditur ad domum alienam conductam quæ voluntate Domini inhabitatur, *gl. &* Bald. *in l quamvis, C de Fideicom.* Sichard. *ad l.* 1. *C qui testam. fac poss.*

IV. In statutis verba propriè accipienda, *l. non* 28
aliter, 3. *de legat.* 3 Sichard *ad l* 16. *num.* 3 *C. de fid. instrum.* [Confer Marpurg *consil.* 26, *nu.* 25 *& num* 98. Geil. 2. *obs.* 140. *num.* 14.] nisi modus & usus loquendi sit in contrarium, qui præfertur proprietati, *l. liberorum,* 52. *§ quod tamen Cassius, de legat.* 3 *arg l* 50 *§. fin. de legat.* 1. [*cap. quamvis, in verbis: usus tamen obtinuit, de verb. signific.* Surd. *consil.* 151 *n.* 99 *ubi vid.* Geil. *de arrest. c.* 1. *num.* 6.] vel etiam nisi mens statuentium aliud suadeat.

V. Statuta † in causis coniunctorum dispo- 29
nentia favorabilem habent interpretationem, M Anton. Blanc. *de Compromiss. inter conjunct. q.* 1. *vers. contraria opinio, num* 3. Bald Castrens. & Alex. *in l. qui se patri, C. unde liber.* vid. quæ notabiliter de statutorum interpretatione tradit Andr. Geil. 2. *obs* 33 *per tot.* & ibid. Græv. Hartm. Pistor. *p.* 2. *q.* 44. *num* 23. *& seq* [Præter allega-
tos † de statutorum interpretatione in genere 30
vid. Cacheran. *decis.* 21. *numer.* 3. *& seqq. & decis.* 59 *per tot. & decis.* 67 *passim per tot.* Johan. Goedd. 1. *consil. Marpurg.* 26. *num.* 113. *& seqq. & num.* 122. *& seqq. ac passim per tot.* Quando statuta Laicorum favorabilia cõprehendant Clericos, confer Casp. Anthon. Thessaur. *quæst. Forens.* 1. *num.* 10. *part.* 2. Et in genere de tota statutorum materia & quæstionibus quibusdam singularibus vid. Johan. Azor. *Institut. Moral. lib* 5. *quæst* 25. *&* 26. *part.* 1.]

CAPUT XI.

DE IURIS LEGUMQUE INTERPRETATIONE.

SUMMARIA.

1. Omnes & singuli articuli legum aut constitutionibus comprehendi non possunt.

2. Interpretatio juris triplex, Authentica, Vsualis, & Doctrinalis.

3. Authentica interpretatio quid?

4. Dubitatio aliqua super nova lege noviter emergens per interpretationem conditoris dirimenda.

5. Lex interpretans secundum legem interpretatam intelligenda

6. Vsualis interpretatio quae? Consuetudo optima legum interpres. 7. Communis observantia in legis interpretatione non postremas partes sibi vendicat.

8. Leges vel ordinationes usu non receptae non obligant, habenturque pro non latis.

9. Doctrinalis interpretatio quae? 10. Virtus legum consistit in inductione & explicatione.

11. Iureconsultus quis dicendus? Iura juribus concordanda, ut evitetur jurium correctio, & contrarietas.

12. Haecque interpretatio ex ipsis legum fontibus haurienda. Omnis interpretatio juris debet esse analoga. 13. Ius non nisi ex legibus, & omni parte juris intelligendum. 14. In explicandis legibus lege opus est.

15. Illa demum certa & solida est interpretatio, quam ipsum jus civile suppeditat.

16. Magna est glossae auctoritas, adeò ut alias auctoritates antecellat. In dubio ob contrarias Dd. opiniones glossa opinio praeferenda, nō tamen contra communem. 17. Si tamen lege aliquâ, vel optimâ ratione glossa nitatur. Glossa sine textu, aut evidenti ratione nihil credendum.

18. In doctrinali interpretatione tria potissimum attendenda: Verba Legislatoris, mens, & ratio finalis.

19. A proprietate verborum non aliter receditur, quàm si appareat, legislatorem aliud sensisse. 20 Communis usus loquendi praevalet propriae significationi, & dat significationem rei.

21. Verba legis ubi clara sunt, & perspicua, calumniosa est quaecunque alia interpretatio. 22. Glossâ nō indigemus, ubi textum habemus. Lege extante hoc unum superest, ut ab omnibus pareatur.

23 Verba legis ubi facto non conveniunt, nec dispositio ejus locum habere debet.

24. Ex subjecta materia in contractibus plena, in ultimis voluntatibus plenior, in beneficiis plenissima interpretatio facienda. Semper ea capienda est interpretatio, per quam actus potius sustineatur, quàm impugnetur, aut pereat.

25. Interpretatio ambigui fieri debet ex certo, non verò certi ex ambiguo.

26. In contractibus, quando contrahentes se ipsos declarunt, nulla est quaerenda interpretatio. Nulla certior interpretatio eâ, quae fit ab ipso disponente.

27. In contractibus pro diversitate bonae fidei, & stricti juris, quomodo facienda interpretatio, remissivè.

28. De mente Legislatoris si aliundè constet, verborum non ita magna habenda est ratio. 29. Mens legislatoris ex variis circumstantiis colligitur. Ratio finalis est anima cujusque dispositionis.

30. Lex semper cum ratione facta est, & fieri debet.

31. Conclusiones quaedam circa legum jurisque interpretationem. 1. Quando lex est specialis, ratio generalis, tunc generaliter interpretanda.

32. Casus omissus ex identitate rationis habetur pro expresso. 33. Non potest dici casus omissus, in quo eadem militat ratio, quae in expresso.

34. Aequitas in paribus causis paria jura desiderat. 35. Res paritate aequitatis, & identitate rationis nexa, non sunt quoad juris dispositionem separanda. 36. Per rationis identitatem procedere, non est extendere legem, sed enucleare.

37. Limitatio in exorbitantibus, & odiosis. 38. Sublimitatio. Nulla ratio vehemētius probat, quàm quae ab ipso legislatore expressa est.

39. Interpretatio quae fit ex rationis in lege expressae identitate non est extensiva, sed comprehensiva.

40. Stante identitate rationis non dicitur fieri extensio de casu ad casum, sed casus ille dicitur verè ac propriè comprehendi sub dispositione.

41. Vt genus complectitur omnes species, ita ratio in lege expressa omnes casus.

42. 2. Lex licet generaliter loquens recipit restrictionem secundum alias leges specialiter loquentes. Et secundum naturam subjectae materiae, rerum personarum, &c. 43 Propter medium inhabile generalitas non operatur, nisi in qua[illegible] potest.

44. 3 Ratio legis ipsam [illegible]sitionem legis auget, & restringit, etiam si agatur de antiquatione legum. Ratio in lege expressa praesumitur finalis.

45. 4. Leges diversis interpretationibus titubantes benignè, & naturalis juris moderamine temperande.

46. 5. Lege cum aliquo praesupposito disponente, non verificato praesupposito, dispositio non habet locum.

47 Doctrinalis interpretationis auctoritas probabilis est, & verisimilis, non absoluta.

48. Com-

48. *Communes Dd. opiniones in juris interpretatione & causarum decisione non sunt preferenda legum veritati.* 49. *Intelligentia dictorum ex causis desumenda, non ex opinionibus. Non quis aut quot dicant, sed quid dicatur, ponderandum.*

50. *In textu est veritas, in glossis, & auctoritatibus Dd. opinio.*

51. *Opinio rationi contraria, nihil aliud est, quàm fallax de rebus omnibus, & futile judicium & vana rationis imago, &c.*

52. *Dd. opinionum sectatores similes sunt avibus, quarum unam praevolantem, turmatim sequuntur reliqua omnes.* 53. *Faceta Lipsij comparatio horum sectatorum. Multitudo errantium non debet errori parere patrocinium.*

54. *Non curandum quid alij dixerunt, sed potiùs quid ex veritate dici possit.* 55. *Dd. auctoritas probabilis est, non necessaria. Errorem communiter receptum vincere debet veritas.*

56. *Opinionum varietate apparente, ea sequenda, quae magis veritati convenit. Benè distinguens proximus est veritati.* 57. *Opinio consuetudine comprobata praefertur, & quam stylus sequitur.*

58. *Communis opinio non ex pluralitate, sed ex gravitate Dd. aestimanda.*

59. *Hodierno more nefas esse putatur, in judicando, & consulendo à communi discedere, nisi judex litem velit suam facere.*

60. *Quae de communi opinione observanda dicta sunt, quomodo procedant?*

61. *Existente juris textu, vel ratione evidenti contrarium urgente, judex à communi recedere potest, & debet.*

62. *Veritas semper una, & eadem, & semel verum, semper verum. Communis opinio variat.*

63. *Quidam volunt theoricam juris subtilitatem in jure interpretando & praesertim in foro omninò exulare debere.*

64. *Subtilitas duplex, una rationabilis, ad juris interpretationem & investigandam veritatem, conferens, & haec necessaria, utilis, & non contemnenda est.* 65. *Altera subtilitas est capriosa, ad simplices decipiendos tendens, & talem prudentum fregit auctoritas. In re clara nimium subtilizare, est perniciesè errare.*

66. *Subtili Dialectica rationi, utilitatis & vitae communis ratio praeponderat.*

67. *Quod in lege non cavetur, in practica non habetur. In Scholis leges deglutiuntur, in praxi & palatijs digeruntur.* 68. *Per theoricam videmus, per practicam digestos cibos gustamus.*

69. *Praxis procedit non solum per scientiam, sed etiam experientiam, omnium rerum magistram. Omnis artificium per exercitium recipit incrementum. Praxis artificem reddit promptum, ars facilem, natura potentem.*

70. *Illorum inprimis probandi labores, qui usum arti theoria praxin conjungunt.*

71. *Ex novissimis imperij constitutionibus in Adsessorum numerum non cooptantur, nisi qui publicè docuerint, & proxin exercuerint.*

72. *Etiam judices in judicijs interpretandi juris potestatem habent. Qua interpretatio inter litigantes ut sententia valet.*

Cum non possint omnes & singuli articuli legibus aut constitutionibus comprehendi, † bona occasio est, ut quoties lege aliquid in- 1
troductum est, caetera quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel jurisdictione suppleri, inquit JC. *in l. nam ut ait Pedius, ff. de Legib.*

Interpretatio juris triplex est, † *Authentica, V- 2
sualis & Doctrinalis*, Francisc. Suarez *lib. 6. de Legib. c. 1.* Widdrington. *de juram fidel. c. 1 sect. 1.*

Authentica interpretatio † est, quae fit aucto- 3
ritate ipsius legislatoris, qui legem condere & ita declarare potest, ut ista declaratio legis vim obtineat, juxta *l. 1. C. de Legibus*, ubi Imperat. Constantin. Inter aequitatem, inquit, jusque interpositam interpretationem nobis solis & oportet & licet inspicere. Quoties † namque 4
dubitatio aliqua super nova lege noviter emergit, tunc illa per interpretationem conditoris dirimi debet, *text. in l. cum de novo, C. de Legib. l. 3. §. quid verò, C de vet. jur. enucl.* cum nemo melius de mente legis aut constitutionis judicare possit, quàm auctor & conditor ejus, *cap. cum venissent, de judic.* Gylman. *in symphorem. supplicat. Tom. 1 part. 1. tit. 3. vot. 3.* Haec itaque interpretatio † certa & indubitata, soloque imperio digna. 5
text. in l fin. in princip & §. 1. C. de Legib. Unde & alia Lex dicitur constitutiva, quae jus novum cōstituit, alia declarativa, quae jus vetus declarat, Widdringt *de juram. fidel. d c. 1. s. 4.* ubi notandū, quod lex interpretans, secundum legem interpretatam intelligenda *§. 1. Auth. de fil. ante dot. instit.* Dec *ad l. culpa caret, 50. num. 11. de R. I.*

Usualis interpretatio est, † quae ex usu, obser- 6
vantia & consuetudine Legum desumitur; quia Consuetudo optima Legum interpres, *l. si de interpretatione, ff. de Legib. cap. cum dilectus, x. de consue-*

consuetud. [Geil.2 *obs.66.sub num.* 7. Wesenbec.
7 *consil.46.num* 4.] Et communis observantia †
in interpretatione Legis non postremas partes
sibi vindicat, *l minimè ff. de Legib.* Carol Molin.
ad Consuet. Parisiens. tit.1.§.23.num.3. Jas. *in l. certi condictio, § si nummos ff. si cert. petat.* [*vid. infr.*
lib. 3. Class.1. cap. 7. post num. 9.] Actus namque
consuetudinarii sunt actus practici, *ut supra c.* 8.
monui. Et vera interpretatio à practica sumitur,
à qua non est facilè recedendum, *l. illud ff. de excusat. tut.* Bald. *in cap.1 in princip. de Feud. sin. culp.*
non amittend. Andr. Geil.2.*obs.52.num* 19. [* In-
8 deq; est quod dicitur : † Leges vel ordinationes
usu non receptas, non obligare , Menoch. *consil.*
459 *num.32. & consil* 461 *num.13.* Gars. Magistril.
*de Magistrat lib.3.cap.3.num.*108. Habenturque
pro non latis, Jas. *in l. de quibus , num.33. ff. de Legib.* Crav. *consil* 894. *nu.* 17. *vol.* 5. quia firmantur
Leges cum moribus utentium comprobantur,
c. in istis in notat. distinct 4.]

9 *Doctrinalis* Legum interpretatio est, † quæ per
jurisperitos ex ipsa arte & doctrina juris eruitur,
quando & quatenus videlicet, ad aliquam facti
controversiam & casus emergentis decisionem,
ope & adminiculo Jurisprudentiæ artificiosè
aliquid colligitur & deducitur ; cujus artificiosæ deductionis seu facultatis statuendi ex jure
constituto, quod æquum & bonum est , ars est
10 Jurisprudentia. Virtus † namque Legum consistit in inductione & explicatione, *l non solum, § qui primipilum in verb. ademptas*, ubi ad hoc notat
Bald. *ff. de excusat. tut.* Carol. Molin *ad Consuetud. Paris. tit.1.§.2 gloss.4 sub num.34.* Hinc Jure-
11 consultus † dicendus est, non is , qui Leges aut
Principis alicujus, vel Reipublicæ constitutiones in memoria habet, (quod facile factu) sed
qui earum legum vim ac potestatem tenet, *arg l. scire ff. de Legib.* hoc est, qui arte juris instructus &
edoctus, legem quamcunque ex bono & æquo
interpretari potest, ut tradit Duaren. *cap. 2. de just. & jur.* [Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 13. gloss.3.n.*10. eaq; de re eleganter Joh. Parlador.
in proœm. rer. quotidian.] & inde promptum est
jura juribus concordare, ut evitetur jurium correctio & contrarietas, *l. unic. Cod. de inoffic. dotib,*
quod non ita erit difficile, si subtili animo rationes diversitatis excutiantur, *l.2.§.contrarium*, C.
de vet. jur. enucl. Multa enim prima fronte apparent contraria, quæ tamen re penitiùs inspecta &
ratione diversitatis perspecta, contraria nō sunt.

Hæc interpretatio † Doctrinalis eatenus in 12
consideratione est , quatenus ex ipsis Legum
hauritur fontibus, non ex cerebri cujusvis lacunis. Sicut namque ex Theologorum Doctrina
omnis interpretatio Scripturæ, analoga debet esse Fidei [1. *ad Corinth* 2. *v.*12. *Rom* 12. *v.* 6.] Ita etiam
in jure, *omnibus interpretatio debet esse analoga juri.*
Jus enim † non nisi ex legibus , & omni parte 13
juris intelligi potest. Hug. Donell. *ad tit. de reb. dub. in proœm. lib.8. Comment. p.*419. Et quemad-
modum † pisces , qui in multa salsedine nutri- 14
ti, sale nihilominus ad condiendum indigent:
ita in explicandis legibus , lege opus est; ut ex
Beati Theodoreti sententia, refert Petr. Peckius,
de amortiz. bonor c.34 num. 2. quem allegat Hering. *de Fidejuss c.24.num.96.* Illa itaque demum
certa † & solida est interpretatio , quam ipsum 15
ius civile suppeditat, *arg. l. quidam, § 1. de donat. l. 2.§. fin ff. de his quib. ut indign.* Dauth *in exposit. l. fin. sub n.84. C. de pact.* [Et licet magna sit glossæ
auctoritas , † adeò ut alias auctoritates antecel- 16
lat, secund. Bart. *in l. ut vim ff. de just. & jur.* Abb.
in c.1. de constit. Bertrand. *consil.115.num.24.vol* 2.
Matth. de Afflict *decis.384.num.3.* Vultei.1. *consil. Marp.34.n* 44 Cum sit velut navis quædam, per
quam navigamus iuris oceanum , quæ nos feliciter dirigat in portum claræ veritatis , ut post
Salicet. *in l.1 Cod. de pact.* Henning. Goden. *consil.*
109. *num* 13. scribit Ernest. Cothman. *consil.* 45.
num.34. vol.5. Et sicut is qui nescit equitaté , se
tenet ad arzonum, ita iudex se debeat tenere, super opinione glossæ, monet Salicet. *in l 2. Cod. de sentent. quæ sine cert. quantit. profert* Roland à Vall.
consil.94.n.25.vol.1. & consil 14.*n.*39. *& seq. vol.*3.
Ideoque in dubio ob contrarias Dd. opiniones
glossæ opinio præferenda Hunded. *consil.*160.*n.*
28. *vol.*2. non tamen contra communem, per tradita Matth. de Afflict. *d. decis.384 num.3.* Quamvis non desint qui contrarium statuant, vid. Vultei.1 *consil Marp.34.num.45.vol.*1. Hoc tamen ita
procedit , † si lege aliqua vel optima ratione, 17
glossa moveatur , *c. ego solis, distinct.9.* Bald. *in l. respublica. C ex quib. caus. major.* ubi dicit, glossam
quæ nihil allegat , ex capite loqui. Quo pertinent tradita Udalric. Zas.1. *singul. resp. c.7.* dicentis: Accursii glossemata , nihil plus ponderis habere, quàm alterius docti viri doctrinas: quibus
utrisque sine textu , aut evidenti ratione nihil
creditur. Imò error est , & quidem periculosus,
Accursio tantum tribui , quantum conspirata
Dd. fa-

Dd. factione ei tribuitur: qui etsi fuerit vir doctus & omni veneratione dignus, tamen errare potuit, & iuris condendi auctoritatem non habuit Hacten Zas.]

18 In Doctrinali interpretatione † tria potissimum attendenda: verba Legislatoris, mens & ratio finalis, VViddringron. *d. loc. 1. sect. 1. & 4.* [quae ex procem. haud obscurè colligi solet. Cōfer Goldast. *in replicat pro Imp. cap. 12. fol. 117.*]

Verba vel ex proprietate, vel ex usu, vel subiecta materia prout natura rei postulat interpre-
19 tanda, *l. 50. §. fin. de legat. 3.* A proprietate † non aliter receditur, quam si manifestū est legislatorem aliud sensisse, *l. non aliter. 69 de legat. 3.* vel si
20 communis usus loquendi † a proprietate recedat, quia iste tunc potius attendi debet, qui praevalet etiam propriae significationi & dat significationem rei, *l. Labeo & ibi* Bart. *in princ. de suppellect. legat. idem in l. omnes populi, nu. 58. de iust. & iur.* Gylman. *in symphorem. supplic. Tom. 1. p. 1.*
21 *tit. 3. vot. 3. num.* 8. Verba Legis ubi clara † sunt & perspicua, calumniosa est quaecunque alia interpretatio, Bald. *in Auth. nisi rogati, colum. 2. vers. nam ubi, C. ad SC. Trebell* Paris *cons. 1. num. 29. in fin. & cons. 3. num 53. volum. 3.* Bursat *consil. 360. nu 24. vol. 4* ubi dicit, quod interpretatio in claris superflua & cavillosa dicatur: & infirmitatem esse intellectus quaerere conjecturas, cum habemus verba clara, scribit Bald. *in l. certo generi, §. 1. de servitut. rust* He man. Vult. *in cons. Mar-*
22 *purg. 29. n. 5. vol. 2.* [Glossa enim † non indigemus, ubi textum habemus, Bald *consil. 342. col. 1.* Siquidem Legis textus, testis est locupletissimus, ubi decidit id, ad quod adducitur, Everhard *in praeambul. locor. legal.* Et ubi Lex extat, hoc unum superest, ut ab omnibus pareatur, *l. leges 3 & ibi Dd. C. de Legib.* Petr. Denais. *in adsert. de jurisdict.*
23 *Camer. Imper p. m. 29.*] Quando autem verba † legis facto non conveniunt, nec dispositio eius locum habere debet, *l. 4. § toties ff. de dam. infect. l. quod constitutum, ff de testam. milit.* Geil. 1. *de P P. c. 11. n. 17.*

24 Ex subiecta materia † in contractibus plenam, in ultimis voluntatibus pleniorem, in beneficiis plenissimam interpretationem facere oportet. *text. in cap. cum dilecti, x. de donation.* Et semper ea capienda per quam actus potius sustineatur quàm impugnetur & pereat, *l quoties,* 80. *ff de verb. oblig. l. quoties, 12 ff. de reb. dub.* quia malignam hanc interpretationem prudentes nostri benè vocant, per quam id agitur, ut actus qui alioquin valere posset, inutilis fiat, *l si ita stipulatus, 127. §. Chrisogonus, vers. neq; enim malignè accipiendum est, eod tit.* Anton. Fab. *in Consult. de Ducat. Montuferr. part. 1. p. 18.*

Debet autem interpretatio † ambigui fieri ex 25
certo, non verò certi ex ambiguo, idem Fab. *in d consultat. p. 208.*

In contractibus † quando contrahentes se i- 26
psos declararunt, nulla est quaerenda glossa vel interpretatio, ut inquit Bald *in d. Auth. nisi rogati, nu 9 C. ad Trebell.* quem refert & sequitur Paris. *consil. 3. n. 53. vol. 3* siquidem nulla certior est interpretatio ea, quae fit ab ipso disponente, Paris. *cons. 14 n. 24. vol. 2.* Decian. *resp 100 n. 7. vol. 2. & resp. 84. n 29. vol. 3.* ne quidem ex cōsuetudine vel statuto, Rol à Vall. *cons. 79. n. 56. lib. 3.* nec ex natura actus vel negotii alia interpretatio admitti debet, Rol à Vall. *cons. 62 n 23. lib. 3.*

Quomodo in contractibus † pro diversitate 27
bonae fidei & stricti iuris iudiciis facienda interpretatio vid. quae notabiliter tradit Hotom. 2. *amicabil. respons.* 10. ubi praecepta generalia & notatu digna proponit. Et haec incidenter de contractuum interpretatione.

Ad propositum redeundo, in iuris legumque
interpretatione † cognitis verbis, inspicienda 28
mens Legislatoris, de qua si aliunde constet, verborum non ita magna habetur ratio. Colligitur
autem mens legislatoris † ex variis circumstan- 29
tiis, causa impulsiva & praesertim finali; quia ratio finalis anima cuiusque dispositionis est, Geil. *1. obs. 10. n 6. & ibi allegati,* ac basis & fundamentum negotium ipsum sustentans, August. Beron. *cons. 64. n. 21.* Ernest. Cothm. *cons. 76. n. 66.*

Lex † verò semper cum ratione facta est & 30
fieri debet, *c. erit autem, distinct.* 4. quae & si non semper talis sit ut oculos nostros incurrat & manibus palpari possit, *l non omnium, ff. de Legib.* Sufficit tamen probabilem ostendisse, ex qua verisimiliter constat legislatorem motum esse, ut constituto iuri sua constet auctoritas, *l. 21. ff. de legib.*

Hic notandae quaedam conclusiones in usu quotidiano apprimè utiles, circa legum iurisque interpretationem.

I. Quando Lex † est specialis, ratio genera- 31
lis, tunc generaliter interpretanda, *text. in l. Regula, §. circ. fin.* ibi: Et licet municipum mentio fiat in hac epistola, tamen & in qualibet persona idem

na idem observabitur, *ff. de jur. & fact. ignorant.*
Bart. *ibid.* Hieronym. Schuiff. 1. *consil.* 18. *num.* 4.
32 [Casus enim omissus † ex identitate rationis ha-
betur pro expresso, *arg. l. fin.* ubi Bart. *C. de in-
stit. & substit.*] Imò non potest dici casus omis-
33 sus, † in quo eadem militat ratio quæ in ex-
presso, Bald. *in l diversas, num* 3. *C. mandati*, Pa-
ris *consil* 66. *n.* 59 Craver. *consil* 62. *nu.* 14. *& cons.*
130. *nu.* 7 Decian. *resp.* 28 *n* 23. *lib.* 2. [Cacheran.
decis. 46 *num* 13.] Ideoque quando nulla potest
diversitatis ratio assignari, non sunt censendi ca-
sus jure diversi, *l generali*, *ff de Fidejuss.* etiamsi
per se casus diversi sint, Cravetr. *cons* 187. *n.* 2.
34 Æquitas † namque in paribus causis paria
jura desiderat, *text. in c. un.* 2. *Feud.* 54. Et res quas
35 nectit paritas † æquitatis & identitas rationis,
non sunt quoad juris dispositionem separandæ,
*l. illud, ff ad L Aquil à Titio de V. O gloss. in Auth.
matri & Avia, C. quand. mul. tut. offic. fung. & in l.*
1, *in fin ff solut. matrim.* Coler. *de Processib. execu-
tiv part.* 4. *c.* 1. *num* 32. Quamobrem per rationis
36 identitatem † procedere non est extendere le-
gem sed enucleare, Crav. *de antiq. temp. in pr. n.* 35.
VVesenb. *consil.* 50. *nu.* 20. [Vid. Carol. Molin. *in
consuetud. Parisiens. tit.* 1. § 13. *gl* 5. *sub n.* 47.]
37 Limitatur hęc conclusio † non habere locum
in exorbitantibus & odiosis, *c. odia de reg jur. in* 6.
l quod contra de reg jur. Cacheran. *decis.* 149. *nu.* 2. 3.
Dn. Helfric. Ulric. Hun. *de jurisd p.* 1. *c.* 2 *pag.* 100.
[add. Geil. 2. *obs.* 85. *n* 5. Meichsn. *decis.* 20. *n* 21. *&
seqq Tom.* 3.]
38 Hæc tamen limitatio † perdit officium suum
quando ratio est in ipsa lege, scripta & expressa,
quo casu fit extensio etiam in exorbitantib. cor-
rectorijs, pœnalibus & odiosis, Put. *decis.* 55. *sub
num.* 3 *lib.* 5. Prosper Farinac. 2. *consil.* 121. *num.* 26.
in fin. [Idem Farinac. *in fragment. crimin. part.* 1.
num. 115. *& mult. seqq.* ubi latè & per multas de-
clarationes, regulam prædictam explicat & li-
mitat.] Nulla siquidem ratio vehementius pro-
bat, quàm quæ ab ipso Legislatore expressa est.
argum. l. 1. *l.* 3. *ff. de supplect. legat.* Gœdd. *de sequestr.*
39 *c.* 1 *num* 90. Ideoque interpretatio † quæ fit ex
rationis in lege expressæ identitate, non est extē-
siva, sed comprehensiva, Surd *consil.* 25. *nu.* 38. &
39. *vol* 1. Gylman *in symphorem. supplic. Tom.* 1. *p.* 1.
tit. 3. *nu.* 7. *in fin. fol.* 187. & casus similes non per
extensionem, sed intensionem sub se complecti-
tur, Menoch. *remed.* 5. *recuper. poss. numer.* 7. *& re-
med.* 14. *nu.* 18. 19. 20, Dauth. *in exposit. ad l. fin. sub*
num. 87. *C. de pact.* [Stante namque identitate ra-
tionis, † non dicitur fieri extensio, seu inter- 40
pretatio de casu ad casum, sed casus ille, dicitur,
verè ac propriè comprehendi sub dispositione,
Paris. *consil.* 32. *nu.* 77. *vol.* 1. *& consil* 42. *n.* 15. *vol.* 1.
Cravett. *consil.* 186. *nu.* 11. Roland à Vall. *cons.* 72.
nu. 39. *& seq volum.* 1 Prosper. Farinac. *consil.* 30.
n. 77. *lib.* 1.] Sicut namque genus † complectitur 41
omnes species, ita ratio in lege expressa omnes
casus. [*arg c. qui ad agendum, de procur. in* 6. Dec.
consil. 227. *num.* 8.] Bald. *in l de quibus, ff. de Legib.*
Dec. *in l. nemo*, 11 *n.* 5. *C. qui testam fac poss & in l.
un. num.* 9. *C. de sentent. qua pro eo quod inter* For-
ster. *in tractat de success. ab intest lib* 7. *c.* 4. *num.* 14.
[Meichsn. *decis.* 9. *n.* 206. *Tom* 3.]
[II. Lex quantumcunq; generaliter loquens
† recipit restrictionem, secundum alias leges 42
specialiter loquentes, *gloss. in l. quamvis* 11. *ibique*,
Bart. *ff de in jus voc. l. quæsitum* 13. *in fin ff de testib.*
Matth. Coler. *de Process. executiv part.* 4 *c.* 1. *sub n.*
51. Item restringitur secūdum naturam subjectæ
materiæ, rerum, personarum, &c. per ea quæ ele-
ganter tradit Zas. *singular. respons. c.* 6. *lib.* 1. Ca-
cheran. *decis.* 90. *n.* 20. *& decis.* 169 *num.* 2. *& seqq.*
Alex. Randens. *in tractat. de analog. lib.* 1. *c* 22 *n.* 19.
Surd. *consil* 77. *num.* 23 *& consil.* 315. *n.* 25. Cravett.
consil. 473 *num.* 6. & 7. Et propter medium inha-
bile, † generalitas non operatur, nisi in quan- 43
tum potest, Everhard. *in Topic. legalib loc. à gene-
ralit.* 5. *n* 1. Bursar. *consil.* 454. *n.* 12. *lib.* 4 Menoch.
consil 74. *n.* 24.]
III. Ratio Legis † ipsam dispositionem le- 44
gis auget & restringit, etiamsi agatur de antiqua-
tione legum, *l. ex his solis, C. de revocand donat.*
l. 3 § *cum Pollidius, ff de usur junct. l. heredes, ff. ad
Trebell.* Gilken. *ad Auth. ex testamento, num.* 7. *v.
secundo pugnat, C. de Collat.* Nam cujuslibet ge-
neralis dispositionis stricta ratio, ipsam restrin-
git dispositionem & eam ad rationis subnixæ li-
mites revocat, Eberhard. *in Topic. in loc. à ratione
legis strict* Gœdd. *de sequestr. cap.* 1. *n* 89. [Quin-
imò ratio in lege expressa præsumitur finalis per
tradita Carol. Molin. *in Consuetud. Paris. tit.* 1. §.
13. *gl.* 1. *nu.* 28.]
IV. Leges † diversis interpretationibus titu- 45
bantes, benignè & naturalis juris moderamine
temperandæ, *l* 5. *vers. quamvis, C. de bon. quæ liber.*
V. Lex † quæ cum aliquo præsupposito dis- 46
ponit, si non verificetur præsuppositum, non ha-
bet locum dispositio, *l. mancipia, C. de serv. fugit l.*
non

non ignorat, C. de his qui accus. non poss. Barr. in l si
quæramus, ff de testam. Petr. Wesenb. consil 49. n
19 Geil. 1. obs. 2 n. 7. [Cacheran. decis. 71. num. 12. &
decis 65. num. 6. Confer Molinæ. in consuetud. Pa-
risien. tit. 1. §. 13. glos 3. sub num. 5. & num. 7.]
47 Doctrinalis † interpretationis licet non sit ab-
soluta auctoritas, probabilis tamen est, & verisi-
milis; quia cuivis artifici in sua arte credendum,
quatenus videlicet, ipsius artis præceptis, non
verò suâ vel aliorum nudâ nititur auctoritate.
48 Unde infero, † communes Dd. quas vocant opi-
niones, in juris interpretatione & causarum de-
cisione non esse præferendas legum veritati.
Nam Justinianus jubet veriorem unius senten-
tiam, congruentibus plurium opinionibus ante-
ferendam esse, l. 1. neq; in multitudine, Cod. de vet.
enucl quod & ratio dictitat quæ optima lex, c. ego
ubi gl. verb. quantalibet distinct 9. Nam intelligen-
49 tiam dictorum † ex causis desumitur, non ex o-
pinionibus, c intelligentia de V. S. nec tam quis aut
quot dicant, sed quid dicatur ponderandum est,
c secundum distinct 19. tantumq; credendum Do-
ctoribus quantum probant. Barr. in l. 9 §. libera-
tionis, num 7. de liber. legat. [vid. Coler. de processib.
Executiv. part. 4. c 1. num. 41. in textu est veritas.
50 † in glossis, & auctoritatibus Doctorum opinio,
Zasi. consil 4. Ernest Cothman. consil. 2, num. 283.
vol. 1.]
51 Opinio verò † rationi contraria, nihil aliud
est, quàm fallax de rebus omnibus, & futile judi-
cium, vana rationis imago & umbra malè con-
sulens, malè judicans, ut eam eleganter describit
Just. Lips. lib 1. de Constant. cap. 4. & 5. Hinc sæpi-
52 us accidit, ut Dd. opinionum sectatores, † simi-
les sint avibus, quarum unam prævolantem tur-
matim sequuntur reliquæ omnes, Deci. cons 494
colum ult. & cons. 560. in fin. Jas. in l. 2. num. 20 ff.
de jurejur. Menoch. 2. præsumpt. 71. num. 40. Niell.
in Corollar. adject. disput. feud. 11. in fin. [Confer
Cothman dict. consil. 2. numer. 282. & aliquot seqq.
53 vol. 1] Quo pertinent, † quæ facere tradit Just.
Lips. Vidimus, inquit, & risimus stultos, quos cu-
stos aut Magister alligabat straminis vel exigui
fili nodo: atque illi stabant quasi ferro aut vera
cōpede devincti: Similis est eorū amentia, q fu-
tili nudęq; opinionis adstringūtur vinculo, ad cer-
tam alicujus opinionem. d. lib. 1. de Constant. c. 9.
[Eosq; eleganter perstringit Senec. in lib. de vit.
beat. non procul. ab init. p. mihi 166.] neq; multitu-
do errantium debet errori parere patrocinium,
Exod. 23. v. 2. [ubi supremus Legislator inquit,
plurimorum sententiæ nō acquiesces in judicio,
ut à vero devies.
Hinc rectè Zasius † nihil, inquit, apud me lo 54
ci habet, harum ipsarum opinionum, quæ circū-
feruntur auctoritas, nisi juris scripti veritas eas
ornet, & ad id neutiquam adstrictus esse volo, ut
curem quid alii dixerint, sed potius quid ex veri-
tate dici possit, lib. 2. singul. respons c. 1 num. 26. in
fin & num 27. vid eund. ad l. 2 § post hunc n 32 ff
de origin jur. Est enim † Dd. auctoritas probabilis 55
& non necessaria, gl. in l. 1. C. de legib Authon.
Quett. consil. 1. num. 12. Et errorem communiter
receptum vincere debet veritas, per tradita Zasi.
in epitom. Feud part 8 num. 12.] Imò inter ipsos Dd
non convenit quænam sit communis opinio. &
ideò sæpè communis contra communem opini-
onem allegatur, quarum 609. collegit Hieron.
de Cævall. in spec. commun. opin. contr. comm qua
de re vid. etiam quæ tradit Menoch. 2. præsumpt.
72 per tot.
Communiter tamen placuit † opinionum va- 56
rietate apparente, eam sequendam esse, quæ ma-
gis æquitati convenit, per l. ea qua & l in omni-
bus quidem ubi Dec. de reg jur. Æmilius, ff de mi-
norib. l. placuit ubi Jason post alios. C. de jud. Her-
mann. Vult. consil Marpurgens 29 num. 137. vol 2.
[Et quæ distinguit, per tradita Cacheran. decis.
162. num. 8. Johan. Gœdd consil. Marpurgens. 28.
num 271. Vultei. consil. 22. n 62. eod. vol. Qui enim
benè distinguit proximus est veritati, inquit Sa-
licet. in l. filia cujus pater. col. 3. vers si ex prædictis C.
Famil. ercisc. [Item & illa † quæ consuetudine 57
comprobata est, præfertur, arg. l. si de interpreta-
tione de LL. c. cum dilecti x, de consuetud. & quam
stylus sequitur qui pro lege custoditur, vid.
Meichsn. decis. 21. num. 1. Tom. 3. Ruland. de Com-
missar. p. 4. lib. 1. c. 5. num. 18. etiamsi contraria es-
set magis communis, ut post Jason. Felin & alios
tradit Vincent. Honded. 2. cons. 60. num. 29. ubi
pulcrè hac de re disserit. Deinde communis
opinio † non ex pluralitate sed ex gravitate Do- 58
ctorum æstimanda, per ea quæ tradit Hieron.
de Cævall. in spec. Commun. opinon. in præfat. n 11.
& seqq.
Ut ut incertum & fragile sit † communibus 59
opinionibus adhærere, tamen hodierno more
nefas esse putatur in judicando & consulendo
à communi recedere, arg. l prima versic. sanè cre-
brior, ff. de offic. quæstor. & multis similib. quas al-

legat. Hieronym. de Cævall. in præfat speculi sui num. 3.. nisi judex litem velit facere suam, Bart. in l. 2. num. 5. ff de pœn. jud. qui malè judic. Andr. Geil. 1. observ 135. num 5 per rationes & jura ibid. allegata. [Farinac in practic criminal. q. 122. num. 16. ubi dicit, recedendo à communi opinione in judicando, esse plus sapere, quàm oportet. Imò perinde esse, ac si contra stimulum aliquis velit calcitrare, ut ex Deci. consulendo tradit Cravett. consil 91 in fin. Hattman. Pistor. observ. 227. num. 57. Vid. Philipp. Matth. consil. Marpurg 26 n 135. vol 2. ubi plura in hanc rem congessit Jacob. Schult. Quæst. 70. num. 345 & seqq part. 2 ubi pariter plurimos allegat.] Hinc notabiliter admodum Anton. Fab. in præfat. C. rer. in Saband judic. ad lectorem inquit: Non te malè habeat, quod pleraque hic videbis aliter à nobis, quàm vel in conjecturis, vel in Pragmaticorum erroribus, vel in rationalibus nostris, definita. In illis nimirum quid nos sentiremus scripsimus. Hic quid alii. Illic qui jure utendum putaremus; hic quo jure uteremur. Itaq; pugnantia interdum scribere coacti sumus, qui tamen eadem semper sentimus, nisi cum in judicando sententiam dicere ex communi Dd. opinione etiam cogimur, invitâ non modò plerunq; scientiâ, sed etiam conscientia. [Idem ferè de se attestatur Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 140. num. 2. 3.]

Hæc tamen quæ de communi opinione ob-
60 servanda dicuntur, † ita procedere puto, si casus expressè non sit decisus in jure, vel valdè sit ambiguus, neque communis de crasso aut manifesto errore convinci possit, & judiciorum usibus quodammodo sit frequentata, tunc potius illa attendenda, quàm subtiles quorundam Neotericorum disceptationes, quæ sæpè præ nimia subtilitate sub manibus evanescunt, ut monet Treutler. part. 1. disputat. 1. th. 8. Si verò existat ju-
61 ris textus, † vel ratio evidens contrarium urgeat judex à communi recedere potest, & debet, argum. text in c. de quibus distinct. 20. d. l. 1 §. sed nec Cod. de vet. jur. enuel. Panorm itan. in cap. 1. num. 15. de Constitut. Andr. Geil. 1. obs. 153. num 6. [Jas. in Auth. novissima num. 22. C. de inoffic. testam. & in l illam num 9. de collat. Deeian. consil. 376. num. 7. Hattman. Pistor. observ. 226. num. 62. Vultei. 1. consil. Marpurgens. 34. num. 39. vers. nec tanta, & n. 49. Cothman. 1. consil. 2. num. 281. Jacob. Schult. Quæst. 70. nu. 368 part. 2.] Hier. de Cævall. in præfat. spec. num. 33, ubi num. 145. subjicit, quod veritas omnibus debeat esse communis. [Est enim veritas † semper una & eadem, & semel verum, semper verum, Bald. in c 1 in princ. num. 16. x. ut lit. pendent. Nevizan. in sylv. Nupt. lib. 4. numer. 148. Communis autem opinio variat secund. Corat de com. opin. lib. 2. tit. 8. in spect. 2. num. 7. Coler. de process Executiv. pag. 4. cap. 1. num. 42. A[...]proinde, in Camera imperiali contra communes opiniones sæpè judicatum testatur Mynsinger: 1. obs 22 & passim. Geil. 1. obs. 36. numer. 8. Reiffenberg. ad Recess. Deput. imper. de Anno 1600. pag. 13.]

An verò theorica juris subtilitas † in jure in- 63
terpretando & præsertim in foro omninò exulare debet? ita volunt quidam, ut eo melius crassos & obsoletos Dd. errores tegere, ac quamvis inanem opinionis stipulam, pro vivido veritatis flore decerpendam obtrudere possint, ideoq; quævis solida juris principia odiosa subtilitatis appellatione eludere conantur.

Contra ejusmodi farinæ homines hanc notent studiosi distinctionem & determinatio-
nem, † quam post Capell. tradit Luc. de Penn. 64
ad l. un. Cod. de Profess. colum 5. & 6. Quod sicut simplicitas duplex sit, una Asinina, altera Columbina, quarum illa reprobatur, hæc commendatur, cap. si cupis, 16. quæst. 1. [adde Cothman. 3. consil. 35. num. 54.] ita quoque subtilitas est duplex, una rationabilis, quæ ad juris interpretationem & investigandam veritatem confert, quæque necessaria, utilis & non contemnenda est, fac. text. in l. un. C. de Professor. [Cardin Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 14. tit. 36. n. 1. 2.]
Altera verò subtilitas est captiosa, † quæ ad sim- 65
plices decipiendos tendit, & talem subtilitatem captiosam prudentum fregit auctoritas, text. in l 5. ff. de transact. fac. dict cap si cupis, quia illa inducit perniciem, l. sancimus, Cod ad Trebellian. [ac solet inumbrare veritatem, vid. Zas. 2. consil. 13. num. 52] & ita nimium subtilizare, ubi res est clara, est perniciosè errare, Joseph. Ludovic. decis. Lucens. 48. num 2. Et hinc Justiniano in jure magis placuit simplicitas quàm difficultas, §. 7. Institut. de Fideicommiss hæredit §. 2. de just it & jur. [Confer Tiber. Deeian. in Apolog. advers. Alciat. c. 11. n. 6.]

Sunt enim casus † in jure, in quibus subtili 66
Dialecticæ rationi, utilitatis & vitæ communis ratio præponderat, Hotoman. illustr. quæst. 33. & illa rectè à judicibus non attenditur, Carol. Molin.

Molin. *in Consuetud Paris. tit.* 1 §. 23 *num* 23. Joh. Oldend. 2. *consil. Marp.* 2. *num.* 3.]

67 Legalis † autem & rationabilis subtilitas à praxi non abhorret, quod enim in lege non cavetur, in practica non habetur, ut dixit Bald. *in cap. nihil, colum. ultim. de Elect.* Everhard. *in loc. à leg. cessant* [Francisc. Ponzin. *de Lami. num.* 29.] Nam in scholis leges degluriuntur, in praxi & palatiis digeruntur, quia praxis est scientia digestiva, & ubi theoricus desinit, incipit practicus ut dixit idem Bald. *in cap.* 1. *de Feud. sin. culp. non amittend. & in l. Æmilius, ff de minoribus, num.* 8. Cacheran. *in præfat. ante decis Pedemont num.* 14. [vid. Dauth. *de Testament. in prolegomen. circ. fin.*]

68 Et dicit Angel. *consil.* 110. *num.* 4. Theoricam † à practica distare, sicut tactus à visu intellectuali, quia per theoricam videmus, sed per practicam digestos cibos gustamus. Hæc enim procedit,

69 non solùm per scientiam † sed etiam experientiam, quæ omnium rerum Magistra, *c. quam sit de Elect. in* 6. & omne artificium per exercitium recipit incrementum, Speculat. *lib.* 4. *de Libell. concept in rubric. n* 4. & propterea scientia & experientia coniuncta perfectum faciunt iurisperitū, Angel. *cons.* 100 Don Garf. Mastrill. *de Magistrat. lib* 2 *c* 3. *n* 45 Et iuxta Poëtam:

Solus & artifices qui facit, usus adest.

Qua de re plura Nevizan. *in sylv. Nupt. libr* 3 *n.* 7. Coll. *in memorabilib verb. practica* Hieronym. de Cæval. *in præfat. specul. num* 73. *& mult. seq.* Unde & illud: Praxis artificem reddit promptum, ars facilem, natura potentem, *gloss. in cap. quæ sit, de*

70 *electión.* Et sanè licet negandum † non sit, illorū qui Theoriæ tantum inhærent eruditam & curiosam industriam, non parum scholis reiq; literariæ & ornamenti & adiumenti adferre: Si tamen ex usu Reipublicæ æstimanda sunt studia nostra, ut certè sunt, imprimis probandi videntur illorū labores, qui usum arti coniungentes, hoc nobis conferunt, ut veteres leges ad nostrum forum accommodare, Consultoribus de iure respondere, causas litigantium iure & legibus tueri, controversias legitimè definire, h. e. veri JCti nomen & officium tueri valeamus, ut tradit Joh. Köpp. *in præfat. ante decis. suas.* [Confer Tiber. Decian. *in Apolog. adversus Alciat. cap.* 10. *num* 16. *& seqq. & c.* 11. *num.* 20. 21. ubi latè utrobiq; de hoc themate.]

71 Hinc † in novissimis imperii Constitutionibus cavetur, illi qui primum ex scholis vel Academiis veniunt, si non ibidem publicè docuerint & praxin exercuerint, in Adsessorum numerum non cooptentur, R. A. zu Augsp. de Anno 1530. Item daß der Personen.

Hisce tribus interpretandi generibus addi potest iudicialis. † Judices enim in iudiciis interpretandi iuris potestatem habent, quæ interpretatio inter litigantes ut sententia valet, ita tamē ut in eorum persona & causa terminetur nec ad alios extendatur, *l.* 8. *C. de jud* Wesenbec. *in paratit. de l. & I. num.* 3. [Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud judicat. lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 8.] 72

CAPUT XII.

DE IUDICIBUS LEGUMQUE *executoribus & ministris.*

SUMMARIA.

1. *Parum est jus in societate humana esse, nisi sint, qui jura dicant, & regere possint.*

2. *Iethronis consilium Mosi datum de constituendis judicibus.*

3. *Moses, licet vir magnus, & eximiis à Deo donis ornatus solus sufficiens non fuit ad gubernandum regimen Reipubl.*

4. *Iethro post consilium Mosi datum, etiam præscribit, quales eligendi judices.*

5. *Iudicia cum rectè procedunt, delubra sunt æquitatis, cum depravantur, foveæ fallaces.*

6. *Boni judicis attributa, & qualitates* 1. *Sint Deum timentes. Timor Domini initium est sapientia.*

7. 2. *Sint sapientes, ne aut errore lapsi, aut cupiditate abrepti ipsa Reipubl. subvertant fundamenta.*

8. *Ignorantia judicis calamitas est innocētis. Iudex duplicem habeat salem, scientiæ, sine qua insipidus & conscientiæ, sine qua Diabolicus.*

9. *De jure civili Adsessor scientiam juris præstabat, Prætor verò vel Præses non item.*

10. 3. *Assumendi viri strenui, non effœminati. Non est constantis, & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit. In severitate judicis legum sita est auctoritas.* 11. *Quod tamen certo moderamine temperandum.*

12. 4. *Eligendi veritatis amantes, veritas rerum gestarum erroribus non vitiatur.* 13 *Iudex aliter juste pronunciare non potest, nisi sit verax.* 14 *Iudici in judicando magis cordi esse debet custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis.*

15. *Memorabilis historia Susannæ huc pertinet.*

16. *Iudici semper judicandum secundum acta & probata, nunquam tamen contra conscientiam, eaq; neglectâ.* 17. *Quicquid est contra conscientias, ædificat ad gehennam.*

18. *Quatenus judex præcisè adstrictus est ad acta, & probata?*

19. *Simpliciter asserentes, neglectâ conscientiâ judicem secundum acta judicare debere, non magnam videntur habere rationem conscientiæ.*

20. 5 *Eligendi avaritiam fugientes. Avaritia est noverca justitiæ, & nutrix gehennæ. Avarus gratius intuetur auri molem, quàm justitiæ solem.*

21. *In Thebis olim posita in publico judicum statua, sine manibus, quod nihil à quoquam accipere deberent. Pecuniæ acceptatio, justitiæ, veritatisq; est prævaricatio.*

22. *Cuilibet judici innitendum, ut cum Samuele ad testimonium populi provocare possit.*

23. *Iudicibus, constituenda honesta stipendia, undè honestè vivere possunt. Principes salaria officialium amputantes, nec publicæ honestati, nec justitiæ consulunt.*

24. *Olim egeni & exhausti non facilè ad judicandum admittebantur, & quare?* 25. *Egestas dum saturari quærit, facilè à justitia declinat. Nimia paupertas avaritiæ & expilationis incentivum.*

26. *In testium persona spectandum, an locuples quis, an egenus sit.*

27. *Etiam boni viri aliquando sunt pauperes, exemplo ICti Sabini & Lactantii Firmiani. Non despiciendus homo justus & pauper, nec magni faciendus vir peccator dives.*

28. *Sicut avaritia, ita & potentia, & gratia aut odium litigentium aliquando judices seducit.*

29. *Causæ graviores ad superiorem deferẽdæ. Magnæ & arduæ causæ, magnos desiderant, & graves judices.*

30. *Iudices secundum leges, mores rationabiles, & statuta locorum recepta judicare debent.*

31. *Conscientia legis vincit conscientiam hominis.*

32. *Vera conscientia in foro fori circa juris quæstiones merè civiles quæ sit?*

33. *Æquitas legalis, &c. juri stricto præferenda.*

34. *Lex ab æquitate divisa, quasi corpus exsangue, & exanime videtur.*

35. *Limitatio. Lex etiam dura non propterea iniqua est censenda. Subdito fas non est legem iniquitatis arguere.*

36. *Æquitas non ex jure scripto, sed ex indigesto motu & affectione animi descendens, contra jus scriptum non est sequenda.*

37. *Ficta æquitas duplex est iniquitas. Æquitas legibus non fulcita, pestilentissimum est virus.*

38. *Iudici procedendum secundum æquitatem à lege vel jure informatam.*

39. *Iudicibus non licet recedere à jure scripto, suoq; arbitrio fingere æquitatem.*

40. *Quantum à jure scripto receditur, tantum ab æquitate receditur.*

41. *Deficiente lege, & contractu judex ex bono & æquo sibi viso decernere potest.*

42. *Iudex ita judicare debet, sicut se judicari exoptat à summo judice in extremo judicio.*

PArum est † jus in societate humana esse, nisi sint qui jura dicant & régere possint, inquit 1
JC. *in l.2.§.13 ff. de orig. jur.* Quamvis enim summi Magistratus officium sit, jus reddere & justa populo decernere, sed tamen quia crescente Republica & litium multitudine, per eum omnia expediri non possunt, ideoq; necesse fuit judices constituere, qui lites secundum juris ordinem audire & definire possent. Hinc Jethro †, 2
cum vidisset Mosen generum suum imparem esse oneri ferendo, dixit ad ipsum: ultra vires tuas est negotium, stulto labore consumeris & tu & populus iste qui est tecum. Proinde de omni plebe viros timentes Deum, sapientes & strenuos, in quibus sit veritas, qui oderint avaritiam, elige & constitue ex iis, qui judicent populum omni tempore. Si quid verò majus fuerit, referent ad te, *Exod.18.v.19. Deuteron.1. versicul.12.* Quamvis enim Moses † vir magnus 3
& eximiis à Deo donis ornatus fuit, ut de eo dicat scriptura non surrexisse Prophetam talem in Israël, solus tamen sufficiẽs ad gubernandum regimen Reipub. non fuit, D. Osiand. *add. cap.18. Exod. in gl.*

Verùm hic perpendendum, Jethronem † Mosi 4
genero suo non simpliciter consulere ut judices det populo, sed insuper præscribere, quales de populo eligere deceat, quos judicandi muneri præficiat. Judicia † namq; cum rectè procedunt 5
delubra sunt æquitatis; cum depravantur, foveæ fallaces, Ammian. *lib.30.* & gloria regni est reperisse judices exquisitos, Cassiodor. 8.16. Non itaque Jethro quemvis ex promiscua hominum fæce ad judicandi munus vult evehi.

Sed 1. timentes Deum; † quia timor Domini 6
est initium omnis sapientiæ, [Confer *Ecclesiastic. cap.*

p.19. verſ.18. & ſeq. & cap.32. verſ.20. Et non eſt
major illo, qui timet Dominum, *Eccleſ. cap.10.*
verſ.27.] Deinde, quia non hominis ſed Dei ex-
ercetur judicium, *2. Chronic.19. v.6.* Ideoque ju-
dices Dei & legum timore debent proferre ſen-
tentias, *Nov.23. c.3.*

7 2. Monet ut eligat ſapientes, † ne aut errore
lapſi aut cupiditate abrepti, ipſa Reipublicæ ſub-
vertant fundamenta [vid etiam Receſſ. imperij
Spirenſ. de Anno 1570. §. damit aber die Unter-
thanen nit Rechtloß gelaſſen werden/ ſoll ein Je-
der ſein Under- oder Hoffgericht/ mit Verſtändi-
gen Urtheilen beſetzt halten/ ꝛc.] Nam ignorantia
8 judicis † calamitas eſt innocentis, Auguſt. *de Ci-*
vitat. Dei, lib.19. c.6. Indeq; judex duplicẽ debet
habere ſalem & *ſcientia* ſine qua inſipidus, & *con-*
ſcientia, ſine qua Diabolicus, Bald *in l.1. C. de ſen-*
tent ex brevi c recitand & poſt eum Jaſon *in l. rem*
non novam, in . notab. Cord. de judic Cacheran, *de-*
ciſ.1. n 34 Menoch. *2. arbitr. caſ.339. nu 1.* Marant.
diſp.1. n.17. Debet itaq; judex habere notitiã bo-
ni & æqui, propter adminiſtrationem juſtitiæ,
quæ eſt notitia ſeparationis juſti ab iniquo, *l.1.*
de juſt. & jur. quæ ex legibus hauritur. Nullus be-
ne judicabit, ſi leges, quibus judicare debet i-
gnoret, quo facit *gl. ſingul in c fin. de re judic &*
text junct gl. in c.1. de Conſanguin. & affinit. quod
pluribus perſequitur Don. Garſ. Maſtrill. *de Ma-*
giſtratib lib.2. c.3 per tot.

Hoc de jure Civili procedebat † in Pedaneis
9 judicibus & Adſeſſoribus, qui juris ſcientiam
præſtare cogebantur, *Nov.82. c 11.* & Adſeſſor
pro juriſperito agebat, & ſcientiam juris præſta-
bat: Prætor verò, vel Præſes non item, qui ple-
rumq; nec juriſperitus erat, ſed vir militaris, ex
nobiliori quadam familia, qui arma potius calle-
bat quàm leges, ideoq; his Adſeſſores adjunge-
bantur, qui verba ipſa & conſilia ſuggerebant
ſententiæ, qua de re Cujac. *23 obſ 4. add. l certi ju-*
ris, C. de judic. [add. Matth. Stephan. *in Commen-*
tar ad d. Novell.82.]

3. Monet Jethro † aſſumendos eſſe viros ſtre-
10 nuos, non effœminatos, hoc eſt, ut JC. Calliſtra-
tus tradit, tales qui in cognoſcendo neque ex-
candeſcant adverſus malos, neque precibus ca-
lamitoſorum illachrymentur. Id enim non eſt
conſtantis & recti judicis, cujus animi motum
vultus detegit, *l. obſervandum 19. §.1. de offic. præ-*
ſid. Syracid. 4. v.7 & 9 in fin. Unde illud Demo-
ſthenis, in ſeveritate judicii legum ſita eſt aucto-
ritas. Et Cicer. pro Archia, Severiſſimos con-
venienti epitheto appellat judices. Quod tamen
hoc temperandum moderamine † ut terribiles 11
ſe præbeant delinquentibus & contumacibus:
manſuetiſſimos autem & mites omnibus placi-
dis & devotis, paternam eis exhibentes provi-
dentiam, ut monet Juſtinian. Imper. *Nov 17. c.5.*
vid. quæ de gravitate & ſeveritate judicis Came-
ræ Imperialis traduntur in R. A. zu Augſpurg/
de Anno 1530. § Der Cammerrichter.

4. Eos eligendos dicit in quibus eſt veritas † 12
hoc eſt, qui veritatem amant, quæ rerum geſta-
rum erroribus non viciatur ideoque ex Ulpiani
ſententia id ſequentur, quod convenit eos ex fi-
de eorum quæ probabuntur, *l 6. §.1. de offic. præſid.*
Cum enim de re aliqua duo pluresve litigant † 13
non alio fine ad judicem veniunt, quàm ut pro-
nunciet, uter ipſorum juſtiorem cauſam habeat,
quod juſtè fieri non poteſt, niſi judex ſit verax.
inquit Anton. de Guevarr. *in horolog. Princip lib.*
3. cap 6. num.474. verſ. cæterum. Quamobrem
judici † in judicando magis cordi eſſe debet cu- 14
ſtodia veritatis, quàm obedientia voluntatis,
c. judicet, 3. q.7. Specul. *lib.3. partic 3 de ſentent. §.5.*
in fin. Et pro veritate indaganda omnia rima-
ri debet judex, & rei qualitatem plena inquiſi-
tione diſcutere, *c. judicantem 30 q.5.* [Huc per-
tinet memorabilis hiſtoria Suſannæ, † quæ ve- 15
ritate non plenè indagatâ, fuit condemnata in-
juſtè: Prudentiâ tamen Danielis falſitatem te-
ſtimoniorum demonſtrantis liberata. De hiſcè
& ſimilibus boni judicis attributis, vid. quæ la-
tiſſimè ſcripſit Sigiſmund. Scacc. *de judic. lib.1.*
cap.83. & ſeqq. Et quæ notavit Erneſt. Cothman.
reſponſ.16 n.40 & ſeqq. vol 3.]

An verò judex veritatem ex actis & probatis
apparentem, an verò ſcientiam aliunde ſibi co-
gnitam & ita conſcientiam, in judicando ſequi
debet? Nonnulli præferunt conſcientiam, Co-
raſ. *lib.4. Miſcellan. cap.20.* Vaſqu. 1. *illuſtr. contro-*
verſ.14. [Et alij, quos adduxit Tiber. Decian.
in tractat. crimin. lib.2. cap.13. num.3. Johan. Azor.
Inſtitut. Moral. lib.2. cap 2. quæſt.11 part.3.] Plures
acta & probata, Cujac. 12. *obſ.19.* Covar. 11. *variar.*
reſolut.1. Clar. *in pract. crim q.66. nu.2.* [Bart. *ad*
l. un C. ut quæ deſunt Advocat. &c. n.4. & 5. Farin.
cõſ 83. n.3 Cacher. *deciſ. Pedem.79 n.44 & aliquot*
ſeqq. ubi id multis perſequitur, Tiber. Decian.
tractat. crimin. lib.2. cap.13. num.3. & aliquot ſeqq.
qui tamen in certis caſibus diſtinguit, & omninò

videndus ad hanc quæstionem. Johan. Azor. *Inst. 1 Moral. lib. 2. cap. 2. quæst. 11 part. 3.*] Breviter
16 respondeo ego, judicem † semper debere judica-
re secundum acta & probata, nunquam tamen
contra conscientiam & ea neglectâ.] [Idq; ele-
ganter explicat Frider. Balduin. *de casib. conscient.*
17 *lib. 4. c. 12. cas. 6. per tot.*] Nam quicquid † est con-
tra conscientiam ædificat ad gehennam, *c. lite-
ras, x de restitut. spoliat.* Ergò judex si contra con-
scientiam judicet, ædificabit ad Gehennam.
18 [Quod enim dicitur † judicem præcisè adstri-
ctũ esse ad acta, id procedit, si judex in conscien-
tia sua non certò scit, circa factum, obstare
veritatem actis, uti explicat Johan. Oldendorp.
3. consil. Marp. 5. num. 1. Et tunc rectiùs facit, si
omnindò a judicando abstineat, vel ad superiorẽ
referat, & hoc modo suam exoneret conscien-
tiam, vid. Decian. *alleg. modo loco, num.* 9. [Et si
19 judex † excusandus esset judicans secundũ acta
& probata neglectâ conscientiâ, utique & Pila-
tus qui Christum ex falsis condemnavit testimo-
niis, invitâ scientia & conscientiâ excusandus e-
rit, quod tamen vix aliquis dicet. [*Matth. 27. v.*
18. Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent
eum summi Sacerdotes, *Marc. 15. vers.* 10.] Qui
itaque simpliciter asserunt neglectâ conscien-
tiâ, judicem secundum acta judicare debere, non
magnam mihi videatur habere rationem con-
scientiæ, confer Hotoman. *illustr. q.* 27.

5. Suadet Jethro eligendos esse, viros ad judi-
20 cium, qui oderint avaritiam; † quia avaritiâ &
cupiditate evertitur judicium humanum, *c. qua-
tuor, 11. q* 2. quæ est noverca justitiæ & nutrix ge-
hennæ, ut dicit Augustin. Et avarus gratiùs in-
tuetur auri molem, quàm justitiæ solem, *cap. sic-
ut distinct.* 47 Justinian. *Novell. 8 in præfat. § 1. cir-
ca fin. ibi:* avaritia mater omnium malorum, ma-
ximè quando non privatorum sed judicum in-
hæret animabus, & ibi vide plura. [Hinc Owen.
Poët. in Monostoch. Ethic. & Polit. ait:

Cum reus est dives, prætorem nactus Avarum,
Quid non sperabit, posse licere sibi?

Et paulò pòst, Epigram. 27.

Nusquam fraude caret, semper mentitur Avarus,
Erga inopes surdus ferrea corda gerit]

21 Plutarchus † in Thebis narrat olim positas
in publico fuisse judicum statuas, easq; sine ma-
nibus: quod indicio esset nihil eos a quoquam
accipere. Nam munera excæcant sapientes, &
subvertunt verba justorum, *Exod. 23.* [*Deuteron.*
16. v. 19 & 20.] *Psalm. 25. 1. Sam. 12. v. 3. Eccles. 20.*
Nicol. Boër. *decis. 147. n. 26.* [Gerhard. Maynard.
decis. Tholos. 86. lib. 1.] & juxta Poëtam:

Deviat à vero corruptus munere judex,
Falsidicumq; facit impia Gazapium.

Acceptio pecuniæ, justitiæ veritatisq; est præva-
ricatio, *c. qui rectè, 11. q. 2.* Faciunt & isti vulgati
versiculi:

Munera Pontifices subvertunt, munera Reges,
Munera jus statuunt, destituuntq; simul:
Munera pervertunt leges, decreta refellunt,
Evacuant patrum jura rigore suo:
Munera judicij libram moderantur & ipsam,
Protinus inflectunt, quæ data pensa trahunt:
*Omnia vincit amor, sed amorem munera vin-
cunt.*
Excæcant oculos, præcipitantq; gradus.
Munera si cessent, cessabunt jurgia, lites,
Mars cadet, & Veneris nullus amicus erit.
Munera si cessent, miseris mortalibus ullus
Clamor, nec luctus, nec dolor ullus erit.

[Eoq; pertinet Epigramma Propertii.

Undiq; desertu, cessant sacraria lucis.
Aurum omnes fictâ, jam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia jura.
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Uti & illud Virgilii Æneid. 3.

--------- *Quid non mortalia pectora cogis,*
Auri sacra fames.

Confer. Frider. Balduin *de casib. conscient. lib. 4 ca. 12. cas. 9.* ubi de illa quæstione, an & quando Judex bonâ cum conscientia possit accipere munera, quædam annotavit. *vid. Luth. in Commentar. ad Genes. c. 21 fol.* 271 Studere autem debet quili-
bet judex, † ut cum Samuele ad testimonium 22
populi provocare & dicere possit: Loquimini de me coram Domino & coram Christo ejus, utrũ bovem cujusquam tulerim, aut asinum, num quenquem calumniatus fuerim, num oppresserim aliquem, num de manu ejus munus acceperim, 1 *Sam.* 12. Id quod maximoperè deprædicat Ecclesiastic. quod pecunias & usque ad calceamenta ab omni carne non acceperit, *c. 46. v. 22.*]

Hæc autem ataxia † ut eò melius evitetur, 23
constituenda sunt judicibus & ijs qui judicandi munere funguntur honesta stipendia, unde decenter vivere possint, *vid.* R. A. zu Augspurg/de Anno 1530 §. Und damit die Assessores, ubi Adsessorũ salarium augetur. Et Principes salaria officialium

ficialium amputantes, neque publicæ honestati neque justitiæ consulunt.

24 Et ex hac ratione † egeni olim & exhausti, non facilè ad judicandum admittebantur, ne ex Theognidis sententia paupertatem omni ratione fugientes, non tam rationem muneris sui, quàm magnitudinem munerum oblatorum cōsiderarent, & libentius in nummorum quàm argumentorum expendendis ponderibus occuparentur: cujusque gravior esset manus, ejus quoque causam meliorem videri pronunciarent, quade re eleganter disserit, Muret. *in orat. de offic. jud.* 18. *vol.* 18.

25 Egestas † dum satnrati quærit facilè à justitia declinat, Ambrof. t. *ad Thessalon.* 5. Sicut nimia abundantia homines vitiosos reddit, ita nimia paupertas, avaritiæ & expilationis incentivum, Anton. de Guever. *in horolog. Princip. c.* 6. *nu* 476. Unde Mantuan. *Eclog* 1.

Pauperies inimica bonis est: moribus omne
Labitur ingenium, culpa sceleruma ministra est:

26 Indeque JC. Callistratus † in testium persona spectandum dicit, an locuples quis, an egenus sit, *l. testium fidem in princ. ff. de testib.* Petr. Roytz. *decis. Litvan.* 4. *nu.* 292. add. quæ de pauperum suspecta fide tradit Zas. *in paratit. de edend. numer.* 16.

Non tamen prætereundum, quod & boni vi-
27 ri † aliquando sint pauperes, sicut nobile exemplum præbet JC. Sabinus, quem scribit Pomponius, *in l.* 2. *de orig jur.* adeò fuisse pauperem, ut à suis auditoribus fuerit sustentandus. [Lactantium Firmianum Præceptorem Crispi Cæsaris filij Constantini, virum disertissimum adeò fuisse pauperem, ut plerumq; etiam indigeret necessariis, post alios scribit Gualth. *in Chronolog. Eccles. Politic.*] Et ut ait Petron. in suo Satyrico: *nescio quomodo bona mētis soror est paupertas.* [Hinc *Ecclesiast. c.* 10. *v.* 26. Non despicies hominem justum & pauperem, nec magnifacias virum peccatorem divitem: Et Claudian. Poët. *in Panegyr. in IV. Consul. Honor.* inquit:

Discitur in quantum paupertas sobria possit.
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum,
Sordida Serranus flexit Dictator aratra.]

Hujus rei causas investigat & reddit Aristoteles *in suis Problematibus*, Conrad. Rittershus. *in Nov. part.* 9. *c.* 9. *n.* 12. *& seq.* Unde illud Solonis.

Sæpè malus dives, est sæpè miserrima virtus.

Sicut autē avaritia, ita ēt potentia † & gratia 28 aut odium litigantiū aliquando judices seducit, [de quibus conqueritur Jehova apud Prophet. *Mich c* 7. *v.* 3. Confer. *Ecclesiast. c* 8.] Et hoc judici & Assessorib. Cameræ severè prohibetur, *in Ordin. Camer. p.* 1 *tit* 13. §. Es sollē auch die Beysitzer aū solchen (intellige justitiæ æquabilem administrationem) sich weder Forcht / Bedrawung / Gewalt / Befehlich / Geschefft oder andere Sachen daran verhindern lassen / sondern mäñiglich / weß Würden oder Standes der sey / ohne einige sondere Affection / bey vñ vermöge obangeregter jrer Pflichten / gleichmässig recht sprechen vñ mittheilen. [De pœna judicis corrupti, munera accipiētis, & corrumpentis, vid. omninò Farinac. *oper. crimin. part.* 3 *quæst.* 111]

6. Monet Jethro ulterius, † ut causas gravio- 29 res ad se deferri faciat Moses, dicēs: *Si quid majus emerserit referēs ad te.* Vult itaq; ut majorū & sublimiorū causarū cognitionē sibi reservet. Nam magnæ & arduę causæ magnos desiderant & graves judices, *l. non distinguemus*, §. *de liberali*, *ff. de judic.* R. A. zu Eßlingen / de An. 1526. in pr. verb. Oder ob es die Grösse der Sachen erfordere / R. A. de An. 1555. §. Zu dem vnd vber solches / ibi: weren aber dieselbige Vrsachen vnnd Mängel also wichtig / so sollen sie dieselbige an Keyserliche M. gelangen lassen / Ruland *de Commissar. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *subn.* 8. Ernest. Cothman. 1. *consil* 15 *n.* 7. Sic licet Imperatores Cameræ Imperiali terū cōtroversarū dijudicationē & cōtentiosā jurisdictionē ordinariā concesserint, majorum tamen Feudorum regalem dignitatē annexā habentium sibi solis reservarunt, *ordin. Cam. p.* 2. *tit.* 7. *cum similib.* & dixi supra latè *lib.* 1. *Class.* 4. *c.* 19. *per totū.*

Præterea judices † nō secundū animi sui du- 30 ctū, sed secundū leges, mores rationabiles & statuta locorū recepta judicare debēt, *pr. institut. de offic. judic. Nov.* 82. *c.* 2 *&* 13. *Nov.* 18. *ca* 5. *text in c. judices*, 3. *q* 7 *Ordin. Camer part.* 1. *d tit.* 13 *in princ. ubi judici & Adsessorib. Cameræ Imperialis præscribitur, ne ex pprio nudoq; arbitrio, & affectata cōscientia, sed ex legibus, pbatis consuetudinibus & statutis jus dicant*, Geil. 1. *obs.* 36 Rittersh *in Nov p.* 2 *c.* 1. *n.* 9 Hinc elegans Baldi dictū † conscientiam legis 31 vincere conscientiā hominis, *in c. Clerici, x. de vit. & honest. Cleric.* [q; laudat & sequitur Matth. de Afflict *decis.* 321. *n.* 2.] quo innuere Bald. voluit, conscientiā judicis minimè lædi, si honesta legū præcepta in judicando observet. Imò si quid in quæstio-

quæstionibus juris alicujus conscientiæ committitur, is non debet sequi conscientiam propriam, sed communem ac publicam, *d. c judicet junct gloss. 3 q 7.* Jason. *ad d §. sed ista, num. 138. Instit de action.* nec non legibus munitam, Bald. *in l. fin. Cod. de pœn. jud* Menoch. *de arbitrar. jud. cas. 8. num. 43 lib. 1* Schrader *de Feud. part 10. sect. 13 num. 30. & ibi allegati.* [vid. etiam Cacheran. *decis. 69 num. 46. 47. & seqq.* Cothman. *consil. 29.*
32 *num. 70 & seqq. vol 3.*] Nam vera † conscientia in foro fori circa juris quæstiones merè civiles, illa demum est, quæ ex fonte legum per ora Principum, divinitùs quasi promulgatarum existit atque promanat, Afflict. *decis. 132 num. 1. in fin. jun l fin. C. de præscript long. temp. & c. nemo, 15. q. 2.* Thoming *decis. 16 num 18.*

Occasione horum occurrit quæstio illa satis intricata & multum agitata, an judex in judicando magis æquitatem [quæ rectitudo judicij dicitur, naturalem sequens rationem, Geil. 1. *obs. 151. in fin*] quàm jus scriptum observare debeat? Ego salvo aliorum judicio, missisque varijs Dd. distinctionibus, in disputationibus publicis &
33 privatis hanc secutus sum determinationem: † æquitatem videlicet legalem, hoc est, quæ ex ipsis legum visceribus & arte juris eruitur, pro diversitate tamen personarum, rerum, temporis & circumstantiarum, juri stricto & in thesi, sine æquitatis, ex circumstantijs & diversis casuum figuris descendentis, consideratione, inspecto,
34 præferendam esse: Nam lex † ab æquitate divisa, q. corpus exsangue & exanime videri potest: quoniam lex ea tantum quæ ad quæstionem infinitam pertinent complexa; quæstiones finitas æquitati congruentes ex locis, temporibus & personis non attingit, Bod. *6. de Rep. cap. 6 p.*
35 1180. Quod ipsum fallit, † si mens legislatoris & verba adeò clara sint, ut in emergente facti specie aliam ex æquitate interpretationem sine cavillatione non admittant, *text. in l. processerit, ff. qui & à quib.* Eo enim casu solus Princeps, vel is cujus est legem condere, inter æquitatem jusque interpositum decernit, *l 1 C. de Legib.* Sicut Princeps etiam duritiem, *dict. l prospexit, §. 1.* temperavit *in l. in adult. C. ad L. Iul. de adult.* quo inclinat Trentler. *p. 1. disputat. 1. th. 2. lit. b.* Ernest. Cothman. *2. consil. 12. num. 1. & seqq* Donell. 1. *Comment. 13.* & ibi Hillig. *in notat.* Sic in Pandectis Hebræorum, majori senatui tantum, quem *Sanedrim* vocarunt, ex æquitate judicare licuisse, cæteris verò judicibus non item, ex Rabi Maymon. *lib. 3. tradit* Bodin. *6. de Repub. cap. 6. pag.* 1180 Nam licet lex aliquando dura videatur, ut ex text. *in dict. l. prospexit*, non tamen propterea iniqua est censenda. Nec enim subdito legem iniquitatis fas est arguere: Quamobrem æquitas † quæ non ex jure scripto, sed ex indigesto 36
motu & affectione animi descendit, contra jus scriptum, non est sequenda, ut tradiderunt, Bart. Bald *& Dd. ad l. 1* [Geil. 2. *obs. 23. num. 26.*] *& ad l placuit, C de jud.* ubi dicit Castrensis, quod ex ficta æquitate & capite suo velle pronunciare, non solum periculosum est, sed etiam temerariũ & levitatis plenissimum. Nam ficta † æquitas 37
duplex est iniquitas, Bald. *consil. 9. num. 3. lib. 1.* Thoming *decis. 16. num. 17. in fin.* Et quod homo debeat sequi æquitatem legis, non autem proprij capitis, dicit Bald. *in d. l. 1. C. de judic.* & ex eo Cacheran. *decis. Pedemont. 147. num. 27.* [Quinimò, quæ legibus fulcita non est æquitas, pestilentissimum virus est, inquit Garz. *de expens. c. 1. num 28.*] Quo & illud pertinet, quod judex † procedere debeat, secundum æquitatem à lege vel jure informatam, Panormit *in c. ex parte. n 12. in 3 notab x de offic. delegat.* 38


Et nisi hoc ita esset, nihil certum † & perpetuum in jure nostro esset, quibuslibet causarum 39
statum, ad quamlibet imaginatiam æquitatem detorquentibus, Zas. 1. *consil. 10. num 35.* [Quorsum enim attinebat leges scribi, si judicibus liceret recedere à jure scripto & suo arbitrio fingere æquitatem, ut dicit Philipp. Melanch. *in Epitom. Philosoph. Moral* ubi eum allegat Tiraquell *de retract. lignag §. 35 gl. 2. num 31. addens ibid. ex Bald.* quod æquitates hominum, non habeant in se pondus statuti. Confer *Deuteronom. cap. 17. vers. 11. ibi; juxta legem.*] Indeque ex privato adfectu, intra privatos parietes generatam & fictam æquitatem, instar juris in publicum proferre, nefas reputat Johan. Gœdd. *de contrahend. stipul. cap. 9 conclus. 5 num. 133.* Hering. *de Fidejussor. cap. 5. num. 117.* Quamobrem † quantum à jure scripto recedimus, tantum 40
ab æquitate recedimus, inquit Cujac. *in Consult. 38 in fin.* Et in quæstionibus de æquitate, nisi hæreamus juri scripto, sub auctoritate iuris & æquitatis perniciosè erramus, *l si servum, § sequitur, ff. de V. O* vid. Cothmann. Cacheran. Toming. *allegat. modo locis.* [Præter allegatos vid. quæ de hac quæstione prolixè scripsit Cardinal. Mantic. *de tacit.*

tacit.& ambig convent.lib.2.tit.17.num.16 & seq. Titaq. *de retract.lignag.d §.35. glos.1.per tot.* Mynsing.*observ 63.cent 6.* Hering.*de Fidejussorib.c.27. part.1.num.287.* Tiber.Decian.*in tract.Crimin. lib.2.cap.9.* Card.Tusch.*pp.conclus.310.& 312.lit. E.verb.aquitas.*

41 In casibus verò,† ubi deficeret Lex & contractus, judex decernere potest, quod sibi æquum & bonum videtur, per ea quæ notat Speculat.*lib. 1.part.1.§.1.n.3.*]

42 Deniq; judex † qui ad judicandum conscendit Tribunal justitiæ, ita judicare debet, sicut se judicari exoptat à summo & supremo omnium Judice in extremo judicio, cujus judicio præsuit in terris, Confer Don.Garf.Mastril.*de Magistratib.lib.2.c.2.n.92.* Quo faciunt versiculi, quos Coloniæ in Cœnobio Carthusianorum legi & inde descripsi.

Iudicabit judices judex generalis,
Ibi nihil proderit dignitas Papalis,
Sive sit Episcopus sive Cardinalis.
Reus condemnabitur sit hic qualis qualis.
Ibi nihil proderit multa allegare
Et nihil excipere, neq; replicare.
Neq; ad Apostolicam sedem appellare.
Reus condemnabitur, nemo dicet quare,
Quo nec locus Codici erit, nec Digestis.
Idem erit Dominus judex, actor & testis.



CAPUT XIII.

DE IUDICIIS.

SUMMARIA.

1 Constituta sunt judicia, in quibus litigantes inter se depugnent, & judex inter eos judicet, reum vel absolvendo, vel condemnando.

2. Nemo sibi ipsi jus dicere debet, sed id, quod sibi debetur, coram judice in judicio prosequi.

3. Iudiciorum vigor, jurisq; publici tutela ideò constituta est, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem.

4. Ex omnibus rebus humanis nihil est, quod dignitatem magis repræsentet, quàm judicia.

5. Nisi judicia rectè procedant, & justitia æquabiliter administretur, pax & concordia conservari non possunt.

6. Iudicii vox variè in jure usurpatur. Plerunq; tamen vel pro tribunali & loco, ubi judicia exercentur, vel pro ipsa disceptatione judiciali accipitur.

7. Iudicium constat plerunq; tribus personis, Iudice, Actore, & Reo.

8. Iudex est velut lapis angularis, basis ac fundamentum judicii.

9. Actor est, qui ab aliquo sibi dari vel fieri contendit, eumq; in jus vocari desiderat.

10. Reus in judicio comparens vel satisfacit actoris desiderio, vel propositis exceptionibus cum eo contendit.

11. Aliquando est judicium, præsertim in criminalibus, ubi non sunt tres personæ.

Nihil esset judices in Civitate & Republica esse, nisi constituta etiam sint judicia, † in 1 quibus tanquam palæstrâ litigantes inter se depugnent, cui pugnæ judex est præfectus, ut de ea judicet, & vel reum ab instantia absolvat, vel condemnet, Georg. Obrecht. *disputat.11.th.44.* Non enim † quisque sibi ipsi ius dicere debet, 2 *tot.tit.Cod.ne quis in sua caus.judic.* Sed propositâ competenti actione, id quod sibi debetur coram iudice in iudicio prosequi, *princip.institut de act. Actor.19. vers.38.*] Nam ideò iudiciorum vigor † iurisque publici tutela in medio constituta 3 est, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem, *l.nullus.14.Cod.de Iuda.& Cœlicol.* Hinc JC. Callistratus: si quas te habere putas petitiones, actionibus experiaris. Cum Martianus diceret, vim nullam feci: Cæsar dixit, tu vim putas esse solum, si homo vulneretur? vis est & tunc, quoties quis id quod sibi debeatur non per iudicem reposcit, *l. extat, ff. quod met.* Imò si quis rerum suarum apud alium constitutarum possessionem ante adventum iudicialis arbitrii, violenter invaserit, dominium rei suæ amittit, text. *in l.si quis in tantam, Cod.unde vi.* Ex his satis potest intelligi, utilitas pariter & necessitas iudiciorum.

Dignitas † verò & auctoritas ac Maiestas eorundem, non aliunde magis cernitur, quàm ex 4 eo, quod ex omnibus rebus humanis nihil est, quod dignitatem magis repræsentet. Nam Deus inde usque ab orbe condito iudicia ipse exercuit quod ex historia divina satis abundeq; apparet, Conrad.Rittershus. *in Comment.ad Novell.Iustinian. part.9 c.1.*

Et nisi iudicia † rectè procedant & iustitia æ- 5 quabiliter administretur, Pax & concordia conservari non possunt. Reichs Abschied zu Augspurg/ de Anno 1530. §. weiter nach dem Churfürsten/ibi: damit dann im H. Römischen Reich/

Gerecht und Recht / davon alle Einigkeit und Fried entstehet.

6 Judicii vox † variè in jure usurpatur, cuius ferè viginti tria significata se observasse, tradit Ritterhus. *d. part. 9. c. 3. num. 1. ubi vid.* [Marant. *in specul. suo part. 1. & 2.*] Plerumque tamen vel pro tribunali & loco ubi judicia exercentur, *cap. quando 3. & cap. qualiter 17. x de judic.* unde quis in judicio comparare, & judicio sisti dicitur, *l. 2. & passim. tot. tit. ff si quis caution. judic. sist.* vel pro ipsa controversia & disceptatione judiciali usurpatur, & inde rectè definitur judicium, legitima rei cõtroversæ apud judicem disceptatio & diiudicatio, *c. forus x. de V. S.* Obrecht. *d. disputat. 11. th.* 30. Treutler. *part. 1. disput. 12. th.* 1 Rittersh. *d. c. 3. num.* 3. ubi vide varias judiciorum divisiones.

7. Constat † autem plerumque judicium tribus personis: Judice, Actore & Reo, *d. c. forus.*

8 Judex † est velut lapis angularis, basis ac fundamentum judicii, Vant. *de Nullitat. rubr. ex defect. jurisd. num. 2.* & velut Dux & Imperator eiusdem, Bald. *in Rubr. si à non competent. jud. num. 4.* Schrader. *de Feud. part. 10 in praeambul. nu. 2.* Rutg. Ruland. *de Commissar. part. 1. lib. 2. cap. 2.* Et hunc

9 adire solet actor, † qui ab aliquo sibi dari vel fieri contendit, cumque in jus vocati desiderat. Ubi itaq; non est actor, ibi nec judex, da kein Kläger

10 ist, da ist auch kein Richter. Reus † in iudicio cõparens vel satisfacit actoris desiderio, vel propositis legitimis exceptionibus, quæ sunt arma reorum, cum eo contendit.

11 Dixi † autem iudicium plerumq; constare hisce tribus personis. Nam aliquando est iudicium præsertim in criminalibus, & tamen non sunt tres personæ, quando iudex procedit ex officio per viam inquisitionis, super delicto notorio & manifesto. Siquidem evidentia patrati sceleris clamore accusatoris non indiget, *c. evidentia. x. de accusat.* Similiter actore vel reo per cõtumatiam absente ad implorationem alterius iudex procedere potest. Et hæc breviter propter ordinem continuationis de iudiciis in genere dixisse sufficiant.

CAPUT XIV.

DE SUPREMO CAMERÆ IMPERIALIS JUDICIO.

SUMMARIA.

1. Proprium est Imperatoris, & Regum munus judicare, ac judicium & justitiam exercere.

2. In singulis ferè regnis constituta sunt quædam suprema judicia, quæ nomine, & auctoritate supremi Principis res arduas, & graves dijudicant.

3. Parisiensis Curia secundum excellentiam, Parlamentum vocatur.

4. In Anglia unum est constitutum summum judicium, sivè Parlamentum, quod tamen magis rationem Comitiorum universalium, quàm supremi alicujus judicii sustinet.

5 In Republ. Iudaica summum judicium sive consistorium, græcè Synedrion dicebatur.

6. In Imperio Romano olim omnes causa in aula Imperatoris, ejusq; curia dijudicabãtur. 7. Hoc judicium litium multitudini non sufficiebat, Imperatoribus sæpè gravioribus bellicis negotiis ac motibus implicatis.

8. A Maximiliano I. Imp. Camera imperialis judicium Ordinum consensu circa Anno 1495. institutũ est. 9. Huic judicio ita instituto ipse Cæsar Maximilianus I. Francofurti dicto interfuit, & personali suâ præsentiâ illud cohonestavit.

10. Ex Imperatoris, & statuum imperii mutua conventione & pragmatica Constitutione Cameræ imperialis nacta est jurisdictionem ordinariam.

11. Hoc judicium nec recusari potest, in causis, in quibus fundata est jurisdictio. 12. Nec morte Imperatoris expirat, Iurisdictio ordinaria morte concedentis non extinguitur. 13. Ipsum Imperatorem, omnesq; imperii status repræsentat. Imperium nunquam moritur.

14. Etiam Francorum Curia ordinariâ Regis utuntur jurisdictione, ideoq; morte Regis non expirant.

15. Causas in Camera cœptas Imperator avocare non potest. 16. Ius avocandi lites quando summo Principi detur?

17. Imperator sine statuum imperii consensu non potest revocare jurisdictionem Cameræ.

18. Extant præjudicia, non attentâ avocatione, alterius procedendi necessitatem in Camera partibus injunctam fuisse.

19. Ab hac communi, præjudiciis firmatâ sententiâ novissimè recedit Berlich.

20. Limitantur prædicta non procedere. 1. in causis exceptis, solique Imperatoris cognitioni reservatis.

21. 2. In quibusdam casibus, quoad inhibitionem, ne causa aliqua recipiatur in Camera. Facilius aliquid impeditur, ne fiat, quàm factum retractatur.

22. Iurisdictio Cameræ fundatur in omnibus imperii

perii civibus & statibus, Cæsaris jurisdictioni subjectis. Etiam Electoribus

23. *Camera est consistorium summi Principis. Et Majestatis imperatoriæ judicium.* 24 *Ideoq; Imperatoriam Majestatem quoad contentiosam jurisdictionem repræsentat.*

25. *Contumacia in Cameram imperialem commissa, censetur in ipsum Imperatorem commissa, & habetur contemptus Majestatis Cæsareæ. Et quod in Camera pronunciatur, Imperatoris sententia dici meretur.*

26. *Camera item vice, nomine ac auctoritate Imperatoris judicat, ejusq; Sigillo utitur, & majestate sancit.* 27. *Idem de supremis Francorum Curiis, & Parlamentis. Et curiis regni Castellæ traditur. Item de senatu Pedemontano & Neapolitano.* 28. *Hinc dicitur, Imperatorum non esse supra Cameram, sed ipsummet esse Cameram.*

29. *In Camera, tanquam summi Principis consistorio juris civilis solennitates, & nullitates circa Processum non attenduntur, modò constet de meritis causa.* 30. *In eo jura nan pro auctoritate, sed pro ratione allegantur.*

31. *In summo Principis consisterio non secundum juris apices, sed ex æquo & bono procedendum.*

32. *Hoc tamen non procedit in nullitate descendente ex defectu jurisdictionis.*

33. *Ratio dubitandi.*

34. *Ratio decidendi. Camera potest procedere sine circuitu.*

35. *Quando in Camera super nullitate pronuncietur?*

36. *Camera repræsentat Imperatorem quoad contentiosam iurisdictionem, secus, quoad actus voluntaria jurisdictionis.* 37. *Hinc nec famæ restituere, nec spurios legitimare, &c. nec alia ejusmodi regalia usurpare potest. De Rescripto tamen Imperatorio Camera cognoscit.*

38. *Nonnulla tamen, quæ sunt de Regalibus, Cameræ competunt, ut in Bannum condemnatio, & ab eodem absolutio, &c.*

39. *Camera Principem vel alium statum sine consensu Imperatoris, vel Regis Rom. in Bannum declarare non potest.* 40 *Restrictio.*

41. *Causæ spirituales, & Ecclesiasticæ ad Cameræ jurisdictionem non pertinent.* 42 *Similiter nec causæ criminales,* so Leibsstraff auff sich tragen/ *ad eandem pertinent.*

43. *Excipiuntur* 1. *Causa fractæ pacis.*

44. 2. *Personæ Camerales, de harum enim criminе Camera cognoscit.* 45 *In hiscè personis Camera merum habet imperium, in cognitione, processu, & condemnatione, civitas verò Spirensis nudum executionis ministerium.*

46. *Delicto pœnam capitalem non merente, ipsa Camera delinquentem punit, nec ad senatum civitatis remittit.*

47. 3. *Excipitur querela nullitatis super facto criminali intentata, &c.* 48. *Non facilè inhibetur judici ordinario propter hanc querelam, nisi notoria sit nullitas.*

49. 4. *Casus neglectæ justitiæ ab ordinario in criminalibus, &c.*

50. 5. *Casus, cum quis immediatus in suo territorio, arce, agro, crimen committat, tunc enim ad Cameram spectat cognitio, & animadversio.*

51. *Vox illa* Peinlich/ *apud germanos non solum denotat, & pertinet ad pœnas corporis afflictivas tantum, sed & ad similes, aliasq; leviores extenditur non propriè, sed per consequentiam.*

52. 53 54. 55. 56 57. 58. 59 60. 61. 62. 63. *Contrariæ rationes Godofredi Antonii, quibus asseritur, non solum causas, ex quibus pœna corpori infligitur, sed etiam leviores, propriè, non per analogiam & convenientiam criminales* Peinlich/ *appellare.*

64. *Verba non sunt impropranda, præsertim toties iterata, & totloeis à legulatore repetita.*

65. *De jure Saxonico judicium criminale,* Peinlich Gericht/ *propriè est, quando ad pœnam corporis afflictivam agitur.*

66. *Olim etiam in Germania constitutum fuit consilium summum à Maximiliano I. Imper. circa Ann.* 1500. *Regimentum appellatum.*

67. *Hoc Consilium multis modis à Camera judicio differebat. Et quomodo?*

68. *Camera judicium quomodo differat à Rotvvilensi judicio?*

69. *Personæ Camerales, sunt Iudex, Præsides, Adsessores.*

70. *Iudex caput est judicii Cameralis, & à solo Imperatore constituitur. Quid vel Princeps, vel Comes aut Baro sit.*

71. *Præsides, Comites, vel Barones, pariter solus Imperator constituit.*

72. *Adsessores ab Imperatore, Electoribus, Principibus aliisq; statibus in sex circulos divisis præsentantur.*

73. *Adsessores olim numero* 24. *constituti erant, quibus postea à Maximiliano II.* 8. *additi. Hodiè* 41. *referuntur.*

74. Locus Cameræ hodiè fixus & immotus Spiræ est, nec indè, nisi volente Cæsare, & imperii Ordinibus, ex magna causa transferenda.

75 An Cæsar adhuc concurrentem cum Camera jurisdictionem habeat, remissivè.

76. An à Commissariis Cæsaris von Hoffaus/ *appellari possit ad Cameram? In utramq; partem proferuntur præjudicia. 77. Rationes decidendi pro affirmativa.*

78. De præjudiciis Cameræ, aliorumq; supremorũ judiciorum, & tribunalium, quamq; auctoritatem obtineant, remissivè. Ejusmodi præjudicia in causis similibus in inferioribus judiciis sequenda.

79. Non facilè recedendum ab his, quæ communibus suffragiis in similibus causis anteà decisa fuerunt.

80. In Cameræ judicium, immediati imperii cives de permissu legis imperialis compromittere possunt. Aliàs regulariter in ordinarium non compromittitur.

1 QVamvis proprium sit Imperatoris † & Re-
gum munus iudicare, ac judicium & iusti-
tiam exercere, *Regum.23.q.5.* ut etiam supra mo-
nui. Nam propterea Deus hos constituit, & po-
pulus in ipsos imperium & iurisdictionem con-
tulit. Sed quoniam ut de Mose supra dictum, gra-
vioribus negotiis impediti litib. interesse neque-
unt, aliis hæc cura demandari cœpit. Indeq; non
solùm in imperio & regnis, inferiorum iudicia
vigent, sed etiam in singulis ferè regnis, constitu-
2 ta sunt quędam suprema iudicia, † quæ Nomine,
vice & Auctoritate supremi Principis res arduas
& graves diiudicant, quæ in Hispania suprema
Consilia: In Francia curiæ sive Parlamenta: in
Italia Rota & Senatus appellantur. In Francia ta-
men plures sunt numero Curiæ, eodem imperio
& potestate præditæ; singulari tamen appellatio-
ne quælibet utitur, utpote, Curiæ Tholosatum,
Rhoromagensis, Burdegalensis, Divionensis,
3 Grattanopolitana, Aquæsextiæ. Parisiensis † ve-
rò Curia secundum excellentiam, *Parlamentum*
vocatur sine loci adiectione, ut tradit Bodin. 3.
de Repub. c.1. p m.388. [De Galliæ istis Parlamen-
tis ita scribit Joh. Sleidan. *in illustrat. rer. & Gall.
descript. Commentar. Philipp. Cominei, adjecta* His
omnibus stipendia Rex præbet. De causis omni-
bus & criminibus isti cognoscunt, & quod à sin-
gulis definitum fuerit, ei standum. Omnium au-
tem latissimè patet, ac amplissimam iurisdictio-
nem habet Parisiensis Senatus. In eum aliquando
venire solent ipsi Reges, quoties aliquid magni
decernere volunt, quemadmodum Franciscus I.
bellum illaturus Carolo V. Cæsari, venit eò, &
per Advocatum suum expositis, quas ab illo, sibi
factas dicebat, iniuriis, bellum sibi necessariò
pro recuperanda Flandria & Artesia, gerendum
demonstrabat, quod tamen rarissimè nunc fieri
consuevisse, quando solus Rex pro suo iudicio
quidvis decernit. Illud autem adhuc frequens
esse & usitatum, ut pactiones Regum & quicqd
omninò ad regni constitutionem pertinet, in eo
recitentur & scriptis publicis, quorum ipsi cu-
stodiam habent, inserantur. Hactenus ille.

In Anglia † unum est constitutum summum 4
iudicium sive Parlamentum, de cuius constitu-
tione, iure & potestate latè scribit Munster. *in
Cosmograph. sua lib. 2. cap. 14. per tot.* Thom. Smith.
de Repub. Anglor. lib. 2 cap. 2. & 3. [Ex quibus tamẽ
patet Parlamentum Angliæ, magis rationem
Comitiorum Universalium, quàm supremi ali-
cuius Dicasterii aut iudicii vices sustinere.] In
regno Castellæ duo sunt constituta summa Præ-
toria, unum Pintiæ, alterum Granatæ. Covarr.
pp. 99 c. 4 n. 10. ¶ [In Republica Judaica, † subli- 5
me iudicium etiam constitutum fuisse legimus,
sive consistorium 70. virorum, quod dicebatur
græcè Synedrion sive Sanhadrin corruptâ Judæ-
orum voce, de cuius institutione & origine le-
gimus, *Numer. cap. 11. vers. 25.* Idq; durasse in po-
pulo usq; ad Herodem Ascalonitam, Antipatri
filium, qui illud penitus sustulit, anno sui regni
penultimo. Ad illud provocare potuisse, qui se
inferiorum iudicum sententiâ gravari existima-
bant, & illius iudicio standum fuisse, ex Erasm.
Marbach. notat D. Osian. *in gloss. ad d. c. 11. n. v. 25.*]

In imperio † Romano, quo nullum Maiesta- 6
te & iustitiâ augustius dici potest, olim omnes
causæ in aula Imperatoris eiusq; Curia diiudica-
bantur beym Reichs Hoffrath/ *vid. Acta Publica
Tom. 2. lib. 1. fol 33.* Cæterùm cum illud iudicium † 7
litium multitudini non sufficeret, & Imperato-
res sæpè gravioribus bellicis negotiis ac motibus
implicati superesse litium diiudicationi nõ pos-
sent, ut testatur Maximil. I. Imper. in R. A. zu
Trier vnd Cöln/ de Anno 1552 § zum dritten/ ibi:
dieweil wir ohn vnterlaß mit so schweren Krie-
ges Geschäfften beladen sind vnd angefochten
werden/ daß wir in solchen Partheyen handeln/
nicht stattlich gnug außwarten mögen/ als wir/
wo wir nicht so treffentlich bemühet weren/
gern

gern theten/ipsisq; litigantib. & statib. incômo-
dum, magnis expensis imperialem adire curiã &
tot locis sequi: à Maximiliano I. (ut aula Cæsarea
tanto litium fasce levaretur, & litigantibus cele-
rius & non ita magnis sumptibus justitia admi-
nistraretur, ac in medio adversus vim & injusti-
8 tiam Præsidium & asylon esset) Camera † Impe-
rialis Imperatoris & ordinum imperii consensu
instituta est vid. R. A. zu Augspurg/de An. 1566.
nach dem dann der gemeine Friden/ibi. **derwegen
unser Kanserlich Cammergericht anfänglich/da-
mit männiglich mit wenigster Beschwärnüß/ zu
seinem rechten verholffen werden möchte/ geord-
net und auffgerichtet**/ꝛc. Instituta autem est Ca-
mera à Divo Maximiliano I. circa annum 1495.
vid. R. A. zu Wormbs/de An. 1495. sub tit. **Ord-
nung der Röm. Königl. M. Cammergerichts.**
[Huic autẽ judicio ita instituto, prædictus Cæsar
9 Maximilianus I. † Francofurti in domo Braun-
fels dicta, ultima Octobr. dicto Anno 1495. inter-
fuit, personali id præsentia cohonestavit, à judi-
ce, Præsidib. & Assessoribus judicandi sacramẽtũ
recepit, iisq; causas & alia negotia judicii, gravis-
simâ oratione, per Baronẽ Vitũ de Wolkenstein
habitâ, cõmendavit, ac ut illi posthac à reliquis,
qui huic celeberrimo Tribunali quovis modo
præesse aut inservire debebũt, suo quemq; jura-
mento adstringant, cõmisit. Gualther. *in Histor.
Camer. Imper. relata in Chronicorũ politic. lib.* 2. vid.
etiã Dillich. in *Chronic. Hass. lib.* 1. *pag. m.* 60. *in de-
script. civitatis Francofurt.* Geil. 2. *de pac. publ. c.* 1. *n.*
28. Rhoding. *in pandect. Cameral lib.* 1. *Tit.* 2. *n.* 2.]
10 Ex Imperatoris † & statuũ imperii mutua cõ-
ventione & Pragmatica Constitutione Camera
Imperialis nacta est jurisdictionem ordinariam,
arg. l. 1 *ff. de Constitut. Princip. & in l. more majorum
& ib. gl. in verbo alieno, ff. de jurisd.* Andr. Geil. 1.
obs. 41 *n.* 5. Thom. Mich. *de jurisdict. concl.* 33. Bla-
rer *ad l. diffamari, c.* 6 *nu.* 46. Thesaur. *in præfat.
ante decis. Pedemont. n.* 34 ubi aliquot rationib. &
textibus adductis idem asserit de Senatu Pede-
montano quæ huc etiã pertinent, [Petr. Denais.
in assert. jurisdict. Cam. Imper. pag. mihi 41.] Inde-
11 que [nec recusari hoc judicium, † in causis, in
quib. fundata est jurisdictio, potest, idq; aliquã-
do tẽtatum fuisse, sed frustra, testis est Mynsing.
respons. 24 *Decad.* 3 Geil. 1 *obs.* 33 & 41 Rhoding.
in pandect. Cameral lib. 1. *tit.* 3. *n.* 4.] nec morte Im-
12 peratoris † exspirat, tum quia jurisdictio ordi-
naria morte concedentis non extinguitur, Jason
& Dd. in l. more, ff. de jurisd. tum quia nõ solũ ipsũ
Imperatorem, † sed omnes imperii status repræ- 13
sentat. [*Ordinat. Camer. part.* 1. *tit.* 8. *& memorial.
Anni* 1570. *ibi*: **Da sie die Beysitzer/neben dem
Herrn Cammerrichter/ die Kays. M. Chur- und
Fürsten/und alle Stände deß H. Reichs**/repræ-
sentirẽ.] Bernhard. Græv. *lib.* 1 *cõcl.* 1. *n.* 1. Gylman.
decis. 46. *n.* 94. Buxtorff. *in dissert. aur. Bull. conclus.*
61 *notat lit. b.* Imperiũ autẽ nunq̃ moritur, Nov. 8.
§. licentia, fac. text. notab. in l. proponebatur, ff. de jud.
Idẽ de Francorũ Curiis † asserit Bodin. q̃ istę or- 14
dinaria Regis utantur jurisdictione, quæ morte
Regis non exspiret, *lib.* 4. *de Repub. c.* 4 *p. mihi* 692.
& p. præcedent. Et Curiis regni Castellæ tradit
Covarruv. *pp. qq. c.* 4. *n.* 10.
Imò causas † in Camera cœptas Imperator a- 15
vocare non potest, *per tex. in ord. Cam. part. tit.* 35.
**daß dem Cammergericht sein starcker Lauff ge-
lassen werde**/R. A. de An. 1548. §. **Folgends aber**/
in fin. Nã Imperator per modũ cõtractus in Or-
dinationẽ Cameræ consensit, ideò ad ejus obser-
vantiã ẽt de jure cõmuni tenetur, per ea q̃ tradit
Andr. Geil. 1. *observ.* 41. *n.* 4. Georg. Obrecht. *disp.*
11. *th.* 60. Jus quippe avocandi † lites, tunc demũ 16
datur summo Principi, si liberè potest quacunq;
in parte litis jurisdictionẽ judicis tollere & eam
revocare, *l. judicium solvitur, ff. de judic. cap. ut no-
strum de appellation.* Didac. Covar. *pract. qq. c.* 8 *n.*
1. *versic. hoc jus avocandi*, ubi plura notabilia de
causarũ avocatione tradit. Jã verò Imperator † 17
sine statuũ imperii consensu nõ potest revocare
jurisdictionẽ Cameræ, cũ illorũ cõsensu data sit.
**mit Raht/Zuthun unnd Vergleichung bemelter
Churfürsten/Fürsten/und Stände**/ in proœm.
Ordin. Camer. de An. 1555. **Reichs Abschied**/de
An. 1548 § **Und nach dem wir**/ibi. **Mit Raht uñ
Bewilligung Churfürsten/Fürsten uñ gemeiner
Stände**/ꝛc. Et de An. 1570. §. **Weiters nach dem
auch**/ad Græv. 1 *conclus. practic.* 41. [Idq; ẽt gene-
raliter de omnib. ordinariis judiciis, in ipsa mo-
derni Imperatoris invictissimi non obscurè ca-
vetur Capitulatione, *artic.* 24 *in verb.* **Und auch
alle ordentliche schwebende Rechtfertigungen/
nit verhindern noch verbiethen/sondern dẽ freyen
starcken Lauff lassen.** Et hanc sententiam præter
Geil. Græv. & alios communiter tuentur præci-
pui Germaniæ JCti, Herman. Vult. *in l.* 1. *sub nu.*
173. *C. de jurisd. omn. judic.* Denais. *in Synops. Ca-
mer. jur. rubr. Camera institutio & auctoritas*, §. 2.
Rhoding. *in pandect. Camer. lib.* 1. *tit.* 3. *nu.* 8. & 9.

18 Ejusq; rei extant præjudicia † non attentâ avo-
catione, ulterius procedendi necessitatem in Ca-
mera partib. injunctam fuisse, ut videre est apud
Barth. *Tom.1.fol.*437. ubi refertur 30. die Januarij
An. 1516. ita decretum: Ist der Bescheid/daß vn-
verhindert der einbrachten Keyserlichen Advoca-
tion/in der Sachen vollnfahren / vnd procediret
werden/wie sich gebühret vnd darauff ferner ge-
schehen soll was recht ist/ vid. etiã Math. Steph.
de jurisdict. lib 2 *part.c.3.n* 30. & 31. ubi etiã præ-
judicium non extra terminos refert. Et Johan.
Sleidan. *Commentar lib* 25. ubi refert Cæsarẽ, ab
Alberto Marchione à Camera proscripto implo-
ratum respondisse, sibi non licere juris admini-
19 strationem impedire. Ab hac tamen † cõmuni &
præjudiciis, usuq; firmatâ sententiâ novissimè re-
cedit Dn. Berlich. *decis.*158. quæ & ultima est, per
rationes ibid. adductas. Verùm num istæ ejus sint
ponderis ut ab ijs, quę pro cõmuni adductæ sunt,
rationibus, & imperii constitutionib. recedatur,
nos æqui lectoris relinquimus judicio. Memini
ẽt quandoq; in aula Cæsarea ipsos cõsiliarios au-
licos, prioris sententiæ fuisse.] Limita autẽ præ-
20 dicta non procedere, in causis exceptis, † & so-
lius Imperatoris cognitioni reservatis, quia eo
casu Imperator avocare posset & Principib. inhi-
bere, ne apud alium iudicem eas tractent, *arg.c.
ex transmisso.* & *ibi* Anton. de Butr & *Dd. cõmun.
x. de for. competent* Vult. *a* *l* 1.*n.*168. *Cod. d. juris-
dict. omn judic* Boër *decis* 124 *n.*2. Cacheran *decis.*
21 78.*n.*12.13. [Limita ẽt secundò, † in quibusdã ca-
sibus quoad inhibitionem, ne causa aliqua reci-
piatur in Camera, eiq; Cameram paruisse refert
præiudicia Barth *Tom* 1. *sentent Cameral.* Et ita
An. 1520. septimo Decembr. pronunciatum. Nã
facilius aliquid impeditur, ne fiat, quàm factum
retractetur, & iuxta illud vulgatum: Turpius eii-
citur, quàm non admittitur hospes.]
22 Fundatur † autem iurisdictio Cameræ in o-
mnib. imperii Civibus & statibus, qui Cæsaris iu-
risdictioni subsunt, *Ord. Cam part.*2.*tit.*7. ẽt Ele-
ctoribus, R. A. de An. 1548. §. Folgends aber/ circ.
fin. ibi: Vnd sollen Churfürsten/ Fürsten/ vnnd
Stände/ solchem vnserm Cammergericht gehor-
samb leisten/ (cuius occasione nota, q̃ privatus
immediatum ẽt pro exigua summa possit in Ca-
mera convenire, qualis fuit causa Render contra
Crailsheim pro 24. flor. Schusterlohn/ ut notat
Auct *decis. Cam. in verb causa quæ in Camera re-*
23 *cepta.*) Est namq; Camera † consistorium summi
Principis, Geil. 1. *observ.* 41. *n.*3. & *observ.* 84. *n.*5.
Mynsing. 4 *observ.*5. Vult. *consil. Marpurg.* 29. *nu.*
129. *volum.*2 Et Majestatis suæ iudicium, ihrer
Majestät Cammergericht/ R. A. zu Nürmberg/
de An 1542 §. Vnd wiewol die Römische Key-
serliche Majestät/ [vid notabiliter Meichsner.
*decis. Camer.*4.*n.*15.*Tom.*4.] Ideoq; Maiestatẽ Im-
peratoriã quoad contentiosam iurisdictionẽ † 24
repræsẽtat, Geil 1.*obs.*1.*n.*7. Georg. Obrecht. *disp.*
11.*th.*61. Bernhard. Græv. *in proœm conclus. pract n.*
29. Don. Gars. Mastrill. *de Magistratib. lib.*5.*c.*8.*n.*
2 ubi id de Magnæ Regiæ Curiæ Tribunali simi-
liter asserit. [Quapropter contumaciã, in Came-
ram imperialẽ cõmissam & habere contemptum 25
Maiestatis Cæsareæ, post Geil. 2 *de pac publ. c.*5.*n.*
11. & 14. respõdit Johan. Gœdd. 2. *consil. Marpurg.*
28. *n.*128. Præterea Quia Cameræ iurisdictio, est
iurisdictio Cæsaris; & q̃ illa pronunciat, huius
sententia dici meretur, *Ordin. Camer. part.* 1. *tit.*
57. Denais. *in adsert jurisd. Camer. imper p.*36] vi-
ce, † Nomine ac auctoritate Imperatoris iudicat, 26
eiusq; sigillo utitur & maiestate sancit. *Ordinat.
Camer p.*2.*tit.*12.§. Vñ so solche/ Petr. Denais. *in
jur. Camer. tit* 225.§.4 Geil. 1. *observ.*14.*n.*5. [De-
nais *alleg. modo loco* ubi id latius persequitur.]
Idem de supremis Francorum † Curiis & Par- 27
lamentis, tradit Bodin. 4. *de Republ. ca* 4 *pag* 692.
quod & sigillo regio & Nomine & auctoritate
Principali imperando prohibendoq; utantur. Et
de Curiis regni Castellæ, tradit Covarruv. *pp. qq. c.*
4 *n* 10 *in fin* [Et de senatu Neapolitano, Math.
de Afflict *decis.*190 *n.*7.] De Senatu Pedemonta-
no, Thessaur. *in præfat ante decis. n.* 8. [Ac in ge-
nere curias supremas, sub nomine & auctoritate
Principis, cuius vices gerunt, omnia decernere
scribit Anton Fab *in c. rer. in Sabaud judicat. lib.*
3. *tit.*12. *defin* 34. *per text in l un. ff de offic. præfect.
Prætor.* ubi ẽt notat Curiarum non per omnia es-
se æqualem potestatem, cum Principis secretio-
ris consilio.] Et inde est quod dicitur, Imperato-
rem † non esse supra Cameram, ut post Vigl. tra-
dit Auct *Decis. seu præjudic. Cam in verbo Cæsaris* 28
cum Camera concursus, versic. Imperator: & quod
iurisdictio penes utrumq, sit in solidum.
Hinc etiam illud est quod in Camera, † tan- 29
quam summi Principis consistorio, iuris Civilis
solennitas & nullitates circa Processum non at-
tendantur, modò constet de meritis causæ,
[Meichsner. *Tom.*3. *decis.*8 *n* 5. & *decis.* 13 *num.* 1.
Tom eod. Mynsing 1. *obs.*28 & 4 *obs.*64. Herman.
Vultei.

30 Vultei.1.*consil.Marp* 18.*num.*20.] tum quia in eo iura † non pro auctoritate sed pro ratione allegantur, ut ex Bald. dicit Gylman. *rer. judic. decis.* 41. *num.* 23. Obrecht. *in tractat. de concipiend. libell. c.* 20 *nu.* 45. *in fin.* tum quia in summo Prin-
31 cipis consistorio † non secundum iuris apices sed ex æquo & bono procedendum, & ita conclusum in causa **Knipping** cõtra **Wand**/9. Febr. Anno 1571. refert Auct. *decis. seu præjud. in verb. Camera, versic. in summo.* [Neque apices dandæ actionis considerantur, Meichsner. *d. decis.* 13. *nu.* 303. *Tom.* 3. Matth de Afflict. *decis. Neapol.* 3. *nu.* 2. Robert. Marant *in specul. part.* 5. *nu.* 15. ubi quod in consilio Neapolitano, nullitates, quæ causantur ex defectu solennitatis iuris positivi, non attendantur, Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judic. lib.* 2 *tit.* 20. *defin.* 5. *in notat.* Quod tamen nõ
32 procedit, † in Nullitate descendente ex defectu iurisdictionis, Meichsn. *Tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 2 *num.* 4 *fol.* 132. Mynsing. 5. *observ.* 93]

33 Verum hisce pro ratione † dubitandi adversatur *textus, in Ordinat. Camer. part* 1. *tit.* 13. ubi statuitur, quod Assessores Cameræ debent observare leges, constitutiones & consuetudines. Ideoque formam & modum in ordinatione præscriptum in procedendo Camera præcise observare tenetur, eaq; deficiente solennitates à iure communi requisitas, *Ord. Cam p.* 3. *tit.* 12. *&* 53. *in pr.* ibi: **vnd vnrechtmessig oder nichtig Vrtheil wider sie gesprochen vnd eröffnet/** *& tit.* 54. *in præcip.* ubi ita cavetur, **wir setzen/ ordnen vnd wollen/ daß in allen vnd jeden Fällen/ die hie oben nicht sonderlich vnnd außtrücklich in dieser Ordnung deß gerichtlichen Proceß halben versehen/ daß gemeine Recht statt haben/ vnd vermög desselben gehandelt vnd procedirt werden soll/** vid Geil. 1. *obs* 75. *n.* 6 [ubi, quod in Camera iuris processus legitimus requiratur.] *& observ.* 84. *n.* 6. Bender. *de revis. concl.* 17. *n.* 37. 38 *& seqq.*

34 Pro ratione † decidendi & conciliandi notandum, quod solennitates iuris Civilis in inferioribus iudiciis omissæ, & nullitates in illis cõmissæ causâ, per appellationem, iuncta querela nullitatis ad Cameram devoluta, ibidem non attendantur, modò aliâs de meritis causæ ex actis sufficienter & liquidò constet, *text. in Ordinat. Camer. part.* 3. *tit.* 34. Mynsing. *observat.* 5. *cent.* 4. & hoc est speciale, quod Camera possit procedere sine circuitu, inquit Zas. *ad l. cum quærebatur. n.* 5. *de re jud.*

Si tamen totus processus † ita esset confusus, 35
inordinatus, & acta manca ita ut iudex Cameræ animum suum inde informare non posset, tunc super nullitate ita pronũciatur, **daß durch Richter voriger Instantz nichtlich gehandelt/ procedirt vnd geurtheilt/ vnnd vberflüssig davon appellirt sey/** Geil. 1. *obser.* 42. *n.* 7. [& ibid. Bernhard. Grev. *conclus.* 42. *consider.* 1. *& notabiliter conclus.* 127. *n.* 5.] add. Mynsinger 1. *observ.* 27 *&* 5. *observ* 93. *ubi n.* 1 etiam hanc fallentiam addit, si adducta nullitate parti adversæ in causa Principali irreparabile damnum inferretur.

Hæc autem quæ dicta sunt, Cameram quoad iurisdictionem & iustitiæ administrationem repræsentare Imperatorem eiusque vice iudicare, procedunt in actibus contẽtiosæ iurisdictionis, † secus est quoad actus voluntariæ iurisdictio- 36
nis. Nam ex imperii Constitutionibus, stylo & experientia notum est, quod Camera Imperialis, exceptis paucis quibusdam casibus, in actibus voluntariæ iurisdictionis se non intromittat, neque super iis Commissiones decernat, ideoq; longè alia ratio est Imperatoris tanquam legis vivæ, & qui in actibus voluntariæ iurisdictionis & circa ius civile positivum longè maiorem potestatem habet quàm iudicium Cameræ, cuius potestas certo ordinationis præscripto & limitibus circumscepta. Huius rei alias & multas notabiles adducit differentias Paurmeist. *lib.* 2. *de jurisdict. c.* 5. *n.* 42. *& mult. seqq.* add. Gylman. *in symphor. part.* 1. *tit.* 3. *vot.* 9. *n.* 10.

Hinc † neque famæ restituere, [cum id sit de 37
reservatis Principis, Cameræ iudicium potest. Et ita fuisse iudicatum 18 Decembr. Anno 1535. testatur Auctor. *præjudic. Cam. verb. Cæsari reservata.*] uti nec spurios legitimare, nec ætatis veniã, nec privilegia dare, vel ab Imperatore data confirmare, nec leges & cõstitutiones ferre, aut pleraque alia eiusmodi regalia usurpare potest, quę Imperatori reservantur, Thom. Mich. *de jurisd. conclus* 11. 31. 32. *& seq.* Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 4. *sub nu.* 8. [De rescripto tamen imperatorio Cameram cognoscere, observavit prædict. Auct. *Præjudic. verb. Camera, fol.* 63.]

Competunt † tamen etiam nonnulla Came- 38
ræ quæ sunt de Regalibus, ut in Bannum condemnatio [cuius rei præter alia extat exemplum Alberti Marchionis Brandeburgensis apud Sleidan. *comment. lib.* 25. Item Regaliorum privilegiorum privatio cuius rei præiudicia reperiuntur

tur

tur apud Barth. *sentent. Cameral. Tom.* 1. *fol.* 443. *lit. e & ibid lit. f. Et fol.* 139. ubi de regaliorum privatione alicuius Episcopi.] Similiter & ab eodem Banno absolutio, & extrema provocatio, respectu videlicet & consequentia iurisdictionis
39 contentiosæ, idem Sixtin. *dict. loc.* Non tamen † potest Camera Principem vel alium statum in Bannum declarare sine consensu Imperatoris vel Regis Romanorum, *Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 18. §. *fin* qui tamen textus de absolutione loquitur, vid. Heig. 1. *quæst* 9. *num.* 4. Denais. *in verb.*
40 *Banni absolutio*, § 3. Quod tamen † ad Bannitos propter delicta atrociora ac Reipub. & imperio perniciosa tantum restringitur, Geil *de pac. publ. lib.* 2. *c* 18. *per text. tit.* 46 § Wo auch/ *& dict. tit.* 18. *part* 1. Paurmeister *d. jurisd lib.* 2. *c.* 5. *num.* 49. *& seqq* Matth. Steph. *de jurisd. lib.* 2. *par.* 1. *n.* 117. Sixtin. *de Regalib lib.* 1. *c.* 3. *n.* 8.
41 Causæ † spirituales & Ecclesiasticæ ad Cameræ iurisdictionem non pertinent, etiamsi incidentes sint, per ea quæ tradit Mynsing 1. *observat.* 100. vide tamē Gœdd. *de sequestrat. c* 1. *n.* 47. add. Geil. 1. *observ.* 38. de quibus in libro sequenti. *Class.* 1. *cap.* 10. *n.* 14 *& seqq.* pluribus, Deo volē-
42 te, agemus. Similiter causæ † Criminales so Leibes Straff auff sich tragen / ad Cameram non pertinent. *Ordin. Cam part.* 2. *tit* 28 §. Item nach dem auch/ Meichsner *Tom.* 3. *decis. Cameral.* 20. *n.* 1. 2. cuius rationes aliquot adducit Ruland *de Commissar. p* 1. *lib.* 7. *cap* 3. *n.* 4. aliud tamen est in mulctis, quæ non successerunt in locum pœnæ corporalis, quia in his appellari ad Cameram præjudiciis firmat, Mynsing. 4 *obs.* 41.
43 Excipiuntur † 1. causæ fractæ pacis, *Ordin. Camer. p.* 2. *tit.* 9 Gylman. *in symphorem. supplic. Tom.* 1. *part.* 1. *sub tit. de Fract. Pac. Publ. vot.* 4. *n.* 24. Mynsing 3. *obs.* 40. Geil. 1. *obs.* 98. *n.* 11.
44 2. Excipiuntur † personæ Camerales, quia de Crimine personæ Cameralis, Camera cognoscit, *Ordin. Camer. p.* 1. *tit.* 50. §. *ult.* In his ita-
45 que personis Camera † merum habet imperium, quod in cognitione, Processu, & condemnatione versatur, Civitas verò Spirensis in hisce nudum executionis ministerium, & factum, Petr. Denais. *in disput. de Imper.* Thom. Mich. *de jurisd.*
46 *concl.* 75. *in fin.* Si tamen delictum † non meretur pœnam capitalem ipsa Camera delinquentem punit neque ad Senatum Civitatis remittit, uti factum in quodam scriba Christophoro Kühn/ refert Mynsing. 5. *obs.* 52. *in fin.* & ad hoc allegat textum in Memor. de An. 70 §. Soll die Mängel/ Auct. *decis. seu præjudic. Camer. verb. Camera & persona Camer.*

3. Excipitur querela Nullitatis † super facto 47
criminali intentata, quādo iudex de cuius Nullitate reus querelatur immediatè Cameræ subiectus est, ita tamen ut cognitis Processus Nullitatibus causa Principalis ad iudicem ordinarium, secundum iuris ordinem definienda, remittatur *text. in Ordin. Camer p* 2. *tit.* 28. §. Item nach dem auch/ versic. doch da sich jemand an dem Cammergericht [Mynsinger. 4. *observ* 41.] Non tamē facile inhibetur † iudici ordinario propter 48
hanc querelam, nisi notoria sit nullitas, ut præiudiciis ostendit, Rutg Ruland, *de Commissar. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 2.

4. Excipitur casus si ordinarius † negligat 49
iustitiam in criminalibus, tunc enim mandata sine clausula decernuntur contra Magistratum, sub pœna aliquot Marcarum auri, ut præiudic. firmat idem Ruland. *d. loco.* Idem est in causis & casibus, qui quidem occasione criminis oriuntur & ex processu criminali emergunt, per se tamen & sui natura criminales non sunt, ut sunt quæstio incompetentiæ & similium, per ea quæ tradit Frider. *lib.* 1. *de Processib c.* 9. *n* 10.

[5. Excipitur † si quis immediatur imperii 50
subditus, in suo territorio, arce, agro crimen committat, utpote, si patrem veneno necet, filiam incestet, cum Turcis conspiret, hoc enim casu ad Cameram spectare cognitionē & animadversionem, nisi exemptionem specialiter doceat, scribit Petr. Denais. *in adsert. de jurisd. Camer. Imper. pag mihi* 19. Non tamen mihi occurrunt præiudicia, exceptis fractæ pacis causis, in imperio adversus immediatos, præsertim Electores & Principes; In Galliæ verò & Angliæ Parlamentis indubitatum id est, & illustrium exemplorum præiudiciis firmatum]

Circa † causas & pœnas criminales, hodie 51
inter quosdam discrepatur, an illa vox Peinlich/ ad eas solùm pœnas pertineat quæ corporis afflictivæ tantum sunt, an verò etiam ad alias extendatur leviores? Frider Mindan. *de Processib. lib.* 1. *dict. cap.* 9. *nu.* 22. asserit vocem illā Peinlich apud Germanos semper denotare pœnas corporis afflictivas & similes, quem allegat & sequitur Ernest. Cothman. *Respons. Academ.* 1. *num.* 191 *&* 194. ubi dicit, quod licet in Constitutione Criminali Caroli V. in d. Peinlichē Halßgerichts Ordnung/

tung/aliæ quoq; pœnæ quæ non sunt corporales continentur, de iis disponatur, id tamen non fieri proprietate, significatione genuina vocabuli Peinlich/ sed per consequentiam & cognationem quandam quæ est delictorum & criminum omnium communis, & sub n 190. tradit in genere moribus nostris causas criminales eas appellari proprie, in quib⁹ pœna aliqua corporis infligitur, ad quod allegat Fachs. 1. *differ. 13.* Wesenb. *en paratit. de privat. delict. n. 4.* Dan. Moller. 4. *semestr. 33. n. 4.*

Verùm cum aliquando inciderer de hac quæstione cum JCto eximio Dn. D. Gothofr. Antonii affine meo piæ memoriæ honorando, conferrem, horum motus rationibus & auctoritatibus eandem conatus fui defendere sententiam: Is tamen rationibus sequentibus, eam impugnavit quę cum consideratione dignę, ideò huc easdem referre volui, in gratiam studiosorum.

52 1. *Pœna † infamiæ corporalis dici nequit* (Leibsstraff) *sed ab ea distat*, l. si quis fortè, 6 §. ult. *ibi aut coërcitionem corporu.* junct. l. 7. & 8. *ibi aut damnum cum infamia*, ff. de pœn const. crim. Carol. V. art. 104. ibi keinerley Peinlicher Straff am Leben/ Ehren/ Leib oder Gliedern/ & art. 110. ibi. an seinem Leib/ Leben oder Ehren Peinlich gestraffe werden möchte/ & arg. artic. 196. junct. rubr. *ubi* Leibstraff/ *quæ non est ad mortem vel carcerem, definitur, quod fiat* an Leib oder Gliedern/ *idemq; apparet ex subjectis exemplis* in art. seqq. *Pœnam antè*

53 *infamia † etiamnum ex* const publ. iud. Carol. V. *criminalem esse* eine peinliche Straff/ *manifestum est*, ex d. art. 104 *ibi*, in was Sachen oder derselbē gleichen/ unser Keyserlich Recht/ keinerley peinliche Straff am Leben/ Ehren/ Leib und Gliedern setzen oder verhengen/ rc. junct. rubr. ibi, wie man Missethat peinlich straffen soll/ & d. art. 100 ibi. an seinem Leib/ Leben und Ehren peinlich gestrafft werden möchte/ junct. rubr. ibi, peinliche Schmähung.

54 2. *Pœna † relegationis corporalis non est; sed ab ea distinguitur*, ordin crim. Car. V. art. 113. *ibi*, jhm dz Land verbotten/ oder an seinem Leib/ rc & arg. d. art. 196. junct. rubr. const. Elect. Sax. August. p. 4. art. 11. & 12. & arg. d. l. 6 §. ult. *ibi aut auxilium aut coërcitionem corporis contineant*, ff. de pœn. *At pœna*

55 *† relegationis haut dubiè criminalis est, etiam ex novissimis publicorum judic. legibus, si scilicet ex causa doli & in publico judicio, veluti falsi commissi & similium, irrogetur*, ord. crim. Carol. V. d. art. 113, ibi, der soll zu peinlicher angenommen/ rc.

3. *Pœna † privationis dignitatis, corporalibus pœnis accenseri non potest*, d. l. 6 §. ult. *ibi, aut coërcitionem corporu* junct. l. 8. *ibi, aut dignitatu aliquam depositionem*, ff. de pœn. *Hac autem quin criminalis etiam sit ex consuetudine hodierna, si ex causa publici judicii infligatur, negari non potest; quia semper conjunctam habet infamiæ pœnam*, l. infamem 7. de publ. iud. & arg l. iudices, 12. C. de dign. item arg. l. 4. §. 8. vers. exauctoratus à contrario sensu, ff. de re milit. *Ac proinde etiam criminalis est, ex constitutione*, Carol. V. arg. dict. art. 104. & d. art. 110. ibi, an seinem Leib/ Leben und Ehren/ rc. 56

4. *Pœna † confiscationis bonorum vel omnium vel certæ partis in judicio publico irrogata veluti ex L. Julia de vi priv. utiq; etiam ex jure hodierno pro criminali habenda est, præsertim cum conjunctam habeat infamiæ pœnam*, arg d. l. 7. ff. de publ. iud. l. 8, de pœn. § 2. instit. de publ. iud. l. 1. pr. l ult. ff. ad L. Jul. de vi priv. junct. ord. crim. Carol. V. d. art. 104 110. *tametsi hæc confiscationis pœna corporalibus annumerari non possit*, arg. d l. 6. § ult. ibi, *aut coërcitionem corporu*, junct. d. l. 8 aut damnū, de pœn. d §. 2. instit. de publ. iud. l. 2. ff. eod. tit. Nov. 134. c. 13. vers. ut autē non solum, ordin. crim. Carol. V art. 111 vers. welcher aber/ rc. vers. am Leib oder Gut/ & arg. d art 196. junct. rubr. & art. 196. vers. Merck so ein Ubelthäter. 57

5. *Damnum † sive pœna pecuniaria, quæ ex causa judicii publici imponitur, & infamiam secum trahit utiq; etiam criminalis est, ex constitutione* Carol. V. arg. d art. 104. vers. aber sonderlich ist zu mercken/ & d. art. 110. junct. art. 111. & art. 164. *Atqui regulariter omnis pœna † pecuniaria, quæ in judiciis publicis ex causa doli irrogatur (si enim ex sola culpâ veluti propter excessum inculpatæ tutelæ irrogetur, aliud dicendum) infamiā secum trahit*, arg. d. l. 7. de publ. iud. & d. l 8 *ibi aut damnum cum infamia*, de pœn. l. 2. de publ. iudic. ordin. crim. Carol. V. d. art. 111. ibi an Leib oder Gut/ art. 164. *ibi*, an Gut/ Leib/ oder Leben/ art. 169. & 198. vers. merck so ein Ubelthäter. 58 59

6. *Sic qui dolo malo radit † vel minuit alterius monetam ex constitutione Imperatoris Carol. V. arbitrio judicis punitur*, am Leib oder Gut/ d. artic. 111. *ibi* gefährlicher weiß/ *& paulò post* der soll gefänglich eingelegt/ und nach Rath am Leib oder Gut. *Hanc autem pœnam in criminali judicio irrogari*, in einem peinlichen Gerichte/ *probatur ex materia subjecta, & ex inscriptione harum cōstitutionum criminalium ibi*, Peinliche Gerichts Ordnung/ rc. *tum* 60

etiam ex eo quod jure quoq; civili tale crimen vindicatur, Paul lib. 5. recept. sentent. tit 25. in pr. junct. l. 8 & 9. ad L Cornel de Fals. cui *consequens est, damnatos quoq; infames reddi*, arg. d. l. 7. de publ jud *eoq; magis ex constitutione Carol. V. hanc pœnam pro criminali habendam esse* arg. d. art. 140. *verf.* aber sonderlich ist zu vermercken & artic. 110.

7. *Simile exemplum extat in* const. crim. Carol. V d. art. 164. junct. d. l. 7. in fin. de publ. & d. art. 104. & 110.

61 8. *In* constit. crimin. art. 105. *sancit Imper.* † *ubicunq; in criminalib. judiciis*, in peinlichen Fällen/ *pœna criminalis*, die peinliche Straffe/ *hac cōstitutione criminali, nō satis est expressa vel declarata, recurrendum esse ad jus civile. Ha autem pœnæ ex jure civili non tantum corporales sunt, sed & non corporales, veluti pœna relegationis, infamia & damnum pecuniarium, cum similibus*, d. l 1. in pr. & l. fin ad L. Jul. de vi priv. l. 2 de public §. 2. instit. cod. d l 6. § ult junct. l. 8. de pœn. l. 2. §. ult. de L. Jul. de annon, l. 4 § 5. & l. pen. ff. ad L. Jul. peculat cum similib.

62 9. *Confirmatur hæc sententia* † *ex ordinatione Cameræ Imperial* p. 2. tit. 28 §. *Item*, nach dem *ibi*, daß hinfürter in peinlichē Sachen/ die Leibstraff auff jhnen tragen/ ꝛc. *quorsum enim opus fuisset istā restrictione per particulam* Quæ, *si omnes criminales causæ pœnam corporalem continerent? Et manifestius ex eod.* §. *in illis verbis*, daß in peinlichen Sachen/ auch Leibstraff belangend/ *Particula enim* auch/ *implicativa est, & satis etiam ostendit criminales causas esse, quæ nullam corporis pœnam efflagitant.*

63 Ex hisce satis apparet non solum illas causas † ex quibus pœna corpori infligitur, sed etiam leviores non per quandam analogiam & convenientiam, sed propriè criminales peinlich appellari.

64 Neq; enim † verba sunt impropianda, præsertim toties iterata & tot locis à legislatore repetita, si non expressè constet legislatorem aliud voluisse *l. non aliter de legat.* 3. vel si propriè accepta effectū nullum operentur, vel talem ex quo aliquis absurdus sequeretur intellectus. Sichard. *ad l fin n.* 3 *C. de hered instit* quod tamen hic dici non potest.

65 De iure quidem Saxonico † iudicium criminale peinlich Gericht propriè est, wann die Klage gehet zu Haut vnd Haar/ hoc est, quando ad pœnam corporis afflictivam agitur, Landrecht. *lib.* 1. *art.* 53. & *lib.* 3 *art* 32 & *lib* 1. *art* 68 in specie tamē pœna zu Hout vnd Haar iure Saxonico est fustigatio, *gl. nov. art.* 13 *lit.* F. Weichbild. *art.* 38. Coler *decis.* 144. *n.* 10. & 15 Matth. Wehn. *in tract. observ. verb.* zu Haut vnd Haar/ *p mihi* 722.

Fuit † etiam olim constitutum in Germania 66 cōsilium summum à Maximiliano I. Imperatore circa annum 1500. q. Regimentum fuit appellatū *vide* R. A. *de Anno* 1500. & *alias constitutiones de An.* 1524 26. 27. 29. *Chytra. in Saxon lib.* 1 *circ fin. fol.* 42. Hoc tamen consilium multis modis à Cameræ iudicio differebat. Illi enim † plena pote- 67 stas, non tantum diiudicandi causas privatas, sed etiam de Pace ac bello, & omnibus aliis negotiis ad summam Imperii potestatem pertinentibus, deliberandi & statuendi potestas concessa fuit, *ut ex ordinat. regimenti de An.* 1500. *sub tit* von den zwentzigen/ §. *un ibi*: von vns vollkommenen Gewalt vnd Befelch haben sollen/ alle vñ jede vnsere vnd des H. Reichs Sachen/ Recht/ Fried/ vñ jhrer beyder Vollziehung vnd Handhabung/ auch Widerstand/ gegen den vnglaubigen/ ꝛc. & aliis modò allegatis cōstitutionib. constat. Paurmeister. *de jurid. lib.* 2 *c* 5. *nu.* 15. [vid. etiam Pett. Denaisi. *in adsert. de jurid. Camer. imper. pag. m.* 42.] Exceptæ tamen fuerunt causæ fœderum, & maiorum Feudorum, R. A. zu Wormbs/ de An. 1521. sub tit. Röm. Königl. Majest. Regiment §. So auch der Statthalter/ & § vnd behalten vns. Causas verò litigiosas & per Processum terminandas Regiment Senatus ad Cameram remisit. R. A. zu Nürmberg/ de Anno 1524 Fürter soll vnser Statthalter.

Differt † etiam à Rotvvilensi iudicio hoc Ca- 68 meræ iudicium: 1. quia illud non est totius Imperii, sed Cæsaris solūmodo respiciens Alsatiam, Brisgoiam usq; ad Rheni tractum, & nō universum Imperium. 2. à Rotvvilensi iudicio appellatur ad Cameram, R A de A. 1570 vnd nach dem vns vorkommen/ Confer Paurmeist. *d. c* 5 *num.* 17 Matth. Steph. *de jurid lib.* 2 *part.* 1. *c* 3. *n.* 20. & *seq.* [adde quæ de hoc iudicio annotavit Paul. Matth Wehner. *in pract. obs. verb.* Rotweilisch Hoffgericht *pag* 575 & *seq. Et in verb.* Ehehafft *pag.* 116. *col.* 2 & *p. seq.* Meichsn. *decis.* 31. *n.* 1. *Tom* 3. In Capitulatione Cæsarea, art 14. expressè cavetur, ne status eorumq; Subditi præter debitum ad hoc iudicium evocentur.]

Personæ † Camerales sunt Judex, Præsides & 69 Assessores. Judex † caput est iudicii Cameralis, 70 *Ordin. Cam. p.* 1. *tit.* 9. qui à solo Imperatore constituitur, *Ord Cam. d. part.* 1. *tit.* 1 §. nemblich/ qui vel Princeps ex ordine secularium aut Ecclesiasticorum, vel Comes aut Baro esse debet, ita tamē ut Princeps secularis si haberi possit præferatur Ecclesiastico, *d tit.* 1. *in pr.* Præ-

71 Præsides,† qui vel Comites vel Barones sint, pariter solus Imperator constituit,*d §.n mblich/* quorum unus absente vel impedito iudice vices eius supplet, *Ordin. Cam p. 1. tit. 3* §. deßgleichen.
72 Adsessores † ab Imperatore, Electoribus, Principibus & aliis statib⁹ in sex circulos divisis præsentantur, secundùm modum in ordinatione & aliis constitutionibus expressum. *vid. Ord. Cam. d tit. 1. 2.* add Petr. Den. *t 12. verb. Adsessorum nominatio.* Et de eorum qualitate *tit. 3. 4. 5. & seqq.* add. Denais. *tit 14 verb. Adsessorum qualitates, ubi in sequentibus plura de Adsessorib.*
73 Adsessores † olim numero 24. constituti erãt, *Ordin. Cam d p 1. tit. 1. in p.* quibus postea tempore Maximil. II. insuper additi sunt octo, R. A. de An. 1566 So setzen/ordnen/vnd wollen wir. [Et R. A zu Speyer/ de An. 1570 §. vnd dieweil/ ubi numerus Assessorum 41. refertur. Notandum tamen quod hi tantum negotiis Cameralibus incumbere debeant, nec consulendo aliis inservire possunt. Mynsing. *obs. 2. cent. 5.*]
74 Locus Cameræ † hodie fixus & immotus Spiræ est, inde nisi volente Cæsare & Imperii Ordinibus, ex magna causa transfertur: pestis tamen bellivè tempore, Judex & Assessores secedẽdi in locum tutiorem, quoad periculum cesset, licentiam habẽt, ita tamen ut mox ad locum solitum redeãt, *Ord Cam. p. 2 t. 34.* [Add. R. A zu Speyer de An. 1570. §. Dieweil dann je billich/ ubi etiam de actorum transportatione per Moguntini directionem, disponitur.] An verò Cæsar † adhuc
75 concurrentem cum Camera iurisdictionem habeat, quotidiana & vulgata hodie est quæstio: Affirmativam ut veriorem & usu firmatam tuetur pulcris rationibus Pautm. *2. de iurisd. c. 5. quem vid. cui & alios adde.*

Et hæc paucula de Cameræ iudicio, iurium studiosis proponere volui. Plura qui desiderat, ipsam *Ordinationem Cameræ, item Observato: et Cameræ*, Geil Mynf. Wurmbser. Rhudinger. *Pandectas Camerales* Frider. *de Processib.* Pautmeister. *lib 2. de iurisd c. 5 per tot. ubi multa notabilia tradit* & post eum Matth. Steph *de iurisd lib. 2. p. 1. cap. 3. per tot* Georg. Obrecht. *in disput. 11. à th. 52. usq. ad 76. & à th. 173 usq. ad fin. ubi vid.* Thom. Michaël *de iurisd conclus. 33 & seqq.* Matth. Wehner. *in pract. observ. verb.* Cammergericht/ *adeat.*

[Non aliena est à materia huius Capitis, quæstio illa, an à Commissariis Cæsaris vom Hoff auß/
76 † appellari possit ad Cameram? In Negativam propendet, Andr. Geil. *1. obs. 121.* adducens pro ea præiudicium processus denegati in causa Bosch contra Perfert/ 18 Augusti An 1565. In affirmativam tamen quosdam Dominus ivisse, & pcessus hoc casu decrevisse in causa Haller cõtra Leipzig/ 25. Augusti An. 67. ibidem testatur. Similiter in causa Costentz contra Wolgemuth 7. Jan An. 89 & in causa Reisbach contra Schwendt/ ubi definitivè postmodum in Camera pronunciatum. Item in causa Cuso contra Pfaltzgraff G H. ubi Commissarius fuit Cæsaris Archiepiscopus Moguntinus, definitive pronunciatum An. 92 cum similibus, refert Auctor *Præjud Camer. verb Appellare quibus, à quibus personis &c §. à Commissariis Cæsaris, fol. 32.* Eandemq; affirmativam prolixè & multis rationibus tuetur Referens apud Meichsn. *decis Cam. 4. n. 14 & 15. Tom. 4* Ratò tamen hoc casu inhibitionem decerni, quod incõveniens foret, Delegato Cæsaris inhiberi, nisi Commissionis fines notoriè excederet notat Auctor. *Præjudic. proxim. alleg. loc.* Rationes deciden-
di pro affirmativa hæ sunt præcipuæ; † quod Camera cum Cæsare concurrentem habeat iurisdictionem, in qua locus præventioni: quod Camera sit Consistorium summi Principis, & idem, nõ diversum tribunal, cum eo habeat: quod Camera auctoritate, vice & nomine Imperatoris iudicet, ita ut quod Camera cognoscit, ipse Imperator cognoscere censeatur: vid. Meichsner. *alleg. loco* ubi id maximè ampliat procedere, si coniunctim ad Imperatorem & Cameram appellatur, Bernh. Græve. *add observat. Geil. 121.* videtur eius sententiam declarare, quod procedat in illis casibus, a Cæsarea Maiestate commissis, in quibus iudicandis Camera non habet concurrentem iurisdictionem. Et affirmativam hanc sententiam secuta est, & secundum eam non ita pridem respondit Facultas Juridica Marpurgens. 30 April. Anno 1630. in causa Domini Abbatis Fuldensis contra NN. 77

De præiudiciis Cameræ † aliorumq; supremorum iudiciorum & tribunalium & quam auctoritatem obtineant, pa aliis latissimè agit Bernh. Græve. *in proœm. practic. concl. ad obs. Geil concl. 1. num 26. & seqq.* ubi omninò videndus Matth. de Afflict. *decis. Neapolit. 69 num. 11. & decis. 190 n. 7.* Matanc. *in spec. Tit. de Appellat. 2 n. 252* Paul Christinæ. *decis. Belgic. 1. vol. 1. per tot* Herman. Vult. *consil. Marp. 19. n 93. & seq. & consil. 29. n. 108. vol. 3.* ubi concluditur eiusmodi præiudicia, in causis 78

similibus, in inferioribus iudiciis sequenda esse. Conf. Recess. Imp. Spir. de A. 1570. §. Damit aber aller Veränderunge/ ubi ipsis Cameralib. iniun-
79 gitur, ut non facilè recedant ab his † quæ communibus suffragiis, in similibus causis antea decisa fuerunt, vid. Paul. Christinæ. *decis. Belgic 2. per tot. vol* 1. Hæc tamen indistinctè procedere patet ex his, quæ latè deduxit Bernh. Græve. *alleg. modo loc.* vid. etiam Just. Reiffenberg. *ad Recess. Deputat. de An.* 1600. *ad §. 5 p. mihi* 13.

Nota etiam quod in Cameræ iudicium, imme-
80 diati imperii cives, † de permissu legis imperialis compromittere possint, N. A. zu Regenspurg/ de Anno 1594. Als auch der Compromiß halber. Cum aliâs regulariter in ordinarium, ut arbitrium non compromittatur, *per text. in l. sed si 9 § si quis judex. ff de recept. arbitr. l. cum lege julia 41 eod. tit. l.* 20. § *convenire. ff de jud.* e Guid. Pap. q. 69. Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judic. lib. 2. tit. 35 defin. 2.* ubi tamen aliud in arbitratore obtinere ostendit, Nov. 86. *cap. 2.* Et de ea quæstione latè agit Donell. *Comment. lib. 17 c. 10.* Paurmeist. *de jurisd. lib. 1. c. 26. n.* 12. in distinctionem & declarationem allegatorum jurium.]

Caput XV.

De Iudicio Revisorio.

Summaria.

1. *Camera ultimum est, & supremum judicium in imperio Romano.* 2. *A quo nec appellatio, nec supplicatio permittitur. Revisio tamen conceditur* 3 *In quibus locum habeat?*

4. *Revisio quid?* 5 6. *Quo fine introducta? magnus ejus abusus hodiè in imperio.*

7. *Quomodo, & intra quæ tempora petenda?*

8. *Elector Moguntinus de interposita revisione, Imperatorem, Cameram, statusq. imperii certiores reddere tenetur.* 9. *Literæ denunciatoriales per Procuratorem speciale ad ed mandatum habentem judicialiter in Camera producenda.*

10. *Revisio quando Moguntino insinuanda?*

11. *Revisionem petens ad versâ parte id postulante jurare de calumnia tenetur.*

12. *Et certam pecuniæ summam pro visitatorum arbitrio deponere, Fisco imperiali, si succumbat, pro sumptibus applicandam.*

13. *Datis tamen fidejussoribus, vel pignoribus idoneè quis cavens ab onere depositionis relevatur.*

14. *Pauperes ad juratoriam cautionẽ admittuntur.*

15. *Cautio juratoria locum habet, quoties quis fidejussorem reperire, aut dare nequit.*

16. *Cautio talis exigitur, qualis præstari potest. Impossibilium nulla est obligatio.*

17. *Inhumanum, rerum inopiâ pressis, denegatâ revisione novam adjungere calamitatem.*

18. 19. *Pauperes litem perdentes corporis afflictione, & pœna carceris, plectuntur.*

20. *Iudicium revisorium ordinariâ, non delegatâ utitur jurisdictione.*

21. *Nomina Revisorum ad instantiam partis, in Camera communicanda, ut possit contra eos excipere.*

22. *Revisores solenne juramentum præstare tenentur.*

23. *In judicio revisorio quomodo proceditur?*

24. *Formula pronunciandi, si Camera sententia confirmetur.*

25. *Hocq; casu Cameræ executio committitur.*

26. 27. *Revisio hodiè ex publica imperii constitutione executionem suspendit.*

28 29 *Excipiuntur casus, in quibus etiam pendente revisione, in Camera proceditur, & sententia executioni mandatur.*

30. *Etiam Camera competit aliqua cognitio super revisione interposita, an videlicet deferendum, vel sententia executioni mandanda?*

31 *In sententiis interlocutoriis an & quando jurisdictio suspendatur?*

32. *In Gallia revisiones Arrestorum, Curiarum supremarum licita non sunt, sed remedium ponendi erroris duntaxat locum habet.*

Camera † cum sit ultimum & supremum iu- 1
dicium in Imperio Romano, N. A. zu Augspurg/ de Anno 1530. §. Dieweil nun unser Cammergericht das öberst und letzt Gericht. Imò das höchste Gericht. Cammergerichts Reformation zu Speyer/ de Anno 1531. §. Ferner als durch/ab eo neque appellatio † *de Recess. de Anno* 1530. §. 2
Dieweil nun. [Idq; regulare est in aliis etiam supremis Principum Curiis, per tradita Marant. *in spec. tit. de Appell. num.* 251. *& seq.* Sigism. Scacc. *de Appellat. quæst.* 19. *remed.* 3. vid. Bernhard. Græv. *conclus.* 135. *consid.* 1. *lib.* 1.] neque supplicatio permittitur, *Ordin. Camer. part* 3 *tit* 51. si quis tamen per Nullitatem vel iniquitatem aut negligentiam Assessorum læsum se existimat, revisionem petere non prohibetur, *Ord. Cammer. d. tit.* 51. ubi ita constituitur, ob aber einig Parthey sich durch die Urtheil des Keyserl. Cammergerichts beschwert zu seyn vermeynet/dem soll gegẽ Cammer-

mer-Richter vnd Beysitzern den Weg der gemeinen Recht/vnd hernach gesetzter Ordnung vō der Revision vnd Syndicat, fürzunehmen zugelassen
3 vnd vorbehalten seyn. Locumq; habet † tam in sententiis definitivis, q̄ inter locutoriis vim definitivæ habentibus, vel tale gravamē continentibus, ꝙ per definitivā reparari nequeat: tū propter textus hujus generalitatē, tum propter rationis identitatē. [vid. Geil 1. *obs.* 55 *n.* 5. vid. etiam Caspar. Anthon. Thessaur. 2. *quæstion. Forens.* 24.]
4 Est autem Revisio remedium † extraordinarium, ex benignitate & Clementia descendens, Johan. Andr. *in add ad Specul. de suppl.* §. *differt lit. L* Don Gasf. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *c.* 16. *nu.* 87. Marant *de appellat. num.* 13. & 18. quo in Camera læsis, per Commissarios Imperatoris & statuum imperii ad id deputatos, succurritur, adversus sententiam, sine dolo quidem, non tamen sine errore & culpa latam, ut tradit Bender. *in*
5 *tract. de revis. concl.* 1. Hoc remedium † licet bono fine introductum, ut videlic. Judex & Assessores Cameræ eò diligentiores sint, metu revisionis, in cognoscendis & definiendis causis, *Ord. Cam p.* 3 *tit.* 53 *in princ.* magnus tamen ejus abusus in Imperio hodie videtur, ut not. Ventur. de Valent. *in Parth litig. lib.* 2 *c.* 14. *n.* 13 & *seqq.* quē allegat Hillig *in Don enucl lib.* 28. *c* 6. *in notat. lit.*
6 *y.* Evenit † n hodiē multis peterib revisionē idē, ꝙ ægrotantib' q̄ ad sanitatē tendētes licet incurabilē morbū videant, remedia q̄rūt talia q̄ morbis quidē curabilib. constitura sunt, ipsi verò illis sæpè ad interitū utuntur, ceu tradit Rut. Ruland. *de Commissar part.* 1. *lib* 2. *cap.* 21 *n.* 11. *circ fin.*

7 Petiturus autem Revisionem, † eodem quo sententia lata est anno, debet id ipsum Electori Moguntino tanquam Cancellario Imperii, duobus mensibus ante Kalendas Maij, modò tantum temporis supersit in scriptis denunciare, ut eam Cæsari vel Regi Romano, & ejus anni visitatoribus denunciare possit, qui Commissarios & Consiliarios spectabiles & peritos actis revidendis mittuntur *Ordin Cam part.* 3 *d. tit.* 53. nisi ipse Moguntinus aut alius contra ipsum Revisionem petat, tunc enim Elector Trevirensis adeundus. R. A. zu Regenspurg/de An. 1594. §. Als vns auch. [An verò penes Moguntinum, vel altero casu, penes Electorem Trevirensem stet, revi-
8 sionem interpositam recipere, vel rejicere, quæri posset? Verùm † cum ordinatio Cameræ, nullam ea de re notionem Moguntino tribuat, sed hoc tātum disponat, ut de revisione interpositâ, insinuatâ, Imperatorem Cameram, statusq; imperii certiores reddat, minus illa res habet dubii, *d. tit.* 53 *in princ.* Literæ Denunciatoriales † à Mo- 9
guntino ad Cameram datæ per Procuratorē specialē ad id mandatum habentem judicialiter in Camera producendæ, cum oblatione, ad præstādum juramentum revisorium, in forma plerunq; subsequenti: N. Erscheint im Nahmen N. (qui revisionem videlicet petiit) Krafft special Gewaldts/den er in Originali cum copia vbergab/ producirt auch die an dem Tag N. publicirte Vrtheil/darnebē ein Original Chur-Meinzisch verschlossen schreiben/ an diß hochlöblich Keyserlich Cammergericht abgangen bath beits desselben vñ angeregten Gewaldts/Vffgetruckter Secreten auch vnterzogener Handt Recognitionem vnd in Krafft dessen/ad juramentum Revisorium gnedig furterlich zuverstatten. Nemine ex adversa parte contradicente, Procurator repetit suum ad acta dictatum recessum & petitionem in eo expressam. Et ita 24. Januarii Anno 1626. in causa Hern Ertz Bischoffs zu Bremen contra Staffhorst/insinuatæ, & productæ judicialiter literæ Denūciatoriales. Domini Electoris Moguntini.]

Prædictum tempus duorum mensiū † postea 10
ex arduis causis extensum ad tres menses, R. A. zu Regenspurg/de An. 1557 §. wiewol ferner inhalt/ibi: vnd die Zeit in diesen Fällen biß auff 3. Monat zu erstrecken sey Incipit verò tēpus hoc currere à die factæ insinuationis *Ordin. Cam. d. t.* 53. §. 1. *ibi:* daß solches vnserm Newen / dem Ertzbischoff 2. Monat vor dem 1. Maij/zu jeder zeit in Schrifften zu erkeñen geben/ & *ibid* § *fin.* vid. Bēder. *de revis. conclus.* 3. *n.* 4. Ne autē temerè † quis 11
abutatur hoc beneficio. & ne in perniciē tendāt, q̄ ad salutē excogitata sunt, Revisionē petēs adversâ parte id postulāte, jurare debet de calūnia, Deputations Abschied zu Speyer/de An. 1600. §. vñ ob wol hierbey Erinnerung. Deinde † vigo- 12
re ordinationis tenetur certā pecuniæ sūmam ꝓ Visitatorū arbitrio, perpēsis personarū causarūq; circūstātijs, deponere, q̄ fisco Imperiali si succūbat, ꝓ sumptib. applicatur *d tit.* 53. *d.* §. vñ damit. Si tñ † datis fidejussorib. vel pignorib. idoneè qs 13
cavere parat' sit, ab onere depositionis revelabitur *d. tit.* 53. *d.* §. vñ damit *verb.* verbürgē. Quid verò de Paupetib', † q neq; certā pecuniæ sūmam 14
deponere, neq; Fidejussores invenire aut pignora dare possunt? Durū esset pauperes ob paupertatē ab hoc beneficio excludi, ideoq; ad juratoriam cautionem admittentur, Geil. 1. *obs.* 155. *num.* 4.

[Hering. *de Fidejussor. cap.*18. *nu.*100.] quia cautio
15 juratoria † locum habet, quoties quis fidejussorẽ
reperire ac dare nequit, *l.*1. *§.* 2. *C. de adsert. toll. l. cũ*
non facilè, ff. si cui plus quã per L. Falc. text. in Auth.
generaliter, C. de SS. Eccl. §. sed hodie Inst. de satisd.
16 quoties enim cautio † exigitur, talis intelligitur
qualis præstari potest, *gl. in c. ex parte in fin. de V. S.*
quia impossibilium nulla obligatio, Wes *in pa-*
ratit. qui satisd. cog. Confer Dan. Moller. *in semestr.*
*lib.*1. *c.*2. Cothm. *cons.*18. *n.*84 *& mult. seqq.* Et sa-
17 nè inhumanum † esset, rerum inopiâ oppressis,
denegatâ Revisione, novam adjungere calamita-
tem, cõtra *l. jure succursum, ff. de jur. dot. l.*14. *de of-*
fic. Præs. l. navis, §. cum autem, ff. ad L. Rhod. de jact.
c. cum ex parte, de Cler. ægrot. Syrac. 4. v. 3. Petr.
Roytz *dec. Liv. v. n.* 4 *n.*291. cum justitia tam pau-
peri quàm diviti æquabiliter administrãda, Geil.
18 *d. obs.* 155 *n* 4 si tamen Pauperes † litem perdant,
eris inopia, corporis afflictione vindicanda, *l. ult.*
ff. de in jus vocand. V. ad. versiculi.

-------- cujus Fortuna laborans
Non potis est auro pœnales solvere noxas,
Arctatur vinclis, gravioraq; verbera passus
Sedibus à patriis removetur.

19 Et quod hi pœna † carceris deß weissen Thurns/
plecti soleãt testatur Rul. *de Commiss. part.* 1. *lib.* 2.
c. 21. *sub num.* 12.
20 Judicium Revisorium † ordinariâ & non de-
legatâ jurisdictione uti, verius esse puto cũ Geil.
1. *obs.*154 *n* 1. *& obs. seq. n.* 6. non tamen inconve-
niens est Vulteii distinctio, pro conciliatione
contrariæ sentẽtię, *ad l.* 1. *n* 69. *C. de jurisdict. omn.*
judic. quam refert & sequitur Græv *in pract. con-*
clusion. ad observ. Geil. *concl.*154 *n.*4. add Bender.
aliter disting. in tract. de revis. cõcl. 4. *n.*31. *&* 63.
21 Nomina † Revisorum ad instantiam partis in
Camera communicanda, ut possit contra eos ex-
cipere. Nam cõstat quod adversus personas Re-
visorum excipere, imò etiam recusare easdẽ per-
missum sit. R. A. de An. 1559. §. Da aber hinfüro/
ibi: der Exception oder Recusation unserer Com-
missarien und die andere von gemeinen Ständen
geordnete Visitation-Rähte uñ Befelchhaber/ *rc.*
Et ita observatum in causa Viermund contra
Viermund testatur Auct. *Decis. Camer. verb. Re-*
visio. versic. Nomina fol. 308.
22 Debent etiam Revisores † solenne juramen-
tum juxta præscriptum *ordinat. d. tit.* 53 §. Und
sollen der Keyserlichen Majestät / præstare, id-
eoq; quamdiu non jurati non reputantur proju-
dicibus. Auct. *Decis. d. loc. versic. Revisores.*
Juramento † isto præstito, pars utraq; causæ 23
merita ex priorib. actis nihil novi adspergendo,
[novæ n. probationes, in hoc judicio non admit-
tuntur, Geil. *de arrest. c.*12 *sub n.*5.] in uno scripto
plenè pertractabit, quo facto Revisores, cũ Præ-
sidibus & Judicibus priorib. acta diligenter revi-
dent & perpendunt: Hi causas & fundamẽta rei
ab se judicatæ demonstrant: illi deinde soli mo-
mentis causæ ponderatis, sententiã priorem vel
reformant, vel retractant, vel confirmant. *Ordin.*
d. tit 3. §. Darauff sollen alßdann/ Petr. Denais. *in*
jur. Camer. verb. Revisio tit. 271. §. 5. 6. Et si Came-
ræ sententia † confirmetur, ita pronunciari solet. 24
Nach Verlesung und reiffer Erwegung der vor-
hergehenden ubergebenen gravaminũ, und darge-
gen eingewandter exceptionũ. auch derer in Ca-
mera hinc inde producirter Schrifften/ haben die
verordnete Herren Keyserliche Commissarien uñ
Revisores / die dabevor am Keyserlichen Cam-
mergericht publicirte Urtheil/ davon die Revisio
gesucht worden/ confirmiret und bestättiget/ & i-
ta pronunciatum petitæ revisionis in Sachen V.
contra V. testatur Meichsner. *Tom* 3 *decis.* 16. *in*
fin. fol. 669. *ubi in illa decis.* 16. *proponit practicam*
proponendi gravamin. & exception. in judicio revi-
sorio. Et hoc casu Cameræ † executio committi 25
tur *per text. in d.* 53. §. Im Fall aber.
An verò Revisio † executionẽ suspendat, gra- 26
vissimè aliquandiu disceptatũ fuit, multis in ne-
gativam sententiam euntibus, ex eâ potissimũ ra-
tio, quod revisio successerit in locũ supplicatio-
nis, q̃ executionem non suspẽdere de jure indu-
bitatũ est. *Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imper.*
offer. ideoq; meritò surrogatũ sapiet naturã ejus
in cujus locũ surrogatum. [Confer Matth. de Af-
flict. *decis.*231 *n.* 2. *& decis.* 341 *& decis.* 358 *in fin.*
Geil. *de arrest. c.*12. *n.*4 *&* 5.] Hanc tamen rationẽ
satis eruditè refellit Frider. *de Process. lib.* 2 *c.*28. *n.*
5 *& seq.* Et pro negante sententia aliquot præju-
dicia refert Auct. *Decis. Cam. verb. Revisio in pr.*
fol. 307. Verùm hoc dubiũ † postea publicâ im- 27
perij constitutione sublatum. Deputations Ab-
schied/ de An. 1600. §. Als auch Streit fürgefal-
len/ ibi: So ordnen uñ wollen wir doch daß pen-
dente revisione mit der Execution nicht zu ver-
fahren / sondern damit eingehalten werden soll.
In causa uñ Petitionis hereditatis, † restitutionis 28
in integrum & similiũ Revisio si petatur, eo casu
parti victrici liberum est, in puncto liquidatio-
nis,

nis, non obstante Revisione in Camera, prout decet procedere *text. in d. Recess. Deput.* Fallit verò in
29 causis † mandatorum de relaxandis captivis, decretis alimentorũ, in quib. licet Revisio petatur, ea tamẽ pendente, præviâ idoneâ cautione è parte victrice præstanda, sententia tamẽ non suspẽditur, sed executioni demandatur *d. Recess. Deput.* Petr. Denais, *in jur. Camer. verb. Revisio tit.* 271. §.
30 17. [Ex his [illegible] patet † aliquam Cameræ ẽt competere cognitionem super revisione interposita, an videlicet deferendum, vel eâ non obstante sententia executioni mandanda sit, idq; præjudiciis diversis firmatur, velut 16. Aprilis, Anno 1618 in causa J.H. jetzo A.M. contra VV. Wittibe vnnd Kinder Vormünder. Et 4. Maij An. 1618. in causa B.VV. contra F. von V. nachgelassenen Erben/ Mandati immissorialis cum clausula, Et in causa G. Erben contra Herrn M. zu B. Mandati 7. Julij An. 18. in quibus Revisiones per Dominos Camerales fuisse denegatas, annoravit Treudel. *in disput. sua de revisione Heidelbergæ An. 1618. habita.* Et cum hisce congruit ordinatio quædam, sub tit. SCti Cameræ imperialis mihi aliquando cõmunicata, subsequentis tenoris: Daß dem Keyserlichen Camergericht/ sein freyer/ stracker/ ohngehinderter Lauff vnd Gerichtsübunge/ durch angebrachte vnd vorgewandte Revision/ nicht alsbald/ ohne Unterschied/ verhindert/ sistiret vñ eingestellet/ sondern demselbigen nit weniger als andern Unterricht von deren Urtheilen/ supplicirer od appelliret würde/ verstattet vñ zugelassen/ nit allein de formalibus revisionũ, sondern auch circa materialia, zu erkẽnen/ ob derselb. in Krafft obberührter Rechten zu d. feriren/ oder aber / wo nicht gäntzlich zu verwerffen / jedoch im Proceß ferner zu verfahren / so lange vnd viel/ biß das richterliche Ampt gantz exspiriret, vnd sonstẽ die Appellation auch jhren Effectum suspensivũ erreichet vnd erlangt/ also daß nicht allein / da von gerichtlichen oder ausserhalb Gerichts erkandten vnd exequirten Processen/ sie seyen simplicis querelæ, Appellationum oder Mandatorum, die Revision gesuchet sondern so viel in obgesetztem als auch allen vnd jeden andern Fällen/ darinn vermöge Keys. vnnd deß H. Reichs Rechten / von Bey- vnd End vrtheilen zu appelliren verbotten/ oder auch die Appellation allein quoad effectum devolutivum zugelassen/ deren vnangesehen/ wie sichs gebühret zu verfahren/ biß die Revision võ folgenden Urtheylern/ utrumq; effectum devolutivum & suspensivum würcken vnnd erlangen mögen. Verùm cum SCtm hoc, publici juris quãtum ego coguovi factum nõ sit, fides ejus penes auctorem sit. Quid verò juris quoad suspensionẽ executionis in interlocutorijs? † vid. Caspar 31 Anthon. Thessaur. 2. *q. Forens.* 24. ubi ita distinguit: Si agatur de causa quę sui natura nõ admittit appellationẽ, ut causa alimentorum, momentaneæ possessionis, executionem non suspendi: In reliquis etiamsi de jure paratam habeant executionem, ut instrumenti liquidi, admissionis capitulorum, juramenti, &c nisi damnum cõtineat executio irreparabile, ut torturæ, item juramenti admissionis capitulorum, &c. quibus casibus admissâ revisione, supersedendum executione esse notat.

Revisiones Arrestorũ, † Curiarum supremarũ 32 in Gallia, licitas non esse, Et remedium proponendi erroris duntaxat locũ habere, vel libelli civilis, si dolus, fraus & minor ætas subsit, & plerũque impetrantes à rescripto revisionis repelli, testatur & judicatum Arresto Parisiens 6. Maij An. 1557. & 13 Decembris An. 1582 notat Papon. *rer. jud. lib.* 19. *tit.* 8.] Qui plura de hac materia scire desiderat, adeat Bender. *in tractat. de revisione & alios passim allegatos in capite auctores.*

CAPUT XVI.

DE IUDICIO AUSTREGARUM.

SUMMARIA.

1. *Cameræ jurisdictio fundatur in omnibus imperij civibus, & statibus, Cæsaru jurisdictioni subjectis.*
2. *Mediati non statim in Camera conveniuntur.*
3. *Limitatio.*
4. *Subditi Electorum, Ducum, Principũ, &c. in prima instãtia in Camera eos convenire non possunt.*
5. *Subditis auxilium & via Austregarum concessa est, quâ contra Dominum, & inter se uti possunt.*

6. 7. *Quâ ratione hoc judicium Austregarum constitutum?*

8. *Austrega unde dicta?* 9 *Hoc judicium diversimodè pro diversorum statuum, & immediatorum conditione, & dignitate, constituitur.*

10. *Imperator nõ attentis Austregis, causã ad aulam suã trahere in prima instantia non potest, adeoq; nec Ordine non obstantib. hisce prima instantia privilegijs in aula Cæsarea conveniri possunt.* 11. *Eadem militat ratio quoad aulam Cæsaream qua militat quoad Cameram, ne videlicet quoad instantias deteriorũ sint conditionis immediati, quàm mediati.*

11. Civi-

12. *Civitates imperiales jus Austregarũ nõ habẽt.*
13. *VVormatiensis civitas à Maximiliano I. Imper. ut & alia civitates concessum peculiare Austregarum privilegium habent* 14. *Hoc tamen jus non ex lege imperij, ut Principes, sed in vim peculiaris privilegij, civitates usurpant.*
15. *Sic speciali conventione senatus Fridbergensis coram Burggravio ejusdem loci, & regimine castri convenitur.*
16. *Idem obtinet, si civitates imperiales convenire velint Comites, Barones, & Nobiles immediatos.*
17. *Inter Comites, Barones, Nobiles, & Principes imperij quæ sit differentia, quoad jus Austregarum?*
18. *Dominus provinciæ, civitatem suam provincialem in prima instanti[illegible] Camera convenire potest. Sed non vicissim, [illegible] Limitatio.*
20. *Iudices Austregarum non ordinarij, sed delegati sunt, ideoq; recusari possunt.* 21. *Et nudam habẽt cognitionem, non etiam executionem. Res ab illis judicata à Cæsare, vel Camera executioni mandantur.*
22. *Ad hoc, ut Austrega locum habeant, quæ requirantur?* 23. *Austrega sunt stricti juris ideoq; non extendenda ad causas Feudales, &c.*
24. *In causis criminalibus non locus est judicijs Austregarum.* 25. *Omnes causæ in quibus pœna ex maleficio Fisco petitur, criminalibus adnumerantur.*
26 *Etiam in alijs casibus, non obstantibus Austregarum privilegij, statim ad Cameram immediati evocantur.*
27. *In causis mandatorum, præsertim his, in quibus periculum subest Austrega non habent locum.*
28. *Subditus extrajudicialiter à Principe gravatus ad Cameram appellare non potest, sed ad Austregas provocare tenetur.*
29. *Extrajudicialis appellatio quid?*
30. *Ratio dubitandi.*
31. *Ratio decidendi.*
32. *An causæ matrimoniales inter personas illustres, & immediatos coràm Austregarum judicibus pertractandæ, remissivè.*

1 Dixi supra c. 14. *versic. Fundatur,* Cameræ jurisdictionem fundari † in omnibus Imperij civibus & statibus, qui Cæsaris jurisdictioni subsunt, quod tamen secundum Instantiarum, causarum & personarum ordinem intelligendum.
2 Nam sicut mediati † non statim in Camera conveniuntur, sed vel primam, vel secundam & tertiam aliquando habent instantiam, antequam
3 ad Cameram deveniant, nisi subditi † à Domino suo conveniantur tanquam refractarij vel etiam alia ex causa, quo casu statim in Cameræ forum sortiuntur, per ea quæ tradit Mynsing. *cent. 5. obs.* 1. Hartmann. Hartm. *tit. 1. de judic. obs.* 1. *num. 7. & 8.* Frider. Mindan. *de Processib. lib. 1. ca. 17. num* 13 subditi † tamen Electorum, Ducum, 4
Principum & eorum qui Ducali dignitate præfulgent, in prima instantia in Camera eos convenire non possunt, Geil 1. *observ. 1 num. 19* [Johan. Gœdd. 2. *consil. Marpurg.* 28. *num.* 94.] Ernest. Cothman. 1. *consil.* 31 *num.* 2. & 3. ubi dicunt id satis durum videri, legem tamen ita scriptam esse. Ne tamen subditi † ab omni juris auxilio 5
destituti relinquerentur, publicâ Imperij lege, octo vix præscriptæ sunt, quas Außträge appellamus, ex quibus unam eligere & contra Dominum procedere possunt *Ordin. Cam part. 2. tit.* 4. idem obtinet, si quas inter se invicem petitiones habere putent immediati, tunc enim secundum ordinationis præscriptum, competentem ex hisce viis Austregarũ eligere possunt. Quod ipsum non absque ratione constitutum: Cum † enim 6
ut modò dictum mediatè Imperio subjecti, plures instantias haberent, quibus jura sua diversis vicibus urgere, per incuriam omissa, aut per injuriam rejecta iterum recuperare ac deducere poterant, res indigna visa est, ut status immediatè Imperio subjecti, deterioris essent conditionis & statim supremo Cameræ judicio se. personas & causas gravissimas committerent. Vultej. *ad l. 1. num. 30. C. ubi Senat. vel Clariss.* Tom. Michaël. *de jurisd. conclus.* 38. Ideoque Imperatoris & Procerum Imperij unanimi consensu constitutum, ut immediati † Imperii cives primæ 7
instantiæ loco, sive ab immediatis sive à subditis & mediatis conveniantur, coram judicibus Austregarum forum sortiantur, *Ord. Cam. part. 2. tit. 3. 4.*

Dictæ † autem sunt Austregæ, à Germanico 8
vocabulo Außtragen/quod lites coram istis judicibus componantur & decidantur, daß die Sache für denselben Rechtlich außgetragen werde/ Frider. *de Processib. lib. 1. cap 16. sub nu. 1.* Zigler. *in commun. conclus. § Austregæ. n. 5.*

Constituitur autẽ † hoc judicium diversimodè, pro diversorum statuum & immediatorum 9
conditione & dignitate, quos modos in ipsa *Ordinat Cameræ* expressos, *tit. modo allegatis videre licet. Et post ipsam Ordinat. adiri potest*, Frider. *de Processib lib. 1. c. 16. 17. & 18.*

An verò hisce primæ instantiæ privilegijs non obstan-

10 obstantibus Ordines † in Aula Cæsarea rectè cōveniri possint, quæstionis est? Tob. Panrmeistet. *lib. 2. de jurud. c. 4. num. 139.* & multis præcedentibus ac seqq. prolixè defendit, solummodò de restringenda Cameræ, non autem minuenda ordinaria Cęsaris jurisdictione, in concessione privilegiorum primæ instantiæ Austregarum actum esse. Contrarium verò asserit Rosenth. *de Feud. c. 12. concl. 1. num. 35.* Quod videlicet Imperator nō possit mit Vorbeygehung der Außträge/causas ad aulam suam trahere in prima instantia; qa isti judices der Außträge personis in ordinatione indultis concessi sunt per viam contractus cui contravenire Imperator non potest. Deinde ea-
11 dem militat ratio † quoad aulam Cæsaream, quę militat quoad Cameram, ne videlicet quoad instantias deterioris sint conditionis immediati, q̄ mediati, imò maior adhuc militare videtur quoad aulam Cæsaream; quia judicium Cameræ revisioni, & syndicatui est subiectū, ut præcedenti *c. demonstratum*, ꝙ de aulæ Imperatoriæ judicio dici non potest, ut ipse Paurm. *d. lib. 2. c. 5. nu. 57.* docet. Huic posteriori opinioni & ego lubēs adstipulor, modò causa talis sit, in quibus locū habeant ista Austregarum privilegia. [Et nō ita pridem in causa gravissima inter Principes Imperii morā, Exceptionē Austregarum in aula Cæsarea oppositā nec tamē adhuc dum reiectā memini.]
12 Civitates Imperiales † licet sint status Imperii jus tamen Austregarum non habent, sed Camera earum judex Ordinarius, in prima instantia, sive ab immediatis, sive mediatis Imperio conveniātur, nisi ex privilegio vel longissimi tēporis præscriptione singulares judices in prima instantia habeant, ut sunt Argentina, Memminga, Eslinga, Noriberga, Ratisbona, Reutlinga & aliæ plerę́q; Civitates, Geil. 1. *obs. 1. n. 20.* Sixtin. *de Regalib. lib. 1. c. 8. n. 68.* Matth. Steph. *de jurud. lib. 2. p. 1. c. 3. n. lib.*
13 *3. n 37. & seqq.* [Wormatiensis civitas † itidem à Maximil. I. Imp. concessum peculiare Austregarum privilegium habent, cuius vigore quandoq; contra Commissionem Cæsaream An. 1628. exceptionem Austregarum opposuerunt. Sed quia
14 hoc jus non ex Lege Imperii † ut Principes, sed in vim peculiaris privilegii, à quo tamen semper Cæsarea Majestas tanquam concedens, excepta censetur, civitates usurpāt. Exceptio illa reiecta, & secunda jussio Cæsarea 5. Nov. An. 1629. decreta fuit, cui etiam meritò paruerunt Wormatiens. 1. Febr. An. 1630. in causa der sämptlichen Pistorschen vn̄d Oetheralschen Erben contra Wormbs. Quam secundam jussionem ex prædicta & aliis causis ipse obtinui & impetravi. Verba dictæ secundæ jussionis sive Rescripti Cæsarei formalia ad Illustr. & Celsiss. Principem ac Dn. Dn. Georgium Hassiæ Landgravium, qui Commissarius Cæsareus constitutus erat in prædicta causa ita habent: Wir können nicht befinden/ daß vorgedachter Rath der Statt Wormbs/ in Krafft des von jhnen angezogenen Privilegii, weiland vnsers Vorfahren am Reich/ Keyser Maximiliani I. Christmilden Andenckens/ sich vnser ohnmittelbaren Keyserlichen jurisdiction, vnd denen von vnserm Keyserlichen Hoff ertheilten Commissionen entbrechen/ vnd dieselbe decliniren mögen/ diese Sache auch jhrer Art vn̄ Eigenschafft nach also privilegiret vnd bewandt/ daß vnsere Keyserliche jurisdiction ohne das darin gnugsam fundiret/ auch schleinige Erörterung erheischet/ ꝛc. [Sic
speciali † convētione durch ein sonderlich Außtrag/ cautum repetitur, ut Senatus Fridebergensis conveniatur coram Burggravio eiusdem loci & regimine Castri, Auct. des gründlichē Berichts des H. Reichs Statt Fridberg Regaliē betreffend/ *art. 4 nu. 88 fol. 73* Idem obtinet, si civitates 15
† Imperiales convenire velint Comites, Barones & Nobiles immediatos, & *ita conclusum in causa* Mülhausen *contra* Knorren *12 Ian. An. 79. Item in causa* Wangen *contra* Sommertraw/ Auct. *decis. Cam. verb.* Außträg *in pr. & in verb. Mandata sine clausula versic sexto fallit.* Inter † Comites, Barones, Nobiles, & Principes Imperii hæc est differentia, quoad jus Austregarum, ita ut illi inter se quidem & cum aliis immediatis habeāt privilegium der Außträge *ex Ord. Cam p. 2. tit. 5* ab aliis verò mediatis in ipsa Camera conveniri possint, Geil. *d. obs. 1. n. 17. & 46.* Idemq; de Prælatis & Collegiis Capitulisq; immediatè sub Imperio existentibus dicendum est, Frid. *de Processib. lib 1. c. 18. n. 23.* Hi verò, Principes videlicet, contra actores etiam mediatè Imperio subiectos privilegio Austregarū utuntur, Geil. *d. loc.* Sixtin. *de Regalib. lib. 1 dict. cap. 8. n. 69.* adde Rhoding. *in pandect. Cam. lib. 1 cap. 7.* [Unde & illud hîc notandū est, † quod civitatem suam provincialem Dominus provinciæ, in prima instantia in Camera imperiali jure convenire possit, sed civitati provinciali vicissim non licet Provinciæ Dn. qui vel Elector, vel Dux sit, aut Ducali dignitate præfulgeat, in prima instantia ad Camerā evocare, Geil.

16 17 18

causa Gripswalden contra Pommern/ 19. *Sept. An.* 88. & Stralsund cõtra Pommern ex ea causa Processus cassatos, refert Auct. *Decis. Cam. verb. Appellatio extrajudicialis in pr. & ibid in §. subditus si à Principe ubi plura refert præjudicia, & in verbo* Außträge/ *s. fin fol.* 56. [In causa Ulrich Schwerin/ contra Hertzog Ernst Ludwig in Pommern/ ꝛc. à gravamine extra iudiciali appellatum & citatio impetrata fuit quidem, sed postea tanquam causã non devolutã cassata, 7. Nov. An. 1582. Similiter in causa Hans Totzen contra Hertzog Johann Friedrichen in Pommern/ 29. Octob. Anno 1587. Et hæc præjudicia referuntur in adversar. Dn. Gothofred. Anthon. ad observat. Geil. 120 ubi in eã videtur inclinare sententiam, nullo casu ita à Principe extraiudicialiter gravante appellari posse. Si enim tanquam pars hoc fecerit, pertinet vor die Außträge: ubi tanquam iudex, sententiam suam tenetur defendere. Atq; ex hac causa cassatam fuisse citationem 23. Febr. Anno 1586. in causa Georg Beckhards contra Hertzog Frantz zu Sachsen Lawenburg/ in qua Princeps citatus erat. Confer Ernest. Cothman. 1. *consil.* 30. *n.* 12. &
29 *seq.*] Estq; ratio † quia extraiudicialis appellatio nihil aliud est, quàm provocatio ad causam corã ordinario & proximo iudice proponendam & disputandam, *c. cum sit Romana § si verò, de Appellat.* quæ habet vim conventionis, Abb. *c. cum inter n.* 17. *de except.* Mynsing. *d. obs.* 43. *n.* 3. At Ordinarius & proximus iudex Principum imperii, nõ est Camera imperialis, sed iudices Austreg. *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 34. Ernest. Cothm. 2. *cõs.* 55. *n.* 124.

30 Verum hisce pro ratione † dubitãdi advertantur ea, quæ in Deputationis Senatu Anno 1586. constituta & postea in Comitiis Ratisbonensibus confirmata. Quod videlicet Princeps si iure & vi potestatis & iurisdictionis proprio motu per se vel ad alterius instantiam subditum suum vel alium gravet, mandando, sequestrando, inhibẽdo, vel pœnas pecuniarias imponendo, non obstantibus Austregarum privilegiis ab eiusmodi extraiudiciali gravamine ad Cameram gravatus appellare possit R. A. zu Regenspurg/ de A. 1594. §. Wann aber von gemeiner/ ibi: da die Obrigkeit iure & vi potestatis atq; iurisdictionis vor sich selbst/ oder auff eines andern Ansuchen jhre Underthanen/ oder einen andern ausserhalb Gerichts mit beschwerlichen Bescheiden/ Geboten vñ Verboten/ oder auch Geldstraff gravirt/ dz solche appellationes vermöge der gemeinen Rechten angenommen.

Pro ratione † decidendi ad prædicta præiudicia respõdetur, ea obtinere eo casu, quo Princeps 31
vel status imperii immediatus non vi & potestate iurisdictionis, sed velut privatus sine causæ cognitione aliquẽ gravat, daß die Obrigkeit tanquam pars, und als ein Widersacher/ und nicht richtiger weis gehandelt/ dieweil zu ermessen/ dz hierbey mehr simplex querela, dann die Appellation statt habe/ dict. Recess. Ratisbon. §. Darumb setzen und wollen wir/ cui congruunt ea quæ distinguendo tradit Geil. 1. *obs.* 120 *n.* 1 *& seq.* Frider. *de Process. lib.* 1. *c.* 20 Et ita novissimè in causa illustri consultus respondit Ernest. Cothm. 2. *cons.* 55 & præsertim à *n.* 111. *ad n.* 131. ubi pulcra dubitandi argumenta proponit & diluit, & *in cons.* 31. *n.* 23 *& seq.*

Causas matrimoniales † quod attinet, num il- 32
læ inter personas illustres & immediatos, qui Austregarum fruuntur privilegiis, coram Austregarum iudicibus pertractandæ, quæstionis est satis intricatæ, *de qua infra sub cap. de Consistoriis Ecclesiasticis & causis eò pertinentibus, fusius agemus, lib.* 3. *Class.* 1. *cap.* 10. *n.* 21. *& seqq.*

CAPUT XVII.

DE IURISDICTIONE, FUNDAMENTO judicum & judiciorum.

SUMMARIA.

1. *Iurisdictio est basis & fundamentum judicii Iudicatum dici non potest ab eo, qui jus dicendi potestatem non habuit.*

2. *Nullitas ex defectu notionis sive jurisdictionis proveniens, omnium maxima est.*

3. *Iurisdictio undè dicta. Et quid?*

4. *Potestas jus dicentis in cognoscendo, & exequendo consistit. Illud jurisdictio simplex, hoc imperium dicitur.*

5. *Imperium in mixtum & merum dispescitur. Imperium mixtum quid?* 6. 7. *Undè sic dictum?*

8. *Solâ jurisdictione quis uti potest, ut in manumissionibus, adoptionibus, caterisq; voluntaria jurisdictionis actibus.*

9. *Iurisdictio est totum intellectuale, & individuum, constans tamen ex diversis & separatis actib.*

10. *Propter separatas separatorum actuum operationes tantum censetur præscriptum, quantum possessum.*

11. *In actibus voluntaria jurisdictionis in propria causa quis judex esse potest.*

12. *Hoc Imperium, & jurisdictio, quæ ei inest jure Magistratus, omnibus Magistratibus competebat.*

13. *Iure Magistratus competere quid intelligatur?*

14. 16. *Proprio & suo jure jurisdictionem habere qui Magistratus dicantur?*

15. *Omnibus omninò Magistratibus aliqua saltem jurisdictio, aliquod imperium competebat.*

17. *Principes Germaniæ proprio & ordinario jure quomodo jurisdictionem exerceant? remissivè.*

18 *Merum imperium unde & quo sensu dicatur.*

19. *Ejus definitio.*

20. *Nobiles olim capite damnati, qui anteà securi feriebantur, gladio percuti cœperunt.*

21. *Itali ac Hispani æquè ac Norbonenses, & Aquitenses securibus cervices feriunt.*

22. *Honor gladii est signum summæ potestatis. Gladius est index justitiæ, & insigne superiorum potestatis.*

23. 24. *Vox gladii quomodo hic accipiatur?*

25. *Animadvertere in facinorosos homines quid sit & quid complectatur? Ius dicere, & jurisdictio sunt conjugata, quorum uno posito, alterum etiam necessariò ponendum.*

26. *Cognitio & absolutio in criminalibus non minùs, quàm condemnatio meri imperii proprium est. Meri imperii potestas præcipuè in causarum criminalium cognitione consistit.*

27. *Aliquando alter magistratus habet apprehensionem, carcerationem, inquisitionem & torturam, alter verò jus ferendæ & exequendæ sententiæ. Exemplo Civitatis Coloniensis, & Archiepiscopi, &c.*

28. *Hoc mirum imperium non jure magistratus olim competebat, sicut mixtum, sed specialiter, Senatusconsulto, vel Principis constitutione deferebatur.*

29. *Specialiter deferri quid? Vbi majus præjudicium, ibi cautius agendum.*

30. *Merum imperium olim populo reservabatur, & post Principi.*

31. *Natura semper novum deproperat edere formas. Hodiè jus gladii & imperium merum jurisdictioni cohæret, & cum ea transfertur.*

32. *Adeoq; rectius hodiè jurisdictio criminalis, quã merum imperium appellatur. Quæ jure Magistratus competunt, mandari possunt.*

33. *Merum imperium datur hodiè sub nomine Magistratus.*

34. *Vendito castro & territorio, cui adhæret merum imperium, idipsum etiam venditum censetur, & transit cum territorio.*

35. *Omnes Domini territoriales, territorii jure regulariter merum imperium in suis terris exercent.*

36. *Hodiè præscriptione acquiritur merum imperium, & prorogatur.*

37. *Quicquid est præscriptibile, est etiam cessibile.*

38. *De jure Canonico quicqd est cognoscibile, idem etiam delegabile.*

39. *Olim hoc imperium erat merum, hoc est, à magistratuum officio separatum, hodiè verò plerunq; annexum.*

40. *Objectio.* 41. 42. *Ad eandem Responsio.*

43. *Hodiè de consuetudine Germaniæ, jurisdictio in altam, & bassam, seu superiorem, & inferiorem tribuitur.*

44. *Altam jurisdictionem habens, simul & merum, & mixtum imperium habere censetur.*

45. *Inferiorem seu bassam jurisdictionem habens, quæ exercere possit?*

46. *Quæ ad hanc pertineant?*

47. *Olim solus Cæsar infeudabat de jurisdictione superiori, & jure gladii.*

48. *Hodiè etiam ab aliis inferioribus ordinibus imperii, puta à Ducibus, &c. fieri consuevit.*

49 *In investitura simpliciter reperto verbo,* Gericht / *vel verbis* mit den Gerichten / *an non solum inferior, sed etiam superior contineatur? remissivè.*

50 *In Palatinatu, & Franconia jurisdictio in Centam, sive Centenam & Vogteiam distinguitur.*

51. *Centena quid, & quæ sub ea contineantur?*

52 *Centena quædam est universalis & omnigena, quædam specialis, & limitata.*

53. *Iudices causarum criminalium in multis locis dicuntur Scabini,* Blut Schöffen.

54. *Apud Romanos judices criminales quomodo dicebantur?*

55. *Scabini moderni ut & olim triumviri capitales. non habent merum imperium, sed tantum cognitionem de veritate criminis.*

56. *Vogteia quid?* 57. *Ejus significatio ambigua & varia. Estq; duplex.*

58. *Notatio ejusdem.*

59. *Mulctas alii referunt ad merum imperium.*

60 *Mulcta & pœna dicũtur fructus meri imperii.*

61. *Mulcta ad majores Magistratus pertinebant, qui cum imperio erant, &c.*

62. *Alii mulctas referunt ad mixtum imperium.*

63. *Alii ad simplicem jurisdictionem.*

64. *Ab aliis mulctarum & pœnarum compendia Regalibus annumerantur.*

65. *Hæ opiniones quomodo concilientur & declarentur?*

66. *Ad merum imperium mulcta quatenus referatur?*

retur?67. Quatenus mixtum imperium?68. Et simplicem jurisdictionem?

69. *Hodiè hujusmodi compendia mulctarum censentur esse fructus jurisdictionis, & Magistratibus pro modo suæ cujusq; jurisdictionis debentur.*

70. *Etiam minores Magistratus, simplicem tantum jurisdictionem habentes, mulcta irrogandæ facultatem habent.*

71. *Leges & mandata Iudicum ac Magistratuũ etiam inferiorum subditorum temeritate non eludenda, aut suspendenda.*

72. *Quidam Magistratus liberam habent mulctandi potestatem.*

73. *Mulcta est arbitraria, intra tamen, non supra modum Magistratibus concessum.*

74. *Pœna in præcepto judicis adjecta inconsueta & intolerabilis, repudiari potest. Insolita fraudem arguunt.*

75. *Mulcta insolita contra communem stylum, & consuetudinem irrogata, injusta censetur.*

76. *Mulcta quatenus de Regalibus censeatur?*

77. *Etiam hodiè merum & mixtum imperium ad regalia refertur.*

78. *Mulcta à pœna differt, tanquam species à genere.*

79. *Carcer regulariter est nota jurisdictionis criminalis, & meri imperij 80. Perpetuus carcer ad primũ gradum meri imper j refertur. 81. Temporarius verò vel ad secundum, vel tertium gradum, pro qualitate delicti.*

82 *Incarceratio etiam ad tempus ad effectum puniendi, Thurn Straff / meri imperij esse censetur.*

83.84.85. *Carcer & incarceratio quando & quatenus ad actus meri imperij & jurisdictionis referantur, vel non?*

86 *Carcer quando ad mixtum imperium & jurisdictionem simplicem referatur?*

87. *Carcer à Dd constituitur quadruplex Pœna. 88. De jure civili perpetui carceres prohibiti, & ignoti. 89 Custodia. 90. Pœnitentia. 91. Tadij seu debitorum.*

92. *Privati, seu domestici carceres regulariter prohibiti. Includens liberum hominem vim committit publicam, læsæ Majestatis crimen incurrit, & capitis pœnâ pl. cti potest. 93. Nisi in casibus à jure expressis.*

94. *Parentibus tamen, & Dominis, liberos suos & servos vinculis detinere, & carceribus mancipare sine privati carceris crimine, permissum.*

95. *Alienam jurisdictionem turbans territorium violat, & pœnâ fractæ pacis tenetur. 96. Turbare jurisdictionem quomodo quis censeatur?*

97. *Nec jus dicere extra territorium suum, nec in alieno territorio capere delinquentem permittitur.*

98. *Iustitia ordo confunditur, ubi jurisdictio sua cuiq; non relinquitur.*

99. *Principes imperij in alterius territorio, quoad jurisdictionem contentiosam pro privatis habentur.*

100. *Inter duos æquales, ille qui est in suo territorio, dicitur major esse altero.*

101. *De novissima imperij constitutione potest Magistratus aliquis turbatorem pacis publicæ persequi & etiam capere in alieno, ita tamen, ut ubi captur captum juri sistat, &c.*

102. *Principe vel statu imperij in alieno delinquente territorio, ad Imperatorem cognitio pertinet.*

103 *Si autem Princeps superiorem recognoscens in alieno territorio delinquat, ad territorij Dominum hoc casu pertinebit animadversio. Exemplo Mariæ Scotiæ Reginæ capite ab Elisabetha Angliæ Regina mulctata.*

104. *Si duo sunt Domini ejusdem castri, & alter delinquat, delinquens potest puniri ab altero. Delinquendo exuit se quis paritate.*

105. *Victus à pari & captus, victori amplius par non est. Victæ oblivìscenda prior, quæ fuit, fortuna; reminiscenda quæ est.*

106. *Legati in legatione & alieno territorio delinquentes, ibidem puniri possunt.*

107. *Sic & delegatus summi Principis in ordinarij territorio delinquens, ab hoc coërceri potest.*

108. *Magna tamen utroq; casu cautela & prudentia adhibendæ.*

109. *Prædicta de jurisdictione in alieno territorio non exercenda, non procedunt in actibus voluntariæ jurisdictionis. 110. Et in Rectoribus Academiarum, &c.*

111. *Territorium non est de substantia jurisdictionis ordinariæ. Specialem jurisdictionem habens eam etiam in alterius territorio exercere potest.*

112. *Dux exercitus potest etiam delinquentes in alterius territorio coercere, ultimoq; supplicio es afficere.*

113. *Milites in alieno territorio delinquentes, ad Magistrum militum remittendi.*

114 *Hodierno usu si crimen sit militare, Magistratui militari, si non militare, & enorme, Magistratui loci animadversio competit. 115. De more, & generali consuetudine belli Capitanei de omni crimine per milites commisso cognoscere, punire solent.*

 116. Qua-

116. Quæstio hic attingitur. An captum in suo territorio per alterius Magistratus territorium isto irrequisito, ad alium locum sui territorij ducere quis possit?

117. Capere in alieno territorio, & captivum per id ducere, pari passu videntur ambulare.

118. Ad cognoscendum utrum loci alicujus jurisdictio turbetur, quid inspiciendum?

119. Cum jure terrendi, & capiendi, & in captivum exequendi, nihil commune habet jus ducendi captivum.

120. Via publica, cujuscunq; territorium attingat, cuivis ad usum licitum, præsertim Reipubl. tuitionem patere debet.

121. In alieno territorio captivus ductus evadens, de novo capi non potest. 122. Quod tamen propter imperij constitutionem dubium habet.

123. Nulla vis licita est in territorio alieno. Et tum vis fit cum per vim quis ducitur. Vis fit utrobiq; & ubi capitur, & ubi detinetur.

UT judices in judiciis vel extra judicia cum
effectu judicare vel aliquid decernere pos-
1 sint, inprimis de jurisdictione † constare de-
bet, quæ est basis & fundamentum judicij Unde
judicatum dici non potest ab eo, quijus dicendi
potestatem non habuit, *l. 1. §. fin ff ad Trebell. l.* 1.
*§ hac autem verba, ff. quod quisq; jur. l. 2. in fin. de
pœn.* Et nullitas ex defectu potestatis, Notionis
2 sive jurisdictionis † proveniens, omnium ma-
xima est, quæ opponi potest etiam eo casu, quã-
do statuto omnis exceptio & ipsa Nullitatis
querela sublata est, Ant. Gabriel. *Commun. concl.
lib. 6. tit. de statut concl* 3. *n.* 1. 2. & 7. Asin. *in prax.
§. 31. c. 32 n.* 3. Geil. 1. *observ* 42. *n.* 13. & 14. & *ob-
serv.* 123. *n.* 2. 3 & *observ* 135 *n.* 8. Et inde consue-
vit dici iste defectus irreparabilis & insanabilis,
Vant. *in tractat. de Nullit sub. tit ex defect jurisd. n.*
6. Quamobrem paucula etiam propter ordinis
& continuationis rationem de jurisdictione sub-
jiciam, qua de re aliâs extant integri Clarissimo-
rum JCtorum Tractatus & scripta egregia. Ego
de pluribus pauca & maximis referam minima,
sed tamen notabilia.

3 Jurisdictio † à jure dicendo ita dicta, est pu-
blica de causis cognoscendi & juris reddendi
potestas, *arg. l. 1 ff. h t. l. 3. C. eod. l. pen. de judic.* &
ita plenè jurisdictionis vox accepta, reliquas
suis ulnis complectitur, neque certis negotijs,
aut quantitate ullâ circumscribitur, sed vastissi-
mum ius dicentis officium pervagatur, *d. l.* 1. *h. t.
l. 2. si quis in jus voc.* Treut. *p. 1. disp* 3. *th* 1. *lit. b.*

Potestas † ius dicentis in cognoscendo sive 4
iudicando & imperando sive exequendo consi-
stit. Unde tota vis iurisdictionis ad duo membra
redigi potest, explicativum videlicet & executi-
vum. Ad explicativum pertinent omnia sine
quibus iurisdictio, hoc est, causarum cognitio
& iudicatio explicari ac confici nequit, *l. 2. h. t.*
Ad executionem omnia referuntur, quæ ad effi-
cienda, tuenda iudicata, ac statuta ab eo, qui iu-
risdictioni præest, sunt necessaria. Pautmeist. *lib.
1. de jurisdict. c. 9. n.* 8. Illud iurisdictio; hoc Im-
perium, cui etiam iurisdictio, scilicet in genere
inest, cum imperandi & exequendi necessitate,
arg l. quod jusserit 14 *l. fin ff ne quid in loc publ. fiat,*
Imperium † pro ratione causarum civilium & 5
criminalium, in mixtum & merum dispescitur *l.
3 ff. h. t.* Illud est potestas exequendi iudicati in
causa civili, Treutl. *d. disput.* 3 *th.* 3. *lit. b.* vel ad
rem restituendam, vel ad dandum, vel facien-
dum, per legitimos tramites cogendi *l.* 1. & 2. *C.
de execut. rei jud. d. l. 3. h. t.* Pautmeist *lib. 1. de ju-
risdict c. 9 num.* 8 [Eoque pertinent pignoratio-
nes, mulctarumque receptiones, quæ mixti Im-
perii & iurisdictionis actus esse dicuntur, Guid.
Pap. *q* 193 *num. 1. vers. Decimò credo.* Meichsner.
decis. Cam. 13. *num.* 16. *Tom* 3. *arg l. nominatori C. de
pignorib l. 4 §. an tamen, ff. de damn. inf.*] Et inde
est, quod executio in civilibus ad mixtum perti-
net Imperium *arg. l jubere cavere de jurisd.* Spe-
cul. *in tit. de jurisd.* § 1. *n* 19.

Dictum autem hoc † Imperium mixtum, non 6
quasi cum iurisdictione ita sit confusum, quem-
admodum aqua cum vino sed quod ita antè
cum ea sit coniunctum & copulatum, ut alterũ
sine alterius opera expediri ac perfici regulari-
ter vix possit, Donell. *comment. lib. 17. c.* 8. Sunt ta-
men causæ, † in quibus propemodum occulta- 7
tur iurisdictio, & magis elucescit imperium, in-
deq; magis imperii, quàm iurisdictionis dicun-
tur, *l. ea quæ, ff ad Municip l. 4. ff h t.* in quibusdam
verò magis iurisdictio vel agnitio. Engelbrecht.
in disquisit. de iurisdict. conclus. 10 Solâ etiam † 8
iurisdictione, quem uti posse non absonum est,
ut in manumissionibus, adoptionibus, cæteris-
que voluntariæ iurisdictionis actibus, *l 2. & 3. de
offic proconsul.* licet enim usu & exercitio hæc
duo ita regulariter coniuncta sint, ut rarò sepa-
rati possint, rei tamen substantiâ distincta ma-
nent,

nent, ideoq; in atre distinguenda, confer Thomam Michaelem *de jurisdict. conclus.* 1. o. *ubi pro-*
9 *ponit exempla.* Nam iurisdictio † licet sit totum intellectuale & individuum, constat tamen ex diversis & separatis actibus, ut notat Zas. 2. *singul. tressons. c.* 31. *num.* 3. Hinc est, quod in praescri-
10 ptione iurisdictionis † propter separatas separatorum actuum operationes, tantum censeatur praescriptum, quantum possessum, *argum. l. quod meo, §. fin. & ibi Dd. de acquir. poss. innocent. ad cap. audientiam de praescript.* Bart. *in l.* 1. *§. si quis hoc interdicto, ff. de itin. act. privat.* nisi sit actus generalis, & utrique speciei conveniens qui exerceretur & exercitii usu praescribitur, tunc enim sicut sub genere continentur species, ita etiam sub eodem praescribuntur, vid. Paurmeist *lib.* 1. *de jurisd. cap.* 22. *num.* 10 11. Zas. 2. *consil.* 16. *num* 8 9. *& seqq cujus tamen notabilem declarationem vid. ibid sub n.* 98 add ea quae dixi supra *lib.* 1. *class.* 5 *c.* 3. *à num.* 162. *usque ad fin* add. VVesenb. *de jurisd. in parat.*
11 *sub num.* 12. Non hic etiam inciderer, † quod in actibus voluntariae iurisdictionis, in propria causa quis iudex esse possit, Obrecht. *de iurisd. c.* 12. *num* 18. Math. Stephan. *de jurisd. lib.* 1 *cap.* 34. *num.* 45. Et tales actus, iurisdictionem habens, coram suis propriis Scabinis, quos iudicio suo nomine exercendo praefecit. pficit, utpote si quis iudicib. & Notariis a se ad iudiciū deputatis, testamenta insinuet, Hartman. Pistor. *part.* 3. *qu* 9. *num,* 19. Sic & donatio à Magistro militum suis militibus, se ipso auctore, facta valida est, *l. si quis pro redemptione § fin. C. de donat* Et apud se ipsum, Dominus iurisdictionem exercens servum suū manumittere potest, *l. an apud se,* 5 *ff de manum. vind.* Idem obtinet in emancipatione & adoptione, *l.* 3. *l.* 4. *de adopt.* Zigler. *in communib. conclus.* 6. *Nobiles n.* 41. *& seqq.*

12 Hoc autem imperium † & iurisdictio, quae ei inest iure Magistratus, omnibus Magistratibus competebat, *l.* 1. *in pr & §.* 1. *ff. de offic. ejus, &c.* Paurmeist. *d. lib.* 1. *c.* 9 *num.* 9. *versic. ex jurisdictione autem,* Treutler. *d. disput.* 3. *th.* 3. *lit* B. Cuiac. 21. *obs.* 30.

13 Jure Magistratus † competere intelligitur id, quod ipse Magistratus iure proprio & suo facere potest, sine alterius authoritate, Fachin. *lib.* 12. *contrev cap. ult.* vel ut Cuiac. explicat, vi officii, utputa, Praeturae, Proconsulatus, &c. *d. observ.* 30.

14 Proprio † autem & suo iure in iurisdictionis hac materia habere dicuntur Magistratus, non qui quasi pleni Dominii aut alterius iuris reali titulo id possident, sed quibus tanquam Magistratibus, vel more consueto, vel extra ordinē a Principe, vel populo tributum hoc imperium fuit, ut Praetoribus Romae & Proconsulibus: In provinciis Praesidibus, *l. t. de offic. ejus cui l. more, ff. h. t.* Paurmeist *lib.* 1 *de jurisd. c.* 10. *num.* 5. Secundum Bartolum ille iurisdictionem suo iure habere dicitur, qui habet eā ex iure quod principaliter fundatur & radicatur in persona sua & hoc habet quilibet ordinarius, *ad l. more, num.* 4. Idq; ita procedere puto, non tam ratione personae per se, sed respectivè ratione officii Magistratus personae connexi. Ex quo consequitur,
quod † omnibus omninò Magistratibus aliqua 15
saltem iurisdictio, aliquod imperium ad munus suum obeundum competierit. Engelbrecht. *d. loc concl.* 6. Utut autem his † à populo vel Prin- 16
cipe dabatur iurisdictio, eam tamen suo iure habere dicebantur, quod iis data sit, non ut aliena, sed ut propria & ex proprio imperio, eo nempe ipso, quod in Magistratum eligebātur. Obrecht. *disp de jurisd. quae est* 7. *th.* 137. 138. *&* 139.

Proprio † & ordinario iure Principes Germa- 17
niae, quomodo exerceant iurisdictionem, confer Knich. *de jur. territ. cap.* 1. *num.* 163. *& seqq. & ibid num.* 148. vid. quae dixi supra *lib.* 1. *class.* 5. *c.* 1. *n* 17. *& seqq.*

Merum imperium † dicitur respectu mixti, 18
quod non sit ita cum iurisdictione mixtum, sed separatum, purum & solum, Paurmeist. *d. lib.* 1 *c.* 11. *nu.* 11. Treutler. *d disp.* 3. *th.* 3. *lit. e.* Non tamen eo sensu, quasi nulla in criminalibus causis sit cognitio, & à mero imperio omninò removenda iurisdictio, sed quia populus Romanus sibi soli, totum illud ius reservavit, & noluit de capite civis Romani, alium quàm totum populum statuere posse, vel ad ius iurisdictionis id pertinere, *l.* 2. *§.* 16. *ff. de origin. iur.* Ut non immeritò Charonda, merum imperium, non tam ad iurisdictionem, sed ad potestatem nec tam ad ius dicendum, quàm tuendum popularem statum pertinere ait Engelbr. *d disput concl* 36.

Definitur ab Ulpiano, Merum imperium, † 19
Potestas gladii ad animadvertendum in facinorosos homines, *l.* 3 *h t.* Item ius gladii, *l.* 70. *de reg jur. l illicitas,* §. 8 *de offic. Praesid.* inde forsan quod eo tempore gladii poena usitatior, Cuiac. 21. *obs.* 30. & humanior: † Hinc Nobiles olim 20
capite

capite damnati, qui antea securi feriebantur, gladio percuti cœperunt, Bodin. *6. de repub. cap. 6. p* 1192. Et Centurio jussus occidere Papinianū securi percusserat; Catacalla centurioni iratus: Oportuit, inquit, te gladio exequi jussum meū. Idem Bodin. *d. loc.* Et Seneca, nullo inquit genere homines mollius moriuntur, quàm gladio
21 sectâ cervice, Italos † tamen ac Hispanos æquè ac Norbonenses & Aquirenses securibus cervices ferire testatur Bodin *d. c. 6.* Vel etiam inde,
22 quod honor † gladii esset signū summæ potestatis. Gladius enim index justitiæ & insigne superioris potestatis ad quam significandam gladio cingebantur, qui eâ præditi erant, *Rem. 13. v.* 4 Hillig. *in Donell enucleat. lib. 17. c* 8. *in notat. lit. pp* Unde etiam olim regna per gladium, provinciæ per vexillum investituta tradebantur, Vultejus *lib. 1. de Feud. c. 7. n. 29. vers. sed inter.*

23 Quare non pro materiali † aut ferreo gladio carnis incisivo vox illa in definitione meri imperii ponitur, sed pro quacunque pœna qua ex delicto puniendus sit reus & plectendus, Longovall. *in 2. part repetit. l. imperium vers. quod si aliquis, ff. de jurisd. Fac. optimus text. Iob. c. 19. vers. ult.*
24 ubi dicitur, quod gladius † sit ira super delictis, ut cognoscatur judicium esse. Hinc Excommunicationem gladium Ecclesiasticum appellamus, pariter mucro anathematis, gladius excōmunicationis plerumque à Pontificibus ipsis usurpatur, *c. sollicitudinem de Appellat. c quoniam. x. de offic. ordin.* & ita tradit Dn. Referens apud Meichsner. *Tom. 2 lib 2. fol. 255. n. 147. & seq.* Et hanc sententiam communem dicit Hieronym. Cævall. *in spec com opin. q. 639.*

25 Animadvertere † in facinorosos homines, est jus dicere de capite hominis facinorosi, *l. 2. §. & qua. 13 §. exactu, 16. ff de orig. jur.* Bocer. *de jurisd. c. 2. num. 6.* Et hæc animadversio non ad nudam solùm executionem refertur, sed & cognitionē plerumque complectitur, *l item apud 15. § quod ait, 28 ff. de injur. l. verum 11. §. sciendum ff de minorib.* Cum itaq; animadvertere in hoc negotio sit jus dicere. Jus autem dicere & jurisdictio sint conjugata, quæ se mutuò sequuntur, & uno posito, alterum etiam necessariò ponendum, sequitur huic animadversioni, jurisdictionem in genere suo modo competere. Cum notum sit satis
26 cognitionem † & absolutionem in criminalibus non minus, quàm condemnationem meri imperii proprium esse, ut tenet Jas. alios allegans *in d. l. Imperium, n. 16. de jurisdict. per l. solent in pr. ibi nec liberandi, ff de offic. Proconf.* Meichsn. *Decis. Cameral. tom 2. lib. 2. fol. 258. n. 165.* [*Et decis. 33. nu. 54. Tom. 3. fol* 1013. Gylman. *in symphorem. part. 1. tit. 2. de reconvent. ante num. 121 fol. 97. vers Eolicet meri imperii*, ubi ex Bart. & aliis adsertur, quod meri imperii potestas præcipuè in causarum criminalium, capitaliumque cognitione versetur.]

Aliquando tamen † accidere potest, alterum 27
Magistratum habere apprehensionem, carcerationem, inquisitionem & torturam, alterum verò jus ferendæ & exequendæ sententiæ. Sic in urbe Agrippina, quæ est florentissima Romanorum Colonia, S.P.Q. Coloniensis in criminalib. apprehensionem, carcerationem, inquisitionem & primum gradum torturæ habent, reservatâ sententiâ & executione Archiepiscopo, cujus Præfecto reus, si talis deprehendatur, ut capitali pœna veniat puniendus, traditur hac adjectione, man soll jhm widerfahren lassen was recht ist. Unde ægrè ferunt, si delictum sit atrox, ut venia concedatur ab Archiepiscopo. Hoc præter experientiam, quam præsens ibidem hausi, docet Sleidan. *lib. 6. circ. fin in narratione executionis duorum studiosorum Coloniæ propter religionis veritatem combustorum.*

Hoc imperium Merum † non jure Magistra- 28
tus olim competebat sicut mixtum. Cum namq; fuit de reservatis populi, nemo id usurpabat, nisi cui id specialiter, SCto, vel Principis constitutione defetebatur, *l. 1. de offic. ejus, &c.* Ideoq; nec mandari poterat.

Specialiter † deferri est in signum magnitu- 29
dinis, dignitatisque causarum, prævia exquisitâ personæ & rei indagine nominatim & in specie deferri, ut explicat Jas. *ad l. 1. de off ejus.* Ubi nāq; majus præjudicium ibi cautius agendum esse voluerunt legislatores, *Nov. Leon.* 109. Itaq; in Ro-
manis Magistratibus, † quibus tantùm jurisdi- 30
ctionis mandabatur exercitium, mero Imperio ex lege Publicolæ apud Populum remanente distinctum fuit merum Imperium, & jure Magistratus non competebat, sed populo servabatur & post Principi, *d. l 1. de offic. ei, cui mand. juri. dict.* Wesenb. *cons.* 95. *n* 18.

Ast eum semper † Natura novas deproperat 31
edere formas, *l. 2. § 18. C. de vet. jur. enucl.* hodie modus ille generaliter ac specialiter deferendæ jurisdictionis desuetudine inumbrat' esse videtur, cum hodie etiam jus gladii & imperium merum

rum juriſdictioni cohæreat, & cum ea transfera-
tur, Cagn Dec. *& Dd. in l. nemo 71. de reg jur. Soc.*
& Canon. poſt gl. in c. quod ſedem de offic. Ordin ma-
ximè poſt editam Conſtantiæ pacem, ut Bald. ibi
teſtatur, *c. 1 §. 1. n. 17. 18. de pac Conſt* Idq; de mori-
bus præſertim Germaniæ min⁹ dubii habere tra-
dit Weſenb. *d. conſ. 95. n. 18 & ſeq.* adeoq; rectiùs
32 hodie † jurisdictio criminalis, quàm merum im-
perium vocatur, Wehner *in pract. obſ. verb.* Zent/
pag. 70. Ideoq; mandari moribus hodiernis non
minus ac jurisdictio poteſt, quia quæ iure Magi-
ſtratus competũt, mandari poſſint, *l. 1 de offic ejus,*
33 *cui mand.* At merum Imperium † datur hodie ſub
nomine Magiſtratus, & officii ꝑturæ, &c. Thom.
Mich. *de jurisd. concl. 82.* [Quamobrem vendito
34 caſtro & territorio, † cui adhæret merum impe-
rium id ipſum etiam venditum cenſetur, & tran-
ſit cum territorio, quia adhæret adminiſtratio-
tioni, quàm qs habet ratione territorii, Oldrad.
conſil 252 n 7. per l. ult. C ubi & apud quem in integr
reſt. poſtul. Boër. *deciſ. 50. n. 11.* Covar. *pp. quaſt c. 1.*
n. 10. Cravett. *conſil 195. n 4.* Decian. *reſponſ 43. n.*
2 lib. 3. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig convent.*
lib. 4. tit. 24. n. 28. Et lib. 13. tit. 24. n 9. vid. Catol.
Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. n. 48* ubi
de conceſſione territorii in Feudum cui adhæret
merum imperium, Andr. Knich. *de veſtitur. pact.*
part. 2. cap 1. n 59. & ſeq.] adeoq; hodie omnes Do
35 mini territoriales, † ut ſunt Principes, Comites,
Barones, &c. territorii iure regulariter merum
imperiũ in ſuis terris exercent. Confer Tileman.
de Benign. *in ſyntagm. deciſ. Cam. 1. vol. 1. n. 16. &*
36 *ſeq*] Sic & hodie præſcriptione † acquiritur me-
rum imperium, quod olim non niſi ſpeciali lege
concedebatur. Item prorogatur. Unde quæ præ-
ſcribi & prorogari poſſunt privatorum conſenſu,
37 etiam cõcedi poſſunt. Quicquid † enim eſt præ-
ſcriptibile illud etiam ceſſibile, idq; uſu ita ſer-
vari notius eſſe, quàm ut ulla probatione indige-
at, teſtis eſt Paurmeiſter. *d. lib. 1. c 24. n. 22. verſic.*
quia verò, ubi contraria reſolvit, Weſenb *in parat.*
ff de jurisd. n. 11. in fin. Jure Canonico idem obti-
38 net; quicquid † enim eſt cognoſcibile idem etiã
delegabile, *c. in Archiepiſcopatu & ibi gl. x. de ra-*
ptor. c. quod ſidem & ibi gl x. de off. ord. Felin. *in c. ſi-*
gnificaſti de offic. poteſt jud de leg. Jaſ. *in l. Imp n 24.*
add. c. ult. Ne Cler. vel Monachi in 6. c. ult. x. de offic.
judic. ordin.
39 Olim itaq; hoc Imperium † erat merum, hoc
eſt, à Magiſtratuum officio ſeparatum, hodie v.
plerumq; annexum, Diſſ. † qui etiã hodie Impe 40
rium merum mandari non poſſe aſſerit, ſed
quando Publici iudicii exercitium à Principibus
Dynaſtis alicui committitur, cum non delegatã
ſed propriam iurisdictionem exercere; quia ei
non mandatur iurisdictio, ſed lege & conſtituti-
one viva, à Dominis traditur. Reſp. ſi illa ratio ve-
ra † eſſet, nulla inter ordinarios & delegatos eſ- 41
ſet differentia, cum eadem viva lege, hoc eſt, eo-
rum qui iurisdictionem habent arbitrio, etiam
in cauſis civilibus ordinarii iudices conſtituan-
tur. Deinde modus deferendæ iurisdictionis à
lege & à Principe ſemper fuit diſtinctus. Deniq;
aliud eſt lex publica de qua *in tit. d. ll.* aliud lex
privata vel cõventionis, de qua *in l 8 de praſcript.*
verb. ſi in lege, ff. locat. Nec tamen inde omnis dif-
ferẽtia † inter merum & mixtum Imperium, ſed 42
tantùm in hoc tertio ſublata, Thom. Mich *de ju-*
risdict. concl. 82. De gradibus huius imperii *Dd.*
allegati paſſim Paurmeiſt. Treutler. Mich. Weſ.
Matth. Steph. Muſcorn. & alii.
Et hinc etiam eſt, quod cum olim tres ple-
rumq; ponerentur ſpecies † iurisdictionis, me- 43
rum ac mixtũ Imperium, & iurisdictio ſimplex:
hodiè verè omnium locorum præſertim in Ger-
mania, conſuetudine, iurisdictio in altam & Baſ-
ſam, ſeu ſuperiorem & inferiorẽ tribuitur, in die
hohe/ ſeu Ober vnd vntergericht/ ita ut tam me-
rum quàm mixtum Imperium vocabulo altæ iu-
risdictionis contineri exiſtimetur: Simplex verò
iurisdictio vocabulo Baſſæ ſeu inferioris iurisdi-
ctionis, Weſenb *d conſ. 95 n 20.* Matth Wehner.
in pract. obſ. verb. Gericht *& verb.* Vogtey/ *p 666.*
[Hinc Referens apud Gylman. per verba, inquit,
noſtratia hohe vñ nieddre Gericht/ omnimodam
ſolere comprehendi, quæ merum & mixtum im-
perium cum ſimplici iurisdictione complectitur
per allegata ibid part 1. tit. 2. de reconventione. fol. 97
n. 121.] Altæ † iurisdictionis in ſpeciem qui habet 44
ſimul & merum & mixtum Imperium habere cẽ-
ſetur: Inferiorem † ſeu Baſſam iurisdictionem 45
habens non tantum ea quæ vulgò ad ſimplicem
iurisdictionem referuntur, ſed & nonnulla ex iis,
quæ mixti imperii eſſe reputantur exercere po-
teſt, ut alios à ſe allegatos tradit, Beſold. *de juris-*
dict. Imp. c. 29. pag. 63. Ad hanc pertinent omnes
cauſæ † pecuniariæ, actiones perſonales & poſ- 46
ſeſſoriæ, non privilegiatæ. Item cognitio modi-
corum exceſſuum, ſecundum Manſuer. *in pract.*
forenſ. tit. de judicib. eorumq; jurisdict, n. 14. quem

allegat Coler. *de Processib. executiv. part. 2. c. 1 n. 125*
in fin. Et etiam in jure Saxonico cautum, daß in
die Erb oder Untergerichte gehören alle Bürger-
liche Sachen / als Schulde / Gülte / Schäden/
Pfandung / Güter / ligende / stehende vñ fahrende/
beweglich oder unbeweglich / die betreffen viel oder
wenig / hoc est, ad jurisdictionem inferiorem per-
tinere omnes causas civiles, veluti ubi agitur de
nominibus debitorum, reditibus, damnis, pigno-
rationibus, bonis sive mobilibus sive immobili-
bus aut se moventibus sive magnæ sint causæ si-
ve exiguæ, per ea quæ tradit Daniel Moller. 4.
semestr. c. 45. ubi casum illum discurit ad cuius ju-
risdictionis curam infantis expositi cognitio &
alimentatio spectet, item, quod cura furiosorum
ad superiorem seu altam iurisdictionem perti-
neat.
47 Et nota quod licet olim † solius Cæsaris fue-
rit infeudare de iurisdictione superiori, & iure
gladii prout apparet ex textu Landrecht / *lib. 3.*
art. 53. §. Feudum seu jurisdictio Feudalis, hodie ta-
48 men † etiam ab aliis inferioribus ordinibus impe-
rii, puta à Ducibus, Marchionibus, Landgraviis,
Comitibus fieri consuevit, qui bene meritos Va-
sallos, de certis castris vel mansis, cum omnimo-
da iurisdictione subinfeudãt, ex inveterata qua-
dam consuetudine, reste Wesenbec. *cons. 45. n. 36*
Borcholt. *de Feud. c. 4. num. 12.* Coler. *de Processib.*
d. c. 1. num. 127. ubi plura vide eleganter tractata
de hisce iurisdictionum speciebus. Quid vero †
49 si in investitura simpliciter repetiatur verbum
Gerichte / vel verba mit den Gerichten / an non
solùm inferior, sed etiam superior contineatur,
videlarè differentem Wesenb. *consil. 59. nu 19. &*
mult. seqq.
50 In Palatinatu, † Franconia, vicinisq; locis iu-
risdictio in Centam vel potius Centenam & Vo-
51 gteiam distinguitur. Illa est † noxarum præsertim
capitaliũ animadversio & coërcitio, Andr. Knich
de jur. territ. c. 4. n 33. & vulgò dicitur, Zent / Zent-
barkeit / Malefitzrechte / Malefitzische oder Zent-
barliche Obrigkeit / die hohe Zent / Zentgerichte/
Halßgerichts Obrigkeit. In Bavaria & locis vici-
nis, die Fraiß & Fraißliche Obrigkeit / alibi Blut-
bahn / hohe Gewalt / hoch vñ halßgerichtliche Ge-
rechtigkeit / Marth. Wehner. in practic. obs. verb.
Zent p. 700. Dominus cui competit, Zent / Zent-
herr. Item, Fraißherr vocatur, Knich. *d. c. 4. n. 34.*
ubi etiam in seqq. ubi de origine huius verbi, eru-
ditè disserit, Casus ad hanc iurisdictionem perti-
nentes, dicuntur zentbare Fälle / Zentfälle. Perso-
næ so in der Zent gesessen und gehörig / zentbare
Unterthanen / ut & bona sub ea sita zentbare Gü-
ter dicuntur. Judicium criminale Zentgerichte/
Judex vel Præses Zentgraffe / Wehner *d. verb.*
Zent † seu centena, quædam sit universalis & o- 52
mnigena, quædã specialis & limitata. Illa est quã-
do quis habet omnium omninò etiam leviorum
delictorum animadversionem & coercitionem
indistinctam, zu Dorff / Strassen und Feld / so
weit sich der zentbare Grund und Boden erstre-
cket: Hæc verò est, cum quis in alieno territorio,
certorum criminum coërcitionem pacto, cõsue-
tudine vel præscriptione quæsitam habet, quam
vocant Weißthumb / Andr Knich. *d. c. 4 nu. 71.* &
plerumq; 4. grandiora delicta sibi vendicat, die
vier hohe Wändt / vier Hauptrügen / als Mord/
beweister Diebstal / Nothzwang und Brand / vid.
ipsum Wehner. *allegat loc hac de re latè differẽtem*
In multis locis iudices, qui habẽt notionem cau-
sarum † criminalium & Processui criminali præ- 53
sunt, dicuntur Scabini Blut Schöpffen. Vox Sca-
bini nomẽ est iudicum, quod ex Hebraica lingua
deflexum dicit Cuiac. *in tract. Feud. ad tit. 4 p. 38.*
[adde Cothman. *consil. 17. n. 18.*]
Apud Romanos † criminales iudices dicebán- 54
tur Triumviri capitales, Don. Garſ. Mastrill. *de*
Magistratib. lib. 5. c. 8 nu. 52. Item quæstores par-
ricidii, qui à populo constituebantur, *l. 2. §. &*
quia 23 ff. de origin. jur. Et hi non habuerunt me-
rum Imperium, † sicut nec Scabini moderni, sed 55
tantum cognitionem de veritate criminis, ad-
eoq; supplicium irrogare non potuerunt, sed in-
quirere duntaxat, & post inquisitionem ad popu-
lum referebant, vid. quæ post alios tradit D. Hel-
fric. Ulric. Hunn. amicus meus *in tractat. de juris-*
dict. polit. part. 1. c 4. q. 1. p. 177. ubi illam tract. quæ-
stionem an merum Imperium unquam privatis com-
petierit.
Vogteia † verò respicit civilem seu inferiorem 56
iurisdictionem, & leviorũ delictorum animad-
versionem, als Scheltwort / Braun-Blawschlä-
gerey / Stossen / Kratzen / Blutrunst / Haarrauf-
fen / &c. Knich. *d loc.*
Est autem Vogteia † verbum valde ambiguũ, 57
nec specialem significationem admittit, sed pro
cuiusq; provinciæ, loci & civitatis consuetudi-
ne usurpatur, VVehner. *in pract. obs. verb.* Vogtey
vers. & in superiorem quæ territorii ius, & infe-
riorem, quæ iurisdictionem Bassam respicit, di-
vidi-

viditur. *Est igitur, ubi sub initio illius verbi de notatione & origine hujus vocabuli eleganter disserit.* [De huius dictionis Vogten/ Et Vogt Notatione †ita scribit, Petr. Scriveri *in obs. ver. Gelric. ad*
58 *Chronic. Gelr.* Vocht ex Latino, verbo corrupto Voget/ quasi vocat, dictum, Advocatus, Administrator, Gubernator. In rhythmis Teutonicis antiquis, Römisch Voget/ & Voget vom Rome. Item Himelscher Voget/ der Werlte Voget/ hoc est, Deus Imperator cœli & terræ. Atq; adeò quicunq; imperium habet, eo nomine comprehenditur, veluti Duces & Principes. In Historia Theoderici Veronensis, der Edil Voget von Berne. Ita hodiè Provinciarum & Ditionum Præsides, Landvogt: Castellorum Præfecti, Burgvogt/ Monasteriorum Advocati, Kastenvogt. Et vetustis temporibus totum Geldriæ tractum dictum fuisse die Poochdie: Unde dubitari posset, an tractus ille ab Advocatis Geldriæ ita dictus, an verò à loco, ipsi præfecti, sive Advocati Poochden appellati sint. Hactenus Scriver. *alleg. loc. de præfectu Geldr.* & quomodo ista ditio ad Nassovios Comites pervenerit; Confer Andr. Knich. *de autocrat. n.* 864 *& seq* vid. etiam quæ de hac dictione Vogten/ post VVehner. omninò videndum, novissimè scripsit Dn. Besold. *in Thesaur. practic. verbo* Vogten/ *lit. V.* §. 48.

59 Incidenter hic paucis disquirendum duxi, quid de mulctis sentiendum † & ad quam iurisdictionis speciem illæ referendæ? Sunt qui mulctas referunt ad merum Imperium, Bart. *ad l. Imperium, n.* 12 *ff de jurisd.* Rol. à Vall. *cons.* 42 *num.* 2 *vol.* 2. Thom. Mich. *de jurisd. concl.* 68 *lit. l.* Imò mulctã & pœnam quantumcunq; levem de mero Imperio ultimi tamen gradus esse dicit, Bart. *d. num* 12 Jacobin. de S. Greg. *in tr. de Feud. in verb. mero & mixto Imperio,* quos decisivè adducit Dn. Referẽs *in causa* Jngelheim *contra* Pfaltz/ apud Meichsn.
60 *Tom.* 2. *lib.* 2 *fol.* 138. Et inde mulctæ † & pœnæ Bussen und Straffen/ Frevel und Brüchen dicuntur fructus meri Imperii, Bart. & Bald. *ad l. fin. ff. solut. matrim.* Nicol Boër. *decis.* 180. *n* 4. Johan. Köppen. *decis.* 30. *n* 35. Johan Gœdd. *in resp jur. de de restit. Baron.* Wallend. *nu.* 329. Inde etiam erat,
61 quod Mulctæ † ad maiores Magistratus pertinebant, quibus publicè iudicium erat, *text. in l.* 2. §. *fin. ff. de jud.* qui ve cum Imperio erant, *l sacrileg.* § *fin. ibi is qui Imperio utitur ff ad L Iul. pecul l fin. C. de mod. mulct. fac. l. aliud; rans* §. *inter mulctam & ibi* Alciat. *de V. S.* Donel. Gars. Mastr. *de Magistrat. lib.* 3. *c.* 10 *n.* 344. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *cas.* 74. *num* 9. *& seqq.* Prosp. Farin. *in pract. Crim. q.* 18 *num.* 46 ubi post Jasonem scribit, non omnem iudicem iurisdictionem habentem mulctare posse, sed eum qui est in Magistratu & mero Imperio.

Sunt etiam qui mulctas † referunt ad mixtum 62
Imperium *arg. l.* 9 *ff ad L. Iul. pecular.* Ruland. *de commiss part.* 1 *lib.* 3 *c.* 9. *n.* 8. VVehn. *in pr. obs verb.* Bussen/ ubi id ita in Camera consideratum fuisse testatur in causa Jngelheim contra Pfaltz/ [Confer Meichs. *decis* 1 *n* 9. *Tom.* 3.]

Sunt qui mulctæ † dictionem referunt ad sim- 63
plicem iurisdictionem, Gœdd *ad l.* 131 §. 1. *n.* 6. *in fin.* & ideò mandari posse, *l. mores l. seq. ubi Dd. ff. de jurisd.*

Sunt etiam qui † mulctarum & pœnarum cõ- 64
pendia Regalib. annumerant *per text. express in c. un.* & ibi Itern. Afflict. *& Dd. communiter, quæ sint regal. in usib Feud.* Vult 2 *Feud. c.* 5 *n* 7. *vers.* 8 Rosenth. *de Feud. c.* 5. *concl.* 49. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 46.

Has opiniones † ita conciliari & declarari pos- 65
se existimo, si dicamus, pro diversitate iurium competentium, itemque casuum & causarum, propter quas mulcta venit imponenda, eam aliquando esse meri Imperii, aliquando mixti, aliquando simplicis iurisdictionis, aliquando de Regalibus. Ad merum Imperium † mulcta rectè 66
refertur quatenus pro delictis, quorum coërcitio & animadversio meri est Imperii, imponitur, maximè si pœna corporalis pro tali delicto imponenda mutetur in pecuniariam. Et ita procedit Bartoli dictum, mulctam & pœnam quantũvis levem esse meri Imperii, si pro delicto cuius coërcitio est meri Imperii, & Nobili iudicis officio ad publicam utilitatem, ne videlicet delicta maneant impunita expeditur, & fisco applicanda imponitur *l. levis mulcta C. de mod. mulct.* Jas. *in l.* 2, 3 *&* 4 *ff de jurisd.* Meichs. *tom.* 2. *lib. dec. s.* 6. *nu.* 47 *fol.* 625. Ad mixtum Imperium † refertur mul- 67
cta, si illa ex causa ad mixtum Imperium pertinente, vel si pro eiusdem tuitione imponatur, ut si quis resistat iudici mittenti aliquem in bonorum possessionem, vel alio modo mixti Imperii executionem contumaciter vel pertinaciter impedire conetur.

Ad simplicem iurisdictionem † pertinẽt mul- 68
ctæ quatenus sunt civilium delictorũ coërcitio, kleine oder gemeine Frevel zu straffen/ Meichsn.

d. decis. 6 num. 46. in fin. Nam licet regulariter, ut supra dictum est, mulctæ dictio Maioribus Magistratibus, quibus publicè iudicium datum est, competat. [Imò de iure ad Regalia refertur, eò tamen hodiè deventum est, ut huiusmodi com-
69 pendia mulctarum † censeantur esse fructus iurisdictionis, & Magistratibus pro modo suæ, cuiusque iurisdictionis debeantur, Bald. in l. 1. num. 10. C. de fructib. & lit. expens. Menoch. remed. recuper. 9. numer. 321. Wesenbec. in paratit. C. de mod. mulctar. Et ita responderunt Marpurgens. 2. consil. 27. n. 57. q. ibidem adductis quibusdam Impe-
70 rii Constitutionibus firmant.] Indeq; Minores † etiam Magistratus, qui simplicem tantum iurisdictionem habent, mulctę irrogandæ facultatem habent, non quidem principaliter, sed incidenter, ad defensionem & tuitionem iurisdictionis sibi competentis, aliàs enim iurisdictio sine modica coërcitione planè redderetur elusoria, l. cui iurisdict. ff. de iurisd. l. un. ff. si quis ius dicent. non obtemp. ubi Ulpianus dicit, Omnibus Magistratibus, secundum ius potestatis suæ (quæ verba optimè iuvant hanc nostram declarationem) concessum esse iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio, Afflict. in d. c. un. verb. mulcta, nu. 7. Speculat. de sentent. §. species vers. sed nunquid titulus, Don. Garf. Madrill. de Magistratibus lib. 3. c. 10 num. 345. [vid Philipp. Math. d. consil. Marpurg.
71 27. num. 57. vol. 2. Nolunt enim leges † mandata iudicum & Magistratuum etiam inferiorum seria, eludi aut suspendi temeritate subditorum, l. si prætor in princ. ff. de iudic. l. ult. ff. ne quid in loc. publ. Johan. Oldendorp. Class. 1. action. 2.] Et licet
72 quidam Magistratus † liberam habeant mulctandi potestatem, Speculat. de sent. § 1. num. 12. hi tamen qui inferiorem seu simplicem iurisdictionem usurpant, plerumq; restrictam habent ad certam quantitatem mulctandi potestatem.
73 Indeque licet mulcta arbitraria † sit, intra tamen non supra modum Magistratibus cõcessum idipsum intelligendũ, l. 1. & l. fin. C. de mod. mulct.
74 Rosenth. de Feud. c. 5. concl. 49. nu. 6. [Hinc † si in præcepto iudicis pœna adiiceretur inconsueta & alioquin intolerabilis, videlicet in causa civili, corporalis vel in modicis pœna pecuniæ, tale mandatum repudiari posset, Angel. in l. ult. C. Canon. largit. Johan. Oldendorp. d. action. 2. vers. Unde si, Class. 1. addens ibidem, quod insolita fraudem arguant, per glos. in l. qua sub condition. ff. de
75 condit. inst.] Et mulcta insolita, † quæ contra communem stylum & consuetudinem irrogatur iniusta censetur, Angel. in l. f. C. de Canon. largit. Bertach. in repert. in verb. mulcta vers. 21. Boss. de mulct. num. 13. Meichs. Tom. 3. decis. 16. fol. 642. in fin. Et inde regulariter à mulcta appellare licet l. in mulctis, C. de appellat. Idque crebriori calculo in Cameta obtinuisse scribit Mynsing. 3. observ. 43. & 4. observ. 41. add. Sixt. d. c. 8. num. 28. & seqq.

De Regalibus † verò mulcta censetur, quate- 76
nus alicui tanquam regale mulctandi ius per investituram, aut privilegium cõceditur: vel quatenus pro tuitione & defensione Regalium mulcta imponitur. [Sic habens Regale conducendi ius, violatoribus & transgressoribus mulctam imponit, etiam in alieno territorio, dahero wehrende Gleit uff der Gleitsstrassen gefrevelt. Quæ mulcta exigitur vigore prædicti Regalis conductus Salvi, quod etiam in communi usu quandoque appellatur, die Gleitliche Obrigkeit.] vel etiam quatenus est magna inferens privationem bonorum, d. c. un. quæ sint regal. Et ita etiam quandoq; censetur inter iura superioritatis. Gœdd. in resp. iur. de vestit. Baron. Wallend. n. 325. in fin. Et sic
etiam hodie † merum & mixtum Imperium ad 77
regalia refertur, Zas. de Feud. p. 5. num. 11. Meichs. tom. 2. decis. lib. 2. decis. 4. num 137. in fin. Roland à Vall. cons. 47. vol. 2. Thom. Michael. de iurisdict. concl. 66. in fin. Vultei. de Feud. c. 5. num. 7. vers. atq; hæc sunt regalia, Wehn. in pract. observ. verb Zent/ pag. 699. Et ita, salvo aliorum iudicio, puto in hoc articulo commodè varias Dd. opiniones
conciliari posse. Differt autem mulcta à pœna, † 78
tanquam species à genere, ita ut quidem omnis mulcta pœna sit, non tamen omnis pœna, sed ea saltem, quæ in pecunia consistit, mulcta dici meretur, alias mulctæ & pœnæ differentias, vid. apud Gœdd. in d l. 131. §. 1. & apud Sixtin. de regalib. lib. 2. d. c. 8. ubi à num. 4. usq; ad 39. adducit octo mulctæ & pœnæ notabiles differentias.

Quæ de mulcta dicta sunt, eadem etiam ferè
in carcere obtinent. Nam licet Carcer † regu- 79
lariter sit nota iurisdictionis criminalis, Ernest. Cothman. resp. Academ. 31. num. 22. & seqq. & meri Imperii, Bald. in l 2. de iurisdict. & Bart. ibid. Hieronym. Schurff. 3. cons. 71 nu. 13. in fin. Meichs. Tom. 2. lib. 2. fol. 257. in fin. [Gylm. in symphor. part.
1. Tit. 2. vot. 1. n. 124. fol. 99.] Perpetuus quidem † 80
ad primum gradum meri Imperii refertur per ea quæ tradit Thom. Michael. de iurisdict. concl. 77. lit.

81 77.*lit. E.* Temporarius † verò vel ad secundum,
vel ad tertium gradum pro qualitate delicti, &
in causis vel ad secundum vel tertium gradum
Imperij meri pertinentibus. Et in genere incar-
82 ceratio † etiam ad tempus, ad effectum punien-
di, Thurnstraff/ meri Imperij esse censetur. Bolo-
gnet. Caccialup. & alij *ad l. Imperium de jurisdict.*
quos allegat Besold. *de jurisdict. Rom. Imp. c. 21. p.*
83 64. Quoties tamen incarceratio, † ex causa etiã
criminali eo fine fit, ut captus alteri remittatur,
ad actus meri Imperij non refertur, *arg. l. defen-
sores 7. C. de defensor Nov. 15. c. 6. §. 1. Divus Pius de
84 Fugitiv.* Et tunc demum Carcer † jurisdictio-
nem tribuit, quando incarcerans de crimine
cognoscendi & simul coërcendi, jus & potesta-
tem habet, neque delinquentem ad aliud tribu-
nal remittere cogitur, Natt. *consil. 636. num. 122.*
Gylman, *in Symphorem. supplic. part. 1. tit. 2. vot. 1. in
causa* L. B. M. *contra* die Statt L. Ern. Cothm.
85 *resp. Acad. 1. n.* 410. Nã Carcerẽ † habere, nõ esse
meri Imperij, sed in Carcere tenere, & de Carce-
rato cognoscere, animadvertẽdo videlicet, vel
dimittendo, post Capu & alios notat Dn. Refe-
rens *in causa* Herrn F. G. zu O *contra* das Dorff
B apud Meichsner. *Tom 3. decis. 23 n. 41. ubi plu-
ra hac de re [Et decis. 33. n. 58 & seqq. Tom. eod.* Gyl-
man. *in symphorem. Tom. 2 part. 1. vot. n. 60. & seq.*
Et de tota hac materia vid. quæ tradit Paul. Matt.
VVehner. *verb.* Gefängnuß/ *in observ. suis.* Be-
sold *in Thesaur. pract. verb. eodem. lit.* G §. 14.]

86 Aliquando † etiam in levioribus & civilibus
delictis carcer vel ad mixtum imperiũ, [Johan.
Gœdd. 3. *consil Marp 33. num. 123*] vel jurisdictio-
nem inferiorem refertur, & vocatur Bürgerliche
Gefängnuß/ Bürgerlich Gehorsamb. Et quili-
bet jurisdictionem habens posset contumacem
Carceris pœnâ, modò carcerẽ habeat, cohibere.

Et notent studiosi Carcerem à Dd. constitui
87 quadruplicem, † unum *pœna*, sive ad perpetuum,
sive ad certum tempus quis pro pœna carceri
mancipatur, quo referunt etiam quidam da-
mnationem in metallum & condemnationem
88 servi ad perpetua vincula, *l. servus 10. Cod de pœn.*
[De jure tamen civili, † perpetui isti carceres,
ewige Gefängnuß/ sunt prohibiti & ignoti, *l. aut
damnum, §. solent. 9 ff. de pœn. l. incredibile, 6. C. eod.
tit. l. Mandatis, 35. ff. eod. tit. de pœn.* Besold. *d. verb.*
89 Gefängnuß/ *p. 317. col. 1.*] Alterum † *custodia*, quæ
tamen tendit tandem ad pœnæ executionem,
adversus carceratum faciendam, *l. Divus, 3. ff. de
custod. reor. l. nemo carcerem, C. de exactor. tribut.* 90
Tertium † *pœnitentia c. quamvis ibi*: in perpetuũ
vel ad tempus carceri mancipes ad pœnitentiam
peragendam, *de pœn. in 6 c. fin. de hæretic. eod. l. aut
damnum, §. soleat. ff. de pœn. l. qui neq; 48 §. solutum.
l. vinculorum, l. verum, 218. de V. S.* Quartus est
Carcer † *debitorum*, vulgò Schuldthurn/ qui ne- 91
que pro pœna, neq; pro custodia aut pœnitentia
usurpatur, sed eo fine adhibetur, ut tantisper hæ-
reat reus, in locis pro carcere deputatis, donec
satisfiat creditori, eum vocant carcerem *tadij.*
Johan. de Platea *in d. l. nemo Carcerem*, Colet. *de
Processib. Executiv. p. 1. cap. 6. num.* 8. 9 10. vid. quæ
de carceribus & carcerat. tradit Ruland. *de
Commiss. p. 2. lib. 4. cap.* 1. & Farinac. *in tractat. suo
criminali.* [Sunt etiam Carceres Domestici &
privatorum, † qui regulariter prohibiti, *tot. tit.* 92
C. de privat. Carcer. Includens enim liberum ho-
minem, vim committit publicam, *l. 1. Cod. de vi
publ.* Gylman. *in symphorum* Tom. *1. tit. 1. vol. 4. n.
19. fol.* 38. Imò tanquam alienam jurisdictionem
usurpans, læsæ Majestatis crimen incurrit, & ca-
pitis pœnâ plecti potest, per tradita Farinac. *de
Carcer. & Carcer. q 27. num. 9. & seqq.* ubi plenè
*de pœn. privat. Carcer. & de crimin. læs. Majestat.
quæst. 113. num. 14.* nisi in casibus † à jure expres- 93
sis, ut est in *l. Divus ff. de offic. præsid.* Item in debi-
tore fugitivo juxta tradita Andr. Geil. 2. *obs.*
44 *num. 1. & seqq* Mynsing. *observat. 69. num.* 10.
cent 5. hoc tamen casu posteriori ultra 20. horas
captum tenere non licet, *per l. capite 25. & ibi*
Bart. & Dd. *ff. ad L. Iul. de Adulter.* Farinac. *de
Carcer. & Carcerat. quæst. 27. num. 21.* ubi plenè de
hac materia. Parentib. tamen & Dominis, † li- 94
beros suos, servos, famulos ac subjectos, casti-
gandi atque à malo coërcendi gratia, vinculis
detinere & carceribus mancipare, sine privati
carceris crimine licere, absque tamen jurisdi-
ctionis specie, notat *gloss. fin. & ibi* Hosticns. Joh.
Andr. & Panorm. *in c. quemadmodum, x. de jure-
jur. l. consensu & Auth sed novo jure, Cod. de repud.
text. singul. cum gloss. in c. placuit. 33. q. 2.* Referens
apud Gylman *in symphorem. Tom. 2. part. 1. vot. 1.
n. 63. fol. 29.* Et iisdem formalibus apud Meichs-
ner. *Tom. 3. decis. 33. num. 172.*]

Ad effectum jurisdictionis † pertinet ut hodie 95
alienam jurisdictionem turbans, territorium
violet. Geil. *lib. 1. de pace publ. cap 16. num. 27. cum
seqq.* & pœnâ fractæ pacis teneatur, *Constitut. Im-
per. promulg. Anno 1495. Ab Imper. Maximil.* Myns.

96 *tent.2.obs.29.* Turbare † autem jurisdictionem quis censetur, quando vel alium in suo districtu jurisdictione suâ uti impediat, quocunque modo *§.retinendæ Instit.de interdict.* Vincent. Honded.*2.consf.95.num.23.* vel si in alieno territorio jurisdictionem exerceat, capiendo delinquentē, cognoscendo de delicto & exequendo contra eum. [Et de hac materia vid. omninò Farinac. *de crimin.læs.Majest.quæst.114.n.21.* & *mult. seqq.* Hartm. Pistor.*observ.42.*]

97 Nam neque † jus dicere extra territorium suum *l fin.de jurisd.* neque in alieno territorio capere delinquentem permittitur, Bart. *in l sicut, §.Aristo.Cerellio,num.1.ff de servit. vindic.* Et ita captus ante omnia relaxandus, *arg l.fin ff. de offic. præfect.urb.* & *ibid.gl. in verb. jubere*, *l 3. de offic. Præsid.* Andr. Geil. *de PP.d.c.16.num.27.* Justitiæ
98 † namque ordo confunditur, ubi jurisdictio sua cuique non relinquitur, *c.pervenit,11.q.1.* [Hartman. Pistor.*d.obs.42.*]

99 Quamvis Principes imperij † regalijs sint muniti, & Imperatorem referant, tamen in alterius territorio quoad jurisdictionem contentiosam, pro privatis habentur, *arg l.fin de offic præfect.urb. arg.l.8.de offic proconsf.l.4. de offic. præsid.* Privatus verò non potest exercere jurisdictionem. Imò Privatum exercentem jurisdictionem incidere in crimen læsæ Majestatis post Guid. Pap. tradit Geil. *alleg loc.*[Farinac. *de crim. Majest.d.q 114.per tot.* Inde etiam est, quod inter duos æquales,
100 ille, qui est in suo territorio, dicitur major esse altero, *gl. ff in l. apud eum, de manum. vind.* Anan. *in c.1.de Rapt.* ubi refert dixisse Angelum, quod quilibet minimus Magistratus, in loco ubi gerit officium, major sit quocunque magno, & inde Episcopum in terra sua debere honorari ab Archiepiscopo, vid. omninò Anton. Quett. *consil. 1.num. 14.* Quinimò Archiepiscopum delinquentem extra suam diœcesin, ab Episcopo loci delicti, puniri posse, nisi ille Episcopus esset suffraganeus istius Archiepiscopi, per tradita Jul. Clar *§ fin quæst.35.num 14.* ubi dicit ita Dd. tenere communiter.] De Novissima tamen im-
101 perii constitutione, † propter securitatem publicam & extirpandos maleficos, permissum est, ut si Magistratus aliquis turbatorem Pacis publicæ cœpit persequi, possit eum etiam capere in alieno, ita tamen ut ibid. ubi capitur, captum juri sistat, & nō in alienam, vel suam jurisdictionem, nisi de voluntate Magistratus loci, deducat, R. A. de An.1559.§. So nun in solcher Nacheyl.[vid. Geil.1 *de Pac.Publ.cap.16.num.26.* Mynsing.*2.obs.28.* V Vehner.*in pract observ. verb.* Freybeuther / *circ.fin.* Besold.*in Thesaur.pract. verb.* Nacheil.] Quid verò † si Princeps vel status 102
imperij in alieno delinquat territorio, ad Imperatorem cognitionem pertinere asserit, Rutger. Ruland *de Commissar. pag. 1. lib. 2.cap.3. num. 6.*
[Quid verò, † si Princeps superiorem non reco- 103
gnoscens, in alieno territorio delinquat? ad territorij Dominum hoc casu utique pertinebit animadversio, idq; suo exemplo Mariam Scoriæ Reginam, capite ab Elisabetha Angliæ Regina Anno 1587.18.Februarii, mulctatam docuisse, quod delinquens in alieno territorio & ibi repertus, puniatur in loco delicti, non habita ratione dignitatis, honoris aut privilegij, scribit Gualther. *in Chronol. Ecclesiastico Polit. sub Anno 1587.p m.1135.* Confer Castrensf. *ad l.14.* & *quæ ibi not.ff. de jurisd.* Alberic. Gentil. *de jur. Bell. lib. 3. cap. 8.* ubi plus dicunt, Quod si sint duo Domini unius Castri, † & alter delinquat, quod de- 104
linquens possit puniri ab altero: nec possit dicere, *Par in parem*: quia delinquendo exuat se paritate. Quod tamen non procederet, si ejusmodi condomini superiorem recognoscerent, qui inter eos jus dicere & delinquentem punire posset. Similiter victus à pari, & captus, † victori 105
amplius par non est. Indeq; frustrà Conradinum à Carolo Neapolitano Rege captum & ad mortē damnatum objecisse, quod par in parem non habeat imperium, Alberr. Gentil. *alleg. loc.* monens ibidem quod victo obliviscenda prior, quæ fuit fortuna: reminiscenda quæ est. Quomodo Carolus Burgundus cum Ludovico XI. Galliæ Rege propter violatas pacis conditiones, & Leodiorum auxiliationem Peronæ egerit, recitat Phil. Comin. *l 3.Comment.* vid. etiam quædam apud Simon. Pistor. *inter consil.* Modest. Pistor. *19 n.29 vol 2.* adde Clar *§.fin.q 38 num 3.* & *seqq.*
Legati quamvis de jure gentium † inviolabiles 106
sint, si tamen in Legatione & alieno territorio delinquunt, in eos animadverti potest, per textum. *in l.non alias, ff. de judic.* vid. Ernest. Cothman. *respons.31.num.29.32* & *seq. vol.5.* Similiter Delegatum summi Principis, † cujus major 107
utique quàm ordinarij, dignitas, si in hujus territorio delinquat, posse ordinarium eum jure suo coërcere, post Cyn. Aufret, & Boër. *decis.9.* decidendo tradit Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic.*

Iudic.lib.7.tit.20.defin.49.num.6 & 7. Sed utro-
108 que casu † magna cautela & Prudentia opus est,
ne supremi Principis Majestas hoc modo viole-
tur, & magnum inde ordinario incommodum
exoriatur, ut nostra memoria factum memini,
ubi Princeps quidam qui acerbius egerat cum
Regis sui Legatis in territorio suo delinquenti-
bus, Principatu suo fuit exutus & privatus, ante-
quam causam suam instrueret, & plenè audire-
tur. vid. Cothman. *allegat. resp.* 32. De hac
quæstione confer Alberic. Gentil. *de Legation.*
lib 2.c.8.19.& seqq]

109 Quæ hic dicta sunt de jurisdictione † in alie-
no territorio non exercendâ, non procedunt in
actibus voluntariæ jurisdictionis, ut est, adoptio,
manumissio, emancipatio cum similibus, quia
ista ubiq; locorum quis exercere potest, *l. eman-*
cipari.ff de adoption.l.7.de offic. Proconſ. ubi Pro-
consul etiam urbem egressus, istos actus volun-
tarios exercet. [*gloſſ.2.in l fin ff. de juriſd. & ibid.*
Jas.*in* 1.*limitat.n.6.*Paul.Paris.*consil.*1.*n.*10. *& 11.*
*volum.*2. ubi de legitimatione, facta per Comites
Palatinos ab Imperatore creatos, in Dominio
Venetorum, qui de facto Imperatorem non re-
cognoscunt, quod tamen nihilominus ea subsi-
stat, per tradita ibidem.] Sic Episcopus extra
suam diœcesin confert Sacerdotia, qui est actus
jurisdictionis voluntariæ, *c post electionem de con-*
ceſſ. Prabend.gloſſ.in c novit de offic.legat. Zas. *ad l.*
*fin.num.*16.*ff.de juriſdict.* Potest etiam in alieno
110 territorio, † quis jus dicere, si quoad certas per-
sonas, vel causas, jurisdictionem, ibi fundatam
habeat, ut faciunt Rectores Academiarum, qui
jurisdictionem in studiosos exercent in Acade-
mijs, territorio tamen destituuntur, nec tamen
ibidem jus dicendo id violant.

111 Nam territorium † non est de substantia ju-
risdictionis Ordinariæ, ideoq; specialem jurisdi-
ctionem habens, eam etiam in alterius territo-
rio, quis exercere potest, vid. Meichsner. *Tom.* 2.
*lib.*1.*decis.6,num.*98.& dixi supra *lib.*1.*Claſſ.*5.*c.*1.
*n.*8 9 *& seqq.*

112 Dux exercitus † potest etiam delinquentes in
alterius territorio coërcere, & ultimo supplicio
in eos animadvertere, quæ militaris jurisdictio,
quoad subditos Domino ordinario non officit,
Andr.Knich. *de jur.territor.cap.*4.*nu.* 8. Imò si in
113 alieno territorio † milites delinquant, ad Ma-
gistrum militum remittēdi sunt, *l.*3.*ff de re milit.*
*l.de militibus,l.non est,ff de custod.reor.l.*1. *C. de ex-*
hibend.rei. quod tamen fallit in atrocibus deli-
ctis & enormibus flagitijs, Bartol. *ad l fin.ff.de ac-*
cuſat. Ernest.Cothman *ad tit.Cod.de offic. Magi-*
strat.militib.num 12.13. Hodierno † itaque usu, si 114
crimen sit militare, Magistratui militari, si non
militare & enorme, Magistratui loci animad-
versio competit, Thom. Michaël. *de juriſd. con-*
*cluſ.*94 *& ibi allegati.* [Verùm de more & gene-
rali cōsuetudine belli † Capitaneos de omni cri- 115
mine, per armigeros commisso, cognoscere &
punire, & ad eos recurri solere, post Boër. *de cu-*
stod. Clav scribit Jul.Clar.*lib.*5.*ſentent* § *fin q.* 35.
*num.*24. Et ita in hisce imperii turbis, non ob-
stante distinctione oppositâ inter militare aut
vulgare delictum, remissio à militaribus officia-
libus indistinctè fuit passim flagitata, & plerum-
que impetrata.] Plura de turbatione jurisdictio-
nis, vid apud Honded.*d.consil* 95.& VVesenbec.
*d consil.*31.*per tot.*& plenè apud Farinac. *in pract.*
*Crimin.de crim.laſ.Majeſt.q.*114.*per tot.*

Pulcram adhuc Coronidis loco attingere lu-
bet quæstionem † à paucis tractatam, de qua ta- 116
men consultus respondit Matth. VVehner. Ob
ein Herr eine Mißthätige Person von seiner O-
brigkeit durch eines andern Obrigkeit widerumb
dahin/da er seine Obrigkeit hat/zu führen Macht
habe od' nit. An videlicet sine violatione territorij
captū in suo territorio, p alterius Magistrat' ter-
ritoriū isto irrequisito, ad aliū locū sui territorij
ducere possit. [Vid.& Bidenbach.*quæſt.Nobil.*11.]

Et ex præcedentibus videtur id ipsum negan-
dum; quia capere † in alieno territorio, & capti- 117
vum per id ducere, videntur pari passu ambulare,
& factum successivum medium à primodio se-
parari non debet. [Confer Alberic. Gentil. Ad-
vocat. Hispan. *lib.*1 *cap.*6. *& cap.ſeq.& praced.*]

Affirmativam † tamen defendit VVehner. *in* 118
consil.Francon 92.*per tot.* Nam ad cognoscendum
utrum loci alicujus jurisdictio turbetur inspi-
ciendum est, num actus turbativus, jurisdictio-
nem alterius, in alieno territorio usurpetur, qua-
lis est captura, quæ ad jus terrendi seu submo-
vendi, hoc est, capiendi, & in captivum exequē-
di pertinet, *l. pupillus,§.territorium de V. S.* Cum
jure autem terrendi † seu submovendi & capien- 119
di, & in captivum exequendi, quod territorio
adhæret, nihil commune habet jus ducendi ca-
ptivum, cum captivus in loco competēti jam sit
submotus, ideoque nec illius per cujus territo-
rium jam submotus ducitur, territorium violati
aut ejus

aut ejus jurisdictio in terrendo, submovendo seu
120 capiendo violari potest. Deindè via publica † *die gemeine Landstraß* / cujuscunque territorii attingat, cuivis ad usum licitum præsertim Reip. tuitionem patere debet, *tot tit ff. de locis & itinerib publ junct. seqq.* Jam verò licitũ est delinquentem in suo territorio capere, & adversus eum in suo territorio statuere. Ergò etiam licitum erit eò perducere, ubi commodè executio fieri po-
121 test, *l. 2. ff. de jurisd.* Si tamen † in alieno territorio per quod ducitur captivus evaderet, ibidem, postquam se quodammodo in libertatem recepisse, capi de novo non posset, ut idem VVehner, *d. loc. statuit.* Quod tamen apud me propter antea allegatam imperii constitutionem, de An. 1595. §. *So nunmehr solcher Nacheil* dubium habet. Si enim
122 maleficum † & violatorem pacis publicæ, quem quis cœpit in suo territorio prosequi, in alieno etiam persequendo capere possit, ita tamen ut ibi ubi captus est juri sistat, multò magis eum qui jam in suo captus in alieno evasit, ad hunc effectum, ut ibi, qui denuò captus, juri sisti possit, capi licebit. Plura hac de re, vid. apud VVehner. *d. cons* ubi principalis quæstionis affirmativam sententiam usu probari asserit, *sub n. 7.* [Negativam verò eleganter & non contemnendis rationibus firmat Alberic. Gentil. Hisp. Advocat *lib 1. cap 6.* ubi Imol. ita respondisse *cons 51.*
123 refert. Et ita arguit: † Nullam vim licitam esse in territorio alieno. Captivi autem inviti, non nisi per vim compulsivam duci possunt: Neque enim tum solum fit vis, cum quis, & eum quid per vim capitur: Sed & tum eum per vim ducitur, *per gloss. C. ubi de possess. ag oport.* Angel. *consil. 363 in fin.* Vim fieri utrobiq; & ubi capitur & ubi detinetur. *Et cap praced.* dic[i], quod mutato territorio, mutatur potestas terrendi. Cui accedit, quod is qui captivum ducit per territorium alienum eundem in eo terret, in quo præsupponendum venit jus terrendi, cum captivus sine terrore duci non possit, verùm hac in re cujusq; regionis usus erit inspiciendus, quo deficiente, dubitarem ab Albet. Gentil sententia recedere.]

⁂

CLASSIS III.

CAPUT I.

DE ARMORUM PRÆSIDIO, ET *belli jure in genere ejusq; justitia.*

SUMMARIA.

1. *Continuatio. Legiones & arma sinistrum mundi brachium. Ubi vi res geritur leges sine moribus nihil proficiunt.*

2. *Pace nihil optabilius, si justa sit, aut honesta.*

3. *Nihil aut faciendum injustè, aut patiendum turpiter, ut pace fruamur.*

4. *Pax ita colẽda, ut justitia, veritas, & pax osculentur se invicem. Ubi justitia non est fundamentum, nullum pacis potest esse ornamentum.*

5. *Bellum gloriosum turpi pace est optabilius. Iustum & honestum bellum etiam inhonestâ pace utiliter ac feliciter immutandum. Pacem optas voluntas, bellum cogit necessitas.*

6. *Bellum per se, & ratione finis res bona, & Christianis licita. Pax est belli optabilis finis.*

7. *Primum bellum in sacris & profanis historiis.*

8. *Belli definitio.*

9. *Belli jura non minus fortiter, quàm justè gerenda. Iustitia belli undè æstimanda?*

10. *Bellum justè à Principe Romano, aliisq; Regibus, & populis superiorem non cognoscentib. suscipitur.* 11. *Ad effectum supremæ jurisdictionis & summæ potestatis refertur, belli suscipiendi auctoritas.*

12. *Belli suscipiendi auctoritas atq; consilium penes Principes est.*

13. *Arma sine Principis jussu sumens, Majestatis reus judicatur.* 14. *Novissimo jure, violati territorii & pacis fracta reus agitur.*

15. *Supremi Principis auctoritas ad arma & rixas procedere non patitur, quos potest jurisdictione suâ compescere.*

16. *Iure gentium certum est, ubi jure agi potest, ab armis esse abstinendum. Nimia armorum fiducia maxima calamitatis initium esse solet.*

17. *In Camera Imper. vel in Aula Cæsarea contra arma moventem avocationes sub pœna banni decernuntur.*

18. *In omni superiorem recognoscente præsumitur bellum injustum.* 19. *Et vice versa, à Principe vel alio superiorem non recognoscente indictum justum præsumitur.*

10 21.

20 21. *Germaniæ Principibus concessum est conscribere milites in propriam & aliorum salutem, secundum formam tamen in imperii constitutionibus præscriptam.*

22. *Prædicta de Principibus inferioribus quando procedant? Melius est in tempore occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere.*

23. *Etiam quilibet status imperii & Dominus subditos suos inobedientes, contumaces & rebelles bello & armis invadere potest.*

24. *Nec hoc casu superioris avocatio locum habet.*

25. *Principes Italiæ bella movent pro arbitrio, & pacem etiam inconsulto Imperatore stabiliunt.*

26. *Imperator solus jure Majestatis in imperio jus indicendi belli habet, de consensu tamen & consilio statuum imperii, &c.*

IN præcedenti Classe actum de legibus, quæ
dextrum dicuntur Mundi Brachium. Nunc e-
1 tiam quædam de Legionibus & armis † sinistro
mundi Brachio, secũdum Accursium paucis age-
mus. Ubi vi res geritur, leges sine moribus nil ꝓ-
ficiunt, R. A. *de Anno* 1522. *in pr. & de An.* 1579. §.
Alsdann auch/ *Ord. Pac publ de An.* 1495. *in princ.*
Et ubi deficit jus supplet ensis, Bald. *in c. 1 de Treuua & Pac.* Neviz. *in sylv. Nupt. lib. 4 sub n.* 136.
p. 376. Nam leges inter arma silent teste Tull. *pro Milon* Unde Cajus Marius dixisse fertur, se tempore belli ꝓpter strepitum armorum leges audire nõ posse, ut refert Hieron. de Cævall. *in specul. comm. opin. contr. commun q.* 906. *n.* 4. Hinc Poëta:

Imprecor arma armis.

2 Quamvis enim pace † nihil sit optabilius, si
justa sit aut honesta, juxta dictum Jehovæ, dabo pacem in finibus vestris, dormietis & non erit q exterreat, *Lev.* 26. *v.* 20. *Jos.* 1. *vers.* 15. *Num.* 3. *v.* 22 26. *Esa.* 23. & *c.* 32. [Confer Wilhelm. Ferdin. ab Effern. *manual: Politic. lib.* 5. *punct.* 6] nihil tamen
3 † aut faciendum injustè, aut patiendum turpiter,
ut pace frui valeamus, Polyb. *lib.* 3. *hist.* Warem. de Ehrenberg/ *lib.* 1. *de Fæderib. c.* 2. *n.* 96. Psalmistę
4 consilio ita pax † colenda, ut justitia, veritas &
Pax osculentur se invicem, *Ps.* 85. *v.* 12. fac. R. A. zu Wormbs/ de A. 1521. in pr. ibi, Fried vñ Recht/ R. A. de A. 1546. § Dieweil/ ibi: Fried vñ Rechts/ & ferè semper hæc duo, Fried vnd Recht/ pax & justitia in imperii Recessibus conjunguntur & conjungenda sunt. Nam ubi justitia non est fundamentum, nullum pacis potest esse ornamentũ.
5 Bellum † gloriosum pace turpi est optabilius,
Francisc. Zoannet. *de Rom. Imp. n* 1. Vetus planeq; verum verbum Taciti: Justum & honestum bellum etiam inhonestâ pace utiliter ac feliciter immutari, ꝙ refert Anton. Fab. *in consult. de Ducat. Mentuferat part.* 2. *p.* 343 Pacem optat voluntas, bellum cogit necessitas. *c. noli*, 23. *q.* 1. & ideò geritur bellum, ut pax & justitia quæratur, quæsita conservetur, R. A. zu Nürmberg/ de Anno 1542. §. Nach dem aber in fin. ibi: Zu langwirige gute Ruhe vnd Sicherheit bringen helffen. Vis itaq; permissa, ubi jus obtineri nequit, Aligher. *lib.* 2 *de Monarch fol* 93. [Johan Lorin. *in Commentar, ad libr. Num. cap.* 10. *v.* 9 *fol.* 3: 4. & 325. Card, Tusch. *pp. conclus.* 34 *n* 11. *lit. B. verb. Bellum* ubi ex Bald. *consil* 432. *n.* 6. *vers. tertium requisitum lib.* 5. notat, quod Bellum debet esse ultimum opus hominis,
Quamobrem bellum per se, & ratione finis sui, † 6
res bona & Christianis licita. Conf. Obrecht. *disput. Feudal. ult. quæ est* 12. *de Belli princip. & ejus constit. conclus.* 10. & *seqq* & *n.* 51. & *seqq.* Huc pertinent, quæ ex Augustin. *de Civit. Dei, lib.* 19. *c.* 12. notat Osiand. 2. *Chron. c.* 15. *v.* 7. *in gl.* 1. Pacem videlicet, esse belli optabilem finem. Omnem hominem, etiam belligerando pacem requirere, neminem autem bellum pacificando. Illos qui bella volunt, nihil aliud, quàm vincere velle, ut ad gloriosam pacem bellando perveniant, vid. ibid.
plura. Primum bellum † de quo sacræ vel profa- 7
næ historiæ memorant, fuit illud, quod quatuor isti Orientis Reges inter se, dominationis & ambitionis cupiditate gesserunt, cui etiam implicitus fuit Abraham propter Loth, *Gen.* 14. & *ibi not. Pare in Commentar*]

Bellum † est publicorum armorum justè su- 8
scepta & ritè denunciata contentio, per ea quæ tradit. Alberic. Gentil *lib.* 1. *de jur. Bell c.* 2. Publica autem armorum hæc esse debet contentio: neq; enim rixa, pugna, inimicitiæ, duella & congressus privatorum, belli nomen jure merentur, Confer Alciat. *ad l* 2 3 4 *de V. S.*

Deinde justè † hæc suscipi debet contentio, 9
Bart. *in l. hostes, ff. de captiv & postlim. revers.* Bald. *in c* 1. *de milit. vasal. qui contum. est.* Anton. Quett. *consil.* 16. *n.* 3. Et licet ex iusta causa suscipiatur, si tamen modus & ordo bellandi excedatur injustum censetur Bellum, Calder. *consil.* 95. *num.* 6. Cardin. Tusch. *d conclus.* 34. *num.* 22. *lit. B.*] Sunt enim belli sicut pacis iura, eaq; non minus fortiter, quàm iustè gerenda, Liv. *lib.* 5.

Justitia belli ex persona, causa, modo, re & in- 10
tentione gerentis æstimanda, Morz. *de Feud tit, fin, num.* 89. *vers, contrarium,* Dn. D. Gothof. Ant.

Anth. *disp. Fend. 7 th. 6. lit. B. in notat.* [add. Geil. 2. *obs. 57. n. 3. & seq.* Wesenb. *cons. 45. n. 48. & 49.* Cardin. Tusch. *pract. concl. 34 lit. B. verb. Bellum.* Guid. Pap. *decis. 191. n 3. 4.*]

10 Personam † quod attinet, justè bellum à Principe Romano, aliisq; Regibus & populis superiorem non recognoscentibus suscipitur, *cap quid culpantur, 23. q 1 l. hostes, ff. de captiv & postlim. re vers. l. 1. C ut arm usus.*] Anton. Quer. *cons. 6. n. 4.*]

11 Nam ad effectum † supremæ jurisdictionis & summæ Potestatis refertur belli suscipiendi auctoritas, Thom de Aquinat. 22. *q. 40. art. 1.* Bald. *cons. 439. vol. 5.* Steph. Aufrer *in tit. de guerr.* Mart. *jurid part. 1. c. 39. in rubr. & per tot.* Hieron. de Cevall. *in spec q. 906. n. 122.*

12 Ordo † naturalis inquit Augustin. & mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atq; consilium penes Principes sit, *d c quid culpatur, 23. q. 1.* Et nisi hoc jus ad unum referatur, nunquam quiescet respublica à turbis & bellis civilibus, per ea quæ tradit Arnis. *de jur. Majest. l. 1. c. 5. n. 13.* Platonis lex erat; si quis pacem vel bellum fecerit, sine scitu publico capitale esto, *l. ult. de Leg* Clapmar. *de arcan. Ir p. lib.* 10.

13 Jure civili † Majestatis reus judicatur, q arma sine Principis jussu sumit, *l. 3 ff. ad. L. Iul Majest. d. l. un C. ut arm. us Dd in l. ex hoc jure. ff. de just. & jur* Bart. *in l. hostes, ff. de captiv & postlim.* Et novissimo

14 jure † in alterius perniciem & invasionem sine permissu summi Principis arma usurpans violati territorii & pacis fractæ reus agitur, juxta *constitutionem August de A. 1495. cum simil. Ord. Cam. part. 2. tit. 15. ibi:* Auß der Keyserl. Majest. oder vnserm zugeben/ R. A. de An. 1555 §. wo sich aber/ *cum seq.* vid. Zevecoli. *in Observ. Polit. ad Iul. Cas. Sueton. cap. 4. pag.* 14

15 Ratio est † quia hi, qui superiorem recognoscunt, si quas petitiones se habere putent, jure experiri possunt & debent, habent enim, qui judicet ipsos. Nam supremi Principis auctoritas, ad arma & rixas procedere non patitur, hos quos potest jurisdictione sua compescere, *text. est in l. aequissimum incip. alias si cujus ff de usufr.* Zas *ad l. 1. n. 4. ff de oper. nov nunciat* Nicol. Boër. *decis. 178. sub n. 8.* R. A. zu Speyer/ de Anno 1526. § zum andern/ in fin. ibi: sondern wer zu dem andern zu sprechen hat/ soll das mit gebührlichen Rechten thun/ bey Poen vnd Straff des Landfriedens/ R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1541. §. wo aber jemands/ ibi: mit Recht/ vnd dessen ordentlichen Execution/ R. A. zu Speyer/ de Anno 1542. §. vnd damit die Zeit/ in fin. ibi: auch sonderlich kein Stand noch Glied des Reichs dem andern/ so an gebürenden Orten Recht leiden/ 2c. *Ordin. Camer. part. 2. tit. 2. & aliquot seqq.* R. A. zu Wormbs/ de An. 1464. so es schier beschwerlicher/ ibi: doch sonsten zum Rechten/ vñ aller Billigkeit R. A. de An. 1555. §. dargegen sollen/ ibi: Es soll kein Stand des Reichs dem andern mit der That oder sonsten mit vngutem Fürnehmen/ sondern in alle wege/ nach laut vñ Außweisung des heiligen Reichs Rechten/ 2c. & in fin. ibid. vnd sich an gebürenden ordentlichen Rechten begnügen lassen/ als bey Fürstlichen Ehren/ wahren Worten/ vnd Vermeidung der Poen / in dem auffgerichten Landfrieden begriffen.

Id enim jure gentium † certum est, ubi jure agi 16
potest, ab armis esse abstinendum, Bodin. 3. *de Repub. c. 2. p. 301.* Nihil enim ferinum magis aut beluinum est, quàm ut ab alio velit quis & audeat, sive aperta vi, sive subdolâ extorquere, quod sola rationis auctoritate possit ac debeat evincere & in deficientis rationis locum vim substituere: deniq; in armis in quibus nihil, nisi vis esse potest, ius ipsum collocare, ut eleganter disserit Anton. Fab. *in Epistol ante Consultat. de Ducat. Montuferr. p Duc. Sabaud. p. 6* [Nimia armorum fiducia, maximæ calamitatis initium esse solet, dixit Æmil. Prob unde illud vulgarum:

Wer trutzt allein vff Kriegs Gewalt/
Derselb in grösser Gfahr leicht fallt.]

Ideoq; in Imperio Romano, † si quis arma mo- 17
veat, vel delectum ad offensionem alterius agat, in Camera Imperiali sub pœna Banni avocationes gemeine Abforderung/ vel in aula Cæsarea decernuntur, & misso fœciali einen Keyserl Herold vel nuntio Camerali Ducibus & militibus insinuantur, R. A. zu Speyer/ de An. 1529. § wo aber der oder die/ ibi: den oder die jenigẽ/ so in Rüstungen vnd Fürnehmen des gewaltigen Vberzugs stünden/ ein gemein Abforderung thun/ bey Poen der Acht/ 2c. *Ord Cam. part. 2. tit. 9. §.* vnd ob sich/ *cum §. seq. ad* Geil. 1. *de PP. cap. 4. n. 1.*

Et hinc est, quod in omni superiorem † reco- 18
gnoscente præsumatur bellum iniustum, Bellin. *de re mil. part. 1. tit 5.* Alberic. Gentil. *lib. 1. de jur. bell. c. 3.* Geil. 1. *de PP. cap. 4. n. 4.* Warem. ab Ehrenberg/ 1. *de Fœderib. cap. sub n. 56.* Et vice versa Bellum quod à Principe vel alio superiorem non recognoscente, † indicitur, iustum præsumitur; quia 19
au-

auctoritas belli inferendi gentium more & legibus data est, *dict.cap. qui culpatur, 23. quaest.1. cap. iustum, 23. quaest. 2. dict.l.un. Cod. ut arm. us.* Didac. Covarruv. *in c peccatum p.2 §.9.n.1. de reg jur.* Mascard. *de Probat. concl.* 168. *n.5. vol.1.* Jamdum tamẽ obtinuisse, ut nõ solùm Imperatori sed etiam qui sub Imperatore sunt Principes, bellum indicere possunt, testatur Anton. Fab. *in Consultat. de Ducat. Montisfer. part. 2. p.* 341.

20 Et Germaniæ † Principibus, ex antiquissimo libertatis prætensu, concessum esse conscribere milites in propriam & aliorum salutem, scribit Waremund. ab Ehrenberg/ *1. de Fœderib. c. 2. n. 56.* modò forma in imperii constitutionibus expressa, observetur, & inprimis de An. 1555. 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. cum similib. qua forma observata possunt militem conscribere, delectum agere, & arma cõvocare, ita tamẽ ut id fiat cum scitu Du-

21 cis † circularis, R. A. zu Wormbs/ de An. 1564. §. demnach so deestatten, R. A. zu Augspurg/ de An. 1566 §. den versicul/ wiewol auch in der Executions Ordnung. Et hæc quæ de Principibus in-

22 ferioribus dicta sunt procedere puto † in casibus necessitatis, & ubi iure agi non potest, *Constitut. Pac. Publ. de An 1521. sub tit.* Die Poen aller Friedbrecher, *circ. fin. arg. l. bellissimè, ff. q. vi aut clam. tot. tit. Cod. quando lic. sin. jud. vindic.* maximè si Imperatoris copia haberi non possit, aut Princeps auxilio omni destituatur, Waremũd. ab Ehrenberg/ *dict. cap. 2. nu. 56.* Zigler. *in Commun. conclusion §. Landsassii, n* 170. Et quod omnia alia remedia deficiunt. Rosacorb *pract. forens.* 65. tunc enim melius est, in tempore occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere, *l. ultim. Cod. in quibus caus. in integr. restitut. non est necess.* Ubi autem iure agi potest, omninò ab armis abstinendum per supra tradita.

23 Potest etiam quilibet status † Imperii & Dominus, subditos suos inobedientes, contumaces, refractarios & rebelles, bello & armata manu invadere, *l. si quis fortè. § si quis Comitum, ff. de pœn. l. 2. §. fin. Cod. de spons.* Bald. *in l. 2. n. 70. circ. fin. Cod. de servitut.* quem adducit & sequitur Andr Geil. *de PP. cap. 2. n* 20. ubi *num præcedenti* dicit, quod Pacem publicam non turbet, qui Dominicæ potestatis iure utitur, modò eâ per crudelitatem & sævitiam non abutatur, [vid. Aleiat. *con.* 132. *lib. 5* Thoming. *cons.* 24. *n.* 33. 34 *q.* 7. *vol.* 4. Card Tusch

24 *pp. concl.* 35. *n.* 10. *lit B. verb. Bellum*. In tantum † ut hoc casu superioris avocatio locum non habeat, uti respondit Joh. Goedd. *2. cons. Marpurg.* 28. *nu.* 202 *& seq* vid. infr. c. seq. num. 30. Borchold. *cons* 9. *quaest. 1. post med. vers. eaq; in tantum lib.* 1. quem ad hoc allegat & sequitur Matth Berlich. *decis.* 65 *n.* 5. adde Cothman. *consil* 32. *nu.* 41. *vol.* 5. vid. *infr. cap. seq. n.* 30]

In Principibus † Italiæ maximè id usurpatum & frequentatum semper fuisse, ut bella moverent pro arbitrio, & pacem etiam inconsulto Imperatore stabilirent, testatur Ant. Fab. *en d. Consult. de Ducat. Montisferr part 2 p.* 341. *in fin. & 342. in pr.* 25

Imperatorem † quod attinet licet solus iure Maiestatis in Imperio ius indicendi belli habeat, per supra tradita, tamen antequam indicat, anne id imperio expediat, ad eiusq; utilitatem cedat, convocatis statibus imperii deliberare & de eorum cõsensu bellum indicere debet, quod ipsum ut iustissimum, ita etiam ad Imperatoris & imperii salutem & auctoritatem ptinet, nec eius Maiestatem imminuit, qua de re vid. quæ dixi supra *lib. 1. Class. 2. c. 2. n* 134. *& seqq.* 26

CAPUT II.

DE IUSTIS BELLI SUSCIPIENDI CAUSIS.

SUMMARIA.

1. *Ad bellum legitimum præter auctoritatem Principis subesse debet justa belli causa. Iusti belli fundamentum est causa, propter quam suscipitur, justa.*

2. *Temerè in acie versari & manum cum hoste conserere, immane quiddam, & beluarum simile est.*

3. *Veteres etiam exteris & hostibus persuadebant, bellandi causas se habere iustissimas.*

4. *Etiam injusto bello industria humana causam, aut justitiæ titulum adinvenit.*

5. *Iusta belli causa in genere refertur ad gloriam Dei, & Reipubl. salutem. Pro lege & grege, pro aris & focis.*

6. *Iusta belli causa est defensio justa & legitima. Vim vi repellere omnes leges, omniaq; jura permittunt. Culpa censetur alterius defensionem omittere, sui verò dolus.*

7. *Defensio respicit religionem, regionem, & personam. Religio adversus oppressores armis defendi potest.*

8. *Summa, & optima ratio putatur, pro religionis tuitione faciens.*

9. *Ipsum religionis vera exercitium & cultus liber, à vi externa, & insultu impedientium rectè armis defenditur.*

10. *Quod in religionem committitur, in omnium fertur injuriam.*

11. *Maximianus Episcopus Vagiensis auxilium petiit ab Imper. Christiano contra hostes Ecclesia.*

12. *Subditi privati simul, armorum jus non habetes, nec iis ad tuendum verum religionis cultum uti possunt. Eorum informatio.*

13. *Subditi verò Magistratus personam simul sustinentes certo modo, urgente summâ & inevitabili necessitate p aris & focis armis se sacraq. tueri poterũt.*

14. *Religionis defensio ut sit justa & pia, omnis abesse debet fucus, & pravus affectus.*

15. *Fortitudo in bello tuens patriam, vel domi defendens infirmos, vel à latronibus, plena justitiâ est. Defendentibus Rempublicam locus in cœlo destinatus dicitur.*

16. *Hostis aquus judex non est, nec vis belli finitur consecutione expetitorum, sed pro victoris arbitrio ambulat.*

17. *Testes inimici à testimonio repelluntur.*

18. *Arma tenenti omnia dat, qui justa negat.*

19. *De justitia, vel veritate judicare volentes, arbitros, non hostes esse oportet.*

20. *Vasallus, ad suam suorumq. defensionem cum Domino bellum gerere potest, ac per vim sublata, vi recuperare.*

21. *Defensio ad quos respiciat? Interest in necessitatibus hominis beneficio hominum adjici. Natura lex ad omnem nos stringit charitatem.*

22. *Quod quis sibi vult fieri alteri fecerit.*

23. *Non defendens, nec obsistens, si potest, injuria, aquè est in vitio, ac si parentes, aut patriam, aut socios deserat.*

24. *Prospera libat Domino, qui ab afflictis pellit adversa.*

25. *Defensionis justitia non solum ad præsentem, sed etiam ad ingruentem vim pertinet.*

26. *Venienti morbo occurrendum, & veniens ad se percussor gladio repellendus.*

27. *Frequentissimum calamitatis initium securitas.*

28. *Utile bellum movemus, verentes, ne ipsi bello petamur.* 29. *Iustus metus justa belli causa censetur.*

30. *Impendentibus malis obviam eundum. Et adversarii conatus opprimendi.*

31. *Milites limitanei quare olim introducti? Fines etiam pacis tempore tuendi, ne inopinantes opprimamur.*

32. *Bodini hac de re discursus non de nihilo.*

33. *Maximilianus II. Imp. in Comitiis Ratisbonensibus de novo ordine militari contra Turcam instituendo, prudentissimè monuit*

34. *Fines, imperii non solum milite tuendi, sed & propugnaculis muniendi.*

35. 1. *Belli offensivi justa causa est rerum per vim ereptarum recuperatio.*

36. *Ab imperio deficientes imperii hostes efficiuntur.*

37. 2. *Etiam contra contumaces arma justè suscipiuntur. Hocq. casu bona rebellium in prædam capientium dari possunt.*

38. *Ad seditiosorum & rebellium coërcitionem noviss. imperii constitutionibus constituti sunt circulorum Præsides.* 39. *Hos tamen casus sumptus in executione bannitorum à Circulorum Ducibus factis per contributionem imperii eis restituendi.*

40. 3. *Belli offensivi causa est illata injuria vindicatio. Exemplo Ionatha Machabaorum Principis.*

41. *Magistratus non frustrà gladium gerit, sed ad vindictam.*

42. *Propter rem exigui momenti ne quidem à superiore suscipienda est expeditio bellica.*

43. 4. *Est transitus innoxii denegatio. Exemplo Israelitarum contra Reges Amorrhæorum.*

44. *In Imperio Romano transitum desiderans tenetur prius requirere Duces circulorum, & idoneè cavere de resarciendo damno.*

45. *Princeps, vel Rex extraneus in imperio militem conscribere volens ipsum Imperatorem desuper requirere tenetur.*

46. *Deniq. Alimentorum necessariorum transeuntibus facta denegatio. Alimenta debita denegans necare videtur.*

47. *In bellis dominandi libido, nocendi crudelitas, & similia, jure culpantur. Nescit pietatis jura regnãdi libido.*

48. *Alexander M gloria, & imperii libidine universum occupare contendebat orbem.*

49. *Carolus Burgundia Dux cupidissimus fuit gloria, eamq. ob causam præcipuè bella suscepit, sed tamen tragico, & nimis luctuoso exitu.*

50. *Pleraq. imperia, & Romanum ipsum non tàm à justitia quàm violentiâ initium habuerunt.*

51. *Augusti unde dicti? Augere debent imperium non tàm rapiendo aliena, quàm recuperando amissa, tuendo præsentia, vel legitimo modo nova occupando.*

52. *Religionis diversitas justa causa non est populum*

lum à nostra jurisdictione & imperio remotum, aggrediendi.

53. In Religionis negotio nihil quicquam valet mortalis hominis auctoritas. Nemo cogendus, invitus ut credat. Bellum non est legitimus modus tollenda in Ecclesia scissura.

54. Aggredi per vim, quod effici nequit per vim, furiosum est. Religio jus est inter Deum & hominem.

55 Ecclesia sine cade & sanguine propagatura est doctrinam Evangelij.

56. Nulla major Tyrannis, quàm imperare velle conscientijs, dicente Maximil II. Imp.

57. Nulla ratione publica pax turbata magis hucusq; fuit, quàm quod Magistratus subditis suis conscientias constringere voluerunt. Coactionem ad fidem per externam vim Ecclesia Christi ignorat. Pietatis ara armis inimica.

58. Stephani Polonia Regis laudatissima vox: Nolle se conscientiis dominari. &c.

59. Lipsij & Lactantij monitum de Religione, & fide. Non potest veritas cum vi, aut justitia divina cum crudelitate subsistere.

60. Contrarium novissimè statuit VVilh. Ferdin. ab Effern, sed malè,

1 UT Bellum censeatur legitimum, † præter auctoritatem Principis, superiorem non recognoscétis, subesse debet justa belli causa, Menoch. *cons.* 702. *num.* 84. Covar. *in cap. Peccatum, part.* 2 § 9 *num.* 1. & 2. *de reg jur. in* 6. Sixtin *de Regalib. lib* 2. c. 2. *sub num.* 21 [Obrecht. *disput. Feud. ult de Bell. conclus.* 222. & *seqq.* Johan. Lotin. *in Commentar. Numer. cap.* 10. v 9.]

Justi namq; belli fundamentum est causa propter quam suscipitur justa, *Iud.* 15. *vers.* 3. quæ caput est bonæ spei, & occulta quadam internaq; vi, militem ad triumphales illas terras deducit, Lips. 5. *Polit.* 3 & juxta Poëtam:

Causa jubet superos melior sperare secundos.

[Et dicunt nostri: Ein gute Sache / hat bey sich Gottes Rache. Nisi quis velit incurrere illud crimē, q̃ toties in Psalmis, cū detestatione memoratur: *Persequuntur me sine causa.* Guilhelm. Amesi. *de casib conscient. lib.* 5. *cap* 33. § 11.

2 Nam temerè † in aciè versari & manum cum hoste conserere immane quiddam & beluarum 3 simile est, Cic. *lib.* 1. *offic.* Unde solemnis mos † ille fuit omnium, qui à primis ferè Nini temporibus, de bello sive inferendo sive incipiendo laborarunt, uti ne prius vincendi spem, votumque animo & cogitatione conciperent, quàm id egissent, quoad ejus in ipsis esset, ut bellandi causas habere justissimas non modò crederent ipsi, sed exteris quoque omnibus, adeoq; ipsis etiam, si fieri posset, hostibus persuaderent, inquit Ant. Fab. *in epist. ante d. Consultat. de Ducat. Monti-ferr. in pr.* [Confer Wilhelm. Ferdinand. ab Effern. *Manual. Politic. lib* 5 *punct.* 1. *pag.* 789. Ubi scribit: Nullum bellum quantumcunq; insanum & injustum fuerit, in historiis recenseri † cui indu- 4 stria humana causam, aut justitiæ titulum non adinvenerit. Quamobrē non sufficit ad justitiā belli, ut Princeps credat se habere justam causam, sed oportet, ut ex prævia causæ cognitione & examine, eandem habeat benè perspectam: adeoq; semper prius sunt audiendæ adversariorum rationes, si velint ex æquo & bono disceptare, notat Guilielm. Ames. *de casib. conscient. lib.* 5 *cap* 33. § 15.]

Justa belli causa in genere † est, quæ refertur 5 ad gloriam Dei. R. A. zu Regenspurg / de Anno 1532 §. vnd damit solcher / ibi: zu forderst Gott dem Allmächtigen zu Ehren / vnnd Handhabung vnsers Christlichen Namens / & Reipublicæ salutem, Reichs Abschied zu Speyer / de An. 1542. §. vnd dieweil nun dieser Anschlag / ibi: auch zu Schutz vnd Schirm vnsers gemeinē Vatterlandes / Teutscher Nation / vñ vnser aller Freyheit / &c. R. Abschied zu Nürnberg / de An. 1542. weiter vnd nach dem / ac pro lege & grege, pro aris & focis, Reverend. Dn D. Menzer fautor & amicus meus honorand. *in Exeg. August. Confess artic.* 16. Fichard. *in consil.* 129. Ernest. Cothman. *ad tit. C. de legib. n.* 63. Imo nec justas causas sufficere, nisi & necessariæ adsint, multi statuūt *per text. Num.* 21 *Deuteron.* 2. *Iud* 11. *d. Recess. de An.* 1542. §. vnd dieweil nun dieser Anschlag / ibi: nothwendig vnd Christlich fürgenommen.

Inter justas belli causas † primum locum & 6 quasi clavum tenet defensio, quæ & justa & necessaria est. Vim enim vi repellere omnes ll. omniaque jura non solùm permittunt, sed etiam jubent, *l.* 54. §. 4. *ff ad L. Aquil.* Unde culpa censetur, alterius defensionem omittere, sui verò dolus, ut dixit Bald. 4 *consil.* 3. Propter defensionem naturā duce bellū suscipimus, quia propter Naturæ violatum jus suscipimus, Alberic. Gentil. *lib.* 1. *de jur. bell. c.* 13. Cum n. natura cognationem inter omnes homines finxit, hominem homini insidiari nefas esse duxit, *l.* 3. *de just. & jur.*

Defensio respicit religionem, regionem & personam. Religionem † armis defendi posse adver-

adversus oppressores sive exteros sive domesticos, tam sacrarum literarum testimonijs, quàm piorum edocemur exemplis, *Nehem.4. versic.13. Machab 1. versic. 34. & seqq.* Polan. *in syntagm. Theolog volum 2 lib.10.c.67.* Waremund. *ab Ehrenberg/ de Fœderib.n.59 & ibi allegati*, R. A. zu Regenspurg/ de An.1532 § vnd damit solcher/ibi: vnd zu Beschirmung vnsers Christlichen Glaubens/*cum similib supra allegat.* Nihil enim pietatis veneratione potentius, & ad permovendos animos, ad maxima & periculosissima quæq; efficacius esse debet. Summaq; † & optima ratio putatur, quæ pro religionis tuitione facit, Zas. *ad l. placuit, num.10 ubi text. allegat. C. de judic.* Gœdd. *de contrah stipul. c.10 .num.33.* Quamvis enim religio † in se tanquam spirituale bonum, armis carnalibus conservari non possit: ipsum tamen religionis veræ exercitium & cultus liber à vi externâ & insultu impedientium recte armis defenditur, *Nehem.4. vers 13. Machab. 1, vers. 43. & seqq* Polan, *in syntagm. Theol. vol.2. lib.10. d.c.67.* [Confer Bernh. Zieritz. *in Discurs. de Fœd. Smalcaldic. conclus.85 & seqq.*]

8 (margin) — see above

10 Propter desertum Dei cultum à Rege † mala populis contigisse narrant libri sacri, *2. Chron.28.* Quod in religionem committitur, in omnium fertur injuriam, uti rescripserunt Arcadius & Honorius Impp. sacratissimi, *l.4. C. de heret.*

11 Maximianus † Episcopus Vagiensis auxilium belli perijt ab Imp. Christiano contra hostes Ecclesiæ, non tam sui ulciscendi causa, quàm tuendæ Ecclesiæ sibi concreditæ. Hoc si prætermisisset, non ejus laudanda fuisset patientia, sed culpanda negligentia, ut D. August. scribit *ad Bonifac c. Maximianus, 23 q.3.*

An verò licitè arma sument subditi adversus superiorem ad tuendum verum religionis cultum? Subditi † privati simul qui sunt, armorum jus non habent, quare nec uti iis poterunt. Si verò cogat superior? Preces & lacrymæ sint arma eorum. Quid si ulterius instet? Sarcinas colligant & Christi jussu ambulent, *Matth.10.* Sperentq; post fluctus fructus, post lacrymas risum, post exilium Paradisum, ac temporalis persecutionis phasmara piæ mentis serenitate superent. Qui enim hoc modo seminant in lacrymis, in exultatione metent, *Psal.126.* [Dominus siquidem Deus noster, lugentibus Sion, hoc est Ecclesiæ pressæ, promisit coronam pro cinere, oleũ gaudij, pro luctu, pallium laudis, pro spiritu mœroris, apud Prophet. *Esa. c.61. v.3. & v.10 add. Matth.19. vers.29. & seq.* ubi similiter de præmio deserentium bona sua propter Christum.] Durum quidem est patriâ spoliari & fortunis, lex tamen scripta est, *arg. l.12. ff qui & à quibus manum.* Christi jussus est. Exemplum habemus in Machabæo, qui in persecutione cum filijs suis aufugit in montem, *1. Machab. 2. vers.28* His itaque non causa resistendi, sed jus deficit. Subditi

13 vero Magistratus † personam simul sustinentes, qui vetanquam Proceres in partem solicitudinis assumpti sunt, secundum distinctionem, *supra lib.1. Class.1. c.5 per tot.* [allatam certo modo; urgente summa & inevitabili necessitate, pro aris & focis, armis se, sacraque tueri poterunt.] Hinc etiam status Imperij Romani dicuntur defensores & protectores fidei Christianæ, R. A. zu Nürnberg/ de An.1524 §. als auch viel gedachte/ ibi: die Stände deß heiligen Reichs/ als Schützer vnd Schirmer deß Christlichen Glaubens. §

[Religionis Defensio ut sit justa & pia † omnis 14
abesse debet fucus & pravus affectus. Pessimè agunt qui sub specioso religionis velo, regiones petunt & venantur, expeditiorem inde sibi quidvis audendi viam, pollicentes. Confer Richard. Dieter. *de summ. Imperij Potest. conclus.97.* Eleganter Forstner. *in Not. Politic. ad Cornel. Tacit. lib. 1. pag mihi 48. Et pag.64 ubi id exemplis adductu illustrat, add pag.67.*]

In regionis defensione † eadem jura servanda, juxta Ambrosij monitum: Fortitudo quæ vel in bello à Barbaris tuetur patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus, plena justitiâ est, *c. Fortitudo, 23 q 3.* Indeq; defendentib. Rempublicam, locus in cœlo destinatus dicitur, Macrob. *de Somn Scipion. lib 1.* Nevizan. *in sylv. Nupt. lib.4. n.137.* Et vita quæ fato debetur, pro salute patriæ, potissimũ solvatur, ut Cic. *ad Herenn.* dixit, ac juxta Poëtam: 15

Dulce & decorum est, pro Patria mori.

Defensionis † favor adeò se extendit, ut ejus 16
justa censeatur causa, etiamsi bello periti, bellum promeriti essemus, Albert. Gentil. *d. lib. 1. ca. 13.* ratio est, quia hostis æquus judex non est, nec vis belli finitur consecutione expetitorum, sed pro victoris arbitrio ambulat. Sic testes † repelluntur inimici, & si causam inimicitijs dederint hi, contra quos agitur, Aufret. *de reprobat. test. post n.56. versic. item nisi, Jason in l hereditas, num.4. C. de hu quib. ut indig.* Prosp, Farinac. *de* 17

testib.

18 *testib. q. 53. num. 18. & seqq.* Arma, † inquit apud
Lucanum Cæsar, tenenti omnia dat, qui justa
negat. Unde justa dicenda Romuli causa, qui ad-
versus ingruentes Sabinos bello se defendit, etsi
belli & offensionis causam id ipse præbuerat, dũ
19 mulieres sine more rapuerat. Oportet † nam-
que eos q vel de justitia vel de veritate judicare
volunt, arbitros non hostes esse, Aristot. *lib.* 1. *de
cœl. c.* 1. Cõfer Andr. Kohl. *de servit. Feudal. lib part.*
2. *n.* 54.] Sic licet vasallus non tenetur Dn. iuvare
in bello iniusto offensionis, tenetur tamẽ ad de-
fensionem, etiamsi iniquè bellum in se provoca-
verit, vid. Schrad. *de Feud part. 6. c. 6. num.* 26 Ro-
senth. *c. 8. concl. 20. ubi vid* [Andr. Kohl. *de servit.*
20 *Feudal. d. part. n. 54 & 55.* Imò Vasallus † cũ Do-
mino bellum gerere potest, ut se suaq; defendat,
Bald. *in consil. 313 lib. 3.* Cravet. *consil. 717. n. 5. inci-
pit, Divino subsidio ex corde postulato.* Ac per vim
sublata, vi recuperare, per tradita Mynsing 4. *ob-
serv. 91. n 6. 7.* Et illud absolutum censetur, pro
defensione rei suæ aliquem arma capere posse, *l.
ut vim & ibi* Jas. *n. 23. de just. & jur. per l. 1. §. eum
qui, de vi & vi arm.* Matth. Colet. *de process. execu-
tiv. part. 1. c. 5. n* 101.]

21 Defensio † non solum nos respicit, sed etiam
ad eos spectat, qui vel vicinitatis, vel societatis,
vel alto quovis communitatis vinculo nobis ob-
stricti sunt, sive propter religionem, sive regionẽ
premantur, quia interest in necessitatibus homi-
nis beneficio hominem adjici, *l. servus. ff. de serv.
export.* Ad hoc naturæ lex invitat, q̃ ad omnẽ nos
stringit charitatem. Polan. *Syntagm. Theolog Tom.
2. libr 10 c. 67.* R. A. zu Nürmberg / *postrem. de An.
1522. circ. fin princip.* haben wir vns zu Rettung
deß Christlichen Bluts vereiniget vnnd beschlos-
sen / vnserm Bruder dem König von Hungern / zu
Widerstand deß Türcken / mit Hilff zuerscheinẽ /
vnd Christlichen / Brüderlichen Trost zuerzeigẽ.
22 Quod n. † quis sibi vult fieri, alteri fecerit, R.
A. de An. 1526 §. darauff so habẽ wir / ibi: In mas-
sen ein jeder von dem andern gern gethan haben
vnd nehmen wolte. & de An. 1529. §. dergleichen
soll / *in fin. de Anno* 1530. § deßgleichen / *in fin. cum
similibus.* [Vid 1. *Machab. c. 8. v. 31.*]
23 Qui non defendit, † nec obsistit, si potest, in-
juriæ, tam est in vitio, quàm si parentes, aut pa-
triam aut socios deserat, Cic. *lib. 1. offic.* Imo qui
hoc dum mutare potest tolerat, patitur peccare
peccantem, & vires subministrat audaciæ. Pro-
spera † verò libat Domino, qui ab afflictis pellit
adversa, *cap facientis, distinct.* 80. exemplo Abra-
hami, qui ad liberandum Lothũ vernas suos ar-
mavit, *Gen. 14. exemplo Israelitarum Iosue 10. &
aliorum,* [vid. Nevvmayr. *de Neutralit c ult.*]
Deniq; defensionis † iustitia non solũ ad præ- 25
sentem, sed et ad ingruentem vim pertinet, non
tantum quæ infertur, sed quæ inferri timetur. R.
A. zu Augspurg / de An. 1530 §. damit aber dan-
noch zwischen / cum §. seq. R. A. zu Regenspurg /
de An. 1532 §. vnd damit solcher beschwerlicher /
Reichs Abschied zu Nürnberg / de An. 1542. §. vñ
wo zu Erhaltung. Præstat † venienti occurrere 26
morbo, & venientem ad se percussorem gladio
repellere, *l. 3. Cod. ad L. Corn. de Sicar. l. 5 ff ad L.
Aquil.* Non celerius quisquam opprimitur, quàm
qui nihil timet. Frequentissimum † calamitatis 27
initium securitas, quæ sæpius serò clypeum post
vulnera sumit, ut Poëta loquitur.
Utile bellum † movemus verentes ne ipsi bel- 28
lo peramur, Dieter. *de Summ. Imper. potest. concl.*
101. Et Magistratui cui cura populi commissa est
incumbit, suo potius quàm alieno timere arbi-
trio & se adversus iniurias præparare, quàm in
discrimine coarctari, ut dicit Bald. *in l. 1. n. 42. C.
unde vi,* Mart. *de iurisd. lib. 1. c. 24. n* 23.
Indeq; iustus metus, † iusta belli causa cense- 29
tur. Quare oportet Principi impendentibus ma-
lis obviam ire, † & antevertere, nec expectare, aut 30
cunctari, ut accepta iniuria vindicetur cum peri-
culo, si in præsentia crescentis plantæ radix perdi
potest, & adversarii malè cogitantis conatus op-
primi, Niceph. *lib.* 5. [Cardin. Tusch *pp. conclus. 35.
n. 2. lit. B.*] Confer Alber. Gentil. *lib. 1. de jur. Bell.
c.* 14. [Salomon, quamvis à Deo, pacis promissio-
nem habuit, & in pace vixerit, legitur tamẽ duo-
decim millia equitum, & mille quadringentos
currus aluisse, ut terrori esset Regibus vicinis, 2.
Chron. 2 c. 1. v. 14. & ibi Osiand. *in gloss.*]
Qua ratione olim introducti fuerunt milites
† limitanei, qui sub limarcha, hoc est, præfecto 31
limitis, provinciæ terminos tuerentur, *l. muneris
civilium, ff. mun. & hon. l. quas Deo C. de offic. præ-
tor. Aphric.* Oldendorp *ad l. 2. § populo deinde, ff de
orig. jur.* Zas. *ibid. n. 1. & 2.* Et hodie tales sunt die
auff den Frontiren vnd Grentzhäusern in der Be-
satzung ligen / vid. R. A. [zu Speyer de An. 1570.
§ Nach erledigten Puncten / rc circ. fin. iunct. §.
Jedoch dieweil sie daneben.] & de An. 1603 §.
Wann nun auß diesem allen / circ. fin nothwendi-
ge Verwahr vnd Besatzungen der Grentzen.
[Philip. Cominæ. *lib. 10. Commentar. pag.
mihi* 696. ubi scribit : Ad finem tuitionem

opus eſſe haud dubiè ſumptus facere, ět pacis tē-
pore, ne inopinantes opprimamur. Cardinal.
Tuſch. *pp. concl. 35 nu. 2. lit. B. verb. Bellum.*]Unde
32 non de nihilo eſt Bodin. diſcurſus dicentis † tam
diu ſteriſſe potentiam & amplitudinem Roman.
Imperij quoad Conſtantin. Pontificū oratione
perſuaſus, legiones & robur planè ſuſtuliſſet, q-
bus inciſis nervis, barbaræ gentes provincias o-
mnes Romanorū populari ac vaſtare cœperūt, *l.
5 de Republ. c. 5 p. mihi* 882 [Quamobrē Maximi-
33 lian. II. Imperator, nunq̄ ſatis laudatus, † in Co-
mitiis Ratiſponenſibus, An. 1576. de ordine novo
militari inſtituendo, qui perpetuò contra Turcā
militaret. prudentiſſimè monuit, wie ein löblicher
Ritter Orden gegen dem Türcken anzuſtellen
vnd zu erhalten / ſo die antreinende Chriſtliche be-
trangte Lande vnd Frontiren / mit rühmlichen
ritterlichen Streiten / gegen dem Türckiſchē Ein-
brechen / für vnd für / beſchützen vnd beſchirmen /
vñ alſo dz gemeine Vatterland / vor erſchrecklichē
Vberfall verwüſten vnd verderben / mit ewigem
ruhmwürdigen mannlichen Thaten / erretten ſol-
ten / R. A. zu Regēſpurg / de An. 1576. §. Fernners
34 haben wir bey dieſen] Non ſolùm fines imperii †
milite tuēdi, ſed propugnaculis muniēdi, R. A.
de An. 1548. §. Vnd auff obbemeltes. Hinc rectè
Ferdinandus Imperator pacē cū Turca nō aliter
tutam putat, niſi fines imperii parato milite in-
ſtruantur, R. A. de An. 1559. §. Wann aber.
35 Tantum de defenſionis Bello In offenſionis †
Bello juſta cauſa eſt, rerū per vim ereptarū recu-
peratio, Covarr. *in relect. c. peccatum, p. 2. §. 9. nu.* 4.
[Exemplo Davidis contra Amalecitas civitatem
Ziclag deprædantes 1 *Sam. c.* 30.] adde 2. *Reg. c.* 2.
& 1. Reg 13. v fin. R. A. zu Wormbs / de An. 1521.
§. Vnd als wir / ibi: auch das jenige ſo dem Reich
entzogen / vnd lange Zeit in frembden Händen ge-
weſen / widerumb zu erobern vñ zū Reich zu brin-
gen / rc. cui Imperatoris propoſito operā promptā
ſtatus imperii obtulerunt. §. auch haben vns / ſeq.
ibid. R. A. zu Speyer / de An. 1529. §. Weiter ha-
ben wir / ibi: Auch das widerumb erobert werde /
ſo er etzliche Jahr her vnter ſeine Gewalt ge-
bracht / Cacher. *in diſp. annex. deciſion. Pedemōtan.
n. 19 & ſeq.* [Geil. 1 *de Pac. publ. c. 4. n.* 40] Ex ra-
ptu Helenæ belli Trojani ſemina fluxerūt, decē-
nalis obſidio, urbisq; everſio, Virgil. *lib 2. Æneid.*
36 Similis eſt † eximētium ſe de facto, conditio.
Qui n. ab imperio deficiunt, imperij hoſtes effi-
ciuntur, *l. 19. §. transfuga de captiv. & poſtlimin. re-
verſ. l. 14. ex quib. cauſ. major.* Bart. *in l. hoſtes, n. 15. ff.
de captiv. & poſtlim.* vid. quę dixi ſupra, *lib. 1. Claſſ.
2. c. 8. n 82. & ſeqq. & add. 2. Reg. 3. verſ. 4.* [ubi ex-
emplum Regis Moabitarum à tributo Regis I-
ſraël ſe eximere conantis & id denegātis, ac pro-
pterea juſtè oppugnati refertur. Hinc Archidia-
con. *in c. juſtum eſt bellum*, 23. q. 3. inquit: Juſtè bel-
latur, cum ab eo qui eſt obnoxius, aliter, quàm
viâ belli juſtitia haberi non poſſit, fac. *c. culpatur,
c. noli exiſtimare d. conſil. 23 q 1*]
Juſta ět ſunt offenſionis arma, † quæ adverſus 37
cōtumaces, qui ſe judicio ſubmittere nolunt, ac
non niſi vi & armis contineri poſſunt, ſuſcipiun-
tur, D Mentzer. *in Exegeſ. Auguſt. Confeſſ artic. 56.
fac. text.* R. A. zu Speyer. de An. 1529. §. Dergletchen
ſoll der Articul / & de An. 1542. §. Vnd damit
aber / exemplū proponitur, in R. A. de An 1551. §.
Wiewol wir nun cum ſeqq. [Innoc. *in c. olim de
reſtit. ſpoliat.* Thoming. *conſil. 24. n. 33 34. q. 7. vo-
lum.* 1. Idq; non ſolū in ſumo Principe, ſed ět in
inferioribus, Regaliū capacibus, & ſuprema poſt
Principē jura uſurpantib. locū habet in imperio
receptū eſt, in qb. terminis reſpōdit Joh. Gœdd.
nomine Facultatis Juridicę Marpurgenſ. An. 1595.
2. *conſil. Marpurg.* 28 *n.* 202. *& ſeqq.* eoq; pertinēt
tradita Geil. 1. *de Pac. publ. c. 2 n. 20. & ſeqq* Cardi-
nal. Tuſch. *practic. concl. 35. lit. B. verb. Bellū, n.* 10.
addēs, qđ ět eo caſu, poſſint dari bona rebelliū in
prædā capientiū, ex Franciſc, Aretin. *conſ. 14. viſo
diligenter, n. 7.* & dixi ſupra *c. 1. num. 21. hac Claſſe*]
Tātò magis ſi ſubditi rebelles inſurgāt adverſus
Magiſtratū, Covarr. *in d. c. peccatum, n* 4. Sic Da-
vid adverſus Sebam populum ad defectionem
ſollicitantem juſtè arma ſumpſit, 2. *Reg. c.* 22.
Ad contumaciam † ſeditioſorum & Rebel- 38
lium coërcitionem noviſſimis imperii cōſtitu-
tionibus circulorum conſtituti ſunt Præſides &
uni vel pluribus qui proximiores ſunt, dem
nechſtgeſeſſenen Kreiß Obriſten cōmittitur ex-
ecutio, R. A. de Anno 1522. ſub tit. von Manda-
ten deß Cammergerichts / rc. R. A. de Anno 1555.
§. Vnd nach dem zu Erhaltung / *Ordin. Camer.
part. 2. tit. 9.* §. Vnd ob ſich [Et notabiliter *in Re-
ceſſ. Ratisbon. de Anno* 1567. §. Als wir dann fer-
ner / & §. So hetten wir / & ſeqq. recenſentur Ex-
empla executionis Gothanæ, Grumbachianæ
& complicum. Hoc tamen caſu ſumptus † in 39
executione Bannitorū, à circulorum Ducib. facti
exactâ contributione ſtatuum imperii eis reſti-
tuēdi d. Receſſ. §. Vnd dann nach befindunge / rc.
junct. §§. aliquot ſeqq. Tantò magis id locum
habet

habet si Imperator imperii Principem requirat,
ad assistendum suis cognatis & amicis, ut in casu
quodam, quo ad jussum Cæsaris quidam impe-
rii Principes adstiterunt Regi Poloniæ, respon-
dit Modest Pist. *consil 51.n.17 & seqq vol* 2.]
40 Tertia † Belli offensivi causa refertur esse illa-
tæ iniuriæ vindicatio, *Num.31.in princ.vid.exemp.*
2.*Sam* 10.Covar *alleg.supra loco* [Et ita justè me-
ritoq; Jonathan Machabæorū Princeps, adver-
sus filios Jambri, propter fratris internecionem
& latrocinium, bellum suscepit, & eos oppressit,
convertens gaudium eorum in tristitiam, Cy-
tharam in lachrymas, Nuptias in luctum, vid.
Machab lib.1 cap 9 vers 35.& seq.]Non enim fru-
41 stra † Magistratus gladium gerit, sed ad vindictā,
Rom 13 quod tamen non obtinet in his, qui supe-
riorem recognoscentes jure experiri, & per legi-
timos legum tramites calumniārium iniquitates
expellere possunt. [Calderi.*cons* 95.*n*.3.quem al-
legat Card. Tusch.*pp.concl.37.n 2.lit.B.Tom* 1 Si-
42 militer propter rem aliquam exigui momenti †
ne quidem à superiore suscipienda est expeditio
Bellica. Currum onustum pellibus ovium, mer-
catori cuidam ademptū fuisse causam belli Hel-
vetici, in quo fortissimus Heros Carolus Burgū-
diæ Dux miserè periit, refert Phil. Comin. *lib*.7.
Comment. Cum tamen Helvetii missis Legatis
culpam deprecari, satis amplas Carolo obtulerint
conditiones. Idem Comin *d loc*]
43 Quarta † Belli offensivi causa censetur legiti-
ma; si transitus innoxius, qui iure humanæ socie-
tatis debetur, denegetur: tunc enim deneganti
iustè bellum inferri posse, sacrarum literarum ex-
emplis edocemur, *Num*.21. ubi filii Israël pugna-
runt adversus Seon & Og Reges Amorrhæorum
propter denegatum innoxium transitum in ter-
ram sibi à Deo promissam, Augustin. *in c.ult*.23.
q.2.1 Sam.15.v.2.& seq.exemplum extat 1.Machab
5.v.48 *& seq* [Joh.Lorin.*in Comment.Num.c*.10.
v.9 fol 325.]
44 In Imperio Romano † transitum desiderans
debet prius requirere Duces Circulorum, & ido-
neè cavere de resarciendo damno, qꝫ per transitū
fortè accidere potest, aliâs denegatur, R. A. zu
Augspurg/de An.1559.§. Den zu begegnen/ *junct*
45 §.*seq*. [Si verò Princeps vel Rex extraneus † in
imperio militem conscribere velit, ipsum Impe-
ratorem desuper requirere tenetur, iuxta constit
Imp.Ratisbon.de An.1576.§. Setzen/ordnen und
wöllen wir/dz hinfüro ein jeder frembder Poten-
tentat/wer der sey/ so im H. Reich Kriegsleute
werben lassen wollē zuforderst bey uns/als Rö-
mischen Keyser darumb ansuchen soll/ mit auß-
drücklicher Vermeldunge/ wie viel Kriegsleute
er bestellē lassen wolle/welche die Obristen/Ritt-
meister/und Hauptleute seyn Darneben diese Zu-
sage thun/ daß solch Kriegsvolck wider uns/ und
des H. Reichs Churfürsten/Fürsten vñ Stände
Unterthanen vñ Schirmsverwandten nicht ge-
brauchet werden/auch in den An-Ab-vñ Durch-
zügen niemand beschweren/ was sie verbrauchen/
zahlen/kein Musterplatz und Musterunge/ꝛc.
iunct.§§.seq ibid. ubi etiā de modo, & form.præ-
stand. cautionis ab extraneis, aliisq; connexis.]
Similiter iusta belli causa † censetur, si alimen- 46
ta necessaria transeuntibus denegentur, *Iudic* 8.
v.4 & seq Qui enim alimenta iure humanæ so-
cietatis, refuso tamen legitimo pretio, debita de-
negat, necare videtur, *l.necare, ff. de agnoscend.&*
alend. liber.
Dominandi verò libido, † nocendi crudelitas 47
& similia, iure in bellis Gregorio monente, cul-
pantur *c 4.caus*.23 *q*.1. Principio rerum, fines im-
perii tueri, magis quàm proferre mos erat, Justin
lib.1.in pr. Confer Zas.*ad tit.de origin jur.l.2.§.po-*
pulo, pag. 127. adde Oldend. *ad eand. l.2.§. eodem.*
[Cōfer Wilhelm Ferdin.ab Effern *manual.Polit.*
lib.5 punct.1]Nescit Pietatis iura regnandi libido.
Quamobrem laudandus non † est terror olim & 48
caput orbis Alexander M. qui gloriæ & imperii
libidine universum occupare contendebat orbē:
quod rectè eidem exprobrarunt Scythæ, dicēres:
si Dii habitum corporis tui aviditati animi parē
esse voluissent, orbis te non caperet, altera manu
Orientem, altera Occidentem cōtingeres, Curt.
lib 9.[In Carolo Burgundiæ Duce † culpatur, qꝫ 49
cupidissimus fuerit gloriæ, eamq; fuisse præcipuā
causam, cur bella susciperet: idq; spectasse inpri-
mis, ut sicut prisci quidam Heroes, celebraretur,
sed tamen tragico & nimis luctuoso exitu, teste
Philip Comin. *lib.7.Commentar.pag*.575.*& seqq.*
Hanc enim esse naturam eorum, qui dominatum
sibi propositum habent, ut ambitioni modū sta-
tuere nesciant, scribit Joh. Sleidan. *lib*. 14. *Com-*
ment.pag.m.399. Quamvis negari nō possit, quod
pleraq; imperia, † ut & Romanum, initium ha- 50
buerit, non tā à iustitia quàm violentia, Warem.
lib 1 de fœd. c.1.n.36. Unde Carneades de iustitia
disputans Romanis obiicit: si iusti esse velint, hoc
est si aliena restituāt, ad casas esse redeundum, &

necessitate ac miseriis iacendum, Lactant. *lib. 5.*
51 *c.17.* Nonne autem Augusti † ab augendo dicti, quod fines imperii feliciter augere debet. Alciat. *ad l. taberna, de V S.* augere quidem debent, non tam rapiendo aliena, quàm recuperando amissa, tuendo præsentia. R. A. zu Augspurg/ de Anno 1548 §. Als auch durch die Krenß/ ibi, damit dem H. Reich nichts entzogen/ sondern dasselbige so viel müglich, bey seinen Ansehlägen/ Rechten und Gerechtigkeiten erhalten werden/ vel legitimo modo nova occupando. [Confer Joh. Oldend.
52 *Class. 4 act. 12. vers. Ex quo loco.*] Infidelitas † & religionis diversitas justa non est causa, populum à nostra jurisdictione & imperio remotum aggrediendi, latè Covarr. *in d. c. peccatum, §. 10. ubi resolvit contraria dissent* Hieron. de Cævall. *in spec. Comm. opin q 906 n 107 cum mult seq & nu 183. & seq. & n. 295. cum seq* ubi propter infidelitatem Indos rectè bello occupatos defendit. [Cardinal. Tusch *pp conclus. 34. nu 33 lit B verb. Bellum, ubi ex Calder. consil. 95. num. 3.* tradit, pro fide & in factis fidei, Papam indicere bellum. *Et conclus. 36. num 2. ex eod. Calder.* scribit, quod tenentes contrarium non distent ab hæresi] Verum enim
53 verò in religionis negotio † nihil quidquam valet mortalis hominis auctoritas. nec est opus vi & iniuria, cum cogi nemo possit, invitus ut credat. Cuiac. 16. *obs. 3* [Matth. de Afflict. *decis. Neapolit. 151. num 2. per e sicut, de Iuda* ingenuè fatetur Jacob. August. Thuan. *in Epist. nuncupat. operi histor. præfixa*, Bellum non esse legitimum modum tollendæ in Ecclesia scissuræ, *vid cap qui autem, distinct 45. c qui sincera distinct. ead* Clapmar *de arcan rer. publ. lib. 7. cap 21* Camerar. *Horar subcisiv. cent 1. cap 8*] Imò arma contra naturam huius rei sunt, ideòque pro adstruendâ eâ nihil conferre valebunt. Quod effici nequit per
54 vim, † id aggredi per vim, furiosum erit Religionis ius hominib. cum hominib. ppriè nō est: itaque nec læditur ius hominum ob diversam religionē. Unde ergo belli causa? Religio ius est inter Deum & hominem, *l. 2. de l. & l.* eleganter Albet. Gentil *d lib. 1 c. 9* Petr Greg *de Repub. lib. 12. c. 4. n. 11.* Quinimò de Ecclesia Novi Testamenti
55 pdictum est olim, † q; sine cæde & sanguine propagan ra sit doctrinam Evangelii, *Esaia 11. v. 6. & 9.* Dn. D Meisner. *in Sobr. Philosoph sect. 2. q. 4. p. 625.* Confer Keckerman. *lib. 1. Polit. c ult* [*Et quia voluntarium militem elegit Christus, c. non est 15 q. 1.* Matth. de Affl. *decis. 151. n. 2.* confer etiam quæ novissimè de hac quæstione scripsit Joh. Werdenhagen, *de Rebuspub. Hanseatic par .1 c. 8*]

Nulla itaq; maior est Tyrannis, † quam imperare velle conscientiis, dicente Maxim. II Imper. Quæ enim impudentia velle jus dicere, ubi nō est fundata iurisdictio, aut supra territorium, *arg. l. fin de iurisd.* Conatus inanis irritus Gladio, igne vel exilio nihil efficitur, hypocritæ instituuntur metu, & seminarium sanguinis conditur busto, Waremund. ab Ehrenberg/ *lib. 1. de fœderib. c. 2 n. 15. vid. eund lib. 2. de fœderib. c. 1. n. 63 & seqq* [Quare notabiliter admodum conqueritur Referens apud Gylman. *in sym horem part. 1. tit. 3 n. 16. fol. 166. inquiens:* Proh dolor, nullâ huc usq; ratione, † publica pax magis turbata fuit, quàm quod Magistratus subditis suis conscientias cōstringere voluerunt. *Et in eod. vot. nu. 37 fol. 171.* dicit: Coactionem ad fidem, quæ fit per externā vim & pœnas corporales, Ecclesiam Christi ignorare, quæ tantùm habet gladium spiritus, &c. add Crani. *de Constit. Religion. part. 2 problem. 1 p. 191. & seq & problem. 3. p. 211.* ubi notat Pietatis aram armis inimicam. Et Principem posse corpora de loco in locum transferre, non verò animum cogere: Imò citiùs posse efficere ligna lapidesq; vocem emittere, quàm cogere hominem credere quæ non vult] Stephani † laudatissimi Poloniæ Regis, æterna memoria digna vox, posteritate celebratur; *Nolle se conscientiis dominari, siquidem solus Deus, hæc sibi reservavit: creare aliquid ex nihilo, nosse futura, & dominari conscientiis.* Lipsii † monito in fide agendum erit in fidibus, si quid discrepat non statim disrumpendum, sed paulatim ad concentum reducendum, *lib. 4. Politic c. 4* Lactantii consilio inducenda religio, nō occidendo sed monendo, non sævitia sed patientia, non scelere sed fide, quia longè diversa sunt, carnificina & pietas, nec potest aut veritas cum vi aut iustitia divina cum crudelitate subsistere, *lib. 5. Instit. divin. cap 2.* [Contrarium cum aliis novissimè statuit † Wilhelm. Ferdin. ab Effern, in *Manuali Politic. sive de Ratione status, lib. 2. punct. 9 per tot. & præsertim p. 238.* ubi disertè scribit non dari istam libertatem conscientiæ, sed pro defensione Religionis & Ecclesiæ iustum bellum decerni, ibidemq; opinatur, libertatem conscientiæ in effectu, nihil aliud esse, quàm ipsum atheismum, sed malè prorsus, cum athei, de cōscientia non sint multum solliciti, sed in diem viventes, conscientiâ planè destituuntur. Add. eund.

(Right-margin numbers: 56, 57, 58, 59, 60)

eund. *lib. 5. punct. 1.* & 2. ubi quædam de Belli causis]



Caput III.

De belli avertendi et *suscipiendi consiliis, & præsertim de Fœderibus.*

Summaria.

1. Bella potius piè & prudenter avertenda, quàm justè suscipienda. Non cæco aut temerario impetu ad arma prorumpẽdum. Martis alea ambigua, & eventus dubius.

2. Facilè bellum sumitur, accerrimè definit, nec in ejusdem potestate initium & finis.

3. Belli effecta & calamitates. Omnium immanitatum Epitome, & calamitatum cunctarum farrago bellum dici meretur.

4. Bella plus impendii, quàm compendii; Plus in gerendo detrimenti, quàm in gesto emolumenti. Et nõ necessaria & injusta infelices successus tragicos exitus habent.

5. Consilio prius omnia experienda, quàm armis decertandum. Pulcrius in otio vitam degere, quàm in tumultu libertatem amittere, ac periculum inire.

6. Nusquam minùs, quàm in bello rerum eventus intentioni respondent. Quid ſt lidius, quàm sanguine tuorum tentare, quæ citra periculum comparare possis.

7. Honestius est unum civem servari, quàm mille hostes occidi. Augusta Imper. Antonini vox. Dum in pace esse possumus, arma non induamus.

8. In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis.

9. Etiam in quovis justissimo bello multa enormia & abominanda miscentur peccata.

10. Eveniente belli occasione initio utendum verbis deindè herbis, tertiò lapidibus. Ubi nõ sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium.

11. Xerxes Græcis bellum illaturus, consilium bellum suadentium infelici exitu secutus est. Perpenso consilio in bello vitando, vel suscipiendo agendum est.

12. Quorum initium est sine prudentia, finis solet esse cum pœnitentia.

13. Consiliarius levi de causa Principi bellum suscipiendum suadens aut bile abundat, aut conscientiâ caret.

14. Bella avertuntur pacificationibus, & amicabilibus tractatibus.

15. Favore pacis in pacificationibus admittuntur etiam ea, quæ aliàs sunt prohibita. Quicquid fit propter bonum pacis, jure fieri censetur.

16. Belli avertendi quæ consilia sint optima?

17. Romana urbs amicitia fœderibus cum extraneis populis non mediocriter aucta. Nullus populus diu stare potest, ac florere, nisi finitimorum munitus sit amicitiâ, & societate.

18. Fœderum jura communem quasi fœderatorum fortunam faciunt.

19. Quâ intentione fœdera gentium jure prodita?

20. Natura confœderationis quænam? Confœderati uno & mutuo quodam spiritu vivere dicuntur.

21. Præceptum tuendæ salutis adversus hostium impetus.

22. Helvetiorum fœdus ad Galliæ salutem magnum momentum attulit.

23. Fœdera justa sunt licita. Habent auctorem ipsum Iehovam.

24. Iusta & licita censentur fœdera, si fiant juris permissione, vel superioris auctoritate.

25. Superiorem non recognoscentes de rebus licitis & honestis fœdera percutiunt juris permissione.

26. Inferiores non nisi auctoritate superioris.

27. Imperator aliàs ab omni dispositione etiam juratâ, ipsâ juris provisione exceptus censetur.

28. Limitantur prædicta.

29. Inferior adversus summum Principem fœdera percutiens, præsertim cum hoste ejus, crimen læsæ Majestatis committit.

30. Vasallus contrahens fœdus cum hostibus Domini regulariter amittit feudum.

31. 32. Fœderum genera propriè duo. Et quænam?

33. In fœderibus non minus piè, quàm prudenter omnia agenda.

34. Fœdera percutiens fortunam suam in consilio habeat, cum de aliena deliberat.

35. Optimum & firmissimum fœdus est, justa & necessaria modestè agere. In fœderibus plerunq; alienorum erratorum pœna luenda.

36. Neutrarum partium duces sequentes victoribus quasi certissima præda cedunt. Neutralitatem sectari periculosum.

37. Neutraliter tali casu quiescens, eventum stultorum magistram expectans, cum consiliis sapè & consiliariis perit.

38. Mediâ habitantes domo ab inferioribus fumo

necantur, à superioribus perminguntur. Sic & cives ab utraq; factione medii.

39. *Fœdera etiam pacis tempore rectè peretuntur.*

40. *Fœdera quibus modis finiantur? morte alterutrius ex fœderatis.* 41. *Elapso tempore præfinito.*

42. *Et finitâ fœderis causâ.*

43. *In dissolutione fœderum cautè agendum. Et quæ perpendenda?*

44. *Ludovicus XI Galliæ Rex artem dirimendi fœdera & societates calluit, inq; ea re nulli pepercit sumptui vel labori.*

45. 62 *Quæstio de fœderibus cum Turca, vel alio infideli ineundis, proponitur. Rationes adfirmantes.* 1. *Quod quisq; ob tutelam corporis sui fecit, jure fecisse existimatur. Ignoscendum ei, qui qualitercunq; sanguinem suum redimere satagit.*

46. 2. *Propriæ salutis defensor in nullo peccare videtur. Magis Patria, quàm propria salutis ratio habenda.*

47. 3. *Nec jure divino, nec humano necessitati lex ferri potest.*

48. *Necessitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum. Bona Ecclesiastica necessitate urgente, non habitâ privilegii ratione contribuunt. Et alienatio rerum Ecclesiasticarum propter necessitatem permissa.*

49. *Necessitas ingens telum, nulli subjectum legi ipsa legem faciens. Necessitate urgente quod fit, culpabile non est.* 50. *Lex sit honesta, justa, possibilis &c.*

51. *Necessitas præsupponit impossibile quiddam.*

52. *Propter necessitatem ea conceduntur, quæ ipsa quoq; natura negavit.*

53. 4. *Hostes insidiis & dolo fas est propulsare.*

54. 5. *Contrariorum eadem est ratio, quoad potentiam, & juris decisionem. Quicquid fieri potest in uno contrariorum, censetur etiam permissum in altero. Idem operatur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito.*

55. 6. *Cujus finis bonus est, idipsum quoq; bonum esse censetur. Finis in omni actione inspiciendus. Ratio finalis anima cujusq; dispositionis dicitur.*

56. 7. *Ex dissensione, & divisione oritur regnorum desolatio.*

57. *Per simultates & odia tractis in diversas partes animis, hostium vires frangenda.*

58. 8. *Dei actio nostra est institutio.*

59. 9. *Exempla piorum, qui cum gentilibus, & infidelibus fœdus & pacem inierunt.*

25. 60, 10. *Ius fœderum & belli pari passu ambulant.*

61. 11. *In bello justo licitum est bestiarum auxilio uti.*

63. *Contraria sententia evidentioribus nititur rationibus, juris divini fundamentis, & exemplis.*

64. 1 *Impio non præbendum auxilium, nec amicitia jungenda cum fidelibus, propterea enim ira Dei & indignatio provocatur.*

65. 71. *Firmiter cohærere & conjungi non possunt, quibus studia, & vota diversa sunt. Francisci Galliarum Regis fœdus cum Turcis percussum, Christiano omnino indignum, dixit Carolus V. Imp.*

66. 2. *Fœdera & auxilia infidelium sunt periculosa.*

67. *Nulla participatio justitiæ cum iniquitate, nulla societas lucis ad tenebras.*

68. *Aditus & ingressus Turcæ & infidelibus in terram fidelium non monstrandus. Non alius in orbe terrarum potentior, nec rebus omnibus bellicis instructior Turcâ.*

69. *Tristis eventus amicitiæ & fœderis cum infidelibus juncti.*

70. *Turcicum imperium undè potissimùm incrementum sumpserit?*

71. *Non nisi firma amicitia in periculo, & Necessitatibus constans perdurat. Firma amicitiæ fundamẽtum, est animorum, votorum, & religionis conjunctio.*

72. *Turcarum proprium est, nulli Christiano nisi commodi sui causâ, amicum esse. Fidem solâ utilitate & quæstu metiuntur.*

73. 3. *Indecens, & nefas est Christianos homines propter lites & controversias civiles coram infideli judice litigare.*

74. 4. *Hujusmodi fœdera in publico Viennensi concilio damnata, & improbata sunt.*

75. 5. *Victoria à solo Deo speranda, & petenda.*

76. 6. *Bella non minus piè, quàm fortiter gerenda, & suscipienda. Bellum præcedere debent preces ardentes ad Deum.*

77. *Publicæ preces pro obtinenda victoria communi Imperatoris & Procerum imperii consensu introducta.*

78. 7. *Fœdera jurisjurandi religione vetustissimo more & usu firmanda sunt.*

79. *Singularis modus olim fœdera inter Reges sanciendi Fœdus arcanum mutuo cruore sacratum.*

80. *Iuramentum fidelium est veri Dei invocatio, infidelium juramentum idolorum invocatio. Ex impio infidelium juramento bonus non est sperandus effectus, aut exitus.*

81. 8. *Io-*

81. 8. *Iohannes Elector Saxoniæ cum discrepantibus in religione fœdus inire noluit.*

82. *Elegans Petr. Martyris distinctio inter fœdera, &c.*

83. *Respondetur ad dubitandi rationes. Ad 1. Legitima defensio quæ? Non qualibet defensio jure permissa est, sed quæ fit cum moderamine juris.* 84. *Quod jus naturæ dicit in genere, hoc jus divinum cum distinctione fidelium & infidelium accipit.*

85. *Ad 2. Propriæ salutis defensor cum moderamine se defendens in nullo peccat. In jure omnis excessus in defendendo punitur.*

86. *Ad 3. Necessitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum, aliquando, non semper. Tolerare malum patientia est facere malitia.*

87. *Propter necessitatem delinquere non oportet.*

88. *In ceremonialibus necessitas à lege fuit exempta. Possumus hoc, quod lege permittente, vel non prohibente possumus.*

89. *Vrgente extremâ necessitate ad divinum auxilium recurrendum.*

90. *Ad 4. Etiam insidijs & fraude hostis opprimendus. Quæ solertiam militarem denotat. Perfidia ne quidem adersus hostes licita.*

91. *Ad 5. Argumentum à contrario non procedit, diversâ existente utriusq; cōtrarij ratione. Magistratui etiam infideli parendum ratione jurisdictionis, & superioritatis.*

92. *Ad 6. Tùm demum bonum est id, cujus finis bonus est, si etiam media ad finem ducentia bona sint. Finis & media ad finem ducentia debent esse homogenea, non heterogenea.*

93. *Ad 7. Quatenus hostium discordia seminanda?*

94. *Ad 8. Quæ à Deo geruntur non sunt trahenda à nobis in exemplum, qui sub ejus legibus constringimur.*

95. *Ad 9. Non exemplis, sed legibus est pugnandum.*

96. *Macchabæorum omnia facta non justificantur. Macchabæi Romanorum præsidia, & auxilia quærentes in victoriis defecerunt, & ab hostibus superati.* 97. *Nec Davidis facta omnia probanda.*

98. *David unctus fuit ad regnum à Samuele, ut defuncto demùm succederet, non ut vivo imperium vitamq; eriperet. Sic hodiè vivo Imperatore eligitur Rex Romanorum.*

99. *Asia graviter à Deo reprehensus, & divina indignationis aculeo propterea statim sensit.*

100. *Ad 10. Cum infidelibus fœdus non ineundum adversus Christianos.*

101. *Adit. & ult. Fœdera infidelium prohibita à Deo, & improbata.*

BELLA cum potius † piè & prudenter avertēda, quàm justè suscipienda: Ideoq; justâ apparente belli causâ, non statim cœco aut temerario impetu ad arma prorumpendum, sed præmissis ad Deum precibus, prudenter prius expendendum, an expediat Reipub. classicum canere & hosti fecialem mittere: An verò præstet motos fluctus amicabiliter componere, quàm se Marti cujus alea ambigua, & eventus dubius committere. Facilè bellum † sumitur, acerrimè desinit, nec in ejusdem potestate initium & finis, Confer Hyppolit. à Collib. *in princip.* [Philipp. Cominæ. *lib. 3. Commentar. in princ.*] Bello vastantur omnia: squalent municipia, affliguntur Coloniæ, agri quasi senio confecti marcent: 1 2

-----Cum nullus aratro
Dignus honos, mœrent abductis arva colonis.

Convertuntur aratra † in arma, boves in equos, stimuli in lanceas, vomeres in sagittas, tunicæ in loricas, simplicitas in malitiam, justitia in violentiam, nullumq; nefas exemplo caret, Anton. de Guevett. *in Herolog. Princip. l. 3. cap. 14. n.* 499. Et brevitet omnium immanitarum epitome, & calamitatum eunctarum farrago bellum dici meretur, Morn. *de verit. relig cap. 16. fol.* 361. Hering. *de fidejussor cap. 20. §. 21. n. 5.* [VVerdenhagen. *de Rebuspub Hanseat. part. 1. cap.* 8 Geil. *de pignorat. observ. 2. num 3. Et 2. observ. 23. num. 1. Et obser v. 57. n. 3. & seqq.* Et plures Belli calamitates describit Prophera *Esa. cap. 13. vers. 15. & seq. & c. 16. vers. 10.*] quod tam victoribus quàm victis non rarò perniciosum est, ut de bello inter Athenienses & Lacedæmonios gesto refert Hyppolit. à Collib. *in Consiliar. p.* 233. & experientiâ teste plus habet impendii, † quàm compendij, plus in perficiendo & gerendo detrimenti, quàm in gesto emolumenti. [Bella enim non necessaria & injusta, infelices successus & tragicos exitus habent, Nevvmayer *de Neutralit.* & facit exemplum adductum suprà *cap præcedent. n. 42. 49.*] Quamobrem † consilio omnia prius experiri quam armis decertare decet, Terent. *in Eunuch. act. 4. scen* & melius est consiliis & astu res externas moliri & arma procul habere, Tacit. *l. 2. annal.* pulcrisq; in otio vitam degere, quàm tumultu libertatem amittere, ac periculum inire, Dat. Phryg. *in lib. de exc. Troj.* [Meichsner. *decis.* 3 4 5

6 *Camer.22.num.*163.] Nusquam enim minus † quàm in bello rerum eventus intentioni respondent, 1. *Reg.*20.*v.* 1. Thucyd. *lib.* 1. *Belli Peloponeſ.* Idque præcipuè in Christiano Magistratu obtinet, qui alieno tanquam suo sanguine parcè uti debet, & nosse, homini non esse homine prodigè utendum, Senec. *Epist* 89. [Quid n. stolidiùs, quàm quæ circa periculum comparare possis, sanguine tuorum tentare, & incerta pro certis amplecti malle, Aventin. *in histor. fol.*148.] Augu-
7 sta est Imperatoris Antonini vox : † Honestius esse, unum civem servari, quam mille hostes occidi. Augustus Imperator sæpè in ore habuisse fertur; sibi non libere aureo hamo piscari, & gentes nihil debellare multarum legionum periculo, refert Lans *in Consultat. Europ* 1 [Cum quibus congruit Marciani Imperatoris dictum: Dum in pace esse possumus, arma nō induamus, Gualrh. *in Chronol. Ecclesiastico politic. in vit. Marcian.*] Melius quippe est imperia augere hominum cōservatione & adjectione, quam rerū acquisitione, *l.*7.*§.*3 *ff. de bon. damnat.* [Siquidem in multi-
8 tudine populi † dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis, *Proverb.*14.*in fin. add. c.*10.*vers* 38. Et eorum qui reguntur diminutio, Regni solet esse fluctuatio, Just. Matt. *resol. ad q.* 138. De pacis studio Regibus glorioso, vid. quæ latè scripsit Chassanæ. *in Catalog. glor. mund. part.* 5. *considerat.* 6. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib* 27 *tit* 3. *n* 1. *& seqq.* Sufficit unicum illud Salvatoris encomiū : Beati pacifici; quoniā filij Dei vocabuntur, *Matth.*5.*v* 9 Et expeditum
9 est † & in quovis justissimo bello, multa enormia & abominãda misceri peccata. Hinc David, vir secundū cor Dei, Qui & Domini bella gessisse dicitur, indignus à Deo fuit habitus ut Nomini ejus Sanctissimo Templum ædificaret, facto ad eū verbo ejus: Multū sanguinē effudisti & plurima bella bellasti: non poteris ædificare Domum Nomini meo, tanto effuso sanguine in terram coram me, 1. *Paralipom. cap.* 23. *vers.*8] Idq; eleganter describit hisce versic Christian. Poëta Prudentius in Concord. & Discord. Lugn.

Vnum opus egregium restat post bella labori,
O Proceres Regni, quod tandem Pacifer hæres
Belligeri: armata successor inermis & aula
Instituit Salomon: quoniam Genitoris anheli,
Fumarat calido Regum de sanguine dextra. &c. p.m.24.

10 Quare eveniēte belli occasione, † initio utendū est verbis, hoc est, amica tractatione, & compositione: deinde herbis, h. e juris remedijs, si q̄ haberi possunt; Tertiò lapidib. hoc est armis. Ubi n. nō sufficit virtutis ingeniū, ibi valeat armorū præsidiū. Bald. *in c. olim, n.* 2. *x de rescript.* Hujus doctrinæ praxin videmus in Jephte, *Iudic.*11. *v.* 12 *& mu i seqq.* [*Ios.*22. *v* 12. *& seq. Luc.*14. *v.* 31. *& seq.* Tunc utile solùm est ad arma concurrere, cū locū apud Adversariū justitia invenire nullū potest, Cassiod. *lib.*3. *varior. c.*1. Sapienti n. & prudenti viro, omnia patienda sunt, quoad spes sibi aliqua relinquitur, jure potiùs disceptandi quàm Belli gerendi aut tumultus excitandi, verba esse Carol. Magn. Imper. refert Aventin. *fol.*102]

Xerxes Persiæ Monarcha † potentissimus, 11
bellum illaturus Græcis, convocato quidē prudentum consortio, deliberavit, consultū ne id esset? Ad bellum pluribus suffragio euntibus pacē unicè suasit Artabanus, patruus Xerxis, cujus si secutus fuisset consiliū, piscatoriā scaphā vitam redimere coactus non fuisset, & tragicum hoc monumentum posteritati relinquere : *In exiguo navigio sedentem videre, quem paulo ante vix æquor omne capiebat : eumq; carere servorum ministerio, cujus exercitus antea propter multitudinē terræ graves esse vi lebantur*, Justin. *lib.* : *Histor* Non itaq; satis est convocaro, sed etiam perpenso consilio, in bello vitando vel suscipiendo agere. Solet n. † quibus initium est sine prudentia, finis esse cū pœnitentia, August. *Epist.*82 Ernestus Cothman. 12
vol 4. *cons.*12 *n* 59.

Quicquid verò consilij moderatione perficitur, non consuevit Pœnitudinis tubore perfundi, Accurs. *in gl. ad Nov.*23. Rittersh. *in Commentar. Nov. part.*10. *c* 1 *p.*4. [Iniquitas omnia præcipitat, virtus autem lenta est omnium percunctatrix *text. in c. non in perpetuum* 24. *q.* 3. *gl. fin. ibid.* Geil. *de arrest. c.*1. *n.*12.]

Neq; Consiliarij † faciles sint ad suadendum 13
bellum Principi, ne re sinistrè cadente, & Principis indignationem & conscientię vulnerationem sentiant : Unde Consiliarium, qui levi de causa Principi suscipiendi belli auctor est, ut bile abundare, aut conscientiā carere, dixit Anton. de Guevara *in horolog. Princip. lib* 3 *c.*4 *sub n.*499.

Avertuntur bella † pacificationibus, amicabilibus tractatibus, quando sublato litium fomite dissensiones & æmulationes in herba adulescēre suffocantur, cujus rei praxin, vide in R. N. de An 1603. als wir dan vor den andern / *cum aliquot §§ seqq. & passim in historijs.* Et tantus est pacis fa- 14

15 eis favor † ut in pactionibus & pacificationibus ejus conciliandæ causa, initis, admittantur etiã ea quæ aliàs sunt prohibita, Cott. *in memorabilib. verb. Pax.* Cravett *consil.* 490. *num* 4. Roman. *consil.* 32. *num.* 16. Quicquid enim propter bonum pacis fit jure fieri censetur, Anton. Corf. *in tractat. de privileg pacu, priv.* 60. Corn. *cõs.* 185. *colum fin vol.* 3. ubi ex mente Thom. dicit omnia entia appetere naturaliter pacem & quietem, quem allegat Prosp. Farinac. *in practic. crimin. artic.* 14 *n* 11.

16 Optima † belli avertendi consilia sunt, quæ versantur circa conjunctiones & amicitias potentum, in fœderibus salubriter feriendis. Fœdera namque sunt arietes, quibus hostium conatus frangitur, consilia callida & pravæ machinationes avertuntur, VVarem. ab Ehrenberg, *de*

17 *Fœderib. lib.* 1. *c.* 1 *num.* 42. Novimus † Romanam Urbem primâ origine, & deinde temporum successu, amicitiæ fœderibus cum extraneis populis non mediocriter auctam, quod Cic. *in orat. pro Cornel. Balb eleganter docet*: Id quod etiam sacra testatur historia 1. *Machab c.* 8. *v.* 12. *& seqq*] Nihil enim aliud quàm pia & æterna pax in fœdere, Zas. 2. *consil.* 1 *num.* 4. [Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig convent. lib.* 27. *tit.* 7. *num.* 1. Et nullius populi tantas esse vires, ut diu stare possit atq; florere, nisi finitimorum munitus sit amicitiâ & societate, ut in conventu Smalcaldico Galliæ Regis Legatus monuit apud Sleidan. *Com-*

18 *mentar. lib.* 9.] Fœderum † jura communem quasi fœderatorum fortunam faciunt, dum fœderatus fœderati injuriam propulsare tenetur, quantum potest, Bart. *in l. non dubito de captiv. & postlim. rever.* Innoc. *in c. si verò, x. de sentent.*

19 *excomm.* Eâ namque intentione † fœdera gentium jus prodidit omni ævo, ut amici armis hostes terrere & suos tueri possent, Conf. *Nov. Leon.* 102. Petr. Greg. 11 *de Rep. c.* 11. Nam confœdera-

20 tio † duorum, unum quasi corpus constituit, quoad defensionem & auxilia mutua, Hier. Gig. *in tractat. de crim. læs. Majestat sub rubr. de Rebell. q.* 21. *per tot. lib.* 3. Bald. 2. *consil.* 29. Rosenthal. *de Feud c.* 10. *concl.* 20. *num.* 18. *innot. gl.* Alberic. Gentil. *lib.* 3. *de jur. bell c.* 18. *p* 633. [Eaq; natura est fœderis, hostes alterius ut proprios persequi, *l. non dubito ff. de captiv.* Bald. *in Rubr. de Treug. & pac num.* 4 Cardin. Mantic. *de tacit & ambig convent. lib.* 27. *tit.* 7. *nu* 3. Et dicitur adhærentia plurium qui sunt ejusdem velle seu voluntatis, Grammatic. *decis.* 65. *num.* 38. *& seq.* Cardin. Tusch. *practic conclus.* 178. *lit. P. verb. Pacu capitula. Et lit. C. conclus.* 628 *numer.* 1. *Verb. Confœderatio juxta illud* Sallust. Idẽ velle & idem nolle, ea demùm firma amicitia est.] Et confœderari uno & mutuo quodam spiritu vivere videntur, Felin. *in rubr de Treug.*

21 Nullum itaq; tuendæ salutis † adversus hostium impetus ferè majus præceptum, quàm aut potentissimum esse, aut cum potentissimis societatem & amicitiam coire, sive ejusdem imperij, sive plurium civitatum Principes bellis conflictentur, Bodin. 5 *de Repub. c.* 6. [Quantum Hel-

22 vetiorum fœdus † ad Galliæ salutem momentum attulerit, quodq; ingenti labore & sumptu Ludovicus XI. Galliæ Rex conciliarit, idq; inde lucri senserit, ut oppresso Carolo Burgundo, nullus esset omnium Galliæ Principum, qui se ei opponeret, attestatur Philipp. Cominæ. *lib.* 7. *Commentar. pag. m* 542. *& seq.*]

23 Fœdera † justa, quin licita sint, dubium non est. Habent enim ipsum Jehovam auctorem, qui deleto per diluvium orbe, fœdus cum Noa & populo suo percussit, *Gen.* 9. *v.* 11. *Esa.* 54. *v.* 9. 10. Abrahamũ Patriarcham constat in fœdere fuisse cum Amorthæo fratre Escol & Aner, *Gen.* 26. *v.* 28. 29. 30. 31. inter Jacobum & Labanum fœdus extitit, *Gen.* 31. *v.* 44. Machabæos cum Romanis fœdere devinctos legimus, 1. *Machab. c.* 12. quod ex similibus sexcentis alijs exemplis piorum apparet, [vid. Cardinal. Tusch. *pp. conclus* 631. *lit. C. verb. Confœderatio.*]

24 Justa † & licita censentur fœdera, si fiant juris permissione, vel superioris auctoritate, Bald. *in l* 1. *ff. quod cujusq. universit. nomin* Bart. *in l. ult.*

25 *ff de Colleg illicit.* Juris permissione † omnes superiorem non recognoscentes, de rebus licitis & honestis fœdera feriunt, sicut & bella movent; quia jus belli & fœderum pari passu ambulant, ut est communis Dd. & Politicorum traditio.

26 Inferiores autem † non nisi auctoritate superioris fœdera percutiunt, & inde in quovis superiorẽ recognoscente in dubio fœdera & Ligæ præsumuntur illicitæ, *arg. l. denunciamus, C de his qui ad Eccl. confug. l.* 1 *&* 2. *C. de sedit l. conventicula, C. de Episc* & post alios tradit Matt. *de jurisd. l.* 2. *cap.* 23. *num* 8. Sunt enim inferiores & subditi in tutela & protectione superioris, ideoq; non opus habent quærere aliorum auxilium,

quod

quod tenderet in contēptū & præjudiciū Domi-
ni.[Hinc Protestantes Principes, in fœdere olim
à Galliæ Rege sollicitato, Cæsarem dixerunt es-
se excipiendū, adversus quē nihil sibi faciendum
esset, teste Sleidan.*lib 9. Commentar. pag. m. 263.*
Et notanter *lib* 10 *pag.m.*288. Thuan *lib* 2. Qui
27 & aliàs † ab omni dispositione ēt juratâ, ipsâ ju-
ris provisione exceptus censetur, *per text. in c. ve-
niētes, de jurament c.1.§.fin de prohib feud alien. per
Feder. & ibi Dd.* & præsertim Matth. de Afflict *n.*
33. Modestin Pistor. *consil.12.n 6. & seqq vol.2.* u-
bi id plurib. persequitur & exēplificat. Eoq; facit
text in Landtrecht/lib.2 art.1. wo Fürsten vñ Her-
ren zusammen schwehren/sie scheiden denn Key-
ser vnd das Reich drauß/ so haben sie wider das
Reich gemißhädelt/ubi gl. addit: Darumb/mel-
det er hie deß Reichs/dann ein Keyser oder Kö-
nig mag sterben/aber nicht das Reich/ vid. Aru-
mæ. *de Comitijs, c.1.n 27.* Hujus tamen quandam
declarationē videre licet apud Sleidan. *lib.17. Cō-
mentar pag m 522.*]Hoc tamen notabiliter fallit,
ēt in inferiorib. si verisimiliter timēt offensionē,
nec superioris semper copia haberi possit, tunc
n. si meram defensionem respiciant ejusmodi li-
gæ & confœderationes, neq; conspirationis spe-
28 ciem adversus superiorem admixtam † habent,
tolerantur, ut tradit Bart. *in extravag. ad reprimē-
dum in verb occultè.* Raphaël. Cuman. *in l n. 12. ff.
ad L. Iul. Majest.* Menoch. *consil. n. 12. in fin.* quia
rectius tale fœdus concordia, quàm conspiratio
dicitur. Roland. à Vall. *consil. 17. n 31. versic. ulte-
rius dicitur, lib.3.* Cravett. *consil. 4. nu.* 1.14.16.17.
[Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib.
27. tit. 7. n. 7. ubi allegat alios.*]vid. Mynsing. *cent. 6.
obser. 2. n. 4 5. 6. ubi n.* 10. ita in judicio Cameræ,
An. 1553. fœdus inter Episcopos, VVürtzburgen-
sem & Bambergensem ac Civitatē Norimberg.
adversus Marchionem Albertum initium pro li-
cito judicatum fuisse testatur, tametsi prædictus
Marchio id ipsum fœdus tanqnam illicitam cō-
spirationem contra se factam in Camera graviter
29 impugnasset. Si verò inferior †; à summo Princi-
pe adversus supremū Principem fœdera percu-
tiat, præsertim cum hoste ejus, crimen læsæ Ma-
jestatis committit, *tex in Clement pastoralis, §. sanè
de re jud.* Bald. *in l. liberti circa finem, C. de inoffic te-
stam.* Decian. *in tractat crimin. l 7. c 13 nu.* 18. *& c.
33. n. 13.* Prosp. Farinac. *de crimin. læsæ Majest. q* 113.
inspect. 1. n. 32. ubi tamen in seqq. vid. limitatio-
nes, [adde Mantic. *d. tit. 7. nu* 8. Tusch. *in allegat.
conclusion.*]Et Vasallus † contrahens fœdus cum 30
hostibus Domini, regulariter amittit feudū per
ea q̄ tradit Schrader. *de Feud part. 9. ca. 4. nu. 8. &
seqq.* Rosentli *de Feud. c.* 10 *cōcl* 20. *n.* 18. Menoch.
cons. 102. *lib.* 1 Rol. à Vall. 3. *cons. 1. n. 80. cum seqq.*

Fœderum genera † propriè duo sunt. 1. Quod 31
æquis conditionibus constituebatur, & æquum
appellabatur, quod ab utraque parte æqualita-
tem habebat, & ex his qui ita fœderati, unus al-
tero superior nō erat, Liv. *l.4 decad.* 4. de quo la-
tius discurrit Menoch. 1. *arbitrar. q.* 100. *nu. 7. &
seqq.* [add. Tusch. *pp. conclus* 628. *n* 3. *& seqq. lit. C.
verb. Confœderatio.*]

Secundum verò genus † erat, quando unus 32
ex fœderatis alterius Maiestatem comiter con-
servaret, quod adiiciebatur, alterum superio-
rem esse, non ut intelligatur alterum non esse
liberum, Proculus JC. *in l. non dubito §. 1. ff. de ca-
ptiv. & postlim. revers.* De tertio fœderum gene-
re, quod deditium appellatur, vide Menoch. *d.
cas.* 100. *num.* 21. Præterea in fœderibus † non 33
minus piè quàm prudenter omnia agēda, & præ-
cipuè cavēdū ne per ea offendatur divina iustitia;

------ Nam numine læso
Iratoq; Deo nec prosunt pacta nec arces.

[Et illud. Virgil. 2. Æneid.

Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis.]

Deinde fœdera † percutiens, fortunam suam 34
in consilio habeat, cum de aliena deliberat,
Curt. *l.* 4. [Nec perperam aut temerè quibusvis
se implicet fœderibus, cum nō rarò fœderati in-
cautè, alienorum errorum culpas & errores, lue-
re cogantur. De VVolfgango Palatino Biponti-
no refertur, quod quamvis Augustanæ Confes-
sioni cordicitus addictus fuerit, tamen fœdere
Smalcaldico iungi recusarit, Et interrogatus cur
id renueret, responderit? *Optimum & firmissimū
fœdus esse, † justa & necessaria modestè agere: talibus* 35
*enim Deum ipsum Cōfœderatū existere: Et in fœderi-
bus plerumq; alienorum erratorum pœnas luendas
esse ab agnato Principe Friderico Electore, gravissimè
monitum fuisse.* Refert Frideric. Baumann. *in tra-
ctat. quem inscribit* Schlesisch Landtman / pag.
57.]Nec in caducum parietem incliner, cuius ia-
ctura ipsum quoq; tactura sit, Tacit. *de morib.
German.* Uniones partium tandem inducūt, per-
niciosas confusiones totius Corporis Item: Fœ-
dera & coniunctiōnes mēbrorū sunt disiunctio-
nes totius. [Multo enim ad propriam rui-
nam fœdera cum aliis traxisse, constat.]

Sed

Sed felices colat & vicinos, qui non mediocri valent potentia, ac in proximo habitant, Lips. *l.* 4. *Polit. c.* 9. *juxta illud Germanorum:*

Es ist besser ein Nachbar an der Wand/
Als ein grosser Freund vber Land.

De vicinorum commoditate & incommoditate vide quæ tradit Waremund. ab Ehrenberg/ *de Fœderib. cap.* 2. *num.* 127. *in fin.* Geil. 2. *obs.* 69. *n.* 20. Martyr. *in l.* 1 *reg c.* 21. *in pr.*

36 Instantibus belli † motibus inter vicinos tutius est aliquando cum alterutra parte coniungi quàm cum neutra. Qui enim neutrarum partium duces sequuntur, victoribus quasi certissima præda cedunt, per ea qua tradit Lips. 4. *Polit. c.* 9. *p. mihi* 101. Ideoq; neutralitatem sectari periculum

37 lolum apparet. Mediam † enim in huiusmodi rebus qui monstrat viam, nullam monstrat in quam pedem figere liceat, Liv. *l.* 32. Et si quis vult neutraliter tali casu quiescere, & ab armis abstinere, eventum stultorum magistrum expectās cum consiliis sæpè & consiliariis perit, Warem. ab Ehrenberg *de fœderib l.* 1 *c.* 2. *n.* 21. Sicut igitur

38 in media habitātes domo, † ab inferioribus inhabitantibus fumo necantur, à superioribus permingūtur, *l. pen Cod de injur.* Sic etiam cives medios ab utraq; factione, perditos, partim quod nō tulissent opem alterutris, partim invidiâ quod hactenus fuissent incolumes testatur Thucydid.

39 *l.* 3. Fœdera etiam † pacis tempore rectè percutiuntur, quia prosperæ fortunæ non est nimis fidendum, quæ cum maximè splendet, frangitur, juxta illud Germanorum:

Glück vnd Glaß/
Wie bald bricht das.

Item:

Wann Glück am meisten bricht herfür/
So helt das Vnglück vor der Thür.

[Fœdera multis modis finiuntur, vel morte alte-

40 rius † ex fœderatis perindè ut societas, *l. actione, § morte. ff pro soc. §. solvitur inst. de socies.* Ruin. *consil.* 107 *n.* 8. *vers. nec obstat lib.* 5. Item elapso tempore

41 præfinito, † tacitè non censentur renovatæ confœderationes; quia solenniter, tum scriptis, tum stipulationibus fieri solent, ut probatur *De pac. constant. §. in causis Appellationum*, Bart *in l. item quæritur, § qui impleto. ff. locat. & conduct* Johan. Oldendorp. *Class* 4. *action* 9. *versic. Hinc collige se-*

42 *quentia.* Præterea *finitâ fœderis causâ,* † finiri quoque solet fœdus & ideò si fuit facta ppter bellum, *solvitur per pacem,* Bald. *in l. actione, § renunciare in fin. ff. pro soc* Cravett. *cons.* 807. *nu.* 6. *in fin & nu.* 7. Card. Mant *de tacit & ambig convent. lib.* 27. *tit.* 7 *n.* 35. Et societates quæ inter imperandi avidos & libertatis tenaces, non sponte coëunt, sæpè jam didici, tantisper durare, quamdiu eas coniungit necessitas, inquit Dionys. Halicarn *l.* 6. *antiq Roman.* In dissolutione tamen fœderum cautè agēdum, † & perdendum an ea astu adversarii & 43
sui commodi causâ procuretur & num expediat rebus ita stantibus, fœdus dissolvi. Siquidem ut prudenter, prudentissimus Eques Phil. Comin. monet: Quoties illi, qui fœdere conjuncti sunt, secessionem faciunt, & se dissipati patiuntur, dubitari amplius non debet, quin paulatim omnes cladem aliquam accipiant, eiusque rei plurima exstare documenta & pertinere tam ad Principes quàm civitates, *lib.* 2. *Comment. pag mihi* 360. ubi notat, Ludovicum XI. Galliæ Regem, † artem 44
dirimendi fœdera atque societates calluisse, inq; ea re nulli pepercisse sumptui, vel labori, modò perficeret, quod vellet. Fœderatis utrinq; hostibus, quid agendum, Confer eund. Comin. *d. lib.* 2. *Comment p. m.* 382. Et quid de fœderatis diverso tempore, vid. Cardin Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 27. *tit.* 7 *num.* 32. ubi quod tunc, prius fœderatus præferendus, & tanquam in personali obligatione regula locum habeat: qui prior tempore potior iure.] Plura de Fœderibus vid apud Waremund. ab Ehrenberg/ & alios allegatos auctores. [Cardin. Tusch. Mant. Farinac. Menoch. Alberic. Gentil. *de jur. Bell. lib* 3 *c.* 18. *& seqq.* Hering *de Fidejuss cap.* 10. *n.* 278 *& seq junct num.* 303. ubi remissivè Forstner. *in not Polit. ad Cornel. Tacit. lib* 1. *pag m.* 42. ubi notabilia quædam de Fœderum *fragilitate* & quod in iis *plerumq; suum quoq; commodum* spectet.] Sequentem tamen quæstionem publicè aliquando à me propositam subnectere volui.

QUÆSTIO.

AN PRINCEPS VEL MAGISTRATUS Christianus, si ab alio Christiano iniquè bello & crudeli persecutione tam religionis, quàm regionis prematur, & se aliter tueri non potest, possit cum Turca vel alio infideli fœdus inire & ab eo auxilium adversus alium Christianum Magistratum persequentem petere?

Huius quæstionis affirmativa primâ fronte videtur esse verior, propter rationes sequentes.

1. Desumitur ex principio juris Naturalis. Jure
45 enim naturali æquum † est, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit jure fecisse existimetur, *l. ut vim, 3. de just. & jur. l. scientia, 5. quod cum aliter, & l. si quis fumo, §. 1 ff. ad L. Aquil. cum simil.* Nam ignoscendum est ei, qui qualitercunq; sanguinem suum redimere satagit, *l. 1. in fin ff. de bon. eorum qui ant. sentent. mort. sibi consciverunt.* Ergo & Magistratui Christiano erit ignoscendum, si suum & patriæ sanguinem, religionis & regionis eversionem, quocunq; modo, avertere conetur.

2. Propriæ salutis defensor † in nullo peccare
46 videtur, *text. in l. 3 Cod. ad L. Cornel. de Sicar.* Ergo neque Magistratus si sui & patriæ defendendæ causa, infidelis Turcæ ope utatur, in aliquo peccare videbitur, cum magis patriæ quàm propriæ salutis ratio habenda sit.

3. Ratio pro affirmativa desumi potest, à vi
47 & efficacia Necessitatis; † Nam neque jure divino neque humano necessitati lex ferri potest. [per tradita Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. gloss. 1. num. 19. & seqq.* ubi id multis more suo prosequitur Hieron. de Cævall. *in spec. opinion. commun. quæst 906 num. 50 & seqq.* Geil. *1. obser. 102 num. 6. 7. 8.* Cravett *consil. 1. progener. num. 8. & seqq.* Wesenbec. *consil. 40. num 28.*] De jure divino occidere aliquem fas non est. Si tamen aliquis in necessitate constitutus cum moderamine inculpatæ tutelæ aggressorem interficiat, in legem divinam incidere non putatur. Sic videmus Davidem famis necessitate ductum comedisse panes propositionis, quos nisi sacerdotibus comedere fas erat, *1. Sam. 21. v. 6.* [*Marc 2. v. 25.* ubi ipse Salvator id recenset & approbat.] Pariter in sacris legimus, Judæos quibus belligerare non licebat die Sabbati, eâdem die bella gessisse, ut se defenderent, *1. Machab. c. 2. vers. 41.* De jure
48 humano communis est traditio, † necessitatem facere licitum, quod alias erat illicitum, *arg. c. si nulla caus. 23 q. 8. & antea allegati textus juris civilis.* Sic licet speciali legis provisione bona Ecclesiastica ab exactionibus & tributis defendantur, *l. 22. cum similib. Cod. de SS. Eccles.* Necessitate tamen urgente non habitâ privilegii ratione contribuunt, R. A. de Anno 1542. §. Und zu diesem Christlichen Werck / sollen auch alle Stifft / Klöster / Capittel / rc. Imò non solum contributio sed & alienatio rerum Ecclesiasticarum propter Necessitatem permissa, *l. sancimus, 21. Cod. de SS. Eccles.* Sic Asa Judæ Rex donaria templi alienavit ad opprimendum hostem, *1. Reg 15. v. 18.* Huc pertinent rationes & axiomata Dd quæ de Necessitate adducuntur, quod Necessitas † sit in- 49
gens telum, nulli subiectum legi, ipsa legem faciens, *c. remissionem, vers. sed notandum caus. 1. q. 1. c. sicut, c. quando de consecrat. distinct 1.* Ideoq; quod Necessitate urgente fit, culpabile non est, *cap. ad limina caus. 30. q 1.* Cuius rationem † inquirit & 50
reddit Thomas de Aquin. & ex eo Hieronym. de Cævall. *in Specul. commun. opin quæst. 906, num. 53.* Quia lex debet esse de possibili, *c. erit autem, distinct. 4.* ubi dicitur. Erit autem lex honesta, justa, possibilis, &c. Necessitas verò præsupponit † impossibile quoddam, & ideò semper habet 51
dispensationem annexam, propter quam non subditur legi, maximè quando tractamus de periculo vitæ vitando, & patriæ salute conservanda. Hoc autem casu illud dicitur impossibile, quod sine interitu Reipub. vitæ periculo fieri nō potest, *l. nepos proculo, ff. de V. S. l. avus, ff. de jur. dot.* Cum verò impossibile sit impossibilitate juris, patriam deserere, vitam suam, suorumque periculo & crudelitati hostis exponere. Ideò ne ad hoc cogatur Magistratus, licitum erit cum infideli fœdus ferire, quod extra necessitatis casum esset illicitum. Nam propter Necessitatem † ea 52
conceduntur, quæ ipsa quodammodo Natura negavit, per ea quæ notat Zas. *in Paratit. ff. de Comm divid.*

4. Ratio pro affirmativa desumi potest à Majori: Si hostes insidiis † & dolo fas est propul- 53
sare, *cap. utinam caus. 22. quæst 2. cap. Dominus, caus 23. quæst. 2. l. nec interest, ff. de captiv. & postlim. revers. l. 1. § 3 ff de dol.* multò magis ad tutelā patriæ & pro evitanda dissipatione, auxilium implorare ab infideli, vel Turca non erit prohibitum.

5. Argumentum desumitur à contrariis, † 54
quia contrariorum eadem est ratio, tam quoad potentiam, quàm juris decisionem, ita ut quicquid fieri potest in uno contrariorum, censeretur etiam permissum in altero, *argum. l. etsi contra in fin ff de vulgarib. & pupillar. subst.* ut idem operetur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito, *l. fin § fin de legat. 3.* Zas. *ad rubr. ff de acquir. possess.* Jam verò fideles, in bello justo, infideles juvare possunt, *cap. Iulianus caus. 11. quæst. 3.* ubi ita scribit Ambros. Julianus Imperator, quamvis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat, producite

duciteaciem pro defensione Reipub obediebant ei, *cap. quid culpatur, §. ordo caus. 23 q 1.*

55 6. Argumentum desumitur à Fine: † Cuius finis bonus est, idipsum quoq; bonum esse censetur; quia Finis in omni actione, cuius causa aliquid intendimus, quo se dirigat, inspici debet, Decian.3.*consil.4.num 32* Menoch.*consil.1 nu.31.* [Alexand.Raudens.*resp.1.num.25.vol.2.*Forster. *consil Marpurg* 8.*n.5.vol* 1. Coler *de process. Executiv. part.4. cap 1. n.98.*] Unde ratio finalis anima cuiusque dispositionis dicitur, Geil.1.*observ* 10. *num.*6. Jam verò finis huius fœderis bonus est, videlicet iniuriæ propulsatio & defensio patriæ. Ergo.

56 7. Ab effectu; † quia ex tali coniunctione bonus oritur effectus, videlicet dissensiones & divisiones infidelium, & consequenter eorum regnorum desolatio, *Aur. Bull. Carol. IV. in proœm.* Hinc illud Politicorum Præceptum: nullum esse salubrius remedium † hostium opprimendorum, quàm si simultates & odia inter hostes serantur, & tractis in diversas partes animis, hostium vires frangantur, qua de re per discursum agit Bodin. *de Repub.lib.5.c.4.pag.m.*880. *& seqq.* 57

58 8. Argumentum ab exemplo Jehovæ † desumitur. Jehovæ enim actio nostra est institutio, qui in ulciscendis Judæorum peccatis gentibus usus est, ut sunt exempla, 2.*Reg.* 25.1.*Machab.* 5. Hinc apud Prophetam, Jehova inquit, virga furoris mei Assur: ipse autem non cognovit, *c. remittuntur caus.23.q 5.*

59 9. Argumentum ab exemplo piorum, † Abraham fœdus pepigit cum Amorreo & Escol gentilibus, eosq; secum in bellum duxit, *Gen.*14 Judas Machabæus & Jonathas frater, in pacem susceperunt Nabatheum Gentilem, 1. *Machab.* 5. *v.*2: ,& cum Romanis pacem ac fœdus inierunt, *Machab.*8 *cap.* Sed adhuc magis ad rem facit exemplum Davidis, qui tamen vir fuit secundum cor Dei, is timens ne in manus Saulus incideret, ad Achis Regem Palæstinorum, idololatram confugit, & non solùm cum eodem fœdus percussit, sed voluit etiam eodem exigente arma sumere contra Saul regem Israël, 1 *Sam.*27. *&* 29. Quo casu nisi Achis consilium mutasset propter metum defectionis, David utiq; cum eo adversus populum Dei pugnasset, ad quod se obtulit. Neq; enim dicendum Davidem forsan promissionem hanc fecisse fraude quadam proditoria, ut eo melius Achis Rex oppugnari posset, cum fidem ne quidem hosti datam proditorié violare fas sit.

Similiter Assa Judæ Rex cum Benhadab, Rege Syriæ idololatra fœdus percussit & ab eo auxilium petiit adversus Baassam Regem Israëlis ejusdem legis & religionis, 1.*Reg.c.*15. *Sunt & alia passim exempla*, 2.*Reg.*16. *& c.*17.

10. Et ultimò hæc facit ratio: † Jus Fœderum & belli pari passu ambulant, ut est Politicorum communis traditio. Confer Watemund. ab Ehrenberg/*lib.2.de Fœderib.c.*1 *num.*57. & ibi allegat Engelbrecht. *de jure à imp. concl.* 66. *lit.*2. *in notat.* 60

Jam verò propter justis & gravissimas causas, Christianus Magistratus, adversus alium Christianum bellum gerere potest, ut est in confesso & ex quotidiano usu apparet, præcipuè si ad defensionem tendat. Ergò & fœdus inire potest, cum non minus fœderibus, quàm armis hostium conatus reprimatur, & sæpissimè bella avertantur fœderum conjunctione, quando videlicet hosti formidolosa est fœderatorum potentia. Unde vulgò fertur, das eine Schwerd hält das ander in der Scheide. Nec potest ratio adduci, q; videlicet immane sit Christianum sanguinem infidelium manu profundere; quia immanius est, si id à Christianis ipsis in mutua viscera sævientibus fiat, quàm ab infidelibus. [Addi denique 11. & hæc post ratio quam adfert Guilielm. Amesi. *de Casib. Conscient. lib.*5.*c.*33.§.19 Quod videlicet, † licitum sit in bello justo, uti auxilio bestiarum, ut Elephantorum, equorum, &c. sic etiam licitum erit uti auxilio hominum bestialium, exemplo Abrahæ, qui arma sua coniunxit cum Regis Sodomorum, *Gen* 14.] 61

Hæ sunt rationes & fundamenta, † quæ pro affirmativa adduci possunt, quæ satis sunt prægnantes, & propter quas præclari Nominis JCti & Politici, eam defendendam susceperunt, & pro ea consulendo respondit Oldrad. *cons.* 71. & tenet Panormitan. *in c. quod super, x. de voto*, eosq; securus Bocer. *in tract. de Bello & Duell. cap.*6.*n.*16 Elias Schrader. *in delineat jur. Bellic. conclus* 4. *in Notat*, Decian.3 *cons.*20. 62

Contraria verò sententia evidentioribus nititur rationibus, † & juris divini fundamentis, & exemplis, ex quibus apparet, talia fœdera Deo maximoperè displicuisse, & graviter talium fœderum sectatores à Deo increpatos & punitos fuisse, in eamque sententiam non postremi 63

 Nomi-

Nominis JCti, Politici & Theolgi, inclinant Luther. Hutter. *intract. de fœderib* Petr. Martyr. *1 Reg* Zepper. *lib. 4. de legib Mosaic. c. 6.* [Frideric. Bauman. *in tr. actat. qui inscribitur* der Schlesische Landman *pag. 59.*] Cacher. *in peculiari, quā de hac quæstione conscripsit, disputatione, qua annexa est Decisionib. Pedemontan. per tot.* Frider. Schenck. à Tautenberg *in c. un. in pr tit. hic finitur lex*, Bodin. *lib 5 de Repub. cap. 5. pag. mihi* 901. Anton. Coler. *de jure Imper. German. conclus 77* Alberic. Gentil. *lib. 3 de jur. bell. cap.* 19. Dn. D. Huun. *de pact. cap.* 2. *quæst.* 4.

Huius sententiæ fundamentum desumi po-
64 test à prohibitione, *Exod* 23. *vers.* 33. *Num.* 33. *v.* 55 *& passim, Exod* 34. *vers.* 15. & indignatione divina, propter eiusmodi coniunctiones cum infidelibus. [Hinc Propheta ad Regem Josaphat: Impio, inquit, præbes auxilium, & iis qui oderunt Deum, amicitia iungeris, ac propterea iram Dei super te provocas, 2. *Chron.* 19 *vers.* 2 *item* 2. *v* 36 *& seq.*] Cum Asa Judæ Rex à Baësa Rege Israël invaderetur, & idcircò urgente Necessitate auxilia quæsiit apud Benhadab Regem Syriæ, reprehensus fuit eo nomine graviter ab Hanani Propheta, 2. *Chronic.* 16. quod Jehovæ Deo suo innixus non fuerit. Et Jehovæ apud Esaiam comminatio est; Væ illis, qui magis fidunt Brachio humano, quàm divino, *Esa.* 30. *v.* 1. *& cap.* 31. *vers.* 1. Neque enim arandum est simul cum Asino & Bove, *Deuter.* 22. *v.* 10. quod Concilium Hispalense, cui Isidorus interfuit ita explicat, homines diversæ professionis in eodem
65 officio non sociabis. Nec enim firmiter † cohærere & coniungi possunt, quibus & studia & vota diversa sunt *cap. in nova caus.* 16 *q.* 3. Dens putridus & pes lassus qui sperat super infideli in tempore angustiæ, *Proverb.* 25. *v.* 19. Similiter reprehenditur Achas Rex Judæ, quod cum Tiglath Philassar Rege Assyriæ contra Regem Syriæ & Israëlis fœdus inierit, & dicitur propterea ad iram provocasse Jehovam Deum patrum suorum, 2. *Reg.* 16 *v.* 7. 2. *Chron.* 28. *v.* 16. *& 19.* Reprehenditur Osea Rex Israël, quando cum Soo Rege Ægyptiæ fœdus percurrit, 2. *Reg.* 17. Unde Amaziæ Regi Judæ dissuadet Propheta, ne cum Israëlitis aliter Deum colentibus sese coniungat, ex hac ratione, quod Dominus ideò non sit cum ipsis, 2. *Chron.* 20. *v* 35. & punitur *v. ult.* Carolus V. Imperat. Francisci Galliarum Regis fœdus cū Turca percussum Christiano omninò indignum dicit, R. A. de An. 1544. § Sondachten wir/ *cum §. seq.* ubi etiam propterea non minus quàm ipse Turca pro communi Christianorum hoste habetur [Confer Sleidan. *Comment. lib.* 14. *in fin pag.* 415. *& lib.* 15. *pag.* 436. *&* 441.]

2. Fœdera † & auxilia infidelium sunt periculosa, 1. Propter periculum perversionis & seductionis; quia scriptum est, cum perverso perverteris, *Psalm.* 17. & tangens picem facilè maculatur, *Ecclesiast. c.* 12. Et Jehova prohibens fœdera & amicitias infidelium populo suo, hanc rationem reddit, ne fortè faciat peccare te in me, *Exod* 34 *versic.* 15. 2 Propter † Scandalum & offendiculum tàm in fide, quàm in vita & moribus, *d. c.* 34. *v.* 12. *in fin.* Nulla siquidem participatio iustitiæ cum iniquitate, nulla societas lucis ad tenebras, 2. *Corinth* 6. Et pravorum conversationes corrumpunt bonos mores. 3. Fœdera & auxilia infidelium sunt periculosa, † propter metum invasionis & occupationem fideliū; quia per huiusmodi auxilia aditus & ingressus pateret Turcæ & infidelibus in terram fidelium, & præsentissima occasio perscrutandi & atterendi vires, quibus cognitis & attritis, dubium non est, quin suæ potius utilitati, laudi & gloriæ, quā Christianorum consulerent. [Confer Thom. Companell. *in discurs. de Monarch. Hispan cap.* 19. *pag. mihi* 84. *& seq.*] Imò si accideret clade aliqua diminui vel profligari ac debilitari eius Christiani exercitum, qui Turcæ & alterius eiusdam potentis infidelis militem accersivit, quā facilè Turca copiis copias addere, & ita hac occasione terram fidelium occupare posset. [Non enim alius in orbe terrarum potentior, nec rebus omnibus bellicis instructior eo, per ea quæ refert Johan. Sleidan. *Commentar. lib* 14 *p.* 400. *in princ.* Companell. *d loc.*] Hunc ipsum exitum † comminatur Jehova populo suo, si amicitias iuncturi sint cum infidelibus, dum inquit: Dominus Deus vester non delebit eos, sed erunt vobis in foveam, & laqueum, ac offendiculum in latere vestro, & sudes in oculis vestris, donec vos auferant, citoq; disperdant de terra hac optima, quam dedi vobis, *Jos.* 23. *v.* 12 *& seqq* [Et Prophet. Obadia seu Abdia, *in c. unic. prophetiæ, v.* 7. inquit, usque ad terminum eiicient te omnes viri fœderis tui, fallent & superabunt te omnes viri pacis tuæ: qui comedunt tecum ponent insidias subter te. Plura exempla ex sacris vid. apud Frideric. Bauman. *in supra alleg. tract.*

Schle-

(Right margin numbers: 66, 67, 68, 69)

Schlesischer Landmann/*p.59. & seqq*]Idem etiã
Christiano Principi verendum , quando suo o-
pere,industriâ & consilio in ChristianorumPro-
vincias & perniciem immitrat Exempla si per-
70 quiramur,† primo statim limine se offert , Tur-
carum imperium inde potissimum incrementũ
sumpsisse,quod dissidentibus de Orientis impe-
rio,Græcorum Principibus,Turcæ mercede ac-
cersiri afflictas Christianorum opes penitùs at-
triverint. Eadem occasione Gothos & Longo-
bardos Italiam,Francos Galliam, Anglo-Saxo-
nes Britanniam,Scotos fusis Pictis ac Britannis
eam regionem, quæ nunc Scotia dicitur occu-
passe,testis est Bodin. *lib. 5. de Repub. cap. 5. mi-
hi* 901.[vid. Johan. Sleidan. *Commentar. lib.* 20.
pag. 622. in Anglorum ad Scotos scripto dehor-
71 ratorio.] 4 Fœdera † & auxilia Turcæ & infide-
lium sunt periculosa , propter metum desertio-
nis.Verisimile enim est,ut premente hostium vi
& periculo fugæ latebras quærant , & Christia-
nos in necessitatibus derelinquant , quam etiam
rationem perpendit Bodin *alleg.loc.* Non enim
nisi firma amicitia,in periculo & Necessitatibus
constans perdurat.Firma autem infidelium non
est speranda amicitia, cum fundamento nitatur
satis infirmo,simulato & suspecto. Firmæ amici-
tiæ fundamentum , est animorum , votorum &
religionis coniunctio. Firmiter cohærere non
possunt,quibus& studia & vota diversa sunt , *c.
in nova caus.*16 *q.*7.Vota autem Turcarum infi-
delium non possunt esse eadem cum fidelibus.
Nam Turca infensissimus Christiani nominis
hostis,& Christiani sanguinis hirudo dicitur , **in**
R. A de An.1532. §. **Derhalben Churfürsten**/
ibi:**Weil die gemeine Christenheit keinen gehässi-
gern vnd blutdurstigern Feind hat als den Tür-
cken**.Qui n.indesinenter sitit Christianum san-
guinẽ ut facit Turca,**R A**. deAn.1541.in pr ibi:
**Mit vnersättlicher Begierde / vnmenschlicher
Tyraney/vñ erbärmlichẽ Wüttẽ/in dz Christliche
Blut vnauffhörlich übet** / *etc.* quomodo is sincerè
& firmiter cum suo periculo defendet Christianũ
72 sanguinẽ [Hinc Auctor *secretiss.instruction.concl.*
13.prudenter monet:*Turcarũ proprium esse.*† *nulli
Christiano,nisi commodi sui causa,amicũ esse.Nullũ
hactenus,si omnes annales evolvas,bello juvisse , quẽ
nõ in miserandã adegerit servitutem;quia fidem sola
utilitate & quæstu metitur.*] Accedit ẽt hæc con-
sideratio,quod Turca cũ sit claræ frontis, **R. A**.
de Anno 24.Norimberg § **Nach dem aber**/ p.285.
nõ facilè sit permissurus ut suus exercitus Chri-
stiano Duci subsit. Si autem proprium Ducem
belli habeat , facilè fieri posset, ut in contraria
scindantur studia,& intestinis digladientur mo-
tibus,& seminatis discordijs Turcico exercitui
occasione sit opprimendi Christianos. Vel etiam
si victoriâ potiantur , sibi & victoriæ laudem &
potiorem prædæ partem attribuet.
3.Fundamentum desumi † potest ex Epistol. 73
Pauli 1.*ad Corinth* 6.ratione sumpta à minori ad
majus,Si enim Paulus indecens & nefas esse pu-
tavit,Christianos homines,propter lites & con-
troversias civiles,coram infideli judice litigare,
& potius voluit injurias tolerare,quàm id com-
mittere,quantò magis nefas erit , exortâ dissen-
sione inter Christianos , ad infidelium fœdera
confugere,& auxilia adversus fideles quærere.
4. Facit,quod hujusmodi fœdera † in publi 74
co Viennensi concilio damnata & improbata
sint.
5. Per talia fœdera † obscuratur laus & glo- 75
ria Dei.Victoria enim à solo Deo speranda & pe-
tenda,ut præter divinarũ literarũ oracula, [*Pro-
verb.*21.*v fin.Esa.c.*41.*vers.*4 ubi Jehova victo-
riã Abrahæ,quam à quatuor Regibus obtinuit,
sibi adscribit.] est text.**in R. A**. de Anno 1542.§.
**Vnd dieweil dañ aller Sieg allein von dem All-
mächtigen Gott verliehen wird**.Infideles victo-
riæ laudem neq; à vero Deo petunt , neq; eidem
sed suis idolis acceptam ferunt. Itaq; gloria vi-
ctoriæ soli Deo debita transfertur ad Idola.
6. Facit,quod bella non minus piè † quã for- 76
titer gerenda & suscipienda *text in antea dicto Re-
cess.de An* 1542.§.**Vñ dieweil nũ dieser Anschlag**/
ibi:**zu Schützung vnser aller Freyheit/ Leib vnd
Güter/nothwendig vnd Christlich fürgenom̃en**.
Piè autẽ cũ infideliũ auxilio adversus fideles bel-
lum geri non potest , per rationes supra allatas.
Accedit ꝙ bellum præcedere debent preces ar-
dentes ad Deũ,ut nõ solũ divinis edocemur ora-
culis,sed ẽt ita cautũ & piè constitutũ videmus,
in d Recess de An.1542.§. **Vnd wiewol** / *circ. fin.*
Qua ẽt occasione ad cõmunẽ divini auxilij im-
plorationẽ,cõmuni Imperatoris & Procerũ im-
perij consensu introductũ legimus,† ut quotidiè 77
Cãpana hora 12. pulsaretur, quo populus Dei ad
preces ꝓ victoria obtinẽda fundẽdas unanimiter
commoneretur,*dict. Recess.de An*.1542 *d* §. **Vnd
dieweil dann aller Sieg**.[Eorum autem preces,
qui cum impijs fœdus coëunt, in casu necessita-
tis,Deus audire recusat,*Esa.c.*57.*v.*13.]

78 7. Facit, quod fœdera † jurisjurandi religione vetustissimo more & usu, firmanda sint, 1. *Sam. cap. 23. nu. 18* ubi dicitur, pepigerunt ambo fœdus coram Jehova, hoc est, ut interpretatur Waremund *l. 2. de fœderib c. 1. n. 117.* testem invocarunt Deum, vel cõtraxerunt fœdus in nomine Domini, & ita apud Græcos, apud Romanos aliosq; fœdera percuti multis & pulcris adductis exemplis probat VVaremund. *d. loc.* [Singularem
79 modum refert, † Cornel. Tacit. *lib 12 annal.* Mos, inquit, est Regibus, quoties in societatem coëant, implicare dexteras, pollicesque inter se vincire, nodoq; perstringere. Mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorē eliciunt, atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum.]

Si verò fidelis ab infideli exigat juramentum, hic non per verum sed fictitios Deos jurabit, quod neque sine impietate exigi, neque recipi, multo minus fiducia in id poni potest. Juramen-
80 tum fidelium † est veri Dei invocatio, infideliũ juramentum, idolorum invocatio. Quomodo ergò ex juramento infidelium & Fidelium firmũ obligationis sperandum vinculum ab utraque parte obligatorium cum illorum vinculum falso nitatur fundamento. Qui ergo huic innititur, similis est stulto, qui ædificat domum suam super arenam, quæ à quovis venti turbine facilè concidit, ut inquit Christus, *Matth. 7. v. 27.* Arbor mala non fert bonos fructus. Quis enim uvas de spinis aut ficus de tribulis colligit, *ibid. v. 16.* Ergò nec ex impio infidelium juramento bonus sperandus erit effectus aut exitus.

18 8. Et ultimò huc referri potest exemplum † pientissimi & Magnanimi Herois Johannis Electoris Saxoniæ, qui cum de fœdere Smalcaldico Francofurti cum Helvetijs ineundo tractaretur, per Legatos respondit Anno 1531. Non se quidem latere, quanti sit ipsorum conjunctio, propter vires atque potentiam, non tamen sibi licere fœdus inire cũ illis propter religionis discrepantiam, ne tristis inde sequatur exitus, quod iis accidisse scriptura testatur, qui tuendi sui causa, cujusque modi præsidijs usi fuissent, referente Sleidan. *lib. 8. p. m. 115.*

82 Et hæ sunt rationes † quæ pro negativa faciunt sententia. Antequam autem ad resolutionem contrariorum progrediar, distinctionem pulcram, quam tradit Petr. Martyr, *in Comment. ad libr. Reg cap. 15.* eumq; secutus Zeppet. *lib. 4. de legib. Forensib. c. 6,* præmittam: videlicet inter fœdera, quæ habent communes expeditiones, & auxilia mutua, & hæc propter rationes supra relatas, non sunt permittenda; quia ex ista exercituum commixtione, semper aliquid mali ac impietatis affricatur populo Dei, dum impij sua idola invocant, laudem victoriæ illis adscribunt, per illa jurant, quibus rebus Deus vehementer offenditur. Et inter fœdera, quæ sunt de non offendendo, de finibus tuendis, de commercijs & rebus necessarijs ad vitam vel importandis, vel exportandis; hoc casu juxta Apostoli monitum cum omnibus quantum in nobis, pacem colere debemus, & tale fuit fœdus Jacobi cum Labano multorumq; Regum Imperatorum Christianorum. Tale est fœdus Polonorum cum Scythijs, quos Tartaros vocant hodie. Hoc fœdus jus naturale, quod inter omnes homines cognationem quandam finxit, introduxit, *l. 3 ff de instit. cum intersit hominu beneficio hominem affici, l. servus ff. de serv exportand.*

Ad 1. dubitandi rationem respondetur, defensionem omni jure permissam esse, sed legiti-
mam. † Legitima autem defensio non est quæ 83
fit modo & medijs illegitimis, lege divinâ morali prohibitis. Lege autem divina prohibita est conjunctio infidelium ad mutua auxilia, *Exod. 23 Num. 33. cum simil. lib.* Neq; quælibet jure permissa est defensio, sed quæ fit cum moderamine juris, *Dd in oppos. l. ut vim ff. de just. & jur.* Geil. *lib. 1. de pac publ. cap 16. num. 4.* Cujac. *5. observat* 18.
Deinde salvo aliorum judicio † videtur mihi 84
ad argumentum illud responderi posse hoc modo: Jure quidem naturæ primævo inspecto in thesi, licere etiam infidelium auxilio uti ad defensionem; quia illud jus cognationem quandam inter omnes homines constituit; neque differentiam agnoscit fidelium & infidelium, *dict. l. 3. de justit. & jur.* Sed postquam malitia cœpit increscere, malitiosi homines ab isto naturæ fœdere recesserunt, dum auctorem ejus Deum verum, & ejus jussa spreverunt. Ideoque Deus populum suum separavit, & separatum esse voluit ab infidelium amicitijs & fœderibus. Quod itaque jus naturæ dicit in genere, hoc jus divinum cum distinctione fidelium & infidelium, & ideò hoc ipsum magis attendendum.

Ad 2. eadem est responsio. † videlicet propriæ 85
salutis defensorem in nullo peccare, si eum moderamine se defendat. Justum autem defensionis

modera-

moderamen, non est fœdus infidelium inire ad defensionem, ut sacris edocemur literis. Unde etiam in jure omnis excessus in defendendo punitur, per ea quæ tradit Geil. *ante alleg. loc.* Boër. *decis.68.numer.*7. Bertazol *consil criminal.*1 *num.* 40. Covaruv. *in Clement. si furiosus, p.*3.§ *unic. n.* 3. Clar. *in* § *homicidium, nu.*34. Cothm 3.*consil.*43.

86 Ad 3. respondetur. Necessitatem † facere licitum, quod aliás erat illicitum, aliquando, non semper. Non utique eo casu, quo in specie prohibitum, & quo dispensatio propter necessitatem majora habet incommoda & pericula. Eo enim casu potius toletanda mala, quàm contra expressam Dei prohibitionem facienda. Tolerate malum patientiæ est, facere malitiæ. Ideoque sæpè pati debemus mala, ne faciamus peccatum, *cap. quod sacris, ext. quod met. caus. cap sicut cum tribus seqq. caus.*32. *quæst* 4. [Et per

87 regulam tenendum † propter necessitatem, delinquere non oportere, Andr. Geil.1.*observ.*102. *num.*13. Saul stultitiam suam excusans coràm Samuele dixit: Necessitate compulsus obtuli holocaustum Domino: quam tamen excusationem non acceptavit Samuel respondens: Stultè egisti nec custodijsti mandata Domini Dei tui, idenq; & ipse & posteritas rejecta fuit, 1. *Sam. cap.*13 *v* 12. *& seqq.*] Neque stringit quod propter necessitatem homicidium commissum excusetur; quia illud jure divino specialiter non est prohibitum, sicut prohibita sunt fœdera infidelium. Lex de non comedendis panibus propositionis ceremonialis fuit, non moralis. [In

88 ceremonialib. † autẽ necessitas à lege fuit exempta per norat. D. Osiand. *in glos* Idque ex præcepto Sabbathi patet.] à quo ipse Christus in Novo Testamento, casum Necessitatem à lege ista exemit & dispensavit. Sed nostro casu fœdera infidelium nusquam dispensationem annexam habuisse legimus. Neque impossibile dici potest, abstinere à fœderibus infidelium, & non ab ijs, sed a vero Deo auxilium quærere. Imò impossibile est impossibilitate juris contra legem divinam, fœdera infidelium quærere. Possumus enim hoc, quod lege permittente vel non prohibente possumus. Urgente extremo necessita-

89 tis telo † ad divinum auxilium recurrendum, cui nõ est difficile paucis vel multis hostem sternere, 1. *Samuel* 14. *vers.*6. [Dominus inquit Propheta, brachium nostrum esto manè, & salus nostra in tempore tribulationis, *Esai.c.*33, *vers.*2.]

4. Ratio non est magni ponderis. Nam neque jure divino neque humano prohibemur † 90 insidijs & fraude hostem opprimere, quæ fraus dolus bonus in jure appellatur, & solertiam militarem denotat, *l.*1 §.3. *ff. de loco.* Tali solertia & fraude usus Abraham, *Genes.*14. *vers.* 15. Josua, *Ios.*8. *vers.*4. *& seq. & alij, Iudic.*20. *vers.*29.2. *Reg.* 7. *vers* 6 [*Iudith. cap.*10.11.12.13. *lib. Iudith.*] Dolus autem malus, hoc est, perfidia ne quidem adversus hostes licita, per ea quæ tradit Hotom. *illustr. q* 7.

Ad 5. respondetur, argumentum † à contrario non procedere, quando diversa est utriusque contrarij ratio. [Everhard. *in loc. legal. lib. loc. à contrar, num.*8. *& seqq.* Alexand. *consil.*111. *num.*13. *lib* 7. Card. Tusch *pp. concl.*1013. *lit. C. verb. Contrariorum eadem disciplina.*] Atqui non reperitur prohibitum in sacris, quod subditi fideles non possint aut debeant infidelem juvare Magistratum, in quo casu loquitur *alleg. c. Iulianus.* Imò jubentur Magistratui etiam infideli parere, ratione jurisdictionis & superioritatis, *Roman.* 13.1. *Petr.*2. ita respondet Cachetan. *in disput. hujus quæstionis, num.*22. Albetic. Gentil. *de jur. bell. lib.*3.*c.*19.

Ad 6. respondetur, † Tum demum bonum 92 esse id, cujus finis bonus est, si etiam media ad finem ducentia bona sint. Finis & media ad finem ducentia debent esse homogenea non heterogenea. Non enim facienda mala, ut eveniant bona, *Roman.*13. Imò ne minora mala facienda, ut evitentur majora, *c.*1. *&* 2. *distinct.* 14. ubi reprehenditur factum Lothi filias prostituere volentis, ut hospites à Deo missos, salvos custodiret.

Similis ad argumentum 7. responsio, † quod 93 ex Politicorum traditione adfertur, ita intelligendum, ut quidem hostium discordias seminemus, non tamen cum nostro incommodo & periculo, & contra Dei prohibitionem. Hic autem modus plenus est tristissimi & periculosissimi eventus ut supra probatum.

Ad 8. respondet Petr. Martyr. *in libr.*1 *Reg.c.*15. §. *si reprehenditur.* Deum † usum fuisse opera infi- 94 delium jure absolutæ potestatis. Ideò quæ a Deo geruntur non sunt trahenda à nobis in exemplum, qui sub ejus legibus constringimur. Sic licuit Deo Hebræis mandare, ut aliena secum auferent, ex Ægypto solventes, Nemini autem nostrûm liceret servo suo idem mandare. Petiit item

item ut Abraham filium suum mactaret: quod nos à quopiam mortalium non possemus requirere. Deinde Deus non periclitatur ut impiorum vitijs contaminetur: nobis autem illud est timendum.

95 Ad 9 respondetur, 1. Non exemplis † sed legibus est pugnandum, *l. 13. Cod. de sentent. & interlocut. omn. judic. 2. ad 1. exempl resp.* Non deesse, inter quos etiam Lutherus, qui negant eos confœderatos Abrahami fuisse impios & profanos, aut à religione Patriarcharum alienos. [Eoque etiam inclinat David Pare. *in Commentar. ad d. c. 14 vers. 15.* Idq; inde colligit, quod aliâs tantâ hospitalitate & amicitiâ isti fœderati Abrahamū non coluissent.] 2. Non loquuntur illa exempla in terminis nostris, quia fœdera illa non fuerunt adversus fideles.

96 Ad 2. exemplum, † resp. Alberic. Gentil. *supra alleg. loco.* Machabæos hominum quidem ore laudatos, testimonium tamen Dei non tulisse, quo ipsorum omnia facta justificentur. Deinde hoc exemplum extra terminos nostri casus est, non enim adversus fideles, sed infideles Machabæi Romanorum auxilium petierant. [Præterea notatur, Macchabæos, quàm primum Romanorum præsidia & auxilia quæsierint, in victorijs defecisse & ab hostibus superatos fuisse, *1. Machab. 9. vers. 6.* Conrad. Heresb. *de Princ. lib. educat. lib. 2. cap. 5.* ubi dicit; Judas Machabæus, ubi aliena præsidia & Romanas Confœderationes captare cœpit, mox concidit.] Ad 3. exemplum
97 † variè respondent, Alberic. Gentil. dicit Davidem, aut malè pugnaturum fuisse contra Regem suum & gentem suam & hereditatem Domini: aut non pugnaturum fuisse omninò. Sanè Principes Philistæorum per suspicionem infidelitatis Davidem amoverunt ab exercitu suo, & vel ita per istos Principes consuluit David Deus, ne quid à pietate ac justitia remotum faceret. Quò inclinat D. Osiander *in Notis ad cap. 29. lib. 1. Samuel.* Quis enim facta Davidis omnia probet, cædem Uriæ, adulterium Betsabæ, censum populi, Tostan, *in Notis ad d. cap. 29.* dicit Davidem simulasse, & simulato animo auxilium obtulisse Achi Regi, quod tamen vix admittendum. Nicolaus Lira, in interpretatione illius cap. putat Davidem, hac oblatâ occasione, voluisse uti auxilio Philistinorum, pro occupando regno divinitus sibi collato. Verùm hanc interpretationem rejicit Cachetanus *in dict. disputat. num. 27.* quia si hunc animum habuisset David, utique commodius & securius potuisset Saulem occupare, quem in spelunca Dominus in manus ejus tradiderat, 1. *Samuel* 24. Et quamvis David unctus fuit ad regnum à Samuele, † 1. *Samuel* 16. ita ta- 98
men jura regni in ipsum translata fuerunt, ut defuncto demum succederet, non ut vivo imperium vitamq; eriperet, & ita censet Mariana *lib. 1. de reg. institut. cap. 6.* Sic hodiè vivo Imperatore solet eligi Rex Romanorum, non ut vivo Imperatori vitam & regnum eripiat, sed ut mortuo succedat vel absente vices ejus gerat, utq; certū sit imperium de futuro successore, ut suo loco diximus.

De ultimo exemplo † Asæ, Judæ Regis, dictū 99
fuit in prima decidendi ratione, illud videlicet displicuisse Domino, graviterq; Asam reprehensum, divinæ indignationis aculeos propterea statim sensisse. Et dicit Petr. Martyr. *supra alleg. loc.* in hoc facto Asam ter peccasse 1. quod fiduciam suam nō in Deo, sed humano brachio collocarit. 2. Quod hostes populi Dei accersiverit in terram fidelium. 3. quod expoliarit Dei veri templum, ut munus ex ejus ornamentis ad Regem Syriæ mitteret. Alia exempla quæ in contrarium adduci possunt, vel sunt impertinentia ad statum nostræ quæstionis, vel improbata in sacris literis.

Ad 10. respondetur, † esse Fallaciam partium. 100
Deindè plus esse in conclusione quā fuit in præmissis. Nam cōcedi potest hæc propositio, quod adversus quos bellum geri, adversus eos etiam fœdus iniri possit. Non tamen inde infertur, ergò etiam cum infidelibus fœdus iniri potest, adversus Christianos. Hactenus itaq; procedit argumentum, ut sicut bellum Christianus ex justa causa, adversus alium Christianum gerere potest, ita etiam fœdus inire, non tamen cum infi- 101
delibus. [Ad ultimum & 11. respondetur, † quod in sacris literis nullibi prohibitum sit injusto bello uti auxilio bestiarum: Fœdera autem infidelium prohibita à Deo & improbata ex adductis pro hac sententia constat. Deindè ex usu bestiarum nullum timendum scandalum, nullus perversionis, invasionis aut similis metus, qui tamen ex infidelium fœderibus accidere potest.]

* * *

CAPUT

CAPUT. IV.

DE BELLI SUSCIPIENDI CONSILIIS, & quæ præcedere bellum debent.

SUMMARIA.

1. *Non minus piè bella suscipienda, quàm avertenda, Belli causa meritoria, hoc est, peccata amovenda. Bene & competenter universa geruntur si principium fiat decens, & amabile Deo.*

2. *David, Assa, Iosaphat, Iudas Maccabæus nunquam bellum moverunt, cumq; hoste conflixerunt, nisi consulto Deo, & præmissis ardentibus precibus.*

3. *Romani bella non nisi summâ religionis veneratione decreverunt. Fridericus I. Imper. iturus ad bellum semper spiritualibus armis præmunivit animam.*

3. *Bella implorato divini Numinis auxilio, magno consilio, & prudentiâ suscipienda.*

5. *Apparatus bellicus fortiter & prudenter instaurandus.*

6. *Pecunia rerum gerendarum, & inprimis belli nervus præcipuus. Pecunia quæ numerari potest, bello non sufficit.*

7. *Vectigalia sunt fulsilia belli, & ornamenta pacis. Nec quies gentium sine armis, neq; arma sine stipendiis, nec hæc sine tributis esse possunt.*

8. *Hodie novissimis imperii moribus contributiones & collectæ Imperatoris auctoritate, & Procerum suffragio indicuntur.*

9. *Pecunia arma facit utilia, ferroq; in bello validior. Deficiente isto nervo frustrà Princeps de bello cogitat.*

10. *Colligenda pecunia in tempore, ut haberi possit in promptu. Non minor habenda ratio commeatus remeatusq;, sine quibus temerè, & cum periculo bellum suscipitur.*

11. *Colligendus exercitus non tàm numerosæ multitudinis quàm præclaræ fortitudinis. Qualis Alexandri Magni fuit exercitus.*

12. *Duces rerum bellicarum sint periti, numero non ita multi.*

13. *Non minor victus & cibariorum, quàm armorum habenda ratio. Sine ferro vincitur cui cum natura & fame belligerandum. Nulla necessitas fami par est.*

14. *Bello conducunt armis instructa armamentaria.*

15. *Hosti bellum legitimè denunciandum, more & jure gentium. Bellum legitimum non censetur, nisi præcedente denuntiatione.* 16. *Clarigatio unde dicitur.* 17. *Explorato, & excusso consilio, summaq; ratione omnia administranda. Inemendabilis censetur error in bello commissus.*

18. *Respericuli plena dimicare prælio, propter incertissimum eventum.*

19. *Non est nisi necessariò dimicandum, & ante prælium de summa rei cogitandum.*

20. *Cunctatio consilio moderanda, ne ulla occasio victoriæ apta negligatur. Maximè in bello dominatur occasio, ideoq; minimè prætermittenda.*

21. *Multa bella impetu valida per tædia & moras evanuerunt. Belli Dux possessionem campi prior adipiscatur.*

22. *Magnum positum est in victoria momentũ.*

23. *In victoria opus est moderatione & temperantia. In bello fortuna inconstans, & rerum timendæ vicissitudines.*

24. *Summa & prima victoriæ causa in solius Dei manu est posita, ab eoq; solo expectanda.*

PRinceps si bellum † evitare non potest, aut nullis consiliis avertere, licitè ad arma progreditur, modò id faciat piè & prudenter. Non enim minus piè bella suscipienda quàm avertenda, R. A. zu Speyer/de Anno 1542. §. Und dieweil nun dieser circ. fin. ibi: Christlich fürgenommen/ideoq; antequam Magistratus Christianus, vel necessitatis ratione, qua nihil potentius, vel pietatis veneratione, qua nihil justius, bellum adversus hostem suscipiat, Deum ardenter oret, ut belli causam meritoriam, hoc est, peccata remittat, & clementer in belli periculis adsistat, R. A. zu Augspurg/de Anno 1566. §. Und dieweil auch ohn allen zweiffel Gott der Allmächtige. [Adde R. A. de Anno 1567. §. Dieweil es aber zuforderst/fol. m. 587. Confer Obrecht *in disput de jur. Bell. conclus.* 341. *& mult seqq.*] Bene enim & competenter universa geruntur, tam pacis quàm belli tempore, si principium fiat decens & amabile Deo, *Nov. 6. in præfat.* 1

David † nunquam bellum movit, nisi prius Deum in consilium adhibuisset. Judas Machabæus prælium nunquam iniit nisi præmissis ad Deum precibus. [Rex Asa, antequam cum hoste confligeret, ardenter oravit, inquiens: *Domine non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adjuva nos Domine Deus noster: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam,* 2

 veni-

venimus contra hanc multitudinem. Domine Deus noster tu es, & nō praevaleat contra te homo. 2. *Chronic.*14.*v.*11. *Et v.*12. ubi scriptum est: Exterruisse itaque Dominum Æthiopes coram Asa. Idem fecit Josaphat. 2.*Chron* 20.*vers.*12.*& seqq.*] Nunquam Graecis bellum hostibus facere licitum fuit, nisi victimas prius Diis immolassent & oraculaconsuluissent, Anton. de Guevarr. *in horolog.*
3 *Princ.lib.* 3. *c.*14. *num.*50. Et Romanos † veteres bella non nisi summa religionis veneratione decrevisse constat, Bodin. 5. *de R. pub. c.* 5 *p.* 886. [De Friderico I. Imperatore ex Radevic. refertur, quod iturus ad bellum semper spiritualibus armis, praemuniverit animam, Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Polit. sub Anno* 1558. *pag.* S. r. [Achabus justam quidem habuit belli causam, rerum videlicet ereptarum recuperationem, adversus Syriae Regem: Sed tamen, quia non piè neglecta Dei voluntate per Prophetam Micham manifestatā, arma sumpserat, miserè periit, 1. *Reg.*22. [Et aliud exemplum extat 1 *Sam. c.*4. ubi etsi populus Israël justissimam habuit causam pugnandi cum Philistinis: tamen quia non in timore Dei arma ceperant, in fugam bis, ingenti accepta clade, conversi. Et ibi D. Osiand. *in gloss b.*]

Implorato ad bellum Divini Numinis auxilio
4 † magno consilio & prudentia bella suscipienda. [Vis cōsilii expers, mole ruit sua: vim verò consiliis temperatam, in altum provehit Deus. Idq; non semel monet Regum sapientissimus, *Prov.* 20. *v.*18. *& cap.*14. *v* 6. Eaq; re cauta potius, cum ratione, quàm prospera ex casu amplectenda, Cornel. Tacit. *lib.*18. *annal.*]

5 Consilia † belli suscipiendi versantur circa apparatum belli um fortiter & prudenter instaurandum, Reichs Absch. ied zu Speyer / de An. 1542. §. So hat dem allen nach / & §. Wir haben auch cum
6 similibus. In apparatu bellico primò de pecunia † cogitandum, quae omnium judicio rerum gerendarum & cumprimis belli, nervus praecipuus, *fac.l.*1. §. *in causa*, 20. *ff. de quasi. Nov.* 8. *c.* 10. §. 2. *ibi*: & non possunt sine pecunia haec agi, Reichs Abschied zu Regenspurg / de Anno 1541. §. Nach dem aber folgends der Barbarossa, ibi: mit treffentlichen Kosten / in Gegenrüstung zu schicken / cum similibus. [Ejusque ita ratio ineunda, ut non solum ad instruendum, sed etiam ad continuandum & conficiendum bellum in parato esse possit. Hinc in proverbio fertur: *Pecuniam, quae numerari potest, bello non sufficere*] Quamobrem olim instituta fuerunt vectigalia, † quae subsidia belli & ornamenta pacis, Cicero non in uno loco dixit, *L. Manil. contr. Rull. & Philipp.* 5. Coras. *ad tit. C. de jur. Emphyt. in pr n.*4. neq; enim quies gentium sine armis, neq; arma sine stipendiis, neque haec sine tributis esse possunt, Tacit. 4. *hist. Nov.* 149 *c.* 1. *ibi*: Impossibile enim est, ut sacris tributis non illatis alioquin respublica conservetur. Militares namq; copiae, assignato sibi salario inde percepto, hostibus resistunt. Hodie novissimis imperii moribus ingruente belli calamitate, contribu- 8
tiones & collectae Imperatoris auctoritate, praevia Procerum suffragatione indicuntur, ut ex multis imperii apparet Constitutionibus. Et quod olim de vectigalibus, idipsum hodie de Collectis hisce & contributionibus dicendum.

Pecunia † arma facit utilia, ferroq; in bello va- 9
lidior, Cicer. *pro L. Manil.* Et frustra de bello Princeps cogitat si iste nervus deficiat. Sicut enim Medici negant sine nervis homines ambulare posse, Petron ita etiam sine pecunia bellare non posse minimè dubitandum est. Hinc Poëta.

Vita hominum Pelagus, regina pecunia Nauta,
Navigat infelix, qui caret hujus ope.

Colligenda † autem est pecunia in tempore, ut haberi possit in promptu, R. A. de Anno 1548. §. Ferner haben wir uns auß gnädigster Zuneigung. [J. Sleidan. *lib.*10. *Comment. pag. m.* 281. ubi de bello Monasteriensi, propterea, quod prope serò conficeretur pecunia publica, nihil potuisse praeclarè administrari, ipsosque Duces exindè non semel in magno fuisse vitae discrimine, tumultuante milite, Thom. Companell. *de Monarch. Hispan. cap.*15. *pag. mihi* 55. ubi quod Regi Hispaniarum in bello Belgico nihil perniciosius acciderit, quàm quod aliquoties non fideliter stipendia militibus exoluta fuerint.] Non minor habenda ratio commeatus tematusque, sine quibus temerè & cum periculo bellum suscipitur. Colligendus † deinde exercitus equitum peditumq; 10
non tam numerosae multitudinis, quàm praeclarae fortitudinis, Martyr. *ad lib.* 1. *Reg. c.* 20. [Qualis Alexandri Magni exercitus fuit, qui non tam juvenes robustos nec primo flore aetatis, sed veteranos, plerosque etiam emeritae militiae, qui cum patre, patruisque militaverant elegit, ut non tam milites, quàm Magistros militiae electos putares, inquit Justin. *lib.* 11. *& lib.* 13. Is cum 30000. veteranorum militum totum ferè orbem devicit. Thom. Companell. *d. cap.* 15. ubi etiam Caesaris

ſatis & Scanderbegi exempla adfert, & tamen ibid. monet non parum referre, numeroſum exercitum producere, quomodo plerumque Turcam victorem evaſiſſe. Et Philip. Com. *lib.3.Comm.* ſcribit: Parum præſidii poſitum eſſe, in promiſcua multitudine, tametſi tempus incidat, cum ipſorũ furor & repentinus impetus valdè ſit pertimeſcendus.]
12 Duces rerum bellicarum periti † numero
non ita multi, R. A. zu Speyer / de An.1542.§. Vñ nach dem man auß alten. [Multum enim in Ducũ fortitudine, Prudentia & experientia ſitum eſſe, oſtendit Charias Lacedæmonius, inquiens, *ſe malle exercitum ovium Leone Duce, quàm Leonum, ove Duce*, Andr. Knich. *de Autocrat. Rom. Imper n.146.* Et de Alex. Magni Ducibus ita ſcribit Juſtin. *lib. 11 hiſt. Ordines nemo, niſi ſexagenarius duxit, ut ſi principia Caſtrorum cerneres, ſenatum te alicujus priſcæ Reipub. videre diceres: Itaq; nemo in prælio fugam, ſed victoriam cogitavit: nec in pedibus cuiquam ſpes, ſed in lacertis fuit.* De belli Ducibus, eorum Pietate, Prudentia, Fortitudine aliisq; virtutibus prolixiùs agit Wilhelm. Ferdin. ab Efferen *in Manual. Politic. lib.5 punct.3.* De vigilantia Ducis notatu dignus iſte verſus Silii.

Turpe Duci totam ſomno conſumere noctem.

Refert Taubman. *in Commentar. ad lib.1. Æneid. Virgil.* ubi Æneæ deſcribitur ſolertia & vigilantia;

At pius Æneas per noctem plurima volvens
Vt primum lux alma data eſt, exire, locosq;
Explorare novos, quas vento acceſſerit oras, &c]

13 Collecto † exercitu non minor victus & cibario-
rum quàm armorum habenda ratio, Reichs A. zu Regenſpurg de An 1532. §. Vnd nach dem die hohe. d. Receſſ. de An.1542. Wir ſollen vnd wollen auch cum aliquot §§. ſeqq. ubi vid. Nam ſine ferro vincitur, cui cum Natura & fame belligerandum, Veget. *lib.3. c.26.* neq; diſciplinam ſervare poteſt jejunus miles ex Caſſiodori ſententia. [Nulla enim omninò neceſſitas fami par eſt. Ideoq; Claudiano dicitur, *Imperioſa fames.* Et Lactantio in Phœnice, *Violenta fames.* Idq; multis illuſtrat pro more ſuo Tiraquell. *de Retr. lignag. § 26 gl 1 n. 24. & aliquot ſeqq.*] Conducunt etiam in bello armis in-
14 ſtructa armamentaria † in quibus ad certum nu-
merum peditum equitumq; tela & arma, ut ſunt tormenta, machinæ, pulvis, aut quæ talia, juvandis viribus, hæc aut prior ætas invenit, Lipſ. *lib. 5. Politic. c. 6. add. d. Receſſ. de Anno 1542 §.* Vnd dann auch / *cum §. ſeq.* Apparatu aliisq; ad belli expeditionem pertinentibus diligenter procuratis, ho-
ſti bellum legitimè denunciandum † more & 15
jure gentium. Non enim bellum cenſetur legitimum niſi præcedat denunciatio, Alberic. Gentil. *de jur. bell. lib 2. c. 1.* ubi vid. Geil. *1. de PP. c. 4. n. 41. & ſeq.* [Quæ denunciatio Livio & aliis ſcriptoribus
clarigatio dicitur, † quaſi clara cauſæ belli teſtatio, 16
ex Plin. & Serv. notat Alberic. Gentil. *de jur. bell. lib. 2. c. 1. pag. 213.* Geil *de pignorat. obſerv. 2. in fin.* Obrecht. *in diſputat. de jur. bell. concl. 904.*] Et hic mos etiam apud Turcas ſolennis & receptus. R. Abſchied zu Außpurg / de Anno 1566. §. Auff vnſer weiter / in fin. ibi: Auch ſolchen fürgenommenen Hauptkrieg öffentlich ſeinem Brauch / publiciren vnd außruffen laſſen.

[Producto in Campum exercitu, rurſus ex-
plorato & excuſſo conſilio ſummaq; ratione † 17
omnia adminiſtranda, cum *inemendabilis cenſeatur error, qui bello committitur*; Ideoque ex Scipionis Africani conſilio, non temerè, aut aliter cum hoſte confligendum, quàm ſi, aut occaſio obveniſſet, aut neceſſitas incidiſſet, teſte Valer.
Max. *lib. 7. cap. 7.* Eſt ſanè res plena periculi, † 18
dimicare prælio, propter incertiſſimum eventum, Nam etiam ut modica ſit accepta clades, fieri tamen non poteſt, quin aliqua fiat rerum converſio, partim metu hoſtium, partim contemptione & deſpectu illius, qui infeliciter pugnavit: Oritur fremitus & indignatio militum, qui & magnis jacturis conciliandi ſunt, uti prudentiſſimus miles monuit Philip. Comin. *lib. 2. Commentar. pag. mihi 371.* Et paulò poſt: Dici enim non poteſt, quantas ſecum incommoditates trahat, adverſum prælium: ubi qui victoriam adeptus eſt, auctoritatem ſuam amplificat, & facilè quidvis impetrat, & militem habet ad quævis ob-
ſequentiorem. Non eſt, inquit, † niſi neceſſariò 19
dimicandum, & ante prælium de ſumma rei cogitandum. Temerarii cum hoſte congreſſus exemplum inter alia legitur, *1. Machabæor. cap. 5. v. 61 & 67.* Uti Temeritas ita & præcipitantia in bellis vitanda. Id enim multos bonos peſſum dedit, qui ſpretis, quæ tarda cum ſecuritate, prætmatura vel cum exitio properant, teſte Cornel. Tacit. *lib. 3 Annal.* Quo pertinet Fabii Cunctatoris prudentia, et jus laudem breviter expreſſit Poëta:

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Et non rarò, qui meticulosè aliquid faciunt & pavidè, meliùs ferè suis rebus prospiciunt & sæpiùs vincunt, quàm illi, qui fastuosè & superbè progrediuntur, tametsi cū Deus aliquid decrevit, frustra sumitur omnis labor, iterum scribit Phil. Com. *lib.*
20 2. *Comm. p. m.* 381. Cunctatio autem isthæc † rursus consilio moderanda, ita ut occasio nulla victoriæ apta negligatur: siquidem cum in reb. aliis humanis omnibus, tum maximè in bello dominatur occasio quę minimè prætermittenda est, teste Herodot. *lib.* 9. Ideoq; ea oblata, celeritas quandoq; tempestiva valdè proficua, qua usus legitur felici successu Abraham, adversus quatuor Orientis Reges, illis ab hoste securis, *Genes.* 14. Et sæpius:

——— *Nocuit differre paratis.*

Qua de re eleganter Owen. *lib.* 2. *Epigr.* 119.

Annibal in paucas fortunam distulis horas,
Non benè Romanas, præmeditatus opes.
Vincere cum scires, fortuna nescit uti,
Panus homo, quamvis Afer, eoq; vafer.
Heu quantum Annibali, nocuit differre parato
Servata est minimâ, maxima Roma morâ.

21 Et multa bella † impetu valida per tædia & moras evanuisse, scribit Tacit. *lib.* 18. *Annal.* Ante omnia autem annitendum belli Duci, ut prior possessionē Campi adipiscatur, quo modo multis reb. potior: posteriorem verò ut ut benè instructus armatusq; veniat, multis incommodis obnoxium fore, in literis ad Reg. Polon. Maj. dat. 20. Septēb. An. 1621. monuerunt Domini Ponconsules Consulesq; Rigenses. Et dicunt nostri in proverbio, Es seye die erste Maulschelle wenn sie geräth so gut als zwey andere.

Præterea tàm in producendo quàm dirigendo
22 exercitu, eò annitēdum, † ut aliquis victor evadat. Quantum enim positum sit in victoria momentum, & quas illa cōmoditates adferat, in præcedētibus brevibus monitum. Et videri potest Philipp. Com. *lib.* 2. ubi tamen *pag. mihi* 369. prudenter ad-
23 modum monet: A præstanti victoria, † opus esse moderatione quadam & temperantia, ne quis prospero fortunæ cursu fiat insolentior, & ea deinde consilia sequatur quæ ad præcipitium deducunt, id quod non paucis florentissimis viris accidetit. Unde pictores Poëtæq; victoriam finxere pennatā, quod hominum cum fortuna cuntium, nō cursus sit, sed volatus, Latin. Pacat. *in Panegyr. Theodos. August. d. pag. m.* 25. Idque exemplis quibusdā tam vetustiorib. quàm recentiorib. illustrat Thom. Comp. *de Monar. Hisp. c.* 5 Hinc Claud.

Sæpius incauta nocuit victoria turba.

Si enim ulla in re, certè in bello, fortuna inconstans est, & rerum timendæ vicissitudines. Hinc illud Virgil.

——————— *Multos alterna revisens.*
Lusit, & in solido rursus Fortuna locavit.

Et illud Joseph. Scaliger *in Catalect. & Merul.*

——— *Multa dies in bello conficit unus,*
Et rursus multa fortuna forte procumbunt,
Haud quaquam, quenquam semper Fortuna secuta est;
Quin & mortalem summum Fortuna repente.
Reddidit, è summo ut Regno famul infimus esset

Refert Frider. Taubman. *in Commentar. ad lib.* 11. *Æneid. ad vers.* 425.

Quicquid autem de humana industria, & sagacitate dictum, † pro adipiscenda victoria, in foro 24
humanæ Prudentiæ, suam meretur laudem; summa verò & prima victoriæ causa in solius Dei manu posita est & ab eo solo expectanda. *Gen.* 14. *v.* 14. 20. *Exod.* 14. *vers.* 13. 17. *Jos.* 6. *v.* 2. *& c.* 8. *vers.* 1. *lib.* 1. *Sam c.* 4. *v.* 10. 2. *Sam.* 5. *v.* 10. *cum similib.* Hinc de Carolo Magno refertur, solitum fuisse dicere: Christus regieret / Christus überwindet / Christus triumphiret. hoc est, Christus regnat; Christus vincit; Christus triumphat. Refert Zinggrefes *in Apophthegm. Germ. lib.* 1. *p.* 10.

CAPUT. V.

DE RELIQUA BELLI SUSCEPTI *expeditione.*

SUMMARIA.

1. *Disciplina militaris tenacissimum est vinculum belli suscepti feliciter expediendi. Omnium Rerumpubl opes, jura, & leges sub militaris disciplina clypeo continentur.*

2. *Disciplina militaris in quibus præcipuè consistat? Milites quotidiè exercendi.*

3. *Omne artificium pene exercitium recipit incrementum. Milites per otium effunduntur in luxum & epulas, & nocturnos cœtus.*

4. *Hoc veneno fortissimus Annibalis exercitus inebriatus in Italia periit cum ipso.*

5. *Nulla gravior, ac nocentior pestis in militaribus expeditionibus, quàm luxus, & securitas.*

6. *Ordo belli & armorum ornamentum est, & fundamentum. Et actionum humanarum anima dicitur.*

7. *Ordo quid? 8. In quibus consistat.*

9. *Cæter-*

9. Coërcitio circa quæ verſetur? Militia olim Romanis temperantiæ, prudentiæ, & fortitudinis Schola fuit, nunc latrocinandi ars eſſe videtur.

10. Militum noſtri temporis egregia facinora.

11. In tranſitu plus damni plerumq́; dant amicis & confœderatis, quàm ipſe hoſtis.

12. Aurelianus Imperator in diſciplina militari admodum ſeverus fuit. Miles annonâ ſuâ contentus ſit, deprada hoſtis, non de lachrymis provincialium vivat.

13. Moderni Germaniæ belli militum inſolentia, depradationes, concuſſiones, exactiones, luxus, &c.

14. A militibus Imperator potiùs, quàm hoſtis metuendus.

15. Omnis contumacia militis adverſus Ducem vel præſidem de jure civili capite punitur.

19. Plus eſt obedientia quàm victima. Bonus exitus non excuſat delinquentem, exemplo Filio Manlii Torquati.

17. Stipendia militibus debita juſto & legitimo tempore exſolvenda.

18. Severè coërcenda pernicioſa profugorum malitia.

1 AD bellum † ſuſceptum feliciter expediendum tenaciſſimum vinculum eſt diſciplina
militaris, in cujus ſinu ex Valerii Maxim. ſententia, ſerenus tranquillusq́; ſtatus acquieſcit, & optatiſſimi triumphi promanant, *lib. 2. cap. 7.* Unde apud Romanos diſciplina caſtrorum, caritate liberorum & parentum antiquior fuit, *l. 19. §. 7. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Giphan. *in l. 7. C. de Procurator.* Sichard. *ad rubr. C. eod.* Geil. *1. de pac. publ. c. 4.* Et juxta Bodinum omnium Rerumpubl. opes, jura & leges, ſub militaris diſciplinæ clypeo continentur, *5. de repub. c. 5. p. 882. in fin. & p. ſeq.*

Diſciplina militaris præcipuè conſiſtit, in Ex-
2 ercitio, ordine & coërcitione. Exercitio † maximopere opus eſt, ut milites cottidie exerceantur, vid. Bod. *in lib. 5. de repub. p. 883. in fin. c. 5.* [Hinc eleganter Claudian. in Conſul. Honorii.

——Si bella tenant prius agmina duris.
Exerce ſtudiis, & Sævo præſtrue Marti
Non bruma requies, non hybernacula ſegnes.
Enervent torpore manus.]

3 Sicut enim † omne artificium per exercitium recipit incrementum, *l. legat. 65. §. 3. de legat. 3. fac. c. fin. diſt. 38.* Sic & maximopere militia. Inde exercitus Varroni dictus, quod fiat melior exercitando *lib. 4. de ling. latin.* vid. Lather. *de cenſ. lib. 3. c. 19. n. 26. & ſeqq.*] Hoc ſi omittatur milites ſe effundunt in luxum & epulas, & nocturnos cœtus Tacitus *in lib. 4. hiſtor. vid. Receſſ. Imper. An. 1570. ſub tit.* Von Reutterbeſtallung / ubi de tali luxu & ebrietate querelatur, §. item, Dieweil es leyder dahin kommen.

Hoc veneno † fortiſſimus Annibalis exercitus 4
inebriatus in Italia periit, cum ipſo, ut haut vanè olim dictum: Una Annibalem hyberna ſolverunt, & indomitum illum nivibus atque Alpibus enervarunt fomenta Campaniæ.

2 Nulla eſt gravior † ac nocentior peſtis in mili- 5
taribus expeditionibus, quàm luxus & ſecuritas, 1. *Reg. 20. v. 11 & ſeq* & ibi Martyr. *f. 160. lat. 2.* ubi hoc modo dicit actum fuiſſe in caſtris Pompeij, quando erat in campis Pharſalicis confligendum. Et in caſtris Franciſci Regis Gallorum, quando juxta Ticinum captus fuit.

Ordo, † qui ut actionum humanarum omnium 6
anima dicitur, ita belli & armorum ornamentum eſt & fundamentum, Confer Oldend. *in reſtaur. Polit. ad l. 2. in verb. in equeſtri ordine, ff. de orig. jur. fac.* R. A. zu Speyer / de An. 1542. §. Und damit in ſolchem / ibi: gute Ordnung gehalten werde / & ibid. §. Und damit unter allem Kriegsvolck deſto beſſer Regiment und Ordnung erhalten werde / Ordo eſt
concinna † rerum & Perſonarum ſub loco con- 7
cinno digeſtio, Oldend. *ad d. l. 2. verb in equeſtri ordine.* [Et conſtat ex ſacris, ipſum Jehovam populo ſuo, numeratis maſculis omnibus ad bellum aptis, ordinem præſcripſiſſe, *Num. c. 1. & 2.*]

Ordo † conſiſtit in dirigendis copiis, per legio- 8
nes, cohortes, centurias, & decurias, ut æquali legitimoque ſpatio diſtet miles à milite, nec ultra quàm expedit, aut conglobent agmen, aut laxent. Veget. *lib. 1. c. 26.*

Coërcitio † verſatur circa mores informandos 9
& refrænandam petulantiam militum ad reprimẽdas rapinas & direptiones, quæ noſtris proh dolor temporibus multorum luxuita frequentantur & tanta impunitate fiunt, ut militia, quæ Romanis temperantiæ, prudentiæ & fortitudinis Schola fuit, nunc latrocinandi ars eſſe videatur, Bodin. *lib. 5. de Repub. c. 5. p. 902.* [Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic. lib. 4. tit. 7. defin. 8. nu. 7. in notat.*] de quo querelatur Imperator & imperium *in* R. A. *de Anno 1570. ſub tit.* Von Reuter Beſtallung / §. und dieweil 43. Nam milites † noſtri temporis 10
vano militiæ nomine inania tantùm lucra ſectantur, flagitia nimirum hominum, maculas & vibi-

cet generosi Martis. *l. per Myricum, C. de cohortal.*
11 *lib.* 12. Imò in transitu † plus damni plerumque a-
micis & confœderatis dant, quàm ipse hostis, imò
immanissimus Turca, aut Scytha dare posset, Joh.
Gœden. *consf.* 17. *n.* 305. vid. hac de re latè differen-
tem Nevizan. *in sylv. Nupt. sub n.* 140. *ubi de novis
militum artibus & subtili ingenio auferenda à ru-
sticu, auro, agit,* Hering. *de fidejuss. c.* 7. *nu.* 162. ubi
hosce sequentes recitat versiculos:

Militia quondam partes ac jura fuerunt
Tutari patriæ dulcia tecta suæ:
A sociis arcere minas, pepulisse Tyrannos,
Hostes & incursus continuisse vagos.
At nunc quid bello petitur, nisi præda? nec hostem.
Sed socium vitâ est expoliasse decus.

[De Aureliano Imperatore legitur, quod in
12 disciplina militari severus admodum fuerit, †
& quandoque ad vicarium suum in hæc verba re-
scripserit: Si vis Tribunus esse, imò si vis vivere,
manus militum contine: nemo aliena rapiat: se-
getem atterat: annona sua miles contentus sit:
& de præda hostis, non de lachrymis provincia-
lium vivat: Stipendium in Baltheo, non in popi-
na habeat, referente Gualther *in Chronologic. Ec-
clesiastico Polit. in vit. Aurel. Imp. sub Anno* 271.
Et de ejusmodi militum insolentia, Maximilian.
II. Imper. in Comitiis Spirensibus, Anni 1570 in
Præfat. Der Reuter Bestallung conqueritur, daß
jhre Keys. Maiest neben den erscheinenden Chur-
fürsten/ Fürsten vnd Ständen/ ꝛc. Zu bedächtlichẽ
Keyserlichem Gemüthe geführet/ wie vor Zeiten
die Teutsche Kriegsleute / sich aller Männli-
chen Tugent/ Redligkeit vnnd Erbarkeit beflissen/
gute Kriegs Ordnunge vnnd Disciplin gehalten/
dadurch sie bey allen Nationen gerühmet / vnd a-
ber es nunmehr dahin kommen/ dz die alte Teutsche
Freyheit in Kriegszügen / zuviel mißbrauchet / die
vnschuldige arme Leuthe allenthalben beschweret/
beleydiget/ alle erbare Disciplin vnd Ordnunge der
Reuter vnd Kriegsrechten in vergeß, oder auch in
veracht gerathen will.

Quanta verò in novissimis & modernis Ger-
13 maniæ Bellis † militum insolentia? quæ depræ-
dationes provincialium? Quæ concussiones,
exactiones, & pro extorquendis nummis, tor-
quendi pauperes genera varia? quis luxus? non
opus, neque possibile est calamo percurrere aut
enarrare. Testantur id integræ provinciæ miserè
devastatæ, oppida & pagi tanquam flammis ex-
usti? Testantur adhuc viduarum, orphanorum
& aliorum depopulatorum & deprædatorum in
cœlum usque tendentes & recenti calamitate ac
ærumnis calentes lachrymæ; quas Deus justus
judex in resurrectione justorum, à facie suorum
absterget, & grassatoribus super caput rependet
mala, quæ intulerunt innocuis hominibus. De
militibus & militari disciplina, vid. etiam tradita
à Wilhelm. Ferdinand. ab Effern. *in Manual. Polit.
lib.* 5. *punct.* 6.]

Ad conservandam disciplinam militarem, † 14
mira opus est severitate & gravitate, ita ut secun-
dum Clearchi vocem: à militibus Imperator
potius, quàm hostis metuatur, Valer. *lib.* 2. *cap.* 7.
Lips. *lib.* 5. *Polit. c.* 13 Unde etiam jure civili contu-
macia omnis † militis, adversus Ducem vel 15
præsidem capite punitur, *l.* 6. § 2. *de re militari, l.
item profugus* 3. *cod. d. const Imp. de A.* 1570. *sub tit.*
Von der Reuter Bestallung / §. 57. Item es soll
keiner an die Justitien/ als die Profosen/ Ru-
mormeister / ꝛc. Hand anlegen/ oder jhnen mit Ge-
walt oder Vnbeschridenheit wider streben/ alles bey
Straff Leibes vnd Lebens / vid. Prosp. Farinac. 1.
consil. 4. *num.* 20. ubi excusat Capitaneum à pœ-
na homicidii, qui signiferum recusantem sume-
re signa, interfecerat, & hoc procedit † etiamsi 16
rem bene gerat miles, contra mandatum Ducis,
quia plus est obedientia, quàm victima, Zas. *ad l.
Frater aut in pr. num.* 5 *ff. de oper. non nunc.* [Et est
text. notabilis & ut dici solet in terminis, *in l. de-
sertorem, §. in bello, ff. de re milit.* Ubi qui in bello
rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non
servavit, & si benè rem gesserit, capite punitur,
per quem text. consuluit Ancharan. *in consil.*
175. *num.* 2. bonum exitum non excusare delin-
quentem, notat Farinac. *de variis & divers. cri-
minib. quæst.* 98. *caus.* 19. *nu* 174. *& seqq* ubi id plu-
ribus persequitur. Et ita Manlius Torquatus fi-
lium sustulit è medio, quod eum hoste contra
præceptum suum dimicasset, quamvis hostem su-
perasset; satius esse judicans, patrem fortē filio,
quàm patriam militari disciplina carere, Valer.
Maxim. *lib.* 2. *c.* 2. Livi. *dec* 14 *lib.* 8. Et refert And.
Geil. *de pac. pub. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 62. *& seq. & n.* 29 ubi
tamen id limitando declarat.] Ad cõservandam † 17
tamen disciplinam militarem multum confert, si
stipendia militibus debita justo & legitimo tem-
pore exsolvantur, Gleiche Bezahlung erhelt das
Kriegsvolck in guter Ordnung vnnd Gehorsamb/
text. in Reichs A. zu Speyer / de Anno 1542. §.

Vnd

Vnd so alles Kriegsvolck. [Confer Comin. *lib.* 10. *Com p.m.* 694. *& seq*] Disciplina militaris acriter retenta, Romanum imperium ortum è Romuli casa, totius terrarum orbis columen fecit.

18 Severè etiam coërcenda perniciosa † profugorum malitia in quibus & jure civili & novissimis imperii constitutionibus gravis pœna constituta, *vid. d. constit.* 1507 (*. sub d. tit.* § 28. *ib.* Vnd welcher auß dem Feld/oder vom Hauffen ohne Erlaubnuß vnd Paßport ziehen würde / der sol/da er betretten/ an Leib vnd Leben gestraffe / oder da er entlauffe/ öffentlich zum Schelmen gemacht werden. [Et hac de re latè agit Prosper. Farinac. *de crimine les. Majestat. q.* 113. *& seqq.* ubi quando desertores militiæ & transfugæ committant crimen læsæ Majestatis. De eventu belli, sumptibus, damnis & jure victoris, pacificatione & similibus, vid. Alberic. Gentil. *de jur. Belli lib.* 3. *c.* 1. 2. 3. *& seqq.*]

Finis Libri Secundi.



LIBER TERTIVS,

DE REGIMINE ECCLESIASTICO.

CLASSIS I.

CAPUT I.

DE IVRE IMPERATORIS, REGVM, PRINCIPVM ET ALIORVM Magistratuum, circa regimen Ecclesiasticum.

SUMMARIA.

1. *In regimine Ecclesiæ quæ potissimum spectanda?*

2. *Religio quot modis sumatur?*

3. *Romani olim Religionem, & sacra, loco instrumenti habuerunt ad conservandam Reipublica statum.*

4. *Vrbs citiùs sine solo, quàm Respubl. sine opinione de iis constitui, aut constituta servari potest.*

5. *Homo sine religione velut effrenis equus. Sublatâ Religione, justitia, publica honestas, & disciplina corruit.*

6. *Religionis scopus principalis animarum & salutis æterna concernit curam & negotium.*

7. *Non solum æterna, sed & temporalis felicitas à Religione dependere dicitur. Malè vivitur, si de Deo non benè creditur.*

8. *Vera Religio optima rectrix humana vita.*

9. *Magistratus custos esse debet utriusq; tabula. Religionis inprimis summa habenda ratio.*

10. *Ecclesia est in Republica, non Respubl in Ecclesia. Reges nutricii Regina nutrices Ecclesia.*

11. *Reges Christiani Ecclesiam à Christo tuendam acceperunt.*

12. *Imper. Rom. in imperii Recessibus dicitur Ecclesia Advocatus, supremus præfectus, &c.*

13. *Sine scitu Imperatorum olim non ordinabantur Pontifices exemplo Caroli M. Ottonis, ejusq; successorum.*

14. *Hoc jus Imperator & Magistratus habet non ex Privilegio Papa, sed jure Regia potestatis à Deo concessa.*

15. *Potestate, & auctoritate datâ à Deo, ea quoq; data censenda, sine quibus ad finem à Deo constitutum perveniri commodè non potest. Religio est tanquam fulcrum & fundamentum Reipubl. Christiana.*

16. *Exempla Regum V. T. qui curam religionis & cultus divini habuerunt.* 17. *Eadem, nec infe-*

rior potestas & hodie Imperat. Regum ac Principum Christianorum est, in Repub. Christiana.

18. *Et saniores gentiles curationem rerum sacrarum præcipuum Reipub. fundamentum esse persuasum haberunt.*

19. *Christus & Apostoli Ecclesiam, quatenus in hac vita militat, politica potestati subjecerunt. In cujus territorio Ecclesia sunt, sub ejusdem protectione esse censentur.*

20. *Vt Ecclesia, ita & Scholarum cura ad Principes & Magistratus pertinet.*

21. *Iustiniani Imper. aliorumq; Principum Christianorum constitutiones religiosæ.* 22. *Iustiniani constitutio de summa Trinitate.* 23 *De scripturarum lectione. Præstat ex limpidissimis S. literarum fontibus bibere, quàm ex cœnosis traditionum lacunis.*

24. *A Deo discendum, quid de Deo, Deiq; voluntate intelligendum. Quia Deus non nisi se auctore cognoscitur.*

25. *Constitutio Iustiniani de Scripturarum versione.*

26. *Nova Pontificiorum traditio, scripturarum lectionem laicis adimens, solis clericis relinquens.*

27. *Christus quare Apostolos linguarum cognitione instruxerit.*

28. *Opprobriosum est clericis, immiscere se secularibus. Desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi. Veneti sacerdotes à conciliis, ab imperiis, à magistratibus submoverunt, & quare?*

29. *An Magistratus illæsâ conscientiâ plures in Republ. & contrarias religiones tolerare possit? remissivè.*

30. *Catholici Principes quomodo diversæ religionis homines in suis provinciis tolerent?*

31. *Iesuitarum votum quoad regiones & bona hæreticorum.*

32. *Clericus de jure divino non est exemptus à potestate seculari. Quoad temporalia, secùs quoad spiritualia.*

33. *Clerici & Ecclesiasticæ personæ sunt de districtu Dominorum temporalium, quorum est territorium. Ecclesia est de territorio loci Magistratus.*

34. *Nulla Evangelii & N.T. est lex, clericos à jurisdictione Principum secularium eximens. In primitiva Ecclesia Clerici, eorumque res jurisdictioni Regum & Impp. subfuerunt.*

1 N regimine † Ecclesiæ, [quæ dicitur
civitas Domini, & Sion sancti in Israël,
Esa.60.v.14.] duo potissimum spectantur,
ipsa potestas spiritualis & cura seculatis circa illam externis ritibus piè instituendam
& dirigendam. Potestas circa Ecclesiastica
respicit legitimam Religionis introductionem, &
introductæ conservationem. Religio aliquando
sumitur † pro fide Christiana, ut sumitur *in L.1.* 2
C. de summa Trinit. aliquando strictius pro cura
ceremoniarum, Bart. *ad d. L.1. num.5.* [Hic autem
pro cultu divino in genere usurpamus.] Romani
olim † Religionem & sacra sua loco Instrumenti 3
habuerunt, ad conservandum Reipubl. statum,
Rittershusius *in Novell part.1. cap 1 num.4.* [Romulus
sacrorum & sacrificiorum principatum &
curam sustinuit, Dionys. Halicarnass. *lib.2.* Andr.
Knichen *de Autocrat Imper. Rom cap.1. num.571.*]
Numa religionibus & jure Divino populum devinxit,
effecitque ut fides & jusjurandum civitatem
melius, quàm legum, pœnarumque metus
regeret, ut ait Tacit. *lib.3. Annal.* [Urbem citius
sine solo, † quàm Rempublicam sine opinione de 4
Diis aut constitui, aut constitutam servari posse
ex Plutarch annotavit, Justus Lips. *in lib. advers.
Dialogist.* Idque multis persequitur & exemplis
convenientibus illustrat, Thom. Campan. *de Monarch. Hispan. c.5.*
ubi pro maxima ponit, Religionem
sive sit vera sive falsa, modò vulgò recepta,
semper primas in Republica partes sibi vindicasse,
utpote quæ corda hominum, cum corporibus linguas
& arma ceu instrumenta Reipublicæ, arctissimo
vinculo copulet, & conjungat.] Est homo,
velut infrenis equus sine Religione, eoque deterior, 5
quò natura contumacior & in vitium propensior,
Sabellic.5.4. Quibus autem Dei assiduus
insidet metus, illi & seriò jussa Magistratuum exaudiunt,
nec se mutuò nec alios fallunt, pacta fidemq;
studiosè observant, Arnis. *lib.1. de jur. Majest. c 6. nu.3.*
Et sublata religione, justitia, publica
honestas & disciplina corruit, R.A. zu Regenspurg/
de Anno 1532. rubr. concilium betreffend/ *in
fin. princ. ibi:* Darneben erfolgen würde/ daß alle
Zucht/ Ehr/ Gehorsam und andere gute Tugend/
in Geistlichen und Weltlichen/ gäntzlich fallen werde.
Nobis autem quibus melior Divinæ veritatis
circa præcordia illuxit splendor † certum est, 6
alium Religionis scopum esse principalem, & non
tam publicum Reipublicæ conservandæ Instrumentum,
quàm animarum & salutis æternæ, (quæ
nobis eluxit de Sion *Esa. c. 2. v. 3.* & quam filius,
qui exivit de sinu patris enarravit nobis, *Iohan.3.
Mich. c 4. v.2.* Rittershus. *d. c.1 nu.5.*) concernere
curam & negotium. [Hinc eleganter Forst. Omni,
inquit

inquit scelere, major improbitatis est, Religione, non alio fine uti, quàm regnandi instrumento, in Not. Publ. *ad Corn. Tac. lib. 1. pag. 161. vid. eund. ad lib 1. pag. 64. & seqq.* Confer Wilh. Ferd. ab. Effern. *in Manual. Polit. sive de Rat stat. lib. 2. punct* 11. ubi latè & rectè contra Politicos illos disputat, qui statuunt, Christiano Principi licere, religionem assumere, fingere, dissimulare, pro Ratione status, seu
7 utilitate Reip.] Negari tamen non potest, † quod non solùm æterna sed & temporalis felicitas à Religione dependere dicatur. R. A. zu Augspurg/ *de An.* 1566. §. **Wiewol wir nun auff solches/rc.** ibi **daran alle zeitliche vnnd ewige Wolfahrt hanget.** [Lactan. *lib. 5. inst. divin* Plat. *lib. 4. de Repub.* Arist. *in Polit. c. 28. n.* 10 *&* 11. Et malè vivitur, si de Deo non benè creditur, inquit Augustinus *lib. 5. de Civ. Dei, c.* 10. Confer Frider. Balduin. *de cas. consc. lib.* 1.
8 *c. 6. cas.* 1. Vera enim Religio † optima rectrix est humanæ vitæ, justi, injustique norma, frenum in prosperis, in adversis solatium, spes in dubiis, unica deniq; mentis Domina, Forstn. *in Not. Polit. ad Cor. Tac. lib. 1. p. 65 & seq. infere vers. Hæc potestas.*]
9 Hæc potestas circa Ecclesiastica † rectè ad Magistratum pertinet, qui custos esse debet utriusq; tabulæ, *vid c. Princeps, c. si apud* 23. *q.* 5. omnem q; curam & sollicitudinem in eo collocare, ut Religionis inprimis summa habeatur ratio, Bodin. *lib. 6. de Repub. c.* 1. *pag.* 986. Certum enim est, Eccle-
10 siam † esse in Republ. non verò Rempublicam in Ecclesia, *arg Nevell.* 3. 5. 6. 16 *& aliis,* Engelbr. *de jurisd. concl* 74 Unde Reges nutritii, Reginæ verò nutrices Ecclesiæ appellantur, *Esaia* 49. ad ædificandos muros ejus, *Esaia* 60 & ad restaurandas Templi ruinas, 2. *Reg.* 12. *v.* 5. 6 7. [Item Pastores populi *Esaia* 44 *v.* 28 *Ierem.* 49 *v.* 19] Hoc,
11 inquit Augustin. pertinet ad Reges † seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt, *c. quanto* 24 *q.* 4. idq; si non faciunt, Deo tenentur reddere rationem propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam accipiunt, Isidorus *ind cap. princeps,* 23 *q.* 5 *c. ult dist.* 96. Hinc etiam in multis
12 Imperii Recessibus Imp. Romano † id tribuitur, quod sit **der gantzen Christenheit ein Schutz- vnd Schirmherr.** R. A. *de Anno* 1518 § **Erstlich.** Item Advocatus, R. A. zu Regenspurg/ *de Anno* 1541. §. **Aber Churfürsten** / ibi: **vnd vns als Advocaten vnd Beschirmer der Christlichen Kirchen/rc** Item supremus Præfectus, R. A. zu Augspurg / *de Anno* 1530. §. **Auff solch/ rc.** *& § seq.* **Nach dem aber/rc.** ibi: **als Römischen Keyser vnd öbersten Vogt der H. Christlichen Kirchen** / R. A. zu Speyer/ *de Anno* 1529. *sub tit.* **Constitution wider die Widertauffer** §. 1. ibi: **Oberster Vogt vnsers Christlichen Glaubens/rc.** Quare Lutherus ad Imper scribēs, ait: sese confugere ad ipsum, tanquam aram præsidiumque & rogare, ut doctrinæ Christianæ tutelam suscipiat exemplo Athanasii, Sleid. *lib.* 2. *com.* [adde Cachet *decis.* 30. *n.* 13. *&* 14. *c.*] Et ipse Elector Treviricus in Electione Caroli V. inquit Talem Respubl. desiderat, qui præter alia constituat & emendet Ecclesiæ statum, Sleid. *lib.* 1. Ideoq; sine scitu Imperatorum † olim non ordinabantur 13 Pontifices, C. *Agath. dist.* 63. Imò potesta instituendi successores sedis Apostolicæ adscribitur ab Hadriano Papa Carolo M. Imper. expressis verbis *in c. Hadrianus* 63. Et Ottoni ejusq; successoribus à Leone Episcopo, servo servorum Dei & toto Clero *in Synodo d. dist in quorum plura exempla.* vide apud Arnis. *lib.* 1 *de jur. Majest. c.* 6. *n.* 10. Confer Dresser. *Millen* 5 *in vit. Caroli M.*

Habet hoc jus Imperator & † Magistratus non 14 ex privilegio Papæ, ut vult *gloss. in c. in Synodo in fin. dist.* 63. Sed jure regiæ potestatis à Deo concessæ, R. A. zu Speyer/ *de Anno* 1544 §. **Erstlichen der streittigen Religion/rc.** ibi: **In massen dann Wir in Krafft Vnsers obligenden Keys. Ampts zu befördern schuldig/** *Et ibid.* §. **Derhalben/** R. A. zu Wormbs / *de Anno* 1545. § **dieweil aber auß sonderm/** R. A. zu Augspurg / *de Anno* 1548. §. **Nach dem auch in berürtem Rahtschlag** / ibi, **das werden wir vnserm tragenden Ampt nach / rc.** Arnis. *d. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 10. Et vide hac de re latè & eleganter disserentem, Anon. Robert. *rer judicat. lib.* 3. *cap.* 1. Item Covarr. *in relect. c possess.* § *ro ubi latè tradit, quo Reges Hispaniarum circa Ecclesiastica potestatem usurpent.* Cui enim † potestas 15 & auctoritas data à Deo, ea quoq; data censenda, sine quibus ad finem à Deo constitutum perveniri commodè non potest, *arg l.* 2. *de jurisd* sine religione autem, quæ est tanquam fulcrum & fundamentum Reip. Christianæ ad finem à Deo ordinatum perveniri decenter non potest. Ideoq; concessa hac à Deo potestate religionis quoque cura concessa censenda est [Exemplo Regum V. T. Et quidem † Josuæ, *de que Num. c.* 27 *v.* 18 19. *Iosc.* 3. 16 *v* 5. *& seqq & c.* 24 *v.* 14. *& seqq.* Davidis, 2. *Sam.* 6. *v.* 20 *&* 21. *Psal.* 2. *v* 10. 11. qui non solum arcam fœderis in civitatem reduxit, 2. *Sam.* 6. *vers.* 12. 1. *Chro.* 16. *v.* 12. sed & constituit, ut juxta aleare sta-

rent cantores, & dulcia ejus cantica sacra decantarent, ut de eo prædicat *Ecclesiast. cap. 47. vers. 11.* Josiæ, cui similis non fuit Rex legitur ante eum, aut post eum, qui cultum Dei purum restituit, & explosa idololatria, congregatis omnibus & senioribus Judæ, & populo a parvo usque ad magnum, omnia verba libri fœderis, cunctis audientibus legit & fœdus percussit cum Domino, ut custodirentur præcepta ejus, 4. *Reg. c.* 23. Salomonis 2. *Paralip.* 17. *& seq.* Ezechiæ, qui sublato imperio Rege Achaz, reformationem templi & cultus instituit, phase celebravit, &c. 2. *Chron. c.* 29. *& c.* 30. Quod verò non minor sit nec inferior potestas † Imperatoris & Regum seu Principum Christianorum in Republ. Christiana quam olim Priscorum Regum in Republica Israëlitica, multis sacræ scripturæ testimoniis, confirmat & attestatur Georg. Cassander *scriptor Catholicus in Consultat ad Augustan. confess. artic* 16. *Allegans ibid.* Gabriel. Biel. *in Canon. lect.* 75. Eorum exempla imitati sunt ex Romanis Impp. Constantinus Magnus, Theodosius, Marcianus & alii. Hieron. Treutlerus *consil.* 110. *num.* 103. Confer Chassan *in Catalog glor. mund part.* 5 *consid* 17. Et de Regib. Galliæ testatur passim Bodin. *de Repub.* Thuanus *lib.* 1. *histor.* Et de Regibus Hispaniarum Didac. Covarr. *suprà allegat. in relect. c. possessor.* § 10. Imò & Saniores gentiles, persuasum sibi habuerunt, † curationem rerum sacrarum præcipuum Reipub. fundamentum esse, ut Romuli, Numæ alio. umq; exempla ex parte suprà allegata testantur. Vid. Dionys. Halicar. *lib.* 1. *&* 2 *antiquit. Rom.* Confer Fr. d. Balduin. *de cas. conscient. lib.* 2 *c.* 6 *cas.* 2. Dissent. Azor. *institut. Moral lib.* 11 *cap.* 6. *part.* 2. *f.* 1360.]

17

18

19 Christus † & Apostoli Ecclesiam, quatenus in hac vita militat, politicæ potestati subjecerunt, *Actor.* 15 *Rom.* 13. 1. *Petr.* 2. (Marsil. Patavin. *in Defens. Pacis. cap.* 5 *part* 2. ubi hoc latè tuetur, atque inde etiam in cujus territorio Ecclesiæ sunt, sub ejusdem protectione esse censentur, Nicol. Boër. *decis* 69. *num* 1 *& seqq.* Boss. *in princ. crimin. tit. de for. compet num.* 6. Treutler. *consil.* 85. *numer.* 7. Quinimò Res & personas Ecclesiasticas, in tuto esse nequaquam posse, nisi eas & regia & Sacerdotalis potestas defendat, *c. reseadem,* 23. *quæst.* 5. *fin. C. dist* 96. Affl. Ct. *decis.* 24 Cachet. *d. decis.* 30. *num.* 13.

20 Quæ de cura † Ecclesiæ eadem etiam de Scholarum fundatione, & provisione obtinent; quia & illa ad Principum & Magistratuum Ordinariorum curam pertinet, per tradita Ern. Cothmanni 2 *cons* 64 *nu* 28. *& seqq.* Justinianus Imp. sacratissimus † & alii pii Principes nunquam satis landabili pietatis ad potestatem monumento, plurimis sacratissimis Constitutionibus testatem reliquerunt. Quorum quædam de recto in Deum sensu secundum normam Biblicam: quædam de scripturarum lectione & versione: quædam de vita & officiis Clericorum: quædam de diebus feriatis, ordinationibus, bonis Ecclesiasticis & aliis ad divinum cultum pertinentibus articulis, quæ quidem omnia nihil præter Dei verbum constituunt, sed nihil aliud sunt, quàm legis divinæ determinationes & applicationes, quas insignia illorum temporum lumina Ecclesiæ, Cyrillus, Flavianus, Athanasius, Ambrosius, Augustinus & alii, pro insigni suo zelo toleraturi minimè fuissent, si id cuncta verbum Dei & Imperatorum officium fuisset, Zepper. *lib.* 4. *de leg forens c.* 3 *nu.* 1. 21

De recto † in Deum sensu inter alia insignis est *l.* 1. *C. de summ. Trin.* ubi Justinianus Imp. cunctos populos, quos suæ Clementiæ regit Imperium in ea vult versari religione, quam D. Petrus Apostolus tradidit secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam, credentes Patris & Filii, & Spiritus sancti unam Deitatem sub pari Majestate & sub pia Trinitate, *fac. l.* 5. *l.* 6. *C. eod.* 22

De Scripturarum † lectione extat textus in *Novell.* 133. *cap.* 2. ubi Justinianus in hæc verba scribit: Plurimus sacrorum librorum chorus, & possibile est, unicuique animum corrigere atque rigare sacris literis, quas qui frequenter legent, nunquam decipientur, nec ad humanas descendent sollicitudines. Præstat enim ex limpidissimis sacrarum literarum fontibus bibere hianti ore, quàm ex cænosis traditionum lacunis. Hieronymus *in cap fin. distinct.* 63. Cum enim potas licet haurire aquas, lutum quis mallet? ut præclarè dicit Imp. Leo *in Novell.* 91. Et sanè miseri essemus immortalitatis Candidati, si Fides nostra in tam lubrica, & ludicra traditionum humanarum cymba, quæ cuivis, vel levissimæ auræ ludibrio objiciatur, ad portum salutis, nusquam passa naufragium, deberet appellere. Hoc si semper factum fuisset & fieret, non tot dissidiis inconsutilis Ecclesiæ tunica scinderetur, neque tot Hæreticorum maculis candida sponsæ stola defœdaretur, notabilis est divina Hilarii † sententia dicen- 23 24

dicentis: A Deo discendum est, quid de Deo Deique voluntate intelligendum sit, quia Deus non nisi Deo auctore cognoscitur. Quoniam igitur impossibile erat, sine Deo discere Deum, per verbum suum docet homines scire Deum, *lib. 5. de Trinitat.* quem allegat Dn. D. Meisner. *de regimin. Ecclesiast concl.* 155. [vid. Etiam Marsil. Patavin. *in defensor. Pac. c* 28 *part.* 2. [Vide multas Constitutiones de negotio Religionis *in Recess. de Anno* 1530 *pag.* 197. *& passim in aliis.*

25 De Scripturarum versione † loquitur *Novell.* 146. *cap.* 3. qua constituitur, in quavis lingua tolerandam versionem Bibliorum, ut omnes sacris innutriti literis, multò paratiores ad meliora discernenda & ad mala fugienda inveniamur, nec nudo verborum cortici inhærentes, sed ad veritatis sensum penitùs penetrantes, iis tanquam anchoræ innitamur, sive simus Clerici, sive etiam Laici, *canon. ult. Apostol.* Unde apparet
26 † novam esse & recenti traditione calentem Pontificiorum doctrinam, quæ solis Clericis relicta Scripturarum lectione, nec in vulgari sermone vertendam, nec Laicis legendam pleno ore vociferantur, ut eò melius fascinentur, & diutiùs vanæ traditionis præstigiis eludantur laici, credantque quicquid ipsi in lingua ignota obmurmurent, juxta illud Poëtæ:

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.

27 Christus † Apostolos omnium linguarum cognitione ideò instruxit, ut omnes homines ad consonantiam fidei convocarent in quavis lingua, Joachim Stephan. *lib. 4. de jurisd. c.* 1. *n.* 1. Laudanda in hoc negotio præclara Ptolomæi Ægyptii Regis industria de versione Bibliorum per 72. Interpretes facta, cujus historiam prolixè refert Rittersh. *in Novel. p.* 1. *c.* 1. *nu.* 19.

28 De vita † & officiis Clericorum agitur *tot. tit. Cod. de Episcop. & Cleric.* ubi notanda *l.* 17. *& l* 41. ubi opprobriosum esse Clericis dicitur, si se immisceant secularibus & temeratoribus pœna 50. librarum auri infligitur. Hinc Feudista: Desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi, *lib* 2. *Feud.* 21. *c. cum ad verum, distinct.* 96. *ne illud obtineat:*

Quicquid agit mundus, Monachus vult esse secundus.

Quo ergò jure, quave injuria Romanus præsul pro stola chlamydem, pro pedo Sceptrum, pro Codice ensem versat? [Hac de re etiam conqueritur Georg. Cassand. scriptor Catholic. *in Consultat. ad Augustan Confess artic de Pontifice Roman. pag mihi* 73.] adde *Novell.* 23 Etrectè Veneti Sacerdotes à Conciliis, ab Imperiis, a Magistratibus summovere consueverunt; ne fortasse Pontifici Maximo, cujus obsequiis ac jurejurando obligantur, civitatis arcana proderent, Bodin. *lib.* 3. *de Republ. cap.* 8. *p* 552 [An verò Magistratus secularis † illæsa conscientia pluresin 29
Republica & contrarias Religiones tolerare, vid. D. Gerhard *in loc. de Magistrat. Politic cap* 5 *sect* 5. *membr.* 1. Frider. Balduin. *de casib. conscient. lib.* 2. *cap.* 6. *cas.* 3. Just. Lips. *de una Relig* Azo *instituet. Moral. lib.* 11. *cap.* 6. *vers. An rex tuta conscientia fol.* 1360. *part.* 2. Distinctè & eleganter Johan. Bonning. *de Homag. conclus.* 4 0 *& seq.* Confer etiam Wilhelm. Ferdinand. ab Effern. *in Manual politic. sive de ration status lib.* 2. *punct* 6. 7 9 *& punct.* 10. ubi negativam tuetur, *& pag.* 252 ita se declarat. Quod Catholici Principes † aliquando per- 30
mittant, diversæ Religionis homines in suis provinciis vivere, quando sine periculo ejici non possunt: non quod hæreticis faveant, sed quia aliter impedire non possunt. Quando verò fortiores facti sunt, lenitatem rigori præferunt, & quos jure capitis pœna afficere possent, spe conversionis sine damno bonorum emigrare concedunt. Aliud tamen Jesuitarum votum esse † quoad Regio- 31
nes & bona hæreticorum, ab illis ita dictorum, patet ex illo libr. qui inscribitur *Gloria bellica, serenissimo Bavariæ Duci, Ingolstadii adumbrata, fol.* 31 ubi ita scribunt: An. 1566. plenis Comitiis, de nobis è Germania eliminandis agebatur: Is nunc annus est, ea nunc tempora, ut nos de illis eliminandis agamus. Melius est imperare, quàm parere. Si Religio displicet vel illorum nobis, vel nostra illis: Saltem illorum Dictionem non contemnamus. Quid ex istis colligendum Prudentis Lectoris committimus judicio.

Ex Præcedentibus Corollarii loco illa facilè decidi potest quæstio. Quod de jure divino Clerus † exemptus non sit à potestate seculari. 32
Et ita post Innocent. *in c.* 2. *de Majorit & obed.* Alciat. *in c. cum non ab homine col* 2 *de judic.* Carol Molin *in addition. ad consil. Alex.* 8. *& lib.* 1 & alios allegatos à se determinat & multis eleganter suo more firmat Didac. Covarr. JC. Hispan. Episcop. Segobiens. *pp quæstion. cap* 31 *numer* 2. *vers. Contraria Opinio.* Aug. Morla *in Empor jur. part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 12. *num.* 3 Marsil Patavin. *in defensor. Pac part.* 2. *cap.* 4. *&* 5. ubi id latissimè osten-

dit & Christi, Apostolorum, aliorumque orthodoxorum exemplis comprobat Osasc. Cacheran. *decis. Pedemont.* 30. *num.* 5. *& seqq. usq. ad fin.* Et quoad temporalia, hanc veram esse sententiam post Mascard. *de gener. statut. interpr. conclus.* 5. *num.* 73. *& sequentib.* firmat Christinæ *decis.* 203. *num.* 5. 6. *& seqq.* Farinac. *Tit. de inquisit. quæst.* 8. *num.* 2. Joseph de Sese, *in tractat. de inhibit. c.* 8. *nu.* 11. *& seqq.* Secus verò esse quoad verè spiritualia,
33 utputa ordines, gradus & Sacramenta. Indeq; † clericos & Ecclesiasticas personas, esse de districtu Dominorum temporalium, quorum est territorium post Johan. Andr. *in c. fin. in princ. de offic. delegat in* 6. scribit Caspar. Anthon. Thessaur. 2. *quæstion. forens.* 2. *num.* 3. Alberic. Gentil. Advocat. Hispan. *lib.* 1. *cap* 5. *lit. m.* ubi dicit; Ecclesiam esse de territorio laici Magistratus. Et ita etiam Theologi & Politici August. Confessionis unanimiter statuunt, vide D. Gerhard. *in loc. de Magistrat. Polit.* Frider. Balduin. *de casibus conscient. libr.* 4. *cap.* 12. *cas.* 13 *&* 14. Eamque sententiam integro tractatu tuetur Henning. Arnis. *de subject. & exempt. Cleric. præsertim cap.* 3. Bruning. *de Homag. concl.* 306. *& aliquot seqq.* Et quod nulla sit Ev-
34 angelii & Novi Testamenti Lex, quæ † Clericos à jurisdictione Principum Secularium exemerit, scribit Covar. *alleg. loc.* ubi etiam testatur, quòd in primitiva Ecclesia Clerici & eorum res jurisdictioni Regum & Imperatorum subfuerint, idque constare ex multis Impp. etiam Christianorum legibus, de personis ipsis, rebus Ecclesiasticis & disciplina latis, quæ continentur *sub tit. C. de SS. Eccles. de Episcop. & Cleric. de Episcop. aud. &c.* ibidemque ad contraria argumenta responder, quæ hic unà cum hujus & aliorum responsionib. referre nimis prolixum foret, sufficiat Lectorem remisisse ad allegatos modò auctores. Et faciunt tradita *supra libr.* 1. *Class.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. *& aliquot. seqq.* Confer etiam Oldendorp. 1. *consl. Marpurg.* 5. *sub num* 22. ubi dicit, si divinæ scripturæ oracula perlustres, vehementer dubitabis, num ulla juris humani exemptio, possit Clericos defendere contra auctoritatem Dei creatoris cœli & terræ. Contrarium multis adductis rationibus & exemplis defendere intendit, Johan. Azori. *Moral. Institut. lib.* 5. *cap.* 12. *part.* 1.

CAPUT II.

DE FESTORUM, FERIARUMQUE *Constitutione, Principibus jure Regio competenti, ibidemq; de Calendario Gregoriano.*

SUMMARIA.

1. *Festi dies olim apud Gentiles qui dicebantur?*
2. *Quàm varii erant?*
3. *Apud Christianos dies festi qui?*
4. *Origo festorum ex prima Dei institutione pendet. Eorum ordinatio ad Principis curam vetustissimo more pertinere cœpit.*
5. *Leonis, & Anthemii constitutio de feriis & diebus festis. Feriarum constitutio & mutatio jus est imperatoria, & supremæ potestatis.*
6. *An Lex Mosaica de Sabbatho celebranda sit moralis, an verò ceremonialis?*
7. *Sabbathum apud Hebræos quid significet? Cornelii Tac. cœcum de Sabbatho Iudæorum judicium.*
8. *Præceptum Decalogi de Sabbathis sanctificandis partim morale est, partim ceremoniale.* 9. *Morale quatenus?* 10. *Ceremoniale quatenus?*
11. *Omnis lex moralis est naturalis, Lex naturalis naturaliter omnibus est nota.*
12. *Naturalem legem cum ipso genere humano ipsa rerum natura prodidit, ideoq; omnib. etiam gentilibus nota & solennis.*
13. *Omnis lex moralis in N.T. præcipuè fuit repetita.*
14. *Nulla lex moralis ab Apostolis abrogata est, & mutata. Dies Dominicus in locum Sabbathi, seu septimi diei substitutus.* 15. *Ejusd. ratio.*
16. *Ratio dubitandi, ad eamq; responsio.*
17. *Ordinatio Reip. ut & Ecclesiæ magna ex parte ab ordine temporum, mensium, & dierum dependet, ut quævis suo peragantur tempore.*
18. *Iulius Cæsar primam industriam in corrigendis fastis locavit, & Calendarium correxit. Calendarium undè dictum.*
19. *Calendarium Gregorianum à Pontifice Anno* 1581. *introductum. Verba edicti Pontificii circa finem.*
20. *In quolibet actu perficiendo primò inspiciendum, an persona ad actum celebrandum sint idonea?*
21. *In quovis actu tria præcipuè consideranda, facientis potestas, ejusdem voluntas, & honesta causa ac*

at forma, quorum una deficiente actus est irritus, & inanis.

22. *Quælibet dispositio commensuratur disponentis potestati. Sine potestate nihil ad actum deducitur, sine voluntate nihil consensu perficitur: sine forma, & modo nihil in finem dirigitur.*

23. *Potestas feriarum constituendarum, & mutandi vel restituendi Calendarii, ad Impp. & secularem potestatem pertinet, non ad Pontificem. Persona habilitate deficiente actus ipse corruit.*

24. *Carolus M. Imper. & Calendarium ipsum & nomina mensium germanica populo Germanico dedit.*

25. *Calendarium novum induceret confusionem & temporis, & feriarum.* 26. *Etiam divina ordinationis, contra Magistratus auctoritatem.*

27. *Electoris Saxoniæ Augusti judicium de hoc Calendario, Imperatori datum. Item Wilhelmi Hassia Landgravii.*

28. *Induceret violationem pacis religiosæ, & suspensionis jurisdictionis Ecclesiasticæ.*

29. *Non sufficit actum secundum cujusq; rei regulas & perfectionem formalem constitui, nisi simul ab his fiat, qui jus & potestatem constituendi habent.*

30. *Quare hoc Calendarium ingratiam Pontificis non recipiendum?* 31. *Nec à Cæsare, & Proceribus imperii receptum.*

32. *In Camera conclusum, vetus Calendarium in Processibus decernendis observandum esse.*

33. *Et Patriarcha Constantinopolitanus aliiq; Ecclesiæ Orientales illud planè recusarunt.*

34. *Inferior Magistratus à superiori coactus quatenus illud recipere possit?*

35. *Festorum & dierum mutatio & emendatio pro merè habetur adiaphorâ.* 36. *Adiaphorum si urgeatur, desinit esse adiaphorum. Ritus ac ceremoniæ desinunt esse adiaphora, accedente iis opinione cultus & necessitate.*

37. *Magistratibus politicis hujus rei ordinatio à Luthero expressè tribuitur.*

38. *Magistratus hoc Calendarium suum facit approbatione, & adsensu, eiq; robur & validitatem suâ auctoritate addit.* 39. *Quomodo in Roman. imperio jus Canonicum aliquando usurpatur. Iuris legiq; spontanea communio non arguit subjectionem.*

40. *In his & similibus rebus adiaphoris ad formam & forum ejus, cui quis subest, se accommodet.*

41. *Cum cautela tamen hac accipienda. Ubi majus est periculum, ibi cautiùs agendum.*

42. *De ratione mathematica Calendarii Gregoriani, Mathematici cujusdam scripta relatio.*

FEsti dies † olim apud Gentiles dicebantur, 1
in quibus vel sacrificia Diis gentes offerre consuevere, vel ludi in honorem Deorum fiebant, vel feriæ observabantur: aut sanè alicujus publicæ lætitiæ, bonive eventus causa diuturnis epulationibus celebrabantur solennitates quædam more majorum institutæ. [vid. Rosin. *antiquit. Roman. lib. 4. cap. 3. versic. caterum.* Numa
cum annum in 12. menses distribuisset, † eundem 2
etiam in certa dierum genera divisit, ita ut quidam essent Festi, alii Profesti, alii intercisi. Festi dicebantur, qui Diis dicati erant: Profesti, qui hominibus, pro administratione rei privatæ publicæque, sic dicti quasi procul sintâ religione Numinis divini. Intercisi erant Deorum hominumque communes, quibusdam enim horis illorum fas erat jus dicere, quibusdam non erat. Festi porrò dies dividebantur, in sacrificia, epulas, ludos, ferias, inquit Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 16.* plura vid. apud Rosin. *d. loc.* De Claudio Imperat. legitur, quod multa sacrificia feriasque Romæ abrogarit, ne major pars anni consumeretur in iis celebrandis, Gualther. *in Chronolog. Ecclesi polit lib. 2 p. 577.* [Verùm in populo Dei &
apud Christianos † dies Festi dicuntur & Feriæ, 3
in quibus feriari oportet, ad hunc finem, ut veri Dei agnitionem interiùs mente complexam, exteriori cultu piè & sanctè Deo exhibeamus, Didac. Covarr. 4. *var. resolut. 19. in princ.* Origo
Festorum † tam quoad quietem à laboribus, 4
quàm quoad cultum divinum ex prima Dei institutione pendet. [ceu eleganter exprimit Ecclesiasticus *cap. 33. vers. 8 9. & 10.* Et meminit etiam diei festi *cap. 43 v. 6. & 7.*] Cum verò eorum ordinatio, quatenus videlicet externum ritum & festivitatem respiciunt, non sit actus merè divinus, ad Principis tanquam nutritii Ecclesiæ & provisoris sacrorum cultuum curam vetustissimo more pertinere cœpit, *l. 4. Cod. de fer.* Bart. & Jason *in l. præsides. ff. de fer.* vel cui id Princeps concesserit, *l. sed etsi 26. l. si in aliam, 7. ff. de offic. proconsul. cum similib.* [Et constat quod Deus ordinationem festorum non per Aaronem summum Sacerdotem, sed per Mosen Magistratum populi Judaici, eidem denunciarit, *Levit. 23. v. 1. & seqq.* Et quod Rex David festos dies ritè celebrandos ordinarit, testatur *Ecclesiast. c. 47. v. 12.*]

5 De feriis † & festis diebus Leonis & Authenii
graphica extat constitutio *in l fin. & aliis C. de
feriis* Ex quibus & similibus satis apparet, feria
rum constitutionem & mutationem Imperato-
rium esse. & supremæ potestatis jus, ac nullo alio
jure Pontificem sibi sumpsisse hanc potestatem,
quàm ut impleatur, quod à Daniele prædictum
est: futurum esse regnum, quod se supra omnem
potestatem elevet, tempora mutet, & divinam or-
dinationem pessundet, *Dan. 7. v. 24.*

6 Hisce annectere lubet quæstionem, † inter
quosdam Theologos, ICtos & Politicos contro-
versam, An lex Mosaica de Sabbatho celebrando
sit moralis planè, an verò quoad circumstantiam
temporis ceremonialis?

Sabbathum † apud Hebræos requiem signi-
7 ficat, & cessationem ab opere; Atque ideò dies
septimus hebdomadæ dictus est Sabbathũ, quod
fuerit in requiem destinatus à Jehova. [*Genes. 2.
v. 2. 3. Exod. 20. v. 11. Levit. 23. v. 2. 3.* De Judæo-
rum Sabbatho adnotanda esse duxi quæ scripsit
Cornel. Tacit. *Annal. lib. 21.* Septimo, inquit,
„ die otium placuisse ferunt, quia is finem labo-
„ rum tulerit: Dein blandiente inertia, septimum
„ quoque annum ignaviæ datum; Alii honorem
„ eum Saturno haberi: Seu principia religionis
„ tradentibus Judæis, quos cum Saturno pulsos &
„ conditores gentis accepimus: Seu quod è septem
„ sideribus, quibus mortales reguntur, altissimo
„ orbe & præcipua potentia stella Saturni feratur,
„ ac pleraque cœlestium vi sua & cursu septimos
„ per numeros commeare. Hactenus Tacitus do-
ctissimus, qui hic de Sabbatho Judæorum, tan-
quam cœcus de colore judicat.] Præceptum au-
8 tem Decalogi † de Sabbathis sanctificandis ex
veriori Theologorum & Scholasticorum opinio-
ne partim est morale, partim ceremoniale, Tho-
mas 1. 2 *quæst* 100. *artic. 3. ad 2. & 2. 2. quæst. 122.
artic 4.* Soto *lib. 2. de justit & jur. quæst. 3. artic 3.*
quos allegat & sequitur Didac. Covar. *var. resol.
lib. 4. dict cap. 19. num. 2.* [Dn. D. Mentzerus *in ex-
plicat. Decal. qui inscribitur* kurtzer Bericht von
den H. zehen Gebotten / *quæst. 25. & aliquot seqq.*
ubi eleganter declarat hoc ipsum. Conf. Paræ.
ad 2 cap. Genes. Osiand. *ibid. in gloss. & ad cap. 23.*
9 *Levit.*] Morale est, quoad hoc, † ut aliquo tan-
tum destinato tempore homo, qui constat ani-
mo & corpore, & corpore & animo serietur, ac
venerationi divinæ solenniter inserviat; quan-
10 tum verò ad certum tempus † & septimum diem,
præcisè est ceremonialis, & ad solos Judæos re-
stricta; & quoad hoc moralis dici non potest,
[Idque satis innuit Apostolus Paul. *ad Colos. 2. v.
16. 17. & ad Galat 1.* Et pro ea sententia faciunt
etiam rationes subsequentes. Confer Johan. A-
zor. *Institut Moral. lib. 1. cap. 1 part. 2.*] 1. Omnis
lex moralis † est naturalis, Thomas 1. 2. *qu* 100. 11
artic. 1. arg. cap. 2. ad Roman. Ubi Paulus inquit,
gentes naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt,
Soto *dict quæst. 3. art. 1.* Hæc autem lex de septi-
mo die, præcisè sanctificando, non est naturalis;
tum, quia lex naturalis, naturaliter omnibus est
nota, lex verò de septimo die sanctificando non
naturaliter, sed per actualem Dei patefactionem
Judæis nota fuit; tum quia naturalis lex, † quam 12
cum ipso genere humano rerum natura prodi-
dit, omnibus etiam gentilibus nota & solennis
est, Lex verò de septimo die sanctificando & fe-
riando non fuit naturaliter omnibus gentilibus
nota & solennis [Teste Cornel. Tacit. *alleg supra
lib. 21 annal.*]

Nam licet nulla gens tam fuerit efferа, tam
barbara, quæ non cognoverit esse aliquod nu-
men, illudque statis temporibus colendum, hoc
tamen, ut ille cultus septimo die fieret, juxta le-
gem Decalogi, gentiles naturaliter non cogno-
verunt.

2. Omnis lex † moralis in Novo Testamen- 13
to præceptivè fuit repetita, per ea, quæ supra tra-
didi, *lib. 1. class. 1. n. 3.* Hæc autem lex nusquam in
Novo Testamento præceptivè est repetita.

3. Nullam legem † moralem Apostoli abro- 14
garunt & mutarunt. Legem de septimo die san-
ctificando Apostoli abrogarunt, *ad Col. 2. v. 16.*
& diem Dominicam substituerunt, qui à seculo
usque Apostolorum in Ecclesia in honorem Dei
celebratur. [Et diei Dominicæ mentio fit *Apo-
cal. cap. 1. v. 10.* ubi etiam not. Osiand. *in gloss. lit. i.*
Et jubet Apostol. Paul. primo die septimanæ
convenire Corinthios & facere collectam, undè
quædam apparet observatio Apostolica, Pare.
in Commentar. ad Genes. cap 2. vers. 2. Johan. Azor.
Institut. Moral. lib. 1. cap 2. part. 2. vide omninò
Balduin. *de casibus conscient lib. 2. cap. 3. cas. 2.* Ba-
ron. *in annalib. ad ann. Christi 34. n. 52.* quem alle-
gat Besold. *in Thesaur. pract. verb.* Sontag. Hac
de re ita scribit Ærodi. *rer judicat lib. 1. cap. 21.*
Postquam Christianismus invaluit, hæc obser-
vatio in diem Dominicam translata, sed non
tanta. Nam concilium Laodicenum, cessatio-
nem

nem & otium istud quodammodo spontaneum efficit. Et Concilium Aurelianense tertium, ni miam in hac re superstitionem, Judaicam appellat. Postremò constitutione Regis Guntrami & Matisconensis Sinodi decreto, pœnam fuisse impositam ei, qui à negotiatione & opere non
15 abstineret.] Hujus quoque rei rationem † reddit Augustinus *in Epist. 119. cap. 13. dicens* Dies dominicus non Judæis sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, & ex illo habere cœpit festivitatem suam. Ex quo observari poterit ratio, quare Sabbathum in diem Dominicam mutatum fuerit. Nam ratio illa commemorandi beneficium creationis in festivitate ejus diei, in qua Deus ab illa requievit, mutata est in beneficium recreationis, quæ facta est a Christo per gratiam, & absoluta fuit die Dominico per ejus resurrectionem; fuitque illa lux in statu gratiæ prima, multò præstantior illa, de qua tunc dictum est, fiat lux, Covarruv. *d. cap. 19. num. 6.*
16 Ab hac tamen sententia † post alios recedit Wesenbec. *in paratit ff. de fer. sub num. 8.* Et hac potissimum ratione, quod ante legem in Sinai iam viguerit, *Exod. 16. & 25.* Ad quam tamen respondetur, committi in illo argumento fallaciam imperfectæ definitionis legis moralis; quia non est universaliter vera illa propositio, quod, quæ lex ante repetitionem Decalogi in monte Sinai lata est, statim sit moralis & naturalis, alias enim sequeretur, etiam legem de circumcisione moralem & naturalem fuisse, quia & illa fuit ante repetitionem Decalogi in monte Sinai. Neque altera Wesenbecii ratio difficultatem facit, quod videlicet ex Historia creationis Sabbathi constitutio descendat, quia, ut antea ex Augustino dictum, dies Dominicus in locum Sabbathi substitutus ex historia resurrectionis originem ducit, nec tamen propterea moralis lex dici meretur.

17 Festorum † ordinationi & feriarum constitutioni proxima est ordinatio Calendariorum, in quibus menses, hebdomadæ, dies & feriæ certo ordine designantur. Siquidem ordinatio Reipublicæ, tum etiam Ecclesiæ magna ex parte ab ordine temporum, mensium & dierum dependet, ut quævis suo peragantur tempore, actiones suis terminis & momentis instituantur & perficiantur. [Et propterea Jehova condidit luminaria in expanso cœlorum, ut essent in signa temporum, dictum, &c. *Genes. 1. vers. 14. ibidemq;* Pare. *in Commentar.* [Ideoque rectè hanc sibi curam semper sumpserunt Imperatores. Julius Cæsar † in restituenda & ordinanda republ. primam 18
industriam in corrigendis fastis locavit, & Calendarium {(Quod à Calendis, primo cujusq; mensis die, derivatum tradit Gaiz *in tract. de expens. & meliorat. c. 19. num. 15. 16. 17.* adde etiam Besold. *in Thesaur. pract. verb.* Calender.)} correxit, Sueton. & Plutarch. *in Cæs.* Menoch. *2 arb jud quæst. cas. 50. num. 4* [De cujus confectione & usu etiam ante tempora Cæsaris vide quæ scripsit Keckerm. *in system. Astron. lib. 2. c. 4.*] Hoc Julii Calendario adhuc hodie in multis locis utimur. [v. d. Mynsin. *6. observ. 40. num. 18.*] Idem fecit Augustus, ut testatur Dion. Dn. D. Helvicus *in Theat. Histor. sub Jul. & August.*

Cum verò Papa Romanus † anno Domini 1581. 19
novum Calendarium, quod ab auctore Gregorianum appellatur. Pontificia auctoritate condiderit, ac publico diplomate recipiendum in toto orbe Christiano, Imperatori, Regibus & Principibus mandaverit; de jure, justitia & veritate Politica & Mathematica paulisper disquirere liber. Verba Edicti Pontificii circa finem ita habent: *Pro datâ nobis à Domino auctoritate, hortamur & rogamus charissimum in Christo filium nostrum Rudolphum Rom. Regem, illustrem Imperatorem electum, cæterosq; Reges, Principes & Respublicas, iisdemq; mandamus, ut nostrum hoc Calendarium & ipsi suscipiant, & à cunctis sibi subjectis populis religiosè suscipiendum inviolateq; observandum curent, &c. totum edictum & ejus rationes*, vide apud Matth. Steph. *de jurisd. lib. 3 par. 1. c. 3.* [Gualther. *in Chron. Ecclesiastico Polit. sub An.* 1582. Thuan. *Histor. lib. 76. ubi vid. omninò.*]

Justitiam † & veritatem Politicam, quod at- 20
tinet, certum est, in quolibet actu perficiendo semper primò inspiciendum, an personæ ad actum celebrandum sint idoneæ, *l. 4.* & ibi Bartol. *ff qui testam. facere poss. l. 14 ff. de jur. Codicill. l. licet, C. de procur. l. cum hi. 8. 5 sed & personarum, C. de Transact* Roland. à Vall. *consil. 46. lib. 2.* Cravett. *cons.* 104. non enim ante juris quàm personæ ratio quærenda, *l. quidam 14 in princ. ff. de jur. Codicill* Sichard. *ad rubr. in 1 C. qui testam. fac. poss.* Unde pro regu-
la traditur. † in quovis actu tria præcipuè consi- 21
derari: facientis potestatem, ejusdem voluntatem & honestam sive justam causam ac formam, *arg. cap. cum semper, de offic. & potest. jud. deleg.* Donell. *6. comment jur. civil. cap. 26. in princip.* [*gl. &* Bald.

ad l. si

ad l. si filia c. de donat. aut Nupt. Socin. *consil 95. n. 4. & 38. vol 3.* Tiber. Decian. *resp 40. nu. 21. vol 3.* Jo. Petr. Surd. *decis 243. numer. 9.* Johan. Gœd. *consil. Marpurg. 28 n. 285. vol 1.*] quorum uno deficiente actus est irritus & inanis, *gloss.* & Bald. *ad l. si filia, C. de donat ante nupt.* Tiber. Decian. *resp. 40. num. 21 vol 3.* Johan. Gœdd. *in resp. jur. de restitut. Baronia Vallendar. num. 134.* Quælibet enim dispo-
22 sitio † commensuratur disponentis potestati, Alexand. *cons. 210. num. 1 lib. 2.* Crot. *cons. 75 num. 13 & seq 97. lib. 1.* Hoeded. *cons. 3. nu 17. vol. 1.* cujus persona ante omnia ligitimanda, Afin. *in prax. jud. §. 28. cap. 1.* Schrader. *de feud. part. 10. in praamb. num. 25. & seqq.* [Et hæc ita semper in quovis actu copulativè concurrere debent, quia sine potestate nihil ad actum deducitur: Sine voluntate nihil consensu perficitur: sine forma & modo nihil in finem dirigitur, Bald. *consil. 326. incipit Rex Romanorum, n. 2 lib. 1.* Cardin. Tusch. *pp. conclus. 127. verb. Actus num. 1.* Anton. Quetr. *conclus 74. num. 1.* Hinc Gratianus: in negotiis definiendis, non solùm est necessaria scientia, sed etiam potestas, *Distinct. 20. in prin.*] Potestas
23 verò † feriarum constituendarum & mutandi vel restituendi Calendarii ad Impp. & potestatem secularem pertinet, ut suprà probatum, indeque *feria Imperiales* appellantur, *l. 4. C. de feriis:* non verò ad Pontificem. Nam personæ habilitate deficiente, actus ipse corruet, quia persona inhabili existente, radix totius negotii censetur vitiosa, isteq; defectus, tanquam causæ & principii postea nullo alio actu subsecuto, remotus & sublatus intelligitur, Hieronym. Ruding. *in repetit. l. 1 § si quis ita, n. 48. de verb. obl.*

Carolus Magnus Imperii Germanici condi-
24 tor, † & Calendarium ipsum & nomina mensium Germanica Teutonicis populis dedit: [Confer novissimè Arumæ. *de Comitiis cap. 4 num. 65.*] Canonem Concilii Niceni de festo Paschæ non Romani Pontificis, sed communi Cæsaris Constantini & Patrum consilio conditum esse certum est, Chytr. *in Chron. lib.* 26. II. Induceret hoc
25 Calendarium confusionem † non solum temporis & feriarum, quod gloriosissimus Imperat. noster Matthias in nuperis Comitiis Ratisbonensibus reprehendit, daß die doppelte Ferien und Calender dannenhero die grosse Unordnung so wol in Camera, als sonsten im H. Reich / so wol wegen der Commercien und andern erfolget / abzustellen / ut refert Theod. Meurer. *in Relat. de Anno 1613. Nund. autumn. in propos. Cæsar. §.* darneben begehren J. Majestät. etc. sed etiam divinæ ordinationis, † contra Magistratus au 26
ctoritatem [Hinc Luther. *Tom. Ienens. 7. edit An. 58. fol. 249. fac. b.* de eo nondum edito ita scribit, daß die gantze Hauptfrage / darauff der Streit beruhet / dann man fraget nicht ob es recht oder unrecht seye / daß man den bißhero breuchlichen Calender reformire unnd endere / sondern wer es thun soll / als nemlich die Majestäten / Keyser / König etc. Zum andern muste es geschehen eintrachtiglich / daß ein Gebott uberall außgienge von denen so es befehl haben. Sonsten wo es ein Land ohne das ander anfienge / die weltliche Händel / als Jahrmärckte / Messen / und andere geschäffte / in eine Wüste Zerrüttunge und Verwirrunge gerieten.) Quod ipsum innuit responsio Electoris Saxoniæ Augusti: † Is enim, cum anno 1582. perlato 27
ad Imperatorem per Madrucium Cardinalem Tridentinum, hoc Calendario, ac Imperatore consultus, prolixa oratione ostendit, non solum omnis generis difficultates & confusiones in judiciis, literis contractuum, & aliis negotiis, secuturas, sed inprimis Cæsareæ Majestatis & SS. Imperii Romani auctoritatem, reputationem & superioritatem hoc ipso violari, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. memb. 2. nu 107.* [vid. etiam Thuan. *Histor. lib. 76.* ubi recitat votum & sententiam Wilhelmi Hassiæ Landgravii de hoc Calendario.] Deinde Calendarium induceret violationem † pacis Religiosæ & suspensionis juris- 28
dictionis Ecclesiasticæ, de qua in R. A. de Anno 1559. Nach dem aber / vers. daß ein jeder Theil bey seinen Ceremonien / Ordnungen / Herkommen richtig gelassen werden soll. Licet itaque Calendarium Gregorianum † correctius, posito & nondum conces- 29
so, esset, tamen, quia non sufficit actum secundum cujusque rei regulas & perfectionem formalem constitui, nisi simul ab his fiat, qui jus & potestatem constituendi habent, *dd. supra jurib.* Sic, licet prodigus & stultus testamentum omnibus observatis juris solennitatibus conderent; quia tamen ipsi testamenti faciendi jus non habent, testamentum ipso jure nullum esset, *§. 1. Instit. quibus non est permiss. fac. testament.* [Herm. Vultej. *1. consil. Marpurgens. 19. nu. 49. 54. 55.*] Ideoque hoc Calendarium in gratiam † 30
Pontificis non facile recipiendum (1.) propter inhabilitatem constituentis. (2) propter confusionem divinæ ordinationis & Magistratus violationem. (3.) propter confusionem temporum. (4.) propter violationem in Imperio pacis religiosæ multis vigiliis & difficultatibus erectæ. (5.) propter odium Dominationis Pontificiæ & veritatis Confessionem, quæ semper omni operæ declarando sine adulatione, ita ut lux nostra luceat

ceat coram hominibus, ut intelligant volunta-
tem divinam, &c. *Matth. 5. vers. 16.* Quare nec à
31 Cæsare id † receptum, testatur Gail. in Epistola
quadam ad amicum ita scribens: Mit dem newen
Calender ist es Narrenwerck / es haben die Keys. Majestät /
Chur vnd Fürsten / auff deß Bapstes Begehren den nit hal-
ten noch annehmen wollen / etc. & inter cætera wann man
eine durchauß gehende Gleichheit allenthalben im Reich an-
richten wolte / muß solches mit Vorwissen vnd Verwilligung
der Keyserlichen Majestät vnnd Ständen geschehen / quem
ex Gylmanno ita citat Just. Springer. *de pace Re-
lig. c. 6.* [Et convenienter hoc Calendarium ex ca-
su fortuito, hoc est improvisa Pontificis volun-
tate profectum scribit Anton. Fab. *in Cod. rer. in
Sabaud judicat. lib. 4. tit. 41. defin. 15. nu. 8.*] Inde-
32 que in Camera † conclusum, daß der alte Calender in
Außbringung der Processen solle gebraucht werden / 14.
Julii, Anno 83. Auct *decis. seu præjud. Cameral.
verb. Calendarium.* [Petr. Denais. *in jur. Camer. tit.
35. §. adrationem.* Vid. quæ in utramque partem
disputando prolixè scribit Crani. *in dissertat. de
Pac. Religion part 1 problem. 6.* Hoc Calendarium
Gregorium Pontificem missa legatione ad Patriar-
cham Constantinopolitanum orientalibus Eccle-
siis obtulisse. † cum verò communicato cum a-
33 liis Patriarchis consilio id planè recusasse, scribit
Philipp. Nic. *in tractat. de Reg. Christ. lib. 1. cap. 1. p.
m. 35. & 36.*]

34 Quid verò si inferior Magistratus † à supe-
riore cogatur illud recipere, liceatne salva con-
scientia? Si superior propter rationes Politicas,
non verò dominationem Pontificiam urgeat, &
recusantibus ferrum minetur & flammas, me-
lius erit parere, quàm resistendo rebellandi oc-
casionem præbere, vel Reipublicæ salutem in dis-
35 crimen offerre, quia tam à Theologis † quàm
Politicis non inter fidei refertur articulos festo-
rum & dierum mutatio & emendatio, sed pro
re merè habetur adiaphora, [vid. tradita ab Apo-
stolo 1. *ad Corinth. 8. & cap. 10. v. 29.*] quæ con-
scientiis nullum laqueum injicit, juxta Augusti-
ni regulam: Quod neque contra fidem, neque
contra bonos mores injungitur, indifferenter
est habendũ. *c. illa autem, dist. 11.*] Georg Cassand.
in Consult super Aug. Conf. Loc. de Pontific. ubi hoc
dictum allegat, de cæremoniarum quarundam li-
bertate non inhibenda.] Si scil. injungatur ut Po-
36 liticum. Nam aliàs † *adiaphorũ, si urgeatur, desinit
esse adiaphorum* juxta Theologorũ Canonem:] Et
ritus ac ceremonias & res hujusmodi desinere es-
se adiaphora, cum iis opinio cultus ac necessitas
Christianæ libertati contraria accedat, ex Nicol.
Gall. & aliis annotat Jacob. August. Thuan. *hi-
stor. lib. 5. fol. m. 91.* ubi de Interim agit. Et iisdem
penè verbis Johan. Sleidan. *lib. 21. commentar.
fol. m 658.* de eodem agens interim. [Et Lutherus
† in libello suo de Ecclesiis & Conciliis Anno 37
1539. edito, Magistratibus Politicis hujus rei or-
dinationem, qui tamen tunc temporis omnes
Pontificii erant, expressè tribuit. Idem multo-
rum JCtorum & ll. probatur auctoritate, quæ
Magistratibus, qui in suo districtu jus statuendi
habent, ferias & nundinas pro ratione tempo-
rum & circumstantiarum, præsertim si adsint ra-
tiones & causæ urgentes, mutandi concedunt
potestatem, per ea quæ tradit Wesenbec. *in pa-
ratit. ff. de feriis, num. 4.* ubi adducit etiam contra-
ria. Hoc enim casu non tam propter Pontificis
auctoritatem, † quàm Magistratus, qui hanc 38
operam Pontificiam suam facit adprobatione
& adsensu, eique robur & validitatem addit ex
sua auctoritate, recipitur. Sic alias etiam natio-
nes, ut Anglos, Helvetios & Belgas hoc Calen-
darium Gregorianum, quamvis Pontificiæ do-
minationis jugum jam dudum excusserint, sua-
rum Rerumpubl. usi ons destinasse dicitur. [Con-
fer tradita à Gylman. *in Symphorem. Tom 2. part.
1. vot 13. num. 4. 5. 6.* ubi etiam an processus super
constitutione Religionis, ex hoc capite obtine-
ri possint, controvertitur. Silesiam universam,
cujus tamen magna pars Augustanæ Confessioni
fuit addicta Anno 1584. jussu Rudolphi II. id rece-
pisse notavit Gualther. *in Chronolog Ecclesiastico-
Polit. sub Anno 1584.*] Sic in Romano Imperio † 39
jure aliquando utimur Canonico, non in Pon-
tificis Romani gratiam, aut superioritatis reco-
gnitionem, velut ab eo profecto, verùm ut jure
nostro. Juris enim legumque spontanea com-
munio non arguit subjectionem, vide quæ dixi
suprà *lib. 2 class. 2. cap 7. num. 5. 6. 9.* Quare in hoc
& similibus † nulla disciplina gravi prudentique 40
Christiano melior, quàm ut se in rebus merè
adiaphoris ad formam & forum ejus, cui sub-
est, accommodet. Augustinus *in d. c. illa autem,
distinct. 12.* [Exempla hujus rei extant apud Slei-
dan. *lib. 21.* ubi quomodo Argentinenses & alii
Decreto Cæsareo circa ritus quosdam Anno 1548.
se submiserint.] Hæc tamen ita procedere
existimo, † nisi subterfucus alius, & non tam 41
Calendarii mutatio, quàm mutandæ religionis
quæratur occasio; tunc enim, quia majus est,

 præju-

præjudicium, cautius erit agendum, *Nov. Leon.* 109. Idem puto, si sub prætextu dominationis & potestatis Pontificiæ urgeatur. { Turbas etiam exindè exstitisse Anno 1584. Augustæ Vindelicorum & in Anno sequenti motus turbulentos Rigæ in Livonia, Gualther. in prædictis annis annotavit & de Rigensi tumultu scribit quoque Jacob. August. Thuan. *lib. 83. pag. mihi 57.* }

42 De Ratione Mathematica † quandoq; consului eximium Mathematicum quondam in Academia Giess. n: Mathematum Professorem, qui hanc mihi scriptam responsionem communicavit: *Non negant Astronomi vitia contraxisse veterem Calendarij rationē, tum ob excessum supra veram revolutionem annuum, ut Cyclus Solis fidem amplius non mereatur, tum ob excessum Cycli lunaris Eunneadecaëterici supra verum Cyclum Lunarem, ut hinc Pascha celebranda reliquaq; festis mobilibus insignis transpositio sit allata, adeoq; vel ex ipsis motibus luminarium temporum mensuram jumendam, vel Cyclos juxta ipses eta reformandos, ut alioqui vitio eos exactissimè repræsentare possint; veterem igitur si quispiam abrogare velit, novam exactissimam (legitimo tamen more & modo) substituere ipsum necesse erit, quod ipsum de suâ Gregorius XIII. in publicationis edicto gloriari non veretur, sed quam falsò excellentissimi hactenus ostenderunt Astronomi, nec diffiteri plurimis locis potest ipse Antesignanus Calvisius, licet plurimis medelam (sed minus salubrem) adhibere contendat. Quacunque enim Calendarij ratio præsupponit motus luminarium inemendatos, inemendatam & vitiosam ipsam esse necesse est. S.d Pontificia Calendarij ratio motus luminarium præsupponit non emendatos calculo motuum ad ipsum cœlum exactè non examinato.* (2.) *Quacunq; Calendarij ratio aquè peccat contra Canones Calendarij Ecclesiastici, deformatio potius censenda est quàm reformatio. Sed ratio Calendarij Gregoriani aquè, imò plus peccat contra Canones Calendarij Ecclesiastici Quia sæpius Pascha celebrat cum Iudæis, non ἀντισύνομος sed συνεώσιμον, uti & cum hæreticis Quartidecimanis interdum duodecimo mense & sic uno anno bis, sequentem verò absque celebratione Pascha peragit, de quibus nobis tutò esse licet. Contra alios verò licet rarius peccet, enormitate tamen istorum jam dictorum veteris peccata contra posteriore: abundè compensat. Alia plura apud Excellent Iosephum Scaligerum. Calvisium reperire licet, q: i videre cupit quam mendosissimum pro emendato sui Pontifex obtrudere non erubuerit.*

Caput. III.

DE BONIS ECCLESIASTICIS, *eorumq; immunitatibus & Alienatione.*

SUMMARIA.

1. Bona Ecclesiastica speciali provisione ab exactionibus & tributis defenduntur. Usu & commercio hominum eximuntur. & alienari prohibentur.

2. Non tamen omninò, & nullo casu bona Ecclesiastica sunt inalienabilia. 3. Certis enim casibus & causis alienatio eorum permittitur.

4. Causa regulariter 4. recensentur. 1. Necessitas æris alieni. 2. Ecclesiæ utilitas. 3. Incommoditas. 4. Pietas seu misericordia.

5. Pietatis intuitu alienantur bona Ecclesiastica pro redemptione captivorum, sepultura fidelium, & alimentatione pauperum. Pauperes sunt viva Dei imagines.

6. Ecclesia aurum habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus.

7. Ecclesiastica bona alienationi & contributioni subjecta sunt iis casibus in quibus principaliter pietas, & publica versatur utilitas.

8. Cleinodia aliaq; res Ecclesiastica pretiosa pro thesauro reputantur, quæ casu necessitatis alienari possunt.

9. Conservatio sanguinis Christiani, & periculi aversio quibuslibet rebus pretiosior esse censetur.

10. Ecclesiastici ad reparationem, & constructionē murorum de bonis suis conferre tenentur. 11. Quatenus talis refectio æqualiter securitatem præstat omnibus tam Ecclesiasticis, quàm laicis.

12. Ad expeditionem belli Turcici Cleinodiarum aliarumq; pretiosarum Ecclesiasticarum, in mobiliumq; rerum alienatio à Pontifice expressè concessa.

13. Ad forma solennitatem, quæ spectant. 14. Enumerata forma solennitates cessant accedente tempore immemoriali, maximè centenario.

15. Res divinis cultibus dedicata in prophanum usum non sunt transferenda. Sed potius in alium pium usum convertenda.

16. Pro defendendis bonis Ecclesiasticis & colligendis reditibus constituuntur curatores, seu provisores.

17. Huc pertinet cura fabricarum Ecclesiæ, & ædificiorum Parochialium. Refectio ædium parochialium cujus sumptibus fieri debeat? 18. Usufructuarij

sinca-

tenentur sarta tecta conservare ædificia, & ædes fructuarias reficere.

19. *Hospitalia etiam prophana, piis locis adscribuntur, & opera pietatis in ijs exercentur.*

20. *In favorabilibus omnis locus pius, sicut & pauperes Ecclesiæ appellatione veniunt. Hospitalia in plurimis ut Ecclesiæ censentur.*

21. *Hospitalium inspectio, regulariter ad Episcopum, seu ordinarium loci, vel jus Episcopale habentem pertinet.*

1 DE bonis Ecclesiasticis † extant constitutiones plurimæ, quibus speciali provisione ab Exactionibus & Tributis defenduntur, *l.22. Cod. de SS. Eccles. cum similibus*, Buisat. *consil.* 42. *num.* 1 Vasq. 3. *ill quæst.* 105. *num.* 45. Ernest. Cothman *in resp. Acad.* 27. *per tot.* ubi id ad Academicos accommodat. Vide quæ dixi suprà *lib.1 class.* 5. *num.* 112. [Meichsn. *decis.* 1. *n.* 10. *Tom.* 3.]

Item usu & Commercio hominum eximuntur & alienari prohibentur, [*c. nulli, x. de reb. Eccl. non al.*] *l. jubemus* 14. *cum auth. seq. Cod. de SS. Eccles.* [Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 25. *tit.* 6. *passim per tot.* Honded. 2. *consil.* 31. *nu.* 14 *& seqq.* Hieron. Schurff. 1. *consil.* 48. Treutler. *consil.* 85. *num.* 20. Confer Johan. Azor. *institut. moral. lib.* 9. *cap.* 1. *&* 2. *part.* 2.]

2 Hoc tamen non ita præcisè obtinet, † quasi omninò & nullo casu bona Ecclesiastica sint alienabilia.

3 Sunt enim casus † & causæ, quibus alienatio bonorum Ecclesiasticorum permittitur, modò ritè & Canonicè facta sit, *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alienand. in* 6. quorum prius ad alienationis substantiam, posterius ad formam & solennitates ab Interpretibus refertur, *gloss. & Dd. in d. l. jubemus & CC. in d. c.* 1. Ernest. Cothman. 1. *cons.* 28. *num.* 4. *&* 5.

4 Causas, † quod attinet, regulariter quatuor recensentur, ob quas res Ecclesiæ alienari permissum est.

I. Est necessitas æris alieni, *d. c.* 1. *de reb. Eccles. non alienand.* [Treutl. *cons.* 85 *n.* 22.]

II. Utilitas Ecclesiæ, *c. ut super ext. de reb. Eccles. c. sine exceptione caus.* 12. *quæst.* 2. puta, si Ecclesiæ pro re alienata melior res detur, *cap. sua de his, quæ fiunt à Prælat.* [Matth. de Afflict. *decis.* 17. *num.* 1. Cardin. Mantic. *d. lib.* 25. *tit.* 6. *num.* 38. *& seqq.* Et hæc alienatio, si evidenter de utilitate & re meliori constet, subsistit, etiam si solennitas debita non accesserit, ut multis deducit Mantic. *alleg. modò loc. n.* 39. *& seqq.*]

III. Incommoditas Ecclesiæ *c. non liceat Papæ, d. caus.* 12. *quæst.* 2. utputa, quia magni sumptus in eam faciendi sunt sine fructu, vel quia res Ecclesiæ longiùs posita sit, & pro alia commodiore permutetur, vel ad id vendatur, Cothman. *d. cons.* 28 *n.* 15.

IV. Pietas sive misericordia, Addit. ad Guid. Pap. *quæst.* 149. Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judic in addit. ad lib.* 7. *definit.* 3. *numer.* 26. *in notat. ubi in illa definitione agit de manumissione Taliabilium Ecclesiasticorum facta per Prælatum & cæ solennitatibus in ea requisitis.*

Pietatis † intuitu justè alienantur bona Ecclesiastica pro redemptione captivorum, sepultura fidelium, & alimentatione pauperum, *c. aurum, ext. de Eccles. æd. f. dict. l. jubemus,* 14. *C. de SS. Eccles.* quia pauperes sunt vivæ Dei imagines, Zepper. *lib.* 4. *Legib. Mosaic. c.* 10. *p.* 366. 5

Et Ecclesia non habet aurum ut servet † sed ut eroget & subveniat in necessitatibus, *dict. c. aurum cum seq.* Ambros. *lib* 2. *offic. cap.* 28. ubi dicit, se incurrisse quandoque in invidiam Arrianorum, ideò quod aureos Calices distraxisset ad redimendos captivos: quibus tamen ipse respondet, quod *Deo sint gratiores animæ captivorum, qui redimebantur, quàm aurea vasa & reliqua templorum ornamenta*, refert Petr. Martyr. *ad c.* 21. *lib.* 1. *Reg.* 6

Sic Christus adolescenti diviti non mandavit, ut bona sua suspenderet in Templo, sed ut vendita distribueret in pauperes, *Matth* 19. *v.* 21. quo argumento usi Tigurini apud Sleidan. *lib.* 4. *in resp. Tigurin.*

Et generaliter tenendum, Ecclesiastica † bona alienationi & contributioni subjecta esse, ijs casibus, in quibus principaliter pietas & publica versatur utilitas, per ea, quæ tradit Cacheran. *decis. Pedemont.* 69. *n.* 8. 7

Hinc Cleinodiæ † & aliæ res Ecclesiasticæ pretiosæ pro thesauro Christiani populi reputantur, quæ casu necessitatis & ingruente subita belli calamitate ad repellendum hostem alienari possunt. R. A. zu Speyer/ de An. 1542 §. Aber der Kirchen Kleineder und Gezierde sollen in dieser Anlag nicht mit begriffen/ sondern als zu einem Schatz der Christenheit/ wo man deß zu einer eilenden/ nothwendigen/ unvermeidliche Hülff bedürffen würde/ gespart und behalten werden. Quod reperitur in R. A. zu Speyer/ de Anno 1544 §. Aber der Kirchen Kleineder/ etc. quia conservatio † sanguinis 8 9

Christiani & periculi aversio quibuslibet rebus pretiosior esse censetur, ut ipse Imp. tradit *in l. sancim. 21. C. de SS. Eccl.* [Nicol. Reus. 1. *consil.* 2. n. 27. & *seqq* & n. 41 hanc subiicit rationem, quod nulla major esse possit pietas, quàm defendere patriã & tueri infirmos ab hostibus.] Imò etiam Ecclesiastici ad reparationem & constructionem mu-
10 rorum † de bonis suis conferre tenentur, *gl. in c. nõ minus de immunitat. Eccl. in verb. relevandas*, An-
11 char. *consil.* 96. quatenus scilicet talis refectio † æqualiter securitatem præstat omnibus tam Ecclesiasticis quàm laicis, *l fin.* & ibi Luc. de Peon. *C. de expens. lib.* 11. Bald. *in tit. de pac. Constanc. num.* 9. Cacheran. *d. decis.* 68. *num.* 9. Nicol. Balb. *in cons. quod refertur post de decis. Cacherani num.* 6. & 7. [Faciunt tradita Andr. Geil. 2. *obs.* 32. *num.* 7. Hanc sententiam quàm plurimi tuentur JCti & supremis Curijs judicando ita obtinere testantur, quos longo ordine allegavit Mart. Neapolitan. *de jurisd. part* 4. *cas.* 9. *n* 3. & *seqq.* quamvis ipse in contrariã descendat sententiam. Quo pertinet casus inter Clerum & Magistratum Coloniensem super quo consultus, respondit Johan. Oldendorp. 1. *consil. Marpurg.* 5. Quoad expeditionem Turcicam res minus habet dubij, vid. tamen Joh. Azor. *instit. moral. lib.* 5. *c.* 13. *vers. Octavò quæritur, part.* 1.] vid. R. A. zu Speyer / de An. 1542. §. Und zu diesem Christlichen milden Werck sollen auch alle Stiffte/Capitul und Clöster/ibi: In Betrachtung was ihnen (intellige Ecclesiasticas personas) an Handhabung deß Christlichen Namens und Glaubens/ davon sie auch ihre Würde und Einkommen halten und haben/ gelegen ist/ R. A. zu Speyer/ de An. 1544. §. Uñ zu diesem Christlichen mildẽ Werck/ꝛc. *ubi eadem planè verba repetuntur, cum similib.* vid. *Respons Facult Marp. de contribut. num.* 151. & *seq.* Hinc & Ferdinando Imperatori in Comitijs Au-
12 gustanis, Clemens Pontifex † ad expeditionem belli Turcici tam Cleinodiarum quàm aliarum pretiosarum Ecclesiasticarum immobiliumq́, rerum alienationem expresè concessit, R. A. zu Speyer de An. 15?0. §. Nach dem Churfürsten/ꝛc. ibi: der Kirchen Kleinoder / auch etlich Theil der Geistlichen unbeweglichen Güter im H. Reich zu Widerstand deß Türcken zu verkauffen/ꝛc. Hactenus de causis alienationum rerum Ecclesiasticarũ.
13 Ad formæ solennitatem † spectat causæ cognitio, Innocent. *ad c. un. in fin. ext. de Eccles. benef.* Consensus Capituli, *d. c. fine exceptione caus.* 12 *q.* 2. Consentientium subscriptio, *c. Apostolica, de his,* *quæ fiunt à Prælat.* Cothman. *d. resp* 28 *n.* 68. & *n.* 131. *cum seqq.* Et auctoritas superioris, *d. c. placuit, c. fin. ext. de reb Eccles. non alienand. c.* 1. & 2. *eod. in* 6. Johan. Gœdd. *in resp. pro restitut. Baron. Vallen. n.* 181. plura hac de re vide apud Cothm. *d. consil.* 28. & *consil.* 62. *volum.* 1. ubi de locatione bonorũ Ecclesiasticorum ad longum tempus, Menoch. 2. *arb. cas.* 172. Gilken. *ad Auth. hoc jus porrectũ, C. de SS. Eccl* [Treutl. *d. consil.* 85. *n.* 26. & *seqq.* Meichsn. *decis.* 1. *n.* 21. *Tom.* 3. Cessant verò enumeratæ formæ solennitates † si accedat tempus immemoria- 14
le, maximè centenariũ quo casu neq; summi Pontificis consensus requiritur, Alex. *consil.* 24. *n.* 17. *lib.* 5. Felin. *c. si diligenti, col.* 8. *vers.* 9. & *ult. de præscript.* Et insuper removetur dispositio extravagantis Ambitiosæ, ut per Dec. *cons.* 329. *pro defensione, n.* 4 & *consil.* 36. *n.* 8 Grat. *consil.* 142. *n.* 15. *lib.* 2. Et ita censuisse senatum in causa Casularum ordinis Carthusiens testatur Caspar. Ant. Thessaur. 2. *quæst. Forens.* 27. *n.* 20. *junct. n.* 8. Prædictam tamen extravagant. Ambitiosæ non esse ubique receptã notat Azor *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 18. *q.* 10. *vers. his omnibus part.* 1. & *lib.* 9. *cap.* 2. *part.* 2.]

Præter † casus & modum supra dictum res di- 15
vinis cultibus dedicatæ in prophanum usum non sunt transferendæ. [*argum text. Levitic* 7. *v.* 25. & *ibi not* Osiand. *in gloss. c. benè quidem, distinct* 96. *c. sacrilegium, c. omnes,* 17. *q.* 4. *c. convenior ipse,* 23. *q.* 8. *c. semel Deo, de reg. jur. in* 6. Syting. *de pac. Relig. conclus.* 38. *gloss* 6. Ernest. Cothman. *consil.* 100. *nu.* 18. & *seqq* & *præsertim n.* 22 ubi piè & prolixè hac de re disserit.] Etiamsi res, ob cujus usum res illæ Deo dedicatæ sunt, sublatæ sint, tunc enim in alium pium usum convertendæ per ea, quæ tradit Hieronym. Schurff. *cons.* 48. *n.* 11. *Cent.* 1. [Cian. *de pac. Relig. part.* 1. *problem.* 5.] Et ita bona Monastica & alia ad Ceremoniarum Pontificialium celebrationem destinata post Reformationẽ ab Augustanæ Confessionis statibus ad ministeriũ Evangelicorũ ac Academiarum sustentationem aliasq́, pias causas rectè transferuntur, qua de re vide prolixè, Hortleder. *in* Reichshandlung *lib.* 4. *c.* 7. *n.* 10 *fol* 126. [Johan. Sleidan. *Comment. lib.* 15. *p. m.* 427. *circ. fin. Et inprimis ipsam constitut. Religios. de Anno* 1555. §. Dieweil aber etliche/ Cothman. 2. *consil.* 100. *nu.* 26 & *seqq.* Sic Justinianus Imper. quæ olim Arrianorum Ecclesijs dedicata fuerant, ab ijsdem ablata purioribus Africæ Ecclesijs concessit, *Novell.* 37. Et in Germania olim extirpato ordine Templariorum possessiones & prædia eorum,

rum, ordini Joannitarum & fratribus Teutoni-
cis Marianis, majori ex parte adjudicata fuerunt.
Ac paganorum sacrificijs dedicata bona olim in
Fiscum redacta, *l. 5. C. de pagan. sacrific.* Treutler.
consil. 85. num. 8. & seqq Id quod corruptissimi se-
culi moribus, in bonis vero Deo dicatis, sub ab-
usus prætextu fieri multis in locis experientia te-
statur, de quibus versus ille natus:

Quas quondam pietas, nostrorum struxit avorū
Ædes, heredes devastant more luporum.

Confer etiam Cothman. *d. consil. 100. num. 30. &*
seqq.]

16 Pro defendendis bonis † Ecclesiasticis & col-
ligendis reditibus constituuntur Curatores, qui
provisores rerum Ecclesiasticarum & miserabi-
lium personarum dicuntur, qui tamen, ne, ut
sæpe fieri consuevit, reditus in propriam utilita-
tem convertant, magistratus loci diligenter pro-
videre debet, *Reform. Polit. de Anno 1548. sub tit.*
von der Pupillen vnd minderjährigen/ꝛc. §. Vnnd
dieweil mit der Kirchen Renthen/ Gefällen vnnd
Gütern/ zu Zeiten auch gefährlicher vnd betrügli-
cher Weise durch die Pfleger gehandelt wird/ So
wollen wir den Obrigkeiten/ denen solches gebüh-
ret/ hiemit auch befohlen haben/ daß sie gleicher Ge-
stalt auch Einsehens thun vnd verfügen/ die Kir-
chenpfleger vnd Fürseher mit Eyden vnd Gelübden
zu beladen/ der Kirchen getrewlich für zu stehen/
vnd jährliche Rechnung zu thun/ꝛc quod reperitur
in Reformat. Politic de Anno 1577. sub. tit. 32.

Huc etiam pertinet cura Fabricarum Ecclesiæ,
17 ut & ædificiorum Parochialium. † Nam & hujus-
modi ædes, necessitatibus Ecclesiæ deserviunt, ut
videlicet ij, qui functionib. Ecclesiasticis præsunt,
commodè habitare queant. Hinc de refectione
ædium Parochialium sæpè memini moveri quæ-
stionem, cujus sumptibus ea fieri debeat? Pro cu-
jus resolutione distinctè tenendum: 1. Recurri so-
lere ad consuetudinem, ut ille reficiat, cui consue-
tudo hoc onus injungit, *arg. c. ad Apostolicam, x. de*
Simon vel ille qui ex speciali provisione ad id te-
netur. 2. Deficientibus hiscè, aut Prælatus vel Re-
ctor Ecclesiæ juxt *c. cognovimus 12. q. 2.* modò de
proventibus Ecclesiæ tantum supersit. Si verò in-
dè etiam refectio fieri non possit, ultimo loco Pa-
rochiani, hoc est, ad illam Parochiam pertinentes
laici & seculares, propterea quod usum sacrorum
ibi habeant, reficere tenentur, *arg. c. si Episcopus de*
offic. ordin. in 6. Abbas *in c. 1. de Eccles. ædificand.* Et
quamvis jura hæc & Abb. loquantur de refectione
Ecclesiæ Parochialis, tamen idem obtinere debet
in refectione ædium Parochialium, ut firmat Ni-
col. Everhard. Jun. *consil. 35. n. 6. vol. 2.* ubi subjicit,
deficiente consuetudine aut provisione particula-
ri, Parochum aut Clericos ejusdem Parochiæ, de
suis proventibus modò eis supersint, teneri refice-
re; quia comparantur usufructuarijs, *per gloss. in c.*
1. ibiq; Ant. de Butr. & Panormit. *de Eccles. ædifi-*
cand. Illi autem † tenentur, sarta tecta conservare 18
ædificia & ædes fructuarias, quæ non omninò ve-
tustate collapsæ sunt, reficere. *l. cum ad quem C. de*
usufru legat. in fin. junct. l. hactenus, ff. eod. Et quod
decimas in illius Parochiæ districtu percipiens re-
gulariter ad hoc non teneatur, ex professo defen-
dit Nicol. Everhard *d. consil. 35.* In Hassia plerumq;
sumptus partiuntur, ita ut mercedes opificum, &
quæ ad coëmenda materialia, necessaria sunt, ex
bursa & proventibus Ecclesiæ vulgò Kirchen oder
Gottes Kasten desumantur, Parochiani verò ope-
ras in comportandis materialibus & reficiendis
aut erigendis ædificiis præstent, sed & hæc se-
cundum cujusque Parochiæ consuetudinem va-
riant: De Parochia & Parochianis; & quate-
nus & ad quid teneantur & subjecti sint Paro-
chiani, Ecclesiæ Parochiali ac similibus vid. Car-
dinal. Tusch. *pract. conclus. 93. 94. & seqq. lit. P.*
Hercul. Marescott 2. *var. resolut. c 95. num. 1. 2. &*
num. 9. ubi in specie quod jus sepeliendi ad Pa-
rochialem Ecclesiam spectet. Usus autem Paro-
chiæ vulgò Kirchgang/ uti & contributio ad refe-
ctionem Ecclesiæ, cum similibus, jurisdictionem
territorij non arguunt, per tradita Thom. Mi-
chaël, *de jurisd. conclus. 55.* Dn. Christoph. Besold.
in Thesaur. pract. verb. Freye Reichs Ritterschafft § 5.
pag. 287. Hospitalia, etiam prophana, † hoc est, 19
sine auctoritate Episcopi & sine figura Ecclesiæ,
hoc est, sine publico sacrorum usu & exercitio, à
secularibus fundata, licet propriè ad bona Ec-
clesiastica non referantur: tamen pijs locis ad-
scribuntur, & opera pietatis in ijs exercentur,
Bald. *consil. 465. incipiente, in civitate Brixia lib. 1.*
Castrens *consil. 167. lib. 2.* Bertrand. *consil. 244. nu.*
3. lib. 1. Et ita determinat Tiraquell, *de privileg.*
piæ caus. in præfat. vers. sed alij indistinctè tenent. Et
in favorabilibus omnis locus pius, † sicut & 20
pauperes Ecclesiæ vocabulo & appellatione ve-
niunt, Johan. Andr. *in c. 1. in princ. de restit. in in-*
tegr. in 6 Bald. *in l. omnes, in princ. C de Episcop. &*
Cleric. Meichsn. *decis. Camer. 26. num 11. 12. & ali-*
quot seqq. Tom. 3. Et à rebus Ecclesiæ non malè

ad pias causas & sic quoque ad hospitalia inferri solet. Castrens. *consil* 269. *Dubitatur nunquid hospitale, num.* 1. *lib* 1. Tiraquell. *de privileg. pia caus. privileg.* 137. *&* 138. Nam privilegiis Ecclesiæ gaudent Felin. *in c. de quarta, col. pen. & seq. de præscript.* Francisc. Balb. *de præscript.* 1. *part quint. part. princip. quæst.* 1. *num.* 7. ubi quod privilegio Ecclesiarum, quoad quadragenariam præscriptionem gaudeant. M. th. de Afflict. *decis* 67. *sub num.* 4. Tiraquell. *allegat. modò loc.* Cardinal. Tusch *pract. concl.* 163. *& concl.* 166 *n.* 13. *lit. H.* ubi quod Hospitalia in plurimis ut Ecclesiæ censeantur. Quatenus verò hospitalia prophana secularium & fundatorum, & quatenus Episcoporum subsint dispositioni, & de eorum jure pluribus agit Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 158. *& aliquot seqq. usq. ad* 173. *lit. H.* Cardin. Ludovisi. *decis. Rot. Rom.* 4. *num.* 10. 11. Re-
21 gulariter verò † ad Episcopum seu Ordinarium loci, vel qui jus Episcopale habet, Hospitalium inspectio pertinet, licet alteri qui non sit Episcopus, mandari posse videatur. *c. aqua, de consecrat. Eccles. & c. inter dilectos, de donat.* Imò etiam Patroni, præsertim qui in possessione administrationis sunt, Provisores Hospitalibus constituere, & rationum redditionem reposcere atq; acceptare, vel non legitimas refutare possent, quamvis non facilè hoc concedant Ordinarii, ad quorum curam præcipuè huc pertinet, qui tamen plerumque non aversantur, ut Patroni simul cum illis rationum redditioni intersint. Confer etiam Matth. Steph. *de jurisd lib.* 3 *part.* 1. *c.* 14. *num* 118. Et vid. etiam notanter Nicol. Everhard. Jun. *cons.* 1. *n* 176. 177. *&* 179. *vol.* 2.]

CAPUT IV.

DE CONCILIORUM ET SYNODORUM convocatione.

SUMMARIA.

1. *Ad Principis curam Ecclesiasticam quid pertineat?*
2. *Ad conciliandas dissensiones, & extirpandos errores nihil salubrius est, quàm Conciliorum convocatio.*
3. *Conciliorum celebratio agri dominici eximia cultura est.*
4. *Auctoritas convocandi Concilia non ad Pontificis, sed ad supremi Principis curam, & officium pertinet.*
5. *Nec solum convocare concilia, sed & interesse, & præesse ius summus Princeps de hæc, tanquam Caput seculare, Advocatus Ecclesiæ, ac Protector Conciliorum.*
6. *Cui respondet Praxis Ecclesiæ N.T. & exempla Impp. Christianorum.*
7. *Et Caroli Magni in Gallia.*
8. *Frustrà Pontifex Rom. hanc potestatem Regiæ Majestatis particulam sibi arrogat.*
9. *Carolus Magnus Imperator in Concilio damnavit iconomachiam.*
10. *Princeps priùs cognoscat de decretis Conciliorum eorumq; justitia, ac veritate, antequam subditis ea commendet, & in Ecclesia observanda jubeat.*
11. *Status & Proceres imperii Romani de Concilio cogendo non Pontificem, sed Imperatorem adeundum esse decreverunt.*
12. *Ratio dubitandi.* 13. *Ratio decidendi. Papa illam facultatem non ex se, sed Imperatoris permissu & indultu usurpavit.*
14. *Imperator quid Pontifici demandarit?*
15. *Imperatori ratione officii & potestatis Cæsareæ, jus convocandi concilii competit, non Pontifici. Duo ejusdem juris & rei non possunt esse in solidum Domini.*
16. *Concilium quotuplex?*
17. *Hodiè status imperii Augustanæ Confessionis per transactionem Passaviensem jus Episcopale habentes ejusmodi Synodos celebrare possunt.*
18. *Ad concilia cuivis liber & securus patere debet aditus, veniendi, recedendi, & proponendi.*
19. *In conciliorum congregatione omnium desideria, & vota audienda, & ad veritatem, & concordiam fidei Christianæ expendenda.*
20. *In decidendis fidei controversiis, non votorum pluralitas, aut Pontificalis dignitas, sed verbi divini attendenda auctoritas, & veritas.*
21. *Et semotis opinionum præconceptarum affectibus tantum ad gloriam Dei, & concordiam Ecclesiæ respiciendum.*
22. *In conciliis non quid maxima pars opinatur, sed quid verum est, attendendum.*
23. *Iustè creditur, quod communiter creditur. Vnusquisq; nostrûm de seipso reddet rationem Deo.*
24. *Concilio aliquid decidente contra verbi divini auctoritatem, & veritatem, major hujus, quàm illius habenda ratio.*
25. *Concilia sæpius graviter errasse notissimum est. probatur inductione aliquot exemplorum.*
26. *Non solum clerici, sed & laici in conciliorum conventu super doctrina fidei audiendi, judiciumq;*

et aut

etiam ad omnes, & singulos pertinet Christianos.

27. 28. *Principi in conciliis nihil temerè aut propria auctoritate sine consilio Theologorum & auctoritate scripturæ in religionis negotio statuendum, vel immutandum.*

29. *Finis Conciliorum quis?*

1 AD curam Principis † Ecclesiasticam pertinet curare ne errores perniciosi & Schismata in Ecclesiam inducantur, inducta foveantur, ac dissensionibus & inanibus contentionibus purus Dei cultus impediatur, & candida sponsæ stola defœderur. R. A. zu Augspurg de Anno 1525. §. Vnd nach dem etwan viel/ &c: so soll eine jede Obrigkeit/ sie sey Geistliches oder Weltliches Standes/ ein fleissiges Auffmercken vnd ernstliches Einsehen haben/ daß in jhren Fürstenthumben/ Landen vnd Gebieten/ das H. Evangelion vnnd Gottes Wort/ nach rechtem wahrem Verstand/ ohne Ergernuß/ zu Erhaltung Gottes Lob/ Frieden vnd Einigkeit gepredigt werde/ & sic Justinian. Imperat. dixit, se nihilo minorem curam Ecclesiæ, quàm vitæ habere, *Nov. 3. in fin.*

2 Ortis autem erroribus, dissensionibus † & Schismatis, nihil ad conciliandas dissensiones, & extirpandos errores salubrius est, quàm Conciliorum convocatio, R. A. zu Speyer/ de An. 1529. vnd anfänglich/ &c: vnnd zu Christlicher Vereinigung vnd Hinlegung solches Irrsals nichts fruchtbarers oder bedacht/ oder angesehen werden/ dann ein frey gemein Concilium in Teutscher Nation zu halten/ R. A. zu Augspurg/ de Anno 1530. §. dieweil dann sich: &c: daß die fürgefallene Irrungen vnd Spaltungen in der Christlichen Religion nicht füglicher/ fruchtbarlicher/ noch beständiger/ dann durch ein allgemein Concilium auffgehaben werden mögen. Conciliorum

3 namque celebratio † agri Dominici eximia cultura est, quæ vepres, spinas, & tribulos hæresium & Schismarum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem ubertimæ fertilitatis adducit, per ea quæ tradit Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib. 23. c. 1. num. 16.* [Petr. Suavis Polan. *in Histor. concil. Tridentin. in ingress. lib. 1. pag. 2*]

4 Auctoritas † convocandi Concilia, nō ad Pontificis, sed ad supremi Principis curam Ecclesiasticam & officium pertinet. [vid. Orationem Mercurini & ipsius Carol. V. ad Pōtific. Clement. 7. apud Cælestin. *fol. 11. 14. fac. 2. & fol. 15.* Zabarell. *consil. 50. vers. secundò quæritur.* Andr. Osiand. *in Pap. nō Pap. tit. de concil. 12.* ubi id exemplis anteriorum cōciliorum firmat, Jac. Aug. Thuan. *Comm. lib. 75. fol. mihi 121. vers. Concilia verò ipsa*, ubi itidem recenser exempla Johan. Sleidan. *lib. 11.* Hieron. Treutler. *consil. 110. num. 104.* ubi pariter exemplis adductis hoc probat, & exactis concilii chalcedonensis satis liquere testatur Georg. Cassand. *in Cōsultat. ad Augustan. Confession artic. 16.* Contrariū quam plurimis defendere annititur Johan. Azor. *Instit. moral. lib. 5. cap 10. part. 2.* Cardin. Tüsch. *pp. conclus 549 n. 1.* ubi ex Zabarell. d. loc. ita scribit: Concilium ab initio crescentis Ecclesiæ & antiquis temporibus convocabatur per Imperatorem, posteà tamen viribus Romanæ Ecclesiæ auctis, aliud cœpisse observari.] ¶ Summus verò Princeps, non

solum convocare concilia † sed & interesse, & præ- 5
esse iis debet, R. A. zu Speyer/ de An. 1526. §. vnd erstlich nach dem ... Reichs A. zu Speyer/ de Anno 1529. §. wo aber auff obbestimbte &c: vnd daß Jhre Majestät/ als das Haupt/ bey solcher Versamblung (... Concilium) in eigener Person seyn wolte/ vnd solches alles dermassen fordern/ vnd in würckliche Vollziehung bringen/ & tanquam Advocatus Ecclesiæ ac protector Concilium ..., R. A. zu Augspurg/ de Anno 15.. §. Wir sind auch des gnädigen/ &c: was vns als Advocaten der H. Kirchen/ vnnd Beschirmer der Concilien/ von wegen vnsers obligenden Keyserlichen Ampts zu thun geziemet vnd gebühret/ R. A. de Anno 1541. §. damit dann solch allgemein Concilium/ ubi eadem ... extant: Reichs A. de Anno 1544. Derhalben/ &c: so sind wir in Krafft vnsers obligenden Ampts/ gnädigst geneigt/ auff dienliche Wege vnd Mittel zu bedencken/ die Sachen zu einem General Concilio zu befördern/ demselben auch eigener Person beyzuwohnen. Regibus † namque dictum est; aperite por- 6
tas Domino, *Psalm. 24.* Idque etiam praxi & exemplis plurimis V. T. comprobatur, Parc. *de jur. Reg. p. 107. & seq.* cui respondet Praxis Ecclesiæ Nov. Testamenti. Constantinus Magnus primum Concilium Niceæ congregavit: Theodosius Magnus Senior Constantinopolitanum. Theodosius minor Ephesinum; Marcianus Imperator Chalcedonense, qua de re latius tractantem, vide Rittershus. *in comment. Novell. p. 1. c. 2. per tot.* [Generalia concilia celebrata recenset Johan. Azor. *institut. moral. lib. 5. cap. 16. & 17. part. 2.*] Carolus Magnus † in Gallia quinque 7
Concilia provincialia, & unum generale inconsulto Pontifice Romano celebravit, ut refert ex Æne. Sylv. Parc. *de jur. Reg.* Frustra itaque Pon- 8
tifex † Roman. hanc sibi potestatem Regiæ Majestatis particulam arrogat. Si enim Principibus seculi incumbit curare, ne errores & Schismata in Ecclesia oriantur, & si fortè exorta sint, ut componantur vel tollantur; utique & hoc concessum erit, sine quo ejusmodi Dissensiones, Schismata & errores commodè componi non possunt, *arg. l. 2. ff. de jurisd.* [Carolum Magnum Imperatorem † in concilio, damnasse icono- 9
machiam, seu doctrinam eorum, qui imaginum demo-

demolitiones tumultuarias vulgò Bildstürmerey/ instituerunt, attestatur Imperator Optimus Carol. V. in Recess. Augustan. de Anno 1530. §. Dieweil auch die Bildnuß Christi. Idq; decretum repetitū in Synodo Parisiensi A. 825. post Baron. patet ex Gualth *in Chron. Eccl. Polit. sub d. Anno p.m* 746.]

10 Prætet. a interest Principis † cognoscere prius de decretis Conciliorum & eorum justitia ac veritate, antequam subditis ea commendet, & in Ecclesia observanda jubeat, vid. Arnis. *de jur. Majest. c. 6. num. 12.* [Marsil. Patavin. *in defens. pac. c. 25 p. m.* 367 ubi scrib t, quod de decretis ritè & publ catis, per Concilium, Imperator Præceptum coactivum sive legem ferr obligantem quemlibet, tàm Clericum quàm Laicum, sub comminatione & pœna transgressoribus infligenda.]

Quamobrem status & Proceres Imperii Roma-
11 ni, † cum viderent turbarum Ecclesiæ statum concilio egere, non Pontificem, sed Imperatorem adeundum esse decreverunt, R. A. zu Augspurg/ de An. 1525. §. Wir haben auch zu Widerbringung/ ibi: die Römische Keyserliche Majestät/ unterthänigsten fleiß/ bitt ich ersuchet/ daß ihre Keyserliche Majestät/ angesehen der Zerspaltungen und Zwietracht/ unsers heiligen Christlichen Glaubens/ gnädiglich verfügen wolle/ damit ein gemein frey Concilium auffs allerförderlichst/ an gelegener Majestät Teutscher Nation außgeschrieben werde [Et cum Pontifex Paulus, per Legatum suum Vergerium in Germaniam missum, Protestantib. persuadere voluerat, illam potestatem, ad se spectare, illi in Conventu Smalcaldico Anno 1535. Cæsaris & reliquorum ordinum esse, interponere suum jus in conciliis protestati sunt, teste Johan. Sleidan. *lib. 9 pag. m.* 256. & 263. ubi à rege Galliæ quandoq; idem responsum Pontificem tulisse testatur.]

12 Pro ratione dubitandi † facit, quod in ipsis Imperii Recessibus Pontifici tribuitur facultas convocandi Concilia, R. A. zu Regenspurg/ de An. 1532. rubr. Concilium betreffend/ §. Ferner/ ibi: ein gemein Christlich Concilium/ durch Päpstliche Heiligkeit fürgenommen und außgeschrieben würde/ R. A. zu Augspurg/ de Anno 1551. §. Wir ersuchen/ ermahnen und erinnern auch hiermit Churfürsten/ Fürsten/ rc. ibi: daß sie sich auff der Päbstlichen Heiligkeit Außschreiben zu dem fürgenommenen Concilio geschickt machen.

13 Pro ratione decidendi † notandum, quod Papa illam facultatem nō ex se, sed Imperatoris permissu & indultu usurparit. Nā Imperator Carol. V. ex quadam Zelotypia Pontificiæ religionis, & veneratione Pontificis, id permisit & indulsit Pontifici, ut is esset executor voluntatis imperialis in convocando Concilio, vid. Reichs Abschied zu Nürnberg/ de An. 1524. §. Als auch vielgedachte unsere Instruction/ eines gemeinen freyen Concilii/ so durch Päpstliche Heiligkeit/ rc. mit unser Bewilligung verkündiget und außgeschrieben. Ergo wann der Keyser solches nicht bewilliget/ hette es der Bapst nicht thun können. Nihil aliud itaque Imperator Pontifici † demandavit, quàm juris sibi 14
tanquam capiti seculari & Protectori Conciliorū competentis nudam & meram denunciationem, quæ in facto consistit. Itaq; si Pontifex Imperatoris mandato quoad convocationem illius Concilii non satis fecisset, Carolus Imperator ipse, vi potestatis suæ Cæsareæ, id effectum dedisset. R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1532. rubr. Concilium betreffend/ §. Und so ferrn wir von Bäpstlicher Heiligkeit dasselbe nicht erlangen möchten/ daß wir alsdann von Ampts wegen Versehung hierinn thun wolten. NB. Daß uns von unser Keyserlichen Gewalt gebühret/ und wir zu thun schuldig seynd/ und N°. sonderlich in Sachen des gemelten Concilii.

Si itaque Imperatori † ratione officii & pote- 15
statis Cæsareæ jus convocandi concilii competit, isque ad id tenetur, non potest idem jus eodem respectu competere Pontifici; cum duo ejusdem juris & rei non possint esse in solidum Domini, per notissima & certissima juris Principia. Non debet itaque Pontifex alieni juris & muneris usurpationem sibi sumere, *c. quod quidam 1. q. 1.* sed in terminis functionis suæ permanere. 1. *Corinth. 7. v. 20.* Ex hisce satis appatet, quomodo textus pro ratione dubitandi adducti accipiendi, quibus & hoc addi potest, quod Imperat. Pontifici terminum præscribit, intra quem Concilium convocare debet, R. A. zu Augspurg/ de Anno 1530. §. Und dieweil in vielen Jahren.

Concilium † vel est generale vel Nationale, 16
R. A. zu Speyer/ de Anno 1542. §. Ob aber Mittlerzeit. Illud universi Christiani orbis, hoc certæ Nationis, vel etiam Provinciale, cui Provinciæ alicujus præest Archiepiscopus, Patriarcha seu Primas, Cardinal. Jacobat. *de Conc. lib. 1. art. 1. sub n.* 19. [*c. sicut olim, x de accusat. c. de conciliis, c. propter c. pervenit, distinct. 18.* vid. Joh. Azor. *Institut. Moral. lib. 3. cap. 47. part. 2.*] Vel Synodale quod facit Episcopus cum Prælatis & Clericis suæ Ecclesiæ, [convocando videlicet suæ Ecclesiæ Prælatos, Presbyteros & Clericos, *c. quando, distinct. 38. c. placuit 12. q. 2. c. annis singulis, distinct. 18.* semel in anno *d. c. sicut olim*, vel bis, *c. de conciliis, c. seq. d. distinct. 18* Jacobat. *de Concil. alleg. loc.* Sigismund. Scacc. *in tractat. de Appellat. quæst. 8. sub num.* 100. Wintzler. *de jurisdict. Episcop. Germ. tit. de Synod. 12. per tot.* Idque in Diœcesi Coloniensi

fieri

fieri consuevisse feria 2. post Domin. Invocavit
& Festum S. Remigij, & præsertim ad corrigendos
& reformandos mores in Clero.] Sigism. Scacc. *in
tract. de Appellation. q. 8. sub n.* 100,

Hodie cum in terris statuum imperij Augu-
17 stanæ Confessionis, † Pontificia Episcoporum
jurisdictio per transactionem Passaviensem, &
subsecutam religiosam pacificationem suspensa
sit, & statibus vigore illius jus Episcopale compe-
tat, ejusmodi Synodos convocato suæ ditionis
Clero celebrare possunt, tam pro conservanda
doctrinæ Evangelicæ puritate & concordia, quàm
pro retinenda disciplina Ecclesiastica & evitandis
scandalis. Et hæ Synodi rursus vel particulares
sunt, certi alicujus districtus, vel universales, to-
tius Ditionis aut Principatus, ut etiam disponitur
in der F. Hessisch- vnnd Gräfflich-Nassaw-Sarbrückischen
Kirchen Reformation vnnd Ordnung deß Hüttenbergs/
de Anno 1601. rubr. Von Einigkeit der Lehr vnd Præ-
dicanten/ubi ita disponitur § Darumb auch von vnsern
usque ad fin.

18 Ad Conciliorum † congregationem cuivis
liber & securus debet patere aditus, non solum
veniendi & recedendi, sed etiam dubia sua ad
conscientiæ exonerationem & fidei confirma-
tionem proponendi, R. A. zu Augspurg de An. 1551. §.
wir sind auch/ ibi: sondern wollen auß Keyserlicher Macht
vnd Gewalt alle die so auff dem Concilio erscheinen/ gnädig-
lich ersuchet haben/daß ein jeder frey/vnd vnverhindert dar-
zu kommen/das jenige/so er zur Ruhe vnd Sicherung seiner
Conscientz vnnd Gewissens für gut vnd nothwendig achtet/
fürbringen/vnnd widerumb von dannen biß in sein Gewar-
sam frey sicher abziehen vnd kommen möge. [vid. etiam
Sleidan. *lib.* 11. Jacob August. Thuan. *lib.* 1. *Histor.*
Contrarium tuetur Johan. Azor. *institut. moral lib.*
5. *cap.* 11. *part.* 2 ubi quoad vota decisiva ad solos
restringit id Episcopos.]

19 In Conciliorum congregatione † omnium de-
sideria & vota audienda & ad veritatem & con-
cordiam fidei Christianæ expendenda, R. A. zu
Augspurg/de Anno 1530. in fin. princ. ibi: vnd eines jegli-
chen Gutbedüncken vnd Meynung sich selbst in Lieb vnd Gü-
tigkeit zu hören vnd zu erwegen/die zu einer einigen Christli-
chen Warheit zu bringen vnd zu vergleichen

20 In decidendis verò fidei controversijs, † non
votorum pluralitas, aut Pontificialis dignitas,
sed verbi Divini attendenda auctoritas & veritas,
[cujus sensus ex S. Scripturis sumendus *per text.
in c. relatum distinct. 38. add. c. vino inebriantur di-
stinct.* 37. ubi ex Hieronym. dicitur Pseudo pro-
phetas eos accipiendos, qui aliter Scripturarum
verba accipiunt, quàm Spiritus S. sonat, *add. c.
relatum est nobis, in verbis: sed ex ipsis Scripturis
sensum capere veritatis, d. dist.* 37.] R. A. zu Speyer
de An. 1542. §. ob aber mitler Zeit ibi: daß dieselbige strei-
tige Religion zu einer einhelligen Christlichen Vergleichung
vnd Einigkeit dem Wort Gottes vnd wahrem Christlichen
Verstand gemäß/gebracht würde. Et semotis opinionum
† præconceptarum affectibus, tantùm ad glo- 21
riam Dei & concordiam Ecclesiæ respiciendum.
R. A. zu Wormbs/de Anno 1545. §. vnnd sollen solche ib.
vnnd vor in allem auff die Ehr: Gottes/vnd wahre Christ-
liche Vnion vnd Reformation der Kirchen sehen/ ibi: Nach
Göttlicher vnd der alten Vätter H. Schrifft vnd Lehr.
[Doctrina Prophetica & Apostolica ad legem &
testimonium nos remittit, & qui non dixerit secũ-
dum verbum hoc, ipsi non erit lux matutina,
Esa. cap. 8. *vers.* 24. Et hoc verbum judicabit nos
in novissimo die, inquit Salvator *Iohan.* 12. *vers.*
48. Ideoque alia norma fidei quæri non debet,
quàm ea secundum quam judicabimur in novis-
simo die.] Quamobrem in Conciliis † non quid 22
maxima pars opinetur, sed quid verum est, at-
tendendum, ut Constantissimum Hassiæ Land-
gravium Philippum piæ memoriæ Granvellano
respondisse refert Sleidan. *lib.* 17. *p. m.* 500. Sic
& Hierosolymæ, cum ex Apostolis atque disci-
pulis, plerique vellent, gentes prophanas, quibus
annunciatum erat Evangelium circumcidi de-
bere, Petrus tantum, Paulus, Jacobus & Barna-
bas contra senserunt & errore commonstrato
jugum illud legis abrogarunt, *Actor.* 15. [Sic le-
gimus Spiritum mendacem fuisse in ore qua-
dringentorum Prophetarum Regis Achab: so-
lum autem Michæam ex veritatis Spiritu locu-
tum 2. *Chronic. cap.* 18. Nam angusta via, & arcta
est porta, quæ ducit ad vitam & pauci sunt qui
inveniunt eam, monet ipse Salvator, *Matth. cap.*
7. *vers.* 14.] Non enim hic valet regula, † justè 23
creditur, quod communiter creditur, Gothofr.
ad l. 3 *in princ. ad Macedon.* sed potius illa Aposto-
li: nostrum unusquisque de scipso reddet ratio-
nem, *Rom.* 14. *v.* 12. Et quod iustus sua fide vi-
vet, *Habacuc.* 2. *v.* 4.] Summa namque omnium
servitutum servitus censetur, in causa religionis
se adstringere ad ea dogmata, quæ Triumviris,
vel etiam Centumviris placuerunt, Eberhard.
Weih. *in tract. utr. reg condit. mel. vers. minimè in
fin.* Idem obtinet si non tantum maior pars, † 24
sed universum concilium aliquid decidat, con-
tra Divini verbi auctoritatem & veritatem, tunc
enim maior huius quàm illius habenda ratio.
[Scriptura enim affirmat esse quædam concilia
malignantium, *Psalm.* 22. quædam vanitatis,
Psalm. 2. quædam impiorum, *Psalm.* 1. Qualia

fuerunt falsorum Prophetarum, Pharisæorum contra Michæam, Jeremiam, Christum & Apostolos ex D. Chemnit. not. Osiand. *in gloss. ad c. 7.*
25 *Matth. v. 15. Nam concilia &c.*] Et concilia † sæpius errasse, notius est, quàm ut ulla probatione indigeat, & ipsi hoc negare non possunt Pontificij quamvis variè ad hoc respondere conentur. [Et ut ex multis pauca referam; *Carthaginense concilium* Baptismum hæreticorum damnavit: *Nicenum* milites damnavit, & conjugium Sacerdotum etiam prohibuisset, nisi unus obstitisset Paphnutius, *vid. cap. Nicena Synodus, distinct. 31. Sirmiense, Seleuciense, Tyrium, Antiochenum* & alia, impium Arrij dogma approbarunt. *Ephesinum* Eutichetis patrocinium. *Carthaginense* sacrificia & intercessiones pro defunctis invexit: *Lateranense* transsubstantiationem & auricularem confessionem *Constantiense* mutilationem Cœnæ. Et factum est fermè in concilijs, propter consultatorum ambitionem & contentiones, ut res Ecclesiæ alioquin laborantes, potius exacerbatæ, quàm sanatæ fuerint, ut ipsum conquerentem Nazianzen. in sua ad Procop. Epist. adducit Conrad Dieteric. *in Analys. Evangel. ad Dominic. Cantate, circ. fin.* & rem totam lectorem ad Gesner. *in lib. de concil. ubi plura ea de re.*] vid. Diss. Ant Fab. *in C. rer in Sabaud jud lib. 1. tit. 1. §. 14.* & alij Dd. Pontificij communiter, Menoch. *2. arb q. 458. nu. 26. & mult seqq.* ubi ex professo tractat, an & quando Concilium universale vel provinciale recusari possit, cui add. Boër. *decis. 269.* [Præterea non solum Clericos,
26 † sed etiam Laicos in conciliorum conventu super doctrina fidei audiendos, & judicium non solum ad Patres concilij, sed ad omnes & singulos pertinere Christianos disertè scribit Nicol. Papa *in c. ubinam, distinct. 96.* ubi ita dicit: ubi de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis: non solum ad Clericos, verum etiam ad Laicos & ad omnes omninò Christianos pertinet. Andr. Osiand. *in tract. Pap. non Pap. tit. de concilijs* ubi plura ad hanc sententiam ex Canonistis & alijs Pontificijs adducit scriptoribus. Cujus ratio est quia omnes & singuli tenentur Deo rationem de fide sua reddere, *d. c. 4. ad Rom. v. 12.*]
27 Princeps in Conciliorum † congregatione nihil debet temerè aut propria auctoritate, sine consilio Theologorum, rectè sentientium & auctoritate Scripturæ in religionis negotio statuere vel immutare, [juxta illud *Malach. 2. v. 7.* Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus.] Fac. *l. 1. C. de sum. Trin.* Ernest. Cothman. *ad d. tit. C. num. 52.* Reichs Abschied de Anno 1555. §. So haben sich der Churfürsten circ. fin. ibi: dazu auch ein jeder mit seinen Gelehrten und Theologis sich mitler weil dermassen gefast machen. Unde rectè Imperator Honorius, & Theodosius, inquiunt, si quid dubietatis emerserit, id oportet (non absque scientia Antistitis Constantinopolitani) cōventui Sacerdotali, sanctoque judicio reservari, [omni innovatione cessante, *l. 6. & ibi* Alciat. *C. de SS. Eccles.* Cacheran. *decis. 30. nu. 2.*] Carol. V. Imperator, in deliberandis & concordandis religionis cōtroversijs, dicit se usum præclarissimorum Theologorum multarum nationum cōsilio, R. A. zu Augspurg de An. 1530. §. Demnach habē wir sampt denselben. Sic Antiochenses orta controversia, Hierosolymam ad Apostolos miserunt & ab ijs decisionem petierunt, *Act. 15.*

Nam sicut Princeps † in ferendis legibus cir- 28
ca bonum civile, non disponit pro libidine, sed adhibitis prudentum consilijs, *l. 8. C. de legibus.* Secundum normam justitiæ & æquitatis, ita etiam quando circa bonum spirituale disponit, hoc est circa religionem & cultum Dei, non debet statuere aut leges ferre pro libidine; sed eas mutuare à prudentia Theologorum, secundum normam verbi Dei immotam, juxta illud: Rex leget in libro legis, omnibus diebus vitæ suæ, & non declinabit ab ea, *Deut. 17.* sed faciet secundum omne, quod scriptum est in eo, *Jos. 1. v. 8. Psal. 1.* D. Pareus *de jur. reg. p. 73.*

Finis Conciliorum † est, ut errores & Schis- 29
mata exorta eradicentur, & membra Ecclesiæ ad piam fidei concordiam reducantur, & diffidentia statuum inde orta sopiatur. Reichs Abschied zu Augspurg de An. 1530. §. Und dieweil in vielen Jahren. Si verò sint qui errores crassos, contra expressum Dei verbum & fidei fundamenta fovent, ijsque pertinaciter inhærent, Concilij auctoritate damnari, & ab Ecclesiæ gremio excludi possunt. Sic Arrius in Concilio Niceno, Macedonius in Constantinopolitano. Nestorius in Ephesino, & alij in alijs Concilijs damnati fuerunt, Didac. Covarr. *lib. 4. var. resolut. cap. 15.* ubi de quatuor Concilijs universalibus agit. [De conciliorum origine, Notatione sive derivatione & effectu, vid. *c. 1. & seqq. distinct. 15. junct. distinct. 16. 17. 18. & 19.* De Pontificis Romani in iisdem jure & potestate alij que ad hanc rem pertinentibus

bus quæstionibus, vid. Johan. Azor. *institut. moral. lib. 5. cap. 13. & aliquot seqq. part. 2.* ubi latissimè agit.]

CAPUT. V.

DE HÆRETICIS, ET BLASPHEMIS, eorumq; coercitione.

SUMMARIA.

Continuatio. 1. *Haretici undè denominentur? Haresis quid significet? 2. Olim in bonam partem accipi solita hac vox Hodiè odiosum nomen & infame, & quid eo significetur?*

3. *Unam hareseos notam ferens, vel dissimulans Christianus non est.*

4. *Haresis definitio.*

5. *Requisita, ut verè quis dicatur hareticus. 1. Ut Christum sit professus, & in Ecclesia gremium receptus. Aliàs non hareticus, sed paganus dicitur.*

6. *Haresis dicitur, quasi divisio ab unitate fidei. Malè haretici infidelibus, aut vice versâ hi illis accensentur.*

7. *2. Error sit in intellectu, qui hareseos est principium. Sicut non omnis consensus constituit Ecclesiã. Sic nec omnis dissensus eandem tollit, modò fundamentum salvum maneat.*

8. *3. Error sit in fundamento fidei. Prima salus est recta fidei regulam custodire. 9. Haresis à Schismate quomodo differat?*

10. *Bart. inconvenienter hareticum esse dicit, qui negat Imperatorem esse Dominum universi orbis.*

11. *Sacrosancta scriptura auctoritas est columna & fundamentum fidei nostra. Id solũ quod de Scripturis auctoritatem habet, recipiendum, quod ab earum tramite deflectit, constanter rejiciendum.*

12. *Falsò ille dicitur hareticus, qui non credit, quod Ecclesia Catholica Romana credit.*

13. *Non in loco, & parietibus, sed fidelium cœtu circumscribitur Ecclesia, adeoq; per universum orbem diffusa.*

14. *4. Pracedat monitio & convictio ex verbo Dei & frustranea tentatio. Ex ignorantia peccantes haretici non dicendi.*

15. *5. Ut hareticus doceri se non patiatur, sed contumaciter & pertinaciter errorem tueatur, & seditiosè disseminet. Proprium hareticorum. Ad haresin pertinet error in intellectu, & pertinacia in voluntate. 16. Haresis obstinatioris animi dementia ab Impp. appellatur. Nihil pestilentius est obstinato ad malum ingenio. Sola obstinatio producit haresin.*

17. *Occultus hareticus non judicatur ab Ecclesia, qua de occultis non judicat.*

18. *6. Ut quis sit publicè, & legitimè per Ecclesiam de haresi damnatus.*

19. *Cognitio causarum hareticalium ad Magistratum secularem de jure civili, de jure Canon. ad judices Ecclesiasticos pertinere cœpit.*

20. *Ordinarius judex causarum hareticalium est Episcopus loci.*

21. *Hodiè hac cognitio ad Augustana Confessionis status jus Episcopale in suis terris obtinentes, pertinet.*

22. *Hareticus quietus propter solam haresin capitali pœnâ non puniendus Zizania nõ eradicanda, sed relinquenda. 23. Devitandus ejusmodi hareticus, non vi ad veritatem cogendus. 24. Nova & inaudita est ista pradicatio, qua verberibus exigit fidem. Non tortore, sed Doctore opus hic est.*

25. *Hareticus pœnitentiam agens humaniter ab Ecclesia recipiendus, pracedente tamen publicâ abjuratione. 26. Pro manifestis criminib. manifesta est injungenda pœnitentia. Manifesta peccata occultâ correctione non purganda.*

27. *Seditiosus & blasphemus hareticus pro delicti qualitate puniendus. Ad fidem nemo cogendus, externa tamen disciplina conservanda.*

28. *Detestanda patientia, videns vineam Domini devastari, & tamen connivere volens.*

29. *In Anabaptistas novissimis imperij constitutionibus gladio animadvertitur.*

30. *Pontificij & Calviniani flammis ferro, & vi promiscuè in hareticos saviendum docent, exẽplisque quotidiè comprobant. Ut summa est clementia, eorum vicẽ dolere, sic pœnas ijs infligere extrema est dementia. & inscitia.*

31. *Constitutiones Impp. simpliciter capitis pœnam infligentes hareticis, non de naturali, sed civili capite, hoc est, deportatione, & exilio, intelligenda Ex communi Dd. opinione in dubio pœna capitalis non de morte naturali, sed civili intelligenda.*

32. *Blasphemi simpliciter à magistratu seculari pro qualitate blasphemia puniendi. Tremendam ac unicè adorandam Majestatem ludibrio habentes, dignissimi sunt supplicio.*

33. *Pœnarum capitalium nulla acceptior, & gratior est, quàm qua acerbissimè de contumelia immortali Deo illatâ exigitur.*

34. *Blasphemia quid? Hoc crimen omnibus alijs delictis, & facinoribus detestabilius.*

35. *Quando attribuitur Deo, quod non est, illud quidem maledictio, sed non blasphemia est.*

36. *Omne peccatum in Spiritum S. est cum blasphemia conjunctum, non tamen omnis blasphemia est peccatum in Spiritum S. Differunt blasphemia & peccatum in Spiritum S. ut pars & totum.*

IN fine præcedentis capituli dictum, Hæreticos crassos errores contra manifestam veritatem pertinaciter foventes, in Concilijs damnari posse, & de jure civili gravissimæ in Hæreticos & Blasphemos pœnæ sunt constitutæ, quamobrem aliquantò explicatius de hisce agendum putavi.

1 Hæretici † denominantur ab Hæresi, quæ est græca vox, latinè optionem, electionem vel sectam significat, quæ etiam in bonam partem capitur. Udalric. Zas. *in quæst. 1. de Iudæis*, quæ extat *in tom 5. oper. ejus, fol. 105.* [*fac. 2. Hæresis 24. q. 3.* Azo. *in sum. C. de hæretic.* vid. David Mauden. *in Discurs. Moral. 14 ad prim Decalogi precept fol. 68.*] Et ponitur ab elegantibus pro opinione tenaci & sententia in qua persistamus. Cicero *in paradox.* Cato in ea est, inquit, hæresi, quæ nullum sequitur florem. *Et ibid. lib. 15. epist. ad Cassium.* Postulabimus ex qua hæresi in hominibus armatis dejectus sis. Et Modestin. JCtus Rhetorum hæreses dicit *in l si duas, ff. de excusat. tutor.*
2 Ex his apparet † hanc vocem, ante fidei cognitionem in bonam partem accipi solitam fuisse: hodie tamen est nomen odiosum & infame, quo significatur perniciosus & pertinax error contra fundamentum fidei Christianæ. Confer Sigism. Scacc. *lib. 1. de judic. cap. 7. num. 4. & 5.* ac nobis dicitur *Ketzerey* quasi *Götzerey* ut in explicatione Evangelica Dominicæ IV. Adventus D. Philippus adscribit, hoc est, idololatria, quem refert Ernest. Cothman. *in tit. Cod de Hæretic. num. 6.* [alij dictionem *Ketzer* à Gazaris, quorum meminit Frideric. II. Imperat. Authentica, denominatos, existimant, Christophor. Besold. *in Dissertat. 1. de Reformat. & pac. Religion pag m. 21. & in Thesaur. pract. verb. Ketzer.*] adeò, ut licet gloriosum
3 sit Christi exemplo † injurias patienter tolerare, tamen quoniam, qui unam hæreseos notam ferat, vel dissimulet, Christianus non est, testibus Ruffino *lib. 1. Invectivarum in Hieronym.* & ipsomet Div. Hieronymo *ad Pammachium Epist. 61. adversus errores Ioannis Hierosolymitani*, ubi exclamando ait: Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam ejus, dissimulatio conscientiæ judicetur, si taceat, quod referunt Simanc. *de Cathol. instit. tit. 55. num. 2.* & Albert. *in repetit. rubr quæst. 14. num. 75. de hæretic. in 6.*
[Et definitur à quibusdam Hæresis, † quod sit 4
doctrina à Christo & Apostolis non accepta, sed illi repugnans; quam aliquis unus & alter, separans se à communitate aliorum Christi fideliũ, primum docere incipit, cuique tanquam auctori novi dogmatis, ab Apostolis non accepti, tota reliqua multitudo fidelium resistit. Christophor. Maier Jesuit. *de octo Fidei controversiis, controv. 2. de S. Eucharist p. 50.*]

Quis autem verè dicatur hæreticus, ad hoc, ut pœnæ in jure civili de hæreticis statutæ locum habeant, variantes sunt tam Canonistarum, quàm Legistarum opiniones. Ne autem temerè in re tã magni momenti quippiam definiatur, cum quibusdam ad hoc, ut quis dicatur hæreticus, sequentia consideranda sunt.

I. Ut hæreticus † sit Christum professus, 5
juxta illud, *Actor. 20. v. 30.* Ex vobis ipsis exorientur, qui loquentur perversa. Et illud 1. *Iohan. 2. v. 19.* E nobis egressi sunt. [Idque etiam conqueritur Jehova apud Jeremiam *c. 23 vers. 11 & 15.* A Prophetis Jerusalem egressam esse omnis terræ pollutionem, vid. David Mauden. *in discurs. moral. 14. ad prim. Decal precept. ubi ex Thom. 2. 2. q. 11. art. 1. Hæresis, ait, est eorum qui Christi fidem profitentur, sed ejus dogmata corrumpunt.*] Ideoque omnes Hæretici jactant Scripturas & commune nobiscum principium disputandi sumunt: Qui verò nunquam in Ecclesiæ gremio fuit, nec Christi nomen professus est, non Hæreticus, sed paganus dicitur. [Siquidem Hæresis † dicitur, quasi di- 6
visio ab unitate fidei, Oldrad. *cons. 110. v. circa primum.* Cardinal. Tusch. *pp. conclus. 91. num. 1. & concl. 92. num. 1. lit H.* Ideoque malè hæreticus infidelibus aut vice versa hi illis accensentur, Sigism. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 1. num. 202.* Clar. *in § Hæresis num. 2.* ubi dicit, hanc esse communem opinionem. Siquidem infideles & Judæi non dividuntur ab unione fidei, quam nunquam habuerunt. Cardinal. Tusch. *d. conclus 92. lit. H.* add. Johan Azor *institut. moral. lib. 8. c. 9. quæst. 2. part. 1.* Ames. *de casib. conscient. lib. 4. c. 4. § 1.*]

II. Considerandum, † quod error sit in in- 7
tellectu, qui est hæreseos principium. [Hoc est, ut aliquis scripturam contra analogiam fidei & sensum

sensum Spiritus sancti torqueat in alium sensum, & quidem circa fundamentum fidei, ut in sequenti 3. requisito explicatur, confer c. *haeresis cauf.* 24. q.3. Multae enim Scripturae à diversis diversè intelliguntur absque haeresi, Parc. *in comment. Epist.* 1. *ad Cor. cap.*1. Sicut enim non omnis consensus constituit Ecclesiam sic neque omnia dissidia iolvunt, modò fundamentum salvum maneat. Qua de re laté agit Goldast. *in replicat. pro Imp. cap.* 6. *fol. m.* 35. & 36. & *p.* 39. ubi ex Bernhardo istos, junctos FIDE, PACE DISJUNCTOS dicit.] Praetereà ejusmodi errori circa fidem conjuncta debet esse scientia: hactenus, ut ille notie, se ejusmodi dogma amplecti, cujus contrarium Orthodoxa & Catholica Ecclesia Christi credat, Simanc. *de Cathol. instit. tit* 30. *n.* 4. & *tit.* 31. *n.* 4. & 10. [Clar. *in §. haeresis n.* 2. Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 92. *n.* 4. *lit. H.*]

8 III. Considerandum † ut error in fundamento fidei, *l.* 1. *Cod. de summ. Trinit.* [Prima enim salus est rectae fidei regulam custodire, *c.* 1. *caus.* 2. *q.* 2. Speculat. *lib* 4. *partic.* 1 *rubr. de summ. Trinit. num.* 2. Et oculi Domini respiciunt fidem, *Ierem.* 5. *v.* 3.] ideoq; etiam in hoc haeresis differt à schismate, † quod non in fide, seu principali aliquo fidei articulo, sed in circumstantia fidei consistit, *c. schisma cauf* 24. *q.* 1. *cap. inter haeresin & schisma, in ead. caus. quaest.* 3. & *tot. tit. ext. de schismat.* [Guilhelm. Amesf. *de casib conscient. lib.* 5. *cap.* 12 §. 2. ubi quod Haeresis opponatur fidei: schisma charitati. Haeresis sit in dogmate perverso, schisma verò in facto perversae separationis, ita ut schismaticus possit esse, qui non sit haereticus, & vice versa. vid. ibid. plura de Schismate.] Hinc dicitur, Schisma posse excusationem habere: Haeresin verò nullam excusationem mereri, Ernest. Cothman. *add. tit. de haeret. num.* 3. [Quare valdè inconveniens videtur, † quod scribit Bartol. *in l. hostes. col.* 2 *ff. de captiv. & postlim. revers.* Haereticum esse, qui negat Imperatorem esse Dominum universi orbis, propter dictum illud in Evangel. *Luc.* 2. Exivit edictum à Caesare, ut describeretur universus orbis, &c. Nam in hoc, ut credamus Imper. totius mundi Dominum, non consistit fundamentum fidei & salutis nostrae. Aliter confutat Bart. Chassan. *in Catalog glor. mund. part.* 5. *consider.* 28. *vers. hanc etiam opinionem.* Johan. Pallador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap* 21. *num.* 2. Non absimilis videtur David Mauden. *in discurs. moral.* 14 *ad prim. Decal. praecept. fol.* 69. ubi asserit, haereticum esse, qui sic sustineret, super sepulchrum Lazari, non fuisse superpositum lapidem, quod tamen dicit scriptura, *Iohan* 11. Nam in ista circumstantia non consistit fundamentum fidei Christianae, nisi quis id pro animo assereret, quòd veritatem illius historiae & sacrae Scripturae in dubium vellet vocare.]

Est autem fidei † fundamentum & Regula, 11
Sacrosanctae Canonicae Scripturae authoritas, quae est columna & fundamentum fidei nostrae, *Eph.* 2. *v.* 20. adeoque norma & regula omnium eorum, quae religionis Christianae sunt propria, *Psalm.* 19. *v.* 7. & *seq. Roman.* 10. *v.* 18 *Galat.* 6. *v.* 16 ita quidem, ut id solum, quod de Scripturis authoritatem habet, (ut loquitur Hieronymus) recipiendum, quod verò ab earum tramite deflectit, cōstanter rejiciendum, *Actor.* 26. *vers.* 22.

Non itaque audiendi sunt illi, † qui haereti- 12
cum dicunt eum, qui non credit, quod Ecclesia Catholica Romana credit: [qua de re multa comportavit, Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 93. *num.* 20 & *aliquot seqq lit H.* Ant. Fab. *in Cod. Sabaud. tit. de summ. Trinit.* vid. etiam Wilhelm. Ferdin. ab Effern, *in Manual. Polit lib.* 2. *punct.* 1. *pag. mihi* 127.] Et implicat praeter alia absurda, haec traditio contradictionem, dicere Ecclesiam Catholicam Romanam; quia vox Catholica includit universalitatem loci, [uti explicat Alciat. *ad rubr C. de summ. Trinit.* §. *Catholica*, quia videlicet fides Christi ab Apostolis, per universum orbem fuit divulgata, juxta illud: Sonus eorum exivit in omnem terram, &c. hactenus Alciatus. Et juxta illud Pauli, Fides vestra annunciatur in universo mundo, *Rom.* 1. *vers.* 8. Et hic ipse Apostolus, non solùm fideles Christi qui Romae erant, sed & ad Corinthios scribens, eos Ecclesiam Dei, quae est Corinthii, appellat, 1. *ad. Cor.* 1.

Ex quibus apparet † non in loco & parietibus, 13
sed fidelium coetu circumscribi Ecclesiam, adeoque per universum orbem diffusam] tum ratione hominum, cum nullus credens à gremio Ecclesiae excludatur: tum ratione perpetuitatis & universalitatis temporis, quae omnia deficiunt in illa propositione, [*Catholica Romana*, quia posteriori posito, tollitur prius, Goldast. *in replicat. pro imper. cap.* 6. *p.* 31. Ernest. Cothman. 5. *consf.* 21. *n.* 1. & quae novissimè scripsit D. Gerhardus *in posth hero disp.* 2 *concl.* 5.]

IV. Consideranda † praecedens monitio & 14
convictio ex verbo Dei, & ut ejus lucrifaciendi

causa tentata frustra omnia fuerint, Jacob. Anton. *de stratagemat satan. lib. 3. p.* 140. Ita Apostolus *ad Tit. 3. c. v.* 10. præcipit, ut hæreticum hominem non statim, sed post unam & alteram admonitionem vitemus, Clar *in §. hæresis numer.* 12. Confer Mauden. Diacon. Bredan. *in discurs.* 14. *a lprim. Decal. præcept. fol.* 70. ubi hoc singulariter tradit, contra alios Pontificios, Notos ex hæreticis, falsò sibi persuadentes sectam suam veritati & Evangelio consentaneam esse, ut plurimi sunt in Germania, Anglia, Francia, Belgio, non esse censendos hæreticos, licet summo studio sectam suam velint defendere. quia ex ignorantia peccant, argumento eorum quæ Paulus de seipso scribit, *ad Gal.* 1.]

15 V. Consideratur pertinacia, † ut scilicet hæreticus doceri se non patiatur, sed contumaciter errorem tueatur, & seditiosè disseminet, cum Ecclesia bellum gerens. [Clar. *in §. hæresis, num.* 2. Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 92. *num.* 5. *lit. H.* Johan. Azor. *institut. moral. lib.* 8. *cap.* 9. *part.* 1.] Hoc enim proprium est hæreticorum, non solùm à fide & scopo veritatis aberrare, sed etiam in eo errore mordicùs perseverare, *Matth.* 18. *v.* 17. Et privatas admonitiones contemnere, *cap.* 3 *ad Tit. v.* 10. & publica Ecclesiæ judicia repudiare, *d. c.* 18 *v.* 17. Atque hoc est, quod Doctores tradunt, ad hæresin pertinere errorem in intellectu & pertinaciam in voluntate, *c. hæresis, c. haretici, c. dixit Apostolus, cap. qui in Ecclesia, caus.* 23. *caus.* 24. *quæst.* 3. [Hinc! opp. Gratianus, Valentinus, Theodosius,

16 hæresin † obstinatioris animi dementiam appellant, *l.* 2. *C. de summ. Trinit. c. hæresis,* 24 *quæst.* 3. ideoq; tunc demum error fit hæresis, cùm accedit pertinacia & studium propagandi eum. Nihil enim pestilentius est, obstinato ad malum ingenio; quippe quòd sola obstinatio producit hæresin, & quicquid est malorum, inquit Johan. Oldendorp. *ad L. diffamari numer.* 14. *C. de ingen.*

17 *manumiss.* Occultus hæreticus † qui nec scripto, nec facto, nec verbis hæresin ostendit, corde tamen eam foveat, non judicatur ab Ecclesia, quæ de occultis non judicat, ideoque nec pœnis hæreseos externis subjacet. post Clar. *d. §. hæresis,* scribit Cardinal. Tusch. *pp. concl.* 92. *n.* 9. *lit. H.* Occulta enim & incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum, *c. consuluisti* 2. *q.* 5. Joh. Oldendorp. *cons. Marp.* 1. *nu.* 27. *vol.* 2.]

VI. Ad hoc, ut aliquis pœnis hæreticis præscriptis subjaceat, † requiritur, ut sit publicè 18 & legitimè per Ecclesiam de hæresi damnatus. Et hanc dicit communem opinionem, Sigismund. Scacc. *lib.* 1. *de judic. cap.* 98. *n.* 10. *& seqq.* Mynsing. *obs.* 43. Menoch. *de arb. jud. lib.* 2. *cas.* 416. *n.* 64 & de tota hac materia, vide latè & eruditè differentem, Dauth. *in tract. de Testam. à num.* 242. *usq. ad num.* 149.

Cognitio causarum hæreticalium † ad Magistratum secularem de jure civili pertinet, *l. quicunq. & l. cunct. C. de hæret* De jure autem Canonico ad judices Ecclesiasticos spectare cœpit, Angel. *in tract. de malefic. in verb. necnon ad denunciationem, n.* 14. *in fin.* [Socin. *in c. cum sit generale, n.* 22. *de For. compet.* Rol à Vall. *consil.* 8 *num.* 5. *lib.* 3. Cardin. Tusch. *pp. concl.* 95. *nu.* 1. *lit. H. per text. in c. ut inquisitionis, § prohibemus, de hær. in* 6. Contrarium tuetur Marsil. Patavin. *in Defens. pac part.* 2. *cap.* 10.] Quare ordinarius judex † causarum hæreticalium est Episcopus loci, Boss. *tract. criminal. de hæretic. num.* 10. Ludovic. Carrer. *eod. num.* 65. *&* Simanc. *de Catholic. instit. tit.* 34. *sub num.* 11. Clar. *lib.* 5 *recept. sent. §. hæresis, vers. si quis inter.* 19 20

Et cum hodie Augustanæ Confessionis † status in suis terris jus Episcopale obtineant, ad illos hæc cognitio pertinet.

An verò Princeps capitali pœna in Hæreticos animadvertere possit & debeat, inter Pontificios & Calvinianos quosdam & Augustanæ Confessionis Theologos, controversia est? Placet mihi distinctio Reverendi Dn. D. Mentzeri *in Exeges. Augustan. Confess. artic.* 16. quæ est communiter approbata. Inter hæreticum quietum & seditiosum † ac blasphemum, Ille propter solam hæresin quam privatim fovet capitali pœna puniri non potest, cum ejus supplicii neque argumenta, neque exempla ulla proferri possint ex Novo Testamento & primitivæ Ecclesiæ praxi, sed ex Apostoli monito post unam & alteram correptionem talis est devitandus, *ad Tit.* 3. *versic.* 10 [Leonhard. Hutter. *in Aulic. Politic. Calvin. cap.* 2. *p. m.* 136.] Ideoq; Christus civitates verbum suum non recipientes, deseri, non deleri præcepit, *Matth.* 10 *versic.* 14. Zizania non eradicari, sed relinqui voluit, *Matth.* 13. *vers.* 29. *& seqq.* Samaritanos infideles igne de cœlo descendente, ad petitionem discipulorum exuri renuit, *Luc.* 9. *versic.* 54. Et si talis quietus † hæreticus, qui neque apertè blasphemat, neque errorem suum spargere conetur, monitus ad concordiam 21 22 23

cordiam Ecclesiæ redire detrectet, devitandus quidē est, non tamen per externam vim, ad veritatem cogendus, quod & Petrus fideliter suis commendat presbyteris, scribens: pascite, qui in vobis est, gregem Christi non coactè, sed spontaneè secundum Deum, 1. *Petr. 5. versic.* 2 [Populus siquidem novi Testamenti non servitutis, sed libertatis accepit Spiritum, *Psalm: 110. vers. 3. Rom. 8. vers. 15. 2. Cor. 3 vers 16.* Et ex hisce respondetur ad ea quæ in contrarium adferri solent ex *Deuteronom 13. vers. 5. 6. & ibi etiam Osiand. in gl.* Hinc Bernhardus jubet, ut Prælati discant, subditorum Patres se esse, non Dominos, *sermon. 25. in Cantic.* refert Johan. Lorin. *in Commentar. in lib. Numer. cap. 11. vers. 12 fol. 385.*] Non enim tam
24 tortore † quàm Doctore hic opus est, Lips. *lib. 4. politic. cap. 4.* Nova & inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem, inquit D. Gregor. scribens Johanni Episcopo Constantinopolitano *relat. in cap. quod autem, distinct. 45.* quia pastores, non percussores facti sumus, inquit idem Gregor. *d. loc.* [Jacob. August. Thuan. *lib. 1. Histor. circ. fin.* ubi crudelitatem in Indos usurpatam culpat. Contrarium ex politicis novissimè tuetur Wihilm. Ferdinand. ab Effern. *in Manual. Politic. lib. 2. punct. 10.* ubi opinatur Legem Dei & Legem Gratiæ damnare & ad pœnam vocare Hæreticos. An verò donis & munusculis ad Religionem aliquem allicere fas sit? Ita ex Thom. videtur velle Johan. Lorin. Jesuit. *in Commentar. in lib. Numer. cap. 10. vers. 29. fol. 340.*]

25 Si verò pœnitentiam † agat, humaniter ab Ecclesia recipi debet, *cap. ad abolendam, §. 1. ibi: nisi continuò post deprehensionem erroris; ext. de haret.* & ibi Abb. *num. 6.* Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 98. nu. 26.* Cum verò Hæresis crimen censeatur publicum, *cap. jus publicum, distinct. 1. l. Manichaos, Cod. de haretic & Manich.* Prosp. Farinac. *lib. 1. decis. 51. nu. 3:* à qua propter solam pœnitentiam nō videtur quis innocens. *l. 65. in fin. ff. de furt.* ideoq; necesse erit, cum publicè hæreticus Ecclesiæ scandalum præbuerit, publicè etiam talem puniri, & ad publicam hæreseos abjurationem, antequam recipiatur ab Ecclesia, adigi.

Hac in re eleganter distinguit Menochius inter
26 hæreticum † manifestum, qui hæresin publicè professus est, multosq; scandalizavit vel etiam seduxit: Et tunc non satis est pœnitentia privata, sed accedere etiam debet hæreseos abjuratio publica, quia pro manifestis criminibus manifesta est injungenda pœnitentia, *cap. veritas, de pœnit. distinct. 1. cap. cum apud caus. 11 quæst. 3.* [Neque manifesta peccata occulta correctione purganda, *c. 1. de pœnit. & remiss. c. quod de his, c. de cætero, c. tua nos,* Andr. Geil. *de Pac. publ. cap* 18 *num. 26.*] Et inter hæreticum non manifestum, quo casu sufficeret privata pœnitentia & confessio, *lib. 2. de arbitr. cas. 372. num. 2. & 13. & vide quæ idem de hæretico relapso cas. 374 tradit.*

Seditiosus † verò & blasphemus hæreticus, si 27
aliquid moliatur & publicè blasphemias in Dei Majestatem evomat, puniri pro delicti qualitate potest, *d. Novell. 77. cap* 1. Hæc enim res mali est exempli, quæ non toleranda, *l. exemplo Cod. de probat.* Etsi ad fidem nemo cogi debet, externa tamen disciplina conservanda est, ne liceat petulantibus hominibus turbare ordinem Ecclesiæ & disciplinam Christianam, Dn. D. Mentzer, *d. Exeges. August. Confess. artic. 16.* Imò detestanda patientia,
† quæ videns vineam Domini ante oculos ab im- 28
manissimis monstris devastari, connivere velit; Quicquid enim lupus in ovili, aper in vinea, id in Ecclesia Dei blasphemus & seditiosus hæreticus, Auctor. *de jur principat. conclus. 25.* [De cujus pœnis quoad jus Saxonicum, vid. Matth. Coler. *decis.* 177.]

Tales hæretici sunt Anabaptistæ, † in quos 29
de novissimis Imperii Constitutionibus gladio ultore animadvertitur, R. A. zu Speyer, de An. 1529: Nach dem auch kürtzlich/ ... : daß alle vnd jede Widertäuffer vnd widergetauffte Mann- vnd Weibspersonen/ verständiges Alters/ vom natürlichen Leben zum Todt mit Fewer/ Schwerdt/ oder dergleichen/ nach gelegenheit der Personen/ ohn vorgehend der geistlichen Richter inquisition, gericht vnd gebracht werden. Vnd sollen derselben Friedbrecher/ Hauptsächer/ Landläuffer/ vnd die auffrührige Auffwickler des berührten Lasters des Widertauffs/ auch die/ so darauff beharren/ oder zum andernmal vmbfallen/ in solchem keines wegs begnadet/ sondern gegen ihnen/ vermög solcher Satzung/ ernstlich mit der Straff gehandelt werden. Welche Person aber jhre Irrsal für sich selbst/ oder auff vnterricht vnd Vermahnung vnverzüglich bekennen/ denselbē zu widerruffen/ auch Buß vnd Straff darüber anzunehmen willig sind/ vnd vmb Gnade bitten würden/ daß dieselbige/ nach Gelegenheit jhres Stands/ Wesens/ Jugend vnd allerley Vmständ mögen begnadet werden/ &c. ... Constit. ... Constitution oder Mandat wider die Widertäuffer/ & Reichs Abschied de Anno 1551. hierauff haben wir mit Churfürsten/ &c.

Pontificii † itaque & Calviniani quidàm non 30
attendendi censores, qui flammis, ferro, & vi promiscuè in hæreticos sævire docent, exemplisq;

plisque id quotid è comprobant. [vid. Clar. *in §. Hæresis.* Card. Tusch. *pp. conclus. 102. per tot. ubi latè, lit. H.* Eff. *in Manual. politic. lib. 2. punct. 10*] Aliter sentit Chrysostomus *in homil. de Anathem.* Dogmata, inquit, ab hæreticis profecta anathematizari oportet, hominibus autem ipsis parcere & pro salute ipsorum orare. Cyprianus abstentos esse vult pertinaces hæreticos à communione fidelium, scribens ad Caldon. Herculan. *Epist. 38. & seq.* Præclara est Constantini M. sententia, dicentis: Ut summæ est clementiæ, eorum vicem dolere, sic hominibus, cum mente capti sunt, pœnas infligere extremæ est dementiæ & inscitiæ, Euseb. *lib. 1. de vit. Constant. cap. 38.* ut refert Zepper. *lib. 4. leg. Mosaic. forens. cap. 3.* adde Cran. *de pac. Religion. art. 2. problem. 1. pag. mihi 189.*]

Quamobrem Constitutiones Impp. simpliciter capitis pœnam † infligentes hæreticis, non
31 de naturali, sed civili capite, hoc est, deportatione & exilio, intelligendas asserit, VVesenbec *in paratit. num. 6. C. de hæretic. & Manich.* Hackelman. *ill. disputat. 34. thes. 14. lit. b.* Ideò æquius multò, pariter & communius per Dd. receptum est, in dubio, in quacunque dispositione tam hominis, quàm legis & statuti, pœnam capitis sive capitalem intelligi debere non de morte naturali, sed de civili, hoc est, de deportatione vel relegatione (& sic de perpetuo exilio, quod successit loco deportationis) *secundum gl. in l. 1. in pr. super verb. capitali, Cod. ne Christ. mancip. item & gl. in l. fin. C. de vet. numism. potestat. lib. 11. item & in l. in criminali, ff. de jurisd. omn. jud. item & gl. in l. si mater. ff. de instit. & subst. item & gl. in l. un. ff. de crim. peculat.* facit cum primis text. *in l. præsenti, in pr. C. de his, qui ad Eccles. confug.* ubi Imp. vi-
32 dens non sufficere, esse factam expressionem de pœna capitali, quia ex hoc non inferebatur pœna mortis, ideò ibi dixit: capitali, & ultimi supplicii, &c. quæ opinio non solum est magis communis, sed etiam ab Assessoribus ita practicatur, teste Farinac. *in prax. crim. tit. de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 19. num. 3.* Vide etiam quæ de hac quæstione tradit D. Meisn. *in sobr. Phil. sect. 2. q. 4.* Ernest. Cothm. *ad lit. C. de hæret. ubi argumenta contraria refert & refut.* [Matth. Stephan. *ad lib. 1. Cod. tit. 5. post tractat. de jurisd.* Marsil. Patavin. *in defensor pac. par. 2. d. cap. 10.* Roland à Vall. *consil. 8. lib. 3.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 16. & seq.* Luther. *de consil. lib. 2. cap. 9. num. 17. & seqq.*] Et tantum hæc breviter de hæreticis. [Plura de hac materia vid. apud allegat. & inter alios Johan. Azor. *Institut. Moral. lib. 8. cap. 9. 10. & seq.* ubi de hæreticorum pœnis, evitatione, &c. latè agit ex præsuppositoCanonum, Guilielm. Ames. *de casib. conscient. lib. 4. cap. 4.*]

Blasphemos † quod attinet, illos simpliciter 32
à Magistratu seculari pro qualitate blasphemiæ non solùm ex novissimis imperii Constitutionibus puniri posse constat, Reichs A. zu Augspurg de Anno 1530. §. sub tit. Von Gotteslästerungen und Gottesschwüren / &c. sed etiam de jure civili, *Novell. 77. cap. 1.* quia propter talia delicta, ut cum Imp. Justiniano loquar, Deus provocatur ad iracundiam, fames & terræ motus, & pestilentiæ fiunt, civitates & Respubl. læditur, *per text. in d. Nov. 77. c. 1.* Qui enim tremendam ac unicè adorandam Majestatem ludibrio habent, veram religionem & concordiam violant Christianam, dignissimi sunt supplicio. Sicut omnium peccatorum, † quæ 33
à Principibus condonantur, nulla laudabilior venia, quàm cum injurias sibi illatas ignoscunt, ita & pœnarum capitalium nulla acceptior & gratior est, quàm quæ acerbissimè de contumelia immortali Deo illata exigitur, Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10. pag. 260.* Et jure etiam divino pœna mortis in blasphemos constituta erat. [*Levit. 24. v. 16.*] Sic Chore, Datan & Abiron cum suis asseclis ob blasphemiam terræ hiatu absumuntur, *Num. 16. v. 26.*

Est enim blasphemia † contumeliosa de Deo 34
locutio, vel etiam de sanctis ejus, ut post Bart. & alios ex communi opinione tradit Clar. *in pr. crimin. §. blasphemia, num. 1.* & ideò hoc crimen omnibus aliis delictis & facinoribus detestabilius, cum in divinam Majestatem contumeliosè commitia ut, per ea quæ tradit Farinac. *in pr. crim. quæst. 20. num. 4. & seqq.* ubi pro more suo eruditè & prolixè de hac materia disserit, adde Nicol. Boër. *decis. 301. per tot.* ubi, quot modis committatur blasphemia, tradit Menoch. 2. *arb. cas. 375. per tot.* Cost. *de fact. scient. & ignorant. inspect. 17.* Gilhaus. *in arb. criminal. c. 6. part. 1. § 19. & seq.* [Mascard. *de Procat. conclus. 194. verb. blasphemia.* Caball. *resolut. crimin. centur. 3. cas. 296.*]

Quid verò † si aliquis loquatur de Deo non per 35
se blasphema, vel contra ejus Majestatem & omnipotentiam, sed inconvenientia, num sic blasphemia & ejus pœna punienda? Et videtur quod non, per regulam Theologorum: Qui n lo-

attribuitur Deo, quod non est, illud quidem maledictio, sed non blasphemia est, juxta *summ. Tabienam in verb. blasphemia*, quã ad hoc allegat Caspar Anthon. Thessaur. *quæst. forens. 78. part. 1.* ubi concludit ejusmodi maledictorem qui Deum cornutum, more Italorum in lusu dixerat, blasphemiæ pœna, propter certas tamen circumstantias, mitius fuisse punitum. vid. etiam ibid. alia de pœnis blasphemorum.]

36 Sunt ex nostris qui statuunt † blasphemos committere peccatum in Spiritum sanctum, quod tamen ita simpliciter non procedit. Nam licet omne peccatum in S. Sanctum sit cum blasphemia conjunctum, non tamen omnis blasphemia est peccatum in Spiritum S. Differunt itaque blasphemia & peccatum in Spiritum S. ut pars & totum, per ea quæ eruditè tradit Dn. D. Feurborn. amicus meus singularis *in Dissertat. Theolog de Peccat. in Spirit. S. c. 4. 5. 6. & seqq.* [Idq; ipse Christus satis innuit *Marc. 3. v. 28* ubi attestatur, ipsam etiam blasphemiam in Deum remissibilem, peccatum verò in Spiritum S. irremissibile fore. vid. quæ de hac blasphem. materia novissimè & prolixè scripsit David. Mauden. *discurs. moral. 6. in 2. Præcept. Decalog fol. 473. & seqq.*]

CAPUT. VI.

DE VOCATIONE MINISTRORUM *Ecclesiæ, & quatenus illa ad Curam Ecclesiasticam Principis pertineat.*

SUMMARIA.

1. *Ad Principis potestatem Ecclesiasticam pertinet cura vocationis, visitationis, sustentationis & protectionis ministrorum Ecclesiæ.*

2. *Ipsa vocatio munus est totius Ecclesiæ. Legitimè vocati nec Principis, nec populi, sed Ecclesiæ ministri propriè dicuntur.*

3. *Cleri, plebis & ordinis consensus & desiderium requiritur. Cum toto clero, & populo Romano electio fieri debet.*

4. *Solus Princeps vocandi ministros Ecclesiæ jus non habet.*

5. *Pius Magistratus non est tota Ecclesia, sed tantùm membrum ejus. Non est Dominus sed nutritius. In sinum ejus delata est Ecclesia ut foveatur, non ut conjundatur.*

6. *Ius reformandi religionem non ex nudo, & mero arbitrio Principis dependet, sed Ecclesiæ consensu fieri debet.*

7. *Objectio. 8. Ad eamq; responsio. Leges generaliter loquentes restrictionem recipiunt ex habilitate subjectæ materiæ. Ita facienda interpretatio, ut quoad ejus fieri potest, absurditas evitetur.*

9. *Ipsa reformatio totiy Ecclesiæ: Cura autem & directio externa reformationis Principi tribuenda. Suadendo, non jubendo religio cordibus hominum imprimitur.*

10. 11. *Nec Princeps solus jus vocandi ministros Ecclesiæ sibi ascribat, nec ministerium has partes sibi vindicet. Quod ad omnes pertinet id ab omnibus approbari æquum est. Ecclesiæ ministris nefas est sumere partes Domini.*

11. *Monarchicus status & dominatus toties à Christo discipulis fuit prohibitus, nec unquam usurpatus.*

13. *Pontifex cum suis vocationem & electionem Ecclesiæ eripit, ad se solum suosq; transferens.*

14. *Omnia decenter, & ordine fiant in Ecclesia. Nec Monarchica, nec Democratica est Ecclesia in his terris gubernatio sed Aristocratica.*

15. *Ex triplici statu constat Ecclesia, Ecclesiastico, Politico, & populari. Singulis sua partes in vocatione debentur.*

16. *Magistratui utriusq; tabulæ custodia, & executio severissimè demandata est.*

17. *Ecclesiasticus status debet consulere de persona idnea: Popularis approbare. Politicus decernere. Olim invita plebi non fuit datus Episcopus.*

18. *Quatenus aliàs vocatio ad Ministerium, ad Magistratum, & populum omnesq; ordines pertineat?*

19. *Consistoria Ecclesiastica ad quid in Ecclesiis Evangelicis constituta?*

20. *Ratio dubitandi, ad eamq; responsio.*

21. *Defectus vocationis certissima est nota hæreticorum, sine vocatione intrantium, ac gregem Dei dilaniantium.*

22. *Lutheri vocatio duplicem respectum admittit, vel ratione prædicationis verbi, vel ratione reformationis Ecclesiæ. Vocatio Lutheri respectu prædicationis fuit ordinaria, &c. 23. Respectu reformationis Ecclesiæ, aliquid extraordinary continet. Extant alia non obscura divina istius missionis indicia, & argumenta.*

24. *Potest quis officia sua absq; ambitionis vitio decenter, & modestè offerre. Dolo vero, vi, aliisq; malis artibus se ingerere nimium turpe est.*

25. *Ministrorum Ecclesiasticorum expectativæ,* [illegible]

vivente adhuc Ecclesiæ ministro, nec peti nec promitti justè possunt. Turpe est, & divini plenũ animadversione judicij, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat.

26. *Quatenus ab Ordinario loci vel Patrono hæc conditio adjici possit, ut substituendus in ministerium prædefuncti Pastoris viduam vel filiam in matrimonium ducat?*

1 AD Principis potestatem Ecclesiasticam pertinet † Cura *vocationis, visitationis, sustentationis & protectionis*, ut scilicet ministri juxta divinitus institutũ ordinem vocentur, visitatione & inspectione decenti excitentur, ac honestè sustententur & defendantur.

2 Dixi autem curam vocationis † ad potestatem pertinere; quia ipsa vocatio bonum & munus est totius Ecclesiæ, [juxta illud: omnia vestra sunt, 1. *Corinth.* 3. *v.* 21.] pertinens non ad jus Politiæ, sed regnum Christi, cum discrimen sit inter regna Politica & regnum Christi, *Iohan.* 18. *vers.* 36. Nam cui datæ sunt claves regni cœlorum, illi & data est potestas vocandi idoneos ministros. Sed toti Ecclesiæ datæ sunt claves regni cœlorum, *Matth.* 18. *vers.* 17. Clariss. Dn. D. Winckelman *de jur. vocand. ministr. in disput.* 1. *tom.* 3. *Giess. thes.* 37. Dn. M. Hateman. Samson. *in libell.* Von dem Beruff der Prædicanten/ *p.* 74. [Conrad. Dieteric. *in instit. Catechet. in Explicat Symb. Apostol. Loc. de vocat. ministr. p.* 511. *& seq* Fridéric. Balduin. *de casib. conscient. lib.* 4. *cap.* 5. *cas.* 3. Indeque legitimè vocati neque Principis, neque populi, sed Ecclesiæ ministri propriè dicuntur, Joh. Himmel. *in disput. de Natur. Eccles. th.* 149.] Quod

3 etiam non obscurè innuit Cyprianus, † inquiens, Episcopo semel facto, & Collegarum ac plebis testimonio & judicio, comprobato, alium constitui nullo modo posse *in Epist.* 41. *in fin.* exemplo Apostolorum *Actor.* 1. *vers.* 23. *Actor.* 6. *vers.* 3. *& seqq. &* 14. *vers.* 22. Exemplo Cælestini Papæ dicentis, Cleri, plebis & ordinis consensus & desiderium requiratur, *c. Cleri & cap seq. dist.* 63. Idque à Gregorio quoque constitutum, & ut Pontificis electioni, & Clerus & populus intersit, rescriptum est, *cap. quando, dist.* 63. & Gelasius omnes in Sacerdotem eligendum consentire debere docet, *cap. plebe, dist.* 63. Ita Nicolaus non antè Episcopum consecrare vult, quàm Clerici & populi electio præcedat, *c. Episcopos, d. dist.* 63. Similiter Pelagius omnium consensum requirit, *c. literas, dist. ead.* Ac Leo VIII. cum toto Clero & populo Romano electionem fieri debere, rescribit, *c. Synodo, dist. ead.* Quare solus Prin- 4
ceps † vocare Ministros Ecclesiæ non debet, neque excusari potest, si invitæ Ecclesiæ, justas contradicendi causas habenti ministros obtrudat, Clariss. Dn. D. M-ntzer. *in Exeges. August. Confess. artic.* 14. Pius enim Magistratus † non est tota 5
Ecclesia, sed tantùm membrum ejus. Nec est dominus, sed nutricius Jacob. Heerbrand. *in disp. de Adiaphor. & Calend. Gregor.* In sinum ejus delata est Ecclesia, nempe in sinum (ut Lipsij utar verbis,) ut foveatur, non confundatur. Sicuti enim sidera splendorem habent, sed ut usibus mortalium deserviant: Sic Magistratus potestatem aliquam circa Ecclesiastica, sed cum utilitate Ecclesiæ devinctam habet.

. Huic consequens est, jus etiam reformandi † 6
religionem, non ex nudo & mero arbitrio Principis dependere, sed Ecclesiæ consensu fieri debere, exemplo Davidis, 2. *Samuel* 7. Hiskiæ, qui diligenter in reformatione sua locutus est, cum Doctoribus & sincerioribus Levitis, 2. *Chronic.* 30 *vers* 22. ita tamen, ut omnes verbo Dei subjiciantur, *Esa.* 8. *vers.* 20. Cui non obstat † quod in 7
transactione Passaviensi & pacificatione religionis, statibus imperij hoc jus tributum reperiatur, his verbis: der Augspurgischen Confession so sie in ihren Fürstenthumben auffgerichtet/ oder nochmahls auffrichten würden/ vnd damit/ in Recess. de Anno 1555.
quia leges † utcunque generaliter loquentes, re- 8
strictionem recipiunt ex habilitate subjectæ materiæ, *l. ut gradatim, §. etsi, ff. de munerib. & honorib arg. l.* 1. *Cod. de SS. Eccles.* Gœdd. *ad l* 1. *de V. S. num.* 50. Et ea, quæ simpliciter proferuntur, ad id, quod rationis, pietatis & honestatis est, coarctanda sunt, *arg. l.* 1. *§. quod ait, ff. ne quid in loc. sacr.* Zas. *in l quoties in stipulationibus, num.* 8 *ff. de verb. obligat. &* Zas *cons.* 14. *num.* 54. *&* 57. *lib.* 1. Et ita interpretanda, ut quoad ejus fieri potest, absurditas evitetur, *l. scire oportet. § aliud, ff. de excusat. tutor. l.* 1. *ff. ne quid in loc. sacr.* Cacheran. *decis* 169 *num.* 5. *&* 6. omnibusque Principum Constitutionibus & legibus justissima inest illa clausula: Ut civiliter intelligantur, & quædam in sermone tacitè, licet non expressè excipiuntur, *text. in l* 9. *de servit.* Materia verò subjecta id non patitur, ut ita generaliter ista verba interpretemur, & absolutè ad solos Principes referamus, alioquin absurdus sequeretur intellectus contra verbum

verbum Dei, quod contrarium disposuit, ut antea demonstratum. Itaque distinguendum existi-
9 mo inter ipsam † reformationem & curam ac directionem externam reformationis. Illam toti Ecclesiæ: hanc Principi, tanquam nobili ejus membro & nutricio tribuendam verius puto. [Quamobrem si Princeps justo pietatis Zelo ductus, & per gratiam Dei meliora edoctus, reformationem aliquam suscipiendam necesse esse existimaverit, tunc & exemplo bono & edictis publicè propositis, subditos ad puriorem doctrinam & emendationem invitare poterit. Prout de Clodovæo Francorum Rege scribitur, quod is à S. Remigio, Episcopo Remorum baptizatus, exemplo & edicto Francorum Populum, ad Christi fidem invitaverit & perduxerit, Gualther. *in Chronolog. Ecclesiasticopolitic. sub Anno* 499. Et huc pertinet notabile exemplum susceptæ reformationis ab Ezechia Rege, 2. *Chronic. cap* 30. *per tot.* Rectè autem dictum Principem exemplo bono & edictis invitare, non autem præcisè ad fidem & puriorem doctrinam cogere debere: cum non jubendo sed suadendo religio cordibus hominum imprimatur.]

Sicut autem Princeps hoc jus vocandi Ministros Ecclesiæ sibi soli adscribere non potest nec
10 debet, ita nec ministerium † has partes sibi vindicabit. Nam uti Ecclesiæ gubernatio in hisce terris non est Monarchica nec Oligarchica, ita nec vocatio ministrorum, ab unius alteriusve hominis vel ordinis arbitratu dependere debet, sed potius, quod ad omnes pertinet, id etiam ab omnibus approbari æquum censetur, Ernest. Cothman. *resp. Academ.* 42. *num* 32. ita ut omnia in Ecclesia ejusque regimine Aristocraticè temperata sint, per ea quæ tradit D. Balthas. Meisner. *in elegant. disput. de Regim. Ecclesiast.* Cum ita-
11 que omnia ordinatè & decenter † fieri debent, solis Doctoribus verbi & Ecclesiæ ministris attribui non debet, quibus nefas esset sumere partes Domini Sunt namque ministri Ecclesiæ, 2. *Corinth.* 1. *vers.* 24 non Domini, 1. *Petr.* 5. *vers.* 3. quasi liceat ipsis discipulorum fidei dominari, obtrudendo ijs qualescunque ministros, & quævis credenda, quæ sermonibus Dei non continentur, Petr. Martyr. *in lib.* 2. *Reg. cap.* 6. §. *triplex, in fin. fol.* 246. Si enim dominari magis quàm consulere quærant, placet honor, inflat superbia, & quod provisum est ad concordiam, scendit ad noxam, inquit Leo Papa *in c. licet, di-*
stinct. 45. Quamobrem Monarchicus status † & 12
dominatus toties fuit ipsis à Christo prohibitus, *Luc.* 9. *vers.* 34. *Matth.* 18. *vers.* 1. *Marc.* 9. *vers.* 34. neque unquam usurpatus, D. Nicol. Hunnius *in demonstrat. ministr. Luther. Class.* 3. *num.* 29. & *seqq.*

Et ita Pontifex † cum suis non rectè facit in 13
eo, quod vocationem, & electionem Ecclesiæ eripit & ad se solum suosque transfert, Besold. *de Ecclesiast. Majestat. jur. Class.* 1. *disputat.* 4. *thes.* 6. Dissentit Bellarmin. *lib.* 1. *de Cleric. cap.* 7.

Nec etiam promiscuæ multitudini † id tri- 14
buendum, propter ordinis boni in Ecclesia conservationem, ut omnis evitetur confusio, sed omnia decenter fiant & ordine, 1. *Cor.* 14. *vers. ult.* ita ut nec Monarchia, nec Democratica sit Ecclesiæ in his terris gubernatio, sed Aristocratica, Clariss. Dn. D. Mentzer. *in d. artic.* 16.

Quare cum ex triplici statu constet † Eccle- 15
sia, Ecclesiastico, sub quo Pastores: Politico, sub quo Magistratus secularis: & Populari, sub quo quivis de populo: singulis suæ partes in vocatione debentur, ita ut primæ quidem debeantur statui Ecclesiastico, qui de vocandorum integritate vitæ, sinceritate doctrinæ & dexteritate docendi omnium optimè judicare potest. Ernest. Cothman. *dict. resp. Academic.* 42. *numer.* 42. [Frider. Balduin. *de casib. Conscient. lib.* 4. *ca* 5. *cas.*
3.] Secundæ partes Magistratibus † quibus u- 16
triusque Tabulæ custodia & executio severissimè demandata est, & ut Ministeria Ecclesiæ ritè ac rectè constituantur & administrentur, gravissimè præceptum est. Hi itaque cum & utriusque Tabulæ custodes, Ecclesiæ nutritores sint ac tanquam Clypei & scuta in populo eminere dicantur, Ecclesiam dotare, falsos cultus & dogmata exemplo piorum Regum, Davidis, Josaphati, Josiæ, Constantini M. Theodosij & aliorum, abrogare debent, *fac. c. reatina, cap. Hadrianus, c. in synodo, dist.* 63. ad ipsos etiam non parum hæc cura pertinet. Tertiæ denique † popu- 17
lo, Clariss. Dn. D. Winckelman. *de jur. vocand. ministr. in disp.* 1. *tom.* 3. *Giess. thes.* 20. & *mult. seqq.* Et breviter, Ecclesiasticus status debet consulere de persona idonea: popularis approbare: Politicus decernere, Dn. Nicolaus Hunn. *in demonstr. minist. Luth. class.* 3. *nu* 6. [Confer Johan. Lorin. Jesuit. *in Comment. in lib. Numer. c.* 16. *vers.* 24. *in fin.* ubi ex Canonibus ostendit olim invitæ plebi non fuisse datum Episcopum.]

18 Vel etiam vocationem † ad ministerium & ordinem Ecclesiasticum pertinere dicimus, quoad doctrinæ, probationis, examinationis, consecrationis & ordinationis immediatam, primam & præcipuam curam, quoad jurisdictionem, & ordinati confirmationem & postulationem pertinere ad Magistratum, sed quoad consensum & approbationem omnium ordinum atque populi quoque suffragia libera & soluta valere debent, Ernest. Cothman. *d. resp. Acad.* 42. *num.* 56.

19 Ad præcavendas † contentiones in plurimis Ecclesijs Evangelicis, constituta sunt Consistoria Ecclesiastica, ex viris Ecclesiasticis & honoratis, religiosisque politicis, negotia Ecclesiastica vocationis & alia expediendi, qui Ecclesiam repræsentant, quo tamen non omnis potestas populo adimitur, si justas contradicendi causas habeant, ne invitis obtrudatur quispiam, Dn. D. Winckelman. *dict. loc. th.* 57. *& seq.* [Pro
20 ratione dubitandi † adferri communiter solet, 1. exemplũ Osiæ sacrũ adolere volentis, qui propterea lepra percussus, 2. *Chron.* 26. 2. Quod Reges & Principes sint in numero oviũ, qui se totos Pastoribus committere, & non de ijs vocandis solliciti esse debent. Ad utrumque eleganter respondet Georg. Cassand. Et quidem ad 1. Hoc non agi hic, ut Magistratus propria Sacerdotum sumant officia, ceu fecit Osias, sed ut eos in officio contineant & ad illud exsequendum non solùm auctores sed & auxiliatores sint. Ad 2. verò respondet, quod in divinis literis, Reges non oves modò, sed nutritij etiam Ecclesiæ appellentur, qui ut ipsi, nec oves pascere nec de pabulo de se judicare debent, tamen ovibus de idoneis pa-
„ storibus prospicere, & ut illis idoneum pabulum
„ suppetat, providere tenentur, *in consultat. ad Au-*
„ *gust. Confess. artic.* 16. *in fin.*]

21 Vocationis † defectus certissima est nota Hæreticorum, qui sine vocatione intrant tanquam fures & lupi, ac gregem Dei dilaniant, juxta illud Ezechielis: Currebant, & non mittebam eos: Et illud Christi; Veniunt in vestimentis ovium. Et illud Johovæ apud Prophetam: Non misi eos, nec locutus sum ad eos, *Ierem.* 4. *versic.* 14. non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant, *Ierem.* 23. *versic.* 21. *cum similib.* Anton. Faber *in Cod. rer in Saband judicat. lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 18. *rubr, secunda hæreticorum nota, vocationis defectus.* Ubi tamen malè id ad Lutherum extendit, quasi is legitimam vocationem non habuerit & propterea Hæreticus fuerit, quia neque immediatam vocationem jactare potuit, neque mediatam & ordinariam ab Ecclesia habuit, quæ ipsi tum temporis contradixit. Verùm optimus mihi Antonius Faber, faber est, quando in jure fabricat, sed in hoc negotio & quæstione, quando contra veritatem Evangelij disputat, magis ingenij acumen obscurat, & superstitionis suæ morbum prodit, quàm ut solidi quid adferat. Ne itaque ipsius objectio tacitè prætereatur, quæ nostrorum Theologorum sententia de Lutheri vocatione sit, breviter subjiciendum esse duxi; qui ita communiter statuunt: Lutheri vocationem
† respectum duplicem admittere: Vel enim 22
consideratur ratione prædicationis verbi: vel ratione reformationis Ecclesiæ: Respectu prædicationis fuit ordinaria, dum ad docendum Dei verbum ab hominibus, apud quos illo tempore potestas mittendi erat, missus est, 1. Cum ad Ecclesiasticum munus ordinaretur. 2. Cum professio Theologica ipsi demandaretur 3. Cum insignia & privilegia Doctoralia conferrentur. Licet verò Pontificij fuerint, à quibus vocabatur, & in modo quoque ordinandi & vocandi multa desiderentur, attamen ea omnia non tollunt substantiam vocationis. Missus enim est ad Dei verbum docendum & prædicandum & huic suo officio fideliter satisfecit, errores Papisticos arguendo. Quare de legitima & ordinaria Lutheri vocatione dubitare nequeunt, nisi suis hominibus, à quibus tum vocatus est, jus ac potestatem vocandi denegare voluerint. Nam quamvis expressè non vocaretur ad oppugnandum Paparum, attamen dum ad doctrinam Apostolicam prædicandam vocabatur, consequenter etiam ad Idolomanias Papisticas ostendendas missus est: Doctrina enim Apostolorum, atque adeò Evangelium Christi purè doceri nequit, nisi degenerata Papalia missa fiant & redarguantur.

Quod verò spectat Reformationem Ecclesiæ 23
à Luthero susceptam & feliciter peractam, in ea aliquid extraordinarij delitescit. Proculdubio enim à Deo excitatus est, ut fideli ipsius ministerio Ecclesia errores agnoscere disceret, & à tenebris post jam diu perpessam servitutem liberaretur. Hanc extraordinariam ipsius vocationem miraculis demonstrandam fuisse dicunt Papistæ; Verùm cum doctrina ejus non fuerit nova, sed

antiquis

antiquis Apostolicis miraculis abundè, jam olim comprobata, propterea nihil refert, etiamsi nulla signa aut prodigia ediderit, qualia jactaturos esse falsos Prophetas, prædictum legitur, *Matth. 24. v. 24.* Habemus alia haud obscura divinæ istius missionis indicia & argumenta, qualia sunt 1. Doctrinæ puritas, & cum scriptis Apostolicis convenientia. 2. Donorum excellentia, præsertim robur & magnitudo animi. 3. Felicissimus & inexpectatus, toto etiam mundo fremente ac renitente, successus. & tandem. 4. Apostolica prædictio, *Apoc. 11. v. 3. & 14. v. 16.* Dn. Meisner. *in Consult. Catholic. de fide Lutheran contra Less. consil. pag 181. & seq.* [De qualitate & eruditione vocandorum & ordinandorum multa proponuntur in jure Canonico *dist. 36 c. 1. & seqq. passim distinct 37. & distinct 38.* Posset etiam idoneus ali-
24 quis † ante vocationem solennem officia sua sine ambitionis vitio decenter & modestè offerre, *argum. 1 ad Timoth. 3. v. 1. & ibi* Osiand. *in gloss. lit. a.* Dolo verò, vel vi aliisq; malis artibus se ingerere minimè licet. Hic etiam tangi posset quæstio, de expectativis, uti nostri loquuntur, bene-
25 ficiorum Ecclesiasticorum, † & an ne vivente adhuc Ecclesiæ ministro, alius promissionem futuræ collationis justè petere, & obtinere possit? Verùm id nec piè peti, nec promitti justè posse, Canonibus cautum est, *c. nulla, x. de concess. prabend.* ubi ex concilii Lateranensis decretis ita cavetur: Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia vel Ecclesiæ, tribuantur alicui vel promittantur antequam vacent: Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum & beneficium se crediderit successurum. Cùm enim in ipsis legibus gentilium inveniatur inhibitum, turpe est, & divini plenum animadversione judicii, si locum in Ecclesia Dei, futuræ successionis expectatio habeat. Adde *text. in c. Apostolica, & ibi text. in c. detestanda & c. seq. de concess. Præb. Eccl. non vaca.* Innocent. & Panormitan. *in c. 3. x. de concess. præbend.* ocin. Sen. *consil 53 num. 2. lib 3* Gail. *2. obs. 55 num* ibidem que Bernhard. Grav. Johan Dauth *ad l. fin. num. 28 Cod. de pact.* Modestin. Pistor. *consil. 1. nu. 45. & seq. vol. 2.* An verò Ordinarius loci, vel Patronus hanc condi-
26 tionem adjicere possint, † ut substituendus in ministerio prædefuncti Pastoris viduam vel filiam in matrimonium ducat? Si illa conditio sit præcisa meritò improbatur: Si verò in liberam substituendi voluntatem, quæ maximè in matrimoniis attendenda, rejicitur, non erit improbanda per rationes, quas adduxit Frider. Balduin. *de casib. conscient. lib. 4. cap. 5. cas. 10.* Quæ autem vocationis, ea & demissionis legitimè vocati ratio erit, cum regulariter, res ex iisdem dissolvatur principiis, ex quibus constituitur, *l. nihil tam naturale est ff. de reg. jur.*]

CAPUT VII.

DE VISITATIONE MINISTRORUM Ecclesiæ.

SUMMARIA.

1 *Principi & Ecclesiæ nutritori cura visitationis maximoperè incumbit, & in quibus consistat?*

2. *Ecclesiæ ministri non solum voce & doctrinæ puritate, sed & exemplo, & vitæ integritate præluceant suis ovibus. Disciplinæ gubernaculo neglecto, Religio naufragium pati solet.*

3. *In Principatu Hassiæ Superintendentes singulis annis Ministros visitare in eorumq; fidei & vitæ rationem inquirere tenentur.*

4. *Regnum Dei in simplicitate fidei, non in contentione sermonis consistit, non in sapientia hominum, sed in virtute Dei.*

5. *Qui benè docet, & malè vivit, quod una manu construit, altera destruit. Qui aliter vivit, quàm docet, derogat doctrinæ suæ fidem.*

6. *Pulchrum & ad ædificationem Ecclesiæ maximè utile, vitæ regulam conspirare cum doctrinæ norma.*

7. *Superintendentes in Hassia & vitam, & mores ministrorum diligenter inquirant.*

8. *Ministerii dignitas non pendet à dignitate personæ administrantis, sed instituentis Christi, & verbi divini. Sacramenta obsunt indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus.*

9. *Elegans Seneca dissertatio: Philosophi non præstant, quæ loquuntur, multum tamen præstant, quod loquuntur, quod honestà mente concipiunt.*

10 *Ratio dubitandi. 11. Ratio decidendi Minister malus quatenus dicatur? Ministerium fulget nō suo, sed Christi lumine & splendorem sibi de sole justitiæ mutuat.*

12 *Respondetur ad rationem dubitandi. Baptisma non ideò fit melius, cum per meliorem datur; nec ideò deterius, cum per deteriorem.*

13. *Visitatio est jus annexum Ecclesiasticæ jurisdictioni, & non n. sicam habenti competit.*

14. *Ordinarius & Episcopus potest visitare Ecclesias, & personas Ecclesiasticas sibi subjectas. Superioris est officium corrigere inferiores.* 15. *Declaratio. Modo ordinarius habeat jus administrandi.* 16. *Fallit in Ecclesia specialem visitatorem habente. Et in Ecclesiis specialiter exemptis.*

17. *Visitationis actus exercens in loco aliquo, superior esse, & jus Episcopale habere præsumitur.*

18. *Quilibet status Augustanæ Confessioni addictus jus visitandi usurpare potest, in omnes suæ ditioni subjectas Ecclesias reformatas.*

19. *Per Pacificationem religiosam suspensa est jurisdictio Ecclesiastica in terris statuum Augustanæ Confessionis. Etiam concessa potestas ordinandi, & exercendi religionem.*

20. *Adeoq; & jus visitandi. Cui aliquid conceditur, ei omnia censentur concessa, sine quibus ad id commodè perveniri non potest.*

21. *Exercitium jurisdictionis Ecclesiasticæ, eiq; annexi juris visitandi apud omnes status Evangelicos in continuata hucusq; est observantia.*

22. *In omni dispositione legis vel hominis omnium est optima interpretatio, desumpta ab observantia. Præsumitur actus sequens fieri ad executionem præcedentis dispositionis.*

23. *Observantia tollit omnem dubietatem. Suspensio jurisdictionis Ecclesiasticæ non negativè sed translativè est facta.*

1 CURA visitationis † provida & accurata Principi & Ecclesiæ nutritori maximoperè incumbit, quæ per Consistoriales, Episcopos aut Superintendentes perficienda, per quam inprimis in doctrinam, quam profitentur Ecclesiæ ministri inquiratur, Auditores examini subjiciantur, scandala si quæ orta, removeantur, Sacramenta, juxta institutionem divinam administrentur, disciplina Ecclesiastica legitimè exerceatur, Pareus *de jure Regis quæst. ult. pag.* 89.
2 [Confer Johan. Azor. *Institut. Moral. lib.* 3. *cap.* 40. *& seqq. part.* 2.] Deinde vitæ quoque ratio habeatur, † ut inculpatæ sint conversationis, ac non solùm voce & doctrinæ puritate, sed etiam exemplo & vitæ integritate præluceant suis ovibus. [Quando enim disciplinæ gubernaculum negligitur, religio naufragium pati solet, *c. accedentes, x. de stat. Monach.* VVintzler. *de jurisd. Episcop. German. Tit.* 11. *num.* 1.] Nam experientia docet, neglecta hac per visitationem inspectione Ministrorum, multos, præsertim in pagis & doctrinæ & disciplinæ Ecclesiasticæ exiguam rationem habere, quando magis BOVES, quàm Christi OVES, & SUES diligentius quàm SUOS pascunt & curant, D. Johannes Clajus *in præfatione Evangeliorum quadrilinguium*, refert. Otto Meland. *in Iocoser Ioc.* 433. [Qua de re graviter conqueritur Jehova apud Prophetam *Ezechiel. cap.* 34. *v.* 2. *& seqq.* dicens: Væ Pastoribus Israël qui pascebant semetipsos, &c.] Quare rectè in Principatu Hassiaco & alibi in Ecclesiis Evangelicis superintendentes † officii ratione obstricti sunt singulis annis Ministros visitare. 3
[Confer *c. sicut olim x de accusat. c. conquerente, x. de offic. ordinar. c. decernimus, c. Episcopum* 10. *q* 1. vid. VVintzler *de jurisdict. Episcop. German. Tit.* 11] & inprimis fidei & vitæ rationem inquirere. Fürstliche Hessische Kirchen-Ordnung/ de Anno 1572. sub tit. Von Einigkeit der Lehr vnd Prædicanten/ verß. Wie auch auff den Jährlichen Visitationen von vnsern Superintendenten dahin mit trewem Fleiß gesehen werden so/ daß der Consens vnnd Einhelligkeit in der Lehr vnter allen Prædicanten/ diesis vnser Fürstenthumb/ Land vnd Gebietes/ hinfüro weniger nicht als bißhero beschehen/ nach aller Mögligkeit erhalten werde. [(Idque exemplo D. Apostoli Pauli 1. *ad Corinth. cap.* 1. *vers.* 10. *& seqq.* ubi concordiam in Ecclesia fovendam, dissensiones & schismata, omnibus modis vitanda, severè præcipit & obsecratur. *Ad Philippens.* 2. *v.* 2. *& seq. c. si rector, post med. distinct.* 43. Non itaque laudandi iniqui censores, Concordiæ inter Augustanæ Confessioni addictos, initæ, Anno 1580.)] Wofern aber vnsere Superintendenten befinden/ daß ein oder mehr Prædicanten von diesem einhelligen Consens abweichen/ sich in vnnöthig Gezänck/ [(Athenienses, Philosophos de religione, irreligiosè disputantes, non tulisse, testatur Valer. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 1. *in fin.* adde Azor. *Institut. Moral. lib.* 11. *cap.* 6. *in fin. part* 2. *fol.* 1360. Tantò minus id faciet Magistratus Christianus. Siquidem regnum Dei † in simplicitate 4
fidei, non in contentione sermonis consistit, *c. omnem vim venenorum, Distinct.* 37. Non in sapientia hominum, sed in virtute Dei, 1. *ad Cor.* 2. *v.* 4. 5. *& seqq.* 1. *ad Timoth.* 6. *v.* 6. 7. *& seq.*)] dieser vnser Verordnung zu entgegen/ einliessen/ oder sonsten besondere newe Opinionen oder vnreine/ ärgerliche Lehre vorgeben/ den oder die soll ein jeder Superintendens in seinem Beziřck ersten privatim/ vnd da solches vergebens/ folgends vor dem Special-Synodo hiervon abzustehen/ trewlich vermahnen/ endlich/ da diese Vermahnung nicht fruchten will/ vor den General-Synodum bringen/ vnd wo sich ein solcher Prædicant daselbst auch nicht vnterrichten lassen will/ so soll dasselbig vns vorbracht werden/ darinn ferner/ nach Befindung/ entweder mit Beurlaubung/ oder sonsten gebührender weise zu statuiren haben.

Quamobtem ut supra dictum, veluti in visitatione prima quidem Fidei & puritatis doctri-

5 næ, ita & vitæ honestatisq; non postrema ratio †
habenda erit ministrorum Ecclesiæ. Qui enim be-
ne docet & malè vivit, ex Nazianzeni sententia,
quod una manu construit, altera destruit. [Et qui
aliter vivit, quàm docet, is derogat doctrinæ suæ
fidem, ex Lactant. refert Conrad. Dieteric. *in Ana-
lys. Evangel. Domin. 3. Advent. part. 1. observ. 1.* [Et
bonus pastor non solùm verbo, sed etiam exemplo
præire debet; Verbo quidem prædicationis sanctæ,
Exemplo conversationis inculpatæ & honestæ,
confer cap. magnæ. versic. quod enim, ext. de vot. &
6 *voti redempt.* Ideoq; pulchrum † & ad Ecclesiæ
ædificationem maximè proficuum, vitæ regulam
conspirare cum doctrinæ norma. [1. *ad Timoth. 3.
v. 2. & seqq. vid. cap. non si incompetenter 2. q. 7. c.
Sacerdos 3. q. 7. c. præcipuè 11. q. 3.* Turpius peccatum
est debentis docere, quàm doceri, Marsil. Patavin.
in defens. pac. part. 2. c. 8. pag. 75. & pluribus perse-
quitur *cap. 11. pag. 200. & seq.* Hinc etiam sum-
ptuosior & operiosior præscribitur hostia, pro
peccatis Sacerdotis, quàm aliorum, *Levitic. 4
vers. 3 & seqq. & ibid.* Osiand. *in gloss. num. 1.* Con-
fer Johan. Azor. *Instit. Moral. lib. 6. cap. 26. part. 1.*]
7 Unde pariter † *in Ordinat. Ecclesiast. Hassiaca* Su-
perintendentibus injungitur, ut in visitationi-
bus in vitam & mores Ministrorum diligenter
inquirant, sub tit. Von der Prædicanten Leben vnd Wan-
del/ ibi: So setzen/ ordnen vnd wollen wir/ daß ein jeder vn-
serer Superintendenten auff alle vñ jede Pfarherr seines Be-
zircks ein fleissige Inspection vñ Auffmerckens/ so wol in den
jährlichen Visitationen/ als sonsten/ haben soll/ wie sie sich in
ihrem Ampt halten/ vnd was sie für ein Leben führen/ da dañ
bey einem oder mehr/ einiger straffbahrer Fehl oder Mangel
befunden würde/ als wann sie ihre gewöhnliche Predigten/
Administration der Sacramenten/ Visitation der Krancken/
vnd Kinderlehr versaumbten/ in Neid/ Haß/ Geitz/ [(quos
detestatur Jehova apud Prophet. eos appellans
canes impudentissimos, qui nesciunt saturita-
tem, & declinarunt ad avaritiam, *Esa. 56. vers. 11.
& seqq.*) Hurerey oder Füllerey lebten/ (Hac de re vid.
quæ cavent ur *cap. 3. & seqq. distinct. 35. per tot.*)
vnzüchtige Wort oder Gebärde führeen/ mit leichtfertigen
Leuten sich behengen/ oder solches ihren Weib/ Kindern vnd
Gesinde verstatteten vnd nachsehen. [Hinc in lege Dei,
Sacerdotis filia, in stupro deprehensa graviùs
puniebatur, & flammis exurebatur, *Levit. 21. v.
9.* Heli Sacerdos, ipse sanctus fuit, sed quia filios
suos non erudivit, in omni disciplina & corre-
ctione, supinus cecidit & mortuus fuit, ex D.
Hieronym. refertur *in c. legant, distinct. 37.* Et
describitur historia 1. *Reg. 2.*] sich in Politische Ge-
zänck vnd Hadersachen mengeten/ vnd was der Ding mehr
seyn/ die einem Prædicanten seines Beruffs vnd Ampts hal-
ben nicht anstehen/ vnd zu offentlichem Ergernuß der Ge-
mein gereichen: So soll ein jeder Superintendens in seinem
Bezirck/ dieselben erst privatim, folgends auff den special
Synodis in Gegenwertigkeit etlicher anderer Prædicanten
deßhalben zur Besserung adhortiren vnd vermahnen/ vnnd
da ein solche Vermahnung nicht helffen will/ denselben an ih-
ren Jahrbesoldungen etwas/ es sey an Frucht oder Gelt nach
Gelegenheit der Vberfahrung entziehen/ vnd es armen Leuten
außtheilen lassen/ deßgleichen nach der Vberfahrung/ sie in
der Kirchen oder andere Ort zu bestricken/ auch endlichen/ wo
ferrn dieselbige Straffe nicht Frucht schaffen wolte/ solche in-
corrigibiles entweder ad tempus suspendiren, oder auch
nach gelegenen Sachen vnd mit Rath vnd Approbation des
special vnd general Synodi gantz ab officio removiren.
Delicta tamen graviora & criminalia Principes
Hassiæ sibi solis immediatè reservarunt, ita ut eo
casu à præfectis apprehendi & ad custodiam duci
possint.

Hæc tamen, quæ de vitæ honestate & morum
integritate † dicta sunt, non ita accipienda, ut 8
inde Ministerii dignitas dependeat, quia illa non
dependet à dignitate personæ administrantis,
sed instituentis Christi & verbi divini, quod est
potentia salutis omni credenti, *vide cap. secundum,
distinct. 19.* Et sic Sacramenta, cum obsint indignè
tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumen-
tibus, Augustinus *in cap. Esaiam, caus. 1. q. 1.* & Ni-
colaus Papa dicit, non quales Sacerdotes Domini
sint, sed quid de Domino loquantur, magnoperè
attendendum esse, *c. non quales, 86. d. caus. 1. q. 1.
cum aliquot capp. seqq.* [Idq; ipse etiam Salvator
monuit, *Matth. c. 23. v. 3.* de Pharisæis dicẽs: quæ-
cunq; dixerint vobis, servate & facite: Secundum
opera verò eorum, nolite facere. Si fas est sacris
miscere profana, non abs re est Senecæ de Philo-
sophis dissertatio, *in lib. de Beat. vit.* ubi de se ipso
inferens, quod aliter loquatur, † aliter vivat, idem, 9
inquit, esse objectum Platoni, objectum Zenoni.
De virtute, non de me loquor. Cum vitiis convi-
tium facio. Nec hoc me impediet quo minus
perseverem laudare beatam vitam, non quàm ago
sed quam agendam scio. Non præstant Philoso-
phi quæ loquuntur, quod honesta mente concipi-
unt. Nam quid enim, si & paria dictis agerent, quid
esset illis beatius, &c.[

Huic tamen pro ratione † dubitandi adversatur 10
quod nemo in alium transferre possit, quod ipse
non habet. Pravus verò minister fidem salvificam
non habet. Deinde, quod tales hypocritæ malæ
arbori æquiparentur ab ipso Salvatore, quæ non
potest ferre bonos fructus.

Pro ratione decidendi † nota, quod minister
dicatur malus, vel malitia & pravitate doctrinæ, 11

vel

vel malitia vitæ & morum. Priori modo malus
nihil ædificat: posteriori ædificare potest pro-
pter instituentis Christi ordinationem & effica-
ciam. Nam ministerium fulget non suo sed
Christi lumine, [2. *ad Corinth. cap.4. vers.6.7.*] &
splendorem sibi de sole justitiæ mutuat, ut ex
Ambros. Dn. D. Mentzer. *in Exeges. August. Con-
fess. artic.* 8. Sic scribæ & Pharisæi sederunt in
12 Cathedra Mosis. Ad 1. Resp. † quod minister pra-
vus in vita dispenset bona Ecclesiæ & conferat
dona fidei non ex se & principaliter, sed ministe-
rialiter, ratione ordinis divinitus instituti, cui
præest. Ad 2. Resp. pravos ministros non ferre
bonos fructus qua tales, sed quatenus sunt mi-
nistri Dei propter ordinationem vocationis.
[Confer *c. non nocet 1. q. 1. c. sciscitantibus, 15. q. 8.*
cum similibus *in d. quæst. 1. caus. 1.* Hinc Augu-
stinus, inquit, Baptisma non ideò fieri melius,
cum per meliorem datur, nec ideò deterius cum
per deteriorem. Ideò enim per ministros dispa-
res Dei munus æquale est; quia non illorum sed
ejus est. Et Cyprian. *de Baptism. Christi.* Sive Ju-
das, sive Paulus baptizat, Christus peccatum la-
vat, absolvit & delet. Et non rarò ejusmodi mi-
nistri qui alios ad salutem erudiunt, ipsi verò re-
probi evadunt, similes fabricatoribus arcæ Noæ,
qui tamen in ea servati non sunt. Et statuis mercu-
rialibus quæ aliis viam monstrant, quam ipsæ nec
sciunt nec ambulant, Osiand. *in gloss. ad cap. 9. Luc.
gloss. A.*]
13 Finaliter nota, † quod visitatio sit jus anne-
xum Ecclesiasticæ jurisdictioni, & non nisi eam
habenti competat, *c. si Episcopus ubi gl. verb. si per
alium, de offic. ord. in 6. cap. 1 de censib. in 6.* [*text in
c. in singulis, de stat. Regul.* Nicol. Everhard. Jun.
consil. 1 num 176 vol. 2. Cardin. Ludov. *decis. 4. n. 3.*]
Wesenbec. *consil.* 48 *num.* 65. [Quamobrem non
14 cuilibet visitare licet, † sed tantum ordinario
habenti jurisdictionem in inferiores & sibi sub-
jectos, *c. 1. § hanc autem, de censib. in 6 arg. l. con-
gruit. ff. de offic. præsid. & c. determinnus, 10 q. 1.* Ol-
drad. *consil. 204. in q. 1. vol. 2.* Superioris namq; hoc
est officium, corrigere inferiores, *c. reprehensibiles,
x. de Appellat gl. in c. 1. in verb. corrigere, 18. quæst. 2.*
Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judic. lib. 1. Tit. 3.
de Episcop. & Cler. defin. 34. num. 9 in notat.* Hinc
trita est conclusio, quod ordinarius & Episco-
pus de jure communi fundatam habeat intenti-
onem, ut possit visitare omnes Ecclesias & perso-
nas Ecclesiasticas sibi subjectas, *d. c. 1. § hanc au-
tem & ibi* Gemin. *de censib. in 6.* Socin. *de visitat.
col. 4. num. 4 vers. decimò quarto.* Hercul. Marescot.
2. variar. resolut. c. 15. num. 1. & seqq. vid. Card. Lu-
dov. *decis. Rot.* 4. Præsumuntur autem subjectæ,
quæcunq; existunt in Diœcesi Rot. *decis. 186. n. 1.
part. 1. divers.* quam adducit Marescot. *alleg. resol.*
15. num. 1. Declaravi ideò hoc ita procedere, † mo- 15
dò ordinarius habeat jus administrandi; quia vi-
sitatio significat jus & quandoque vocatur ad-
ministratio, secund. Innoc. *in c. cum nobis olim, in
fin. de elect. Et fac. l. si in aliqua. ff. de offic. Procons.*
Bald. *consil. 48 num 1. vol. 3* Nicol. Everhard. Jun.
de consil. 1. nu 177. vol. 2. Fallit † tamen hoc. 1. Ni- 16
si Ecclesia habeat specialem visitatorem, quia is
facit cessare generalem, Ludovis. *decis. 8. num. 2.
& seqq.* 2. In Ecclesiis specialiter exemptis, quas
ordinarius non visitat: Secus tamen esse in ex-
emptis in genere, quæ propterea non censentur
exemptæ quoad actum visitationis per tradita
Marescot. *de resolut. 15. lib. 2. passim per tot.* VVintz-
ler, *de jurisd. Episcop. German. Tit. 10. nu. 3.* Intan-
tum ut ita specialiter exempti vel aliter privile-
giati ab actu visitationis ordinarii, tanquam hoc
casu incompetentis, appellare possint, ut post
Matthes. Lancellot & alios firmat, Sigismund.
Scacc. *tract. de Appellat. q. 17. limitat. 26. n. 4. vers.
verum tamen est.* Dicitur autem Ordinarius loci,
qui suo jure & non alieno beneficio jurisdictio-
nem habet. Cardin. Tusch. *pp. concl. 185. n. 1 lit. O.
per l. more. ff. de jurisdict.*] Ideóque † visitationis 17
actus exercens in loco aliquo superior esse, & jus
Episcopale habere præsumitur, per ea, quæ tra-
dit Cothman. *resp. Academ. 45. n. 1.* [Sede vacante
capitulum visitabit, quia capitulum sede vacan-
te succedit in omni actu jurisdictionis, *c. his qui
c. cum olim, x. de major. & obedient.* Hercul. Mare-
scott. *de resol. 15. n. 14. & seqq. lib. 2.* [Visitatio in
terris Statuum Augustanæ Confessionis jus & se-
quela est juris territorialis, propter suspensam
jurisdictionem Pontificiam. [Ideoque dubium
non est, † quemlibet statum Augustanæ Con- 18
fessioni addictum, quivé in ejus quasi possessio-
ne & exercitio est hoc jus rite & secundum con-
stitutiones imperii de Religione, usurpare, in o-
mnes suæ ditioni subjectas Ecclesias reformatas.
Quamvis enim hoc in dubium vocare videtur,
Nicol. Everhard Jun. *in sæpe allegato consil. 1. num.
178. vol. 2.* concedens quidem Catholicorum
Episcoporum jurisdictionem in spiritualibus &
rebus ad Ecclesias pertinentibus, contra Augu-

stanæ Confessionis status, esse suspensam, eam tamen in hos translatam esse, ex nullo apparere argumento. Verùm, salva ejus auctoritate, contrarium ex ipsa Pacificatione religiosa, non uno ar-
19 gumento elici potest. Siquidem in ea † non solum suspensa est jurisdictio Ecclesiastica, in terris statuum Augustanæ Confessionis, sed etiam comprobata est facultas, ordinandi & exercendi religionem, ministros Ecclesiæ & ministeria constituendi, &c. §. Damit auch obberührte beyderseits / in verbis: Der Augspurgischen Confession / Religion / Glauben / Bestellunge der Ministerien / Kirchengebräuchen / Ordnungen und Ceremonien / so sie auffgerichtet / oder auffrichten möchten/ec. Unde infertur: Cum statibus Augustanæ Confessionis libera potestas ordinandi & exercendi religionem, ceremonias, ritus Ecclesiasticos, constituendi ministeria, &c. relicta & permissa sit, quæ tamen omnia jurisdictioni Ecclesiasti-
20 cæ inseparabiliter cohærent, consequens est, † ut etiam jus visitandi, sine quo ordinatio & constitutio sacrorum & ministeriorum commodè conservari & exerceri non potest, relictum & concessum esse, per ea quæ supra *hoc cap. num.* 1. 2. 3. tradita. Cui enim aliquid conceditur, ei omnia censentur concessa, sine quibus ad id quod conceditur commodè perveniri non posset, *l. 2. & ibi not.* Bartol. *& Dd. ff. jurisdict.* Secundò hoc ipsum
21 firmat † præcedens & statim subsecuta, ac in hunc usque diem per. 50. 60. 70. 80. & plures annos, sine interruptione apud omnes status Evangelicos, continuata observantia, ac exercitium jurisdictionis Ecclesiasticæ, eique annexi juris visitandi, prout in imperio notorium multisque ac infinitis ferè præjudicijs Cameralibus firmatum est, uti apparet ex publicatis votis Cameralibus diversorum au-
22 ctorum. Atqui expeditum est, † in omni dispositione Legis vel hominis, omnium esse optimam interpretationem, quæ desumitur ab observantia subsecuta, *per text. in l. si de interpretatione, l. minimè, ff. de legib. l. certi juris, C. de judic. c. cum dilectus, x. de consuetud.* Bart. *in l. diuturna. ff. de legib.* Bursat. *consil.* 326. *num.* 6. *vol* 3 Paris. *consil.* 35. *nu.* 25. *vol* 1 Menoch. *consil.* 341. *n.* 15. *vol.* 3. Cardin. Tusch. *pp. concl.* 59. *n.* 46. *lit.* O. Cravett. *consil.* 836. *num.* 10. Vultej *consil. Marpurg* 35. *num* 94. *vol.* 3. Hieronym. Treutler. *consil.* 27. *n.* 28 *& seqq. vol.* 1. Præsumitur enim actus sequens fieri ad executionem præcedentis dispositionis, *l. 6. §. si is, qui de acquir. hered.* Anton. Fab. *in Cod. rer. in Saband. judicat lib* 2 *tit.* 8. *defin.* 1. *n.* *in notat.* Atqui ex hac ratione respondit Bald. *consil.* 245 *vol.* 3. s. quæratur an in venditione castri veniat jurisdictio, inspiciendum, quid postea fuerit observatum, & si semper usus fuit jurisdictione, præsumitur, quod talis ab initio fuerit mens contrahentium, quia posterius factum, declarat prius actum, idque pluribus firmat Vultej. *d. consil.* 35. *v.* 94. *vol.* 3. Matth. de Afflict. *decis.* 319. *num.* 5. Et
per observantiam † tollitur omnis dubietas, per 23
adducta à Cacheran. *decis. Pedemont*, 136. *in fin.* idque tanto magis si usus longi, vel longissimi aut immemorialis temporis accedat, Castrens. *consil.* 348 *in fin. lib* 1. Dec. *consil.* 284. *num.* 2. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 59. *n.* 45. 6. *lit.* O. Hieron. Treutler *d. consil.* 27. *num* 34. *& seqq.* ubi hoc multis auctoritatibus & rationibus munit. Quare ex hisce, & alijs, quæ, si instituti nostri ratio pateretur, adduci possent, manifestum evadit, suspensionem illam jurisdictionis Ecclesiasticæ non negativè, sed translativè, hoc est, cum effectu pleno factam fuisse. An verò præscribi possit jus visitandi, v. Bald. *de præscript. prima part. quinta part. princ. q.* 16. [Jus visitandi quando cumulative & quando privative censeatur concessum, vid. Card. Ludovis. *decis. Rot. Rom.* 8.]

CAPUT VIII.

DE SUSTENTATIONE MINISTRORUM.

SUMMARIA.

1. *Ad curam Principis maximoperè pertinet honesta ministrorum sustentatio. Dignus operarius mercede suâ, & qui Altari servit, sustentãdus ab eo.*

2. *Ratio 1. ex debito honestatis, & obligatione remunerationis.* 3. 2. *Ex liberalitate testanda tàm observantia erga ministerium, quàm reverentia erga ministros. Ministri Ecclesiæ sunt legati Dei, & dispensatores mysteriorum ejus.* 4. 3. *Ex ministerij dignitate, Ecclesiastica dignitas ob paupertatem vilescit.*

5. *Etiam saniores gentiles sacris solenniter administrandis reditus certos constituerunt.* 6. *Romulus ex agro Romano partem unam sacris faciendis, secundam Republicæ, tertiam civibus assignavit.*

7. *Ratio dubitandi, ad eamq; responsio, remissive.*

8. *In V. T. Decimæ, & primitiæ quare constitutæ? Decimarum institutio quatenus sit juris divini?*

9. Parochiani ex decimis vel alio reditu congruã portionem honestè vivendi, & officium suum subeundi habere debent.

10. Mutatâ priori ratione colendi fundum, nihilominus decima ei debentur, cui anteà præstita, maximè verò Parocho. De oblationibus Parochianorum, remissivè.

11. Olim decima triplicis generis fuerunt. Hodiè non rarò decima jurisdictionis, & Regalium fructus censentur. 12. Etiam antiquissimo gentium more jus addecimandi ad regalia pertinuit.

13. Duæ decimarum species, spirituales, & temporales.

14. Rationes Proventuum, Kirchen- und Kasten-Rechnungen, à quibus exigantur?

15. Hoc beneficij genere Romana Ecclesia floruit, & abundavit, ad avaritiam, luxum, & Reipubl. enervationem. In Gallia, alijsq; locis legibus cautum, ut quæ prædia deinceps Ecclesiasticis collegiis data fuerint, ea vendantur 16. Similis lex olim à Perusinis lata. Ecclesia & Clerici excreverunt in divitijs.

17. Decretum in Anglia, ne cui liceret prædia dare collegiis Monachorum. In Gallia nec feudalium rerum Ecclesia capaces sunt, sine consensu Regis.

18. Antonij Quirini Senatoris Veneti hac de re sententia.

19. In donatione Ecclesiæ, immensitas est mensura.

20. Dux & Senatus Venetus huic liberalitati fræna injiciens promulgavit edictum, obq; id Veneti à Pontifice excommunicati. 21. Venetorum Pontificis legatis falsè data responsio.

22. Statuum imperij laicorum judicium & gravamen de bonis immobilibus à laicis ad Ecclesiasticos pervenientibus, &c.

23. Plurimi Romanorum Pontificum modi acquirendi.

24. Annata quid? & undè denominata? 25. Sunt contra juris divini & Canonici constitutiones, ideoq; in Gallia jam dudum improbata. 26. Ad quem finem primò à Germanis concessa? Cæsar Borgias aliquando centum millia aureorum aleâ perdens, peccata Germanorum esse dixisse fertur.

27. Legatio in Comitijs Augustanis Anno 1500. ad Pontificem decreta, ad annatas in bellum Turcicum erogandas.

28. Indulgentia quid? Purgatorium lautissima Pontificia culina est. Tezelius celebris emissarius Pontificius.

29. Alius modus Pontificiam privatorum fortunas evacuandi in Gallia valdè perniciosus fuit, per Curiam Parisiorum tandem sublatus. Roma fundata à latronibus adhuc sapit primordia sua.

30. Curia Romana non vult ovem sine lana, & quos non rodit, odit. Ecclesia Romana non curat de servitiis personalibus, sed de reditibus bursalibus.

31. Pallium quid? Pontifex Rom. nimis carè linum suũ vendẽs pro singulis pallijs acquirit 25000. florenos.

32. Inter gravamina Germanicæ Nationis contra Sedem Pontificiam, pretiosa hujus pallij redemptio relata fuit, sub Maximiliano I. Imper. 33. Horum & similium gravaminum relaxatio in Comitiis Noricis ab Imperatore statibus imperij promissa.

34. Veteres Pontifices indecorum æstimarunt aliquid pro pallio isto accipere, idq; sub districta interdictione vetuerunt. Modus conficiendi, Origo, auctoritas, & usus pallij, remissivè.

35. Romani Pontifices aliquandò projectis Petri clavibus in Tybrim, Pauli ensem sibi aptarunt. Et belli faces non solum Impp. & Regibus ministrarunt, sed & ipsi prætuxerunt.

36. Hac potentia & abundantia corruptela fuit Romani clericatus. Ecclesia incipiens habere Christianos Magistratus, facta est quidem opibus major, sed virtutibus minor.

37. De augendis reditibus quotidiè loquentes, & cogitantes sunt potiùs institores, quàm Pastores Ecclesiæ.

38. Ferrariensis de Clericorum opulentia notabilis sententia.

AD Curam Principis, tanquam nutricij Ecclesiæ, maximoperè pertinet, honesta ministrorum sustentatio [Siquidem scriptum est, de Ecclesia: suges lac gentium, & de mammilla Regũ lactaberis, *Esa. cap. 60. vers. 16. Ecclesiast. c. 7. vers. 33. & 34. arg. c. Principes seculi, & ibid. gloss. caus. 23. q. 5* Anton. Fab. *in C. ter. in Sabaud. judic. lib. 3. Tit. 12. defin 18. num. 5.* Johan. Lorin. *in Commentar. Numer cap. 11. vers. 12 13 fol. 386.*] † Dignus siquidem est operarius mercede sua, *1. ad Timoth. cap. 5. vers. 18.* & qui Altari servit, sustentari debet ab eo, [inquit Apostolus, *& vid. cap. Ecclesiam, vers. item Apostolus 13. q. 1. c. Episcopus, de offic. ordin. in 6.* Cardin. Tusch. *pp. concl. 312. lit. A.*] Quis enim pascet gregem, & de lacte ejus non comedet, *1. ad Corinth. 9. vid. l. 12. § 2. Cod. de SS. Eccles. c. cum ab omni, ext. de vit. & honest. Cler.* Modest. Pistor. *cons. 25. num 19. vol. 1.* Rittershus. *in comment. ad* 1

ment. ad Novel. part. 1. cap. 7. num. 90 Idq; 1. ex de-
2 bito quodam honestatis, † propter obligationem
remunerationis. Cum enim potestas Christiana,
æquè ac privati, à pastoribus Ecclesiæ spiritualia
bona metit, erit æquum, ut iis retribuat carnalia
lege gratitudinis, [*d. cap. 9. ad Corinth. vers.* 11.
Matth. de Afflict. *in præfat. ad decis. Neapolitan. num.* 2.] vid. Pareum *de jur. reg. q* 5. *pag.* 84. 2. Ex
3 liberalitate † testandæ tam observantiæ erga mi-
nisterium, quàm reverentiæ erga ministros, qui
sunt legati Dei & dispensatores mysteriorum e-
jus, 1. *Cor.* 4 Si enim hoc fit legatis Procerum ter-
renis, qui comiter & liberaliter habentur à Prin-
cipibus, multò magis id fieri debet legatis Christi.
4 3. Propter ipsius ministerij dignitatem. † Nam
sicuti omnis ordo sine honestis divitijs, *l. pietatis*
6. *C. de suspect. tutor. Nov.* 90. *cap.* 1. ita & Ecclesia-
stica dignitas ob paupertatem vilescit, Clement.
*in plerumq; ibi: ne mendicitatis opprobrio Serenitatem
Pontificialis obnubilet dignitatis, de elect. & elect. pot-
est, adde cap. futurum, cap. videntes* 12. *q.* 1. Barthol.
Muscul. *de anomal. success. memb.* 2. *class.* 1. *concl* 4.
lit. B. num. 119. qua de re vide etiam Petr. Martyr.
in lib. 2. *Reg. cap.* 5. *vers.* 15. & 16. *fol.* 239 [Indeque
5 etiam saniores gentiles, ex solo naturæ lumine nō
ignorantes, Numen aliquod esse, quod divino &
sacro cultu venerandum esset, sacris suis quam-
vis profanis, solenniter administrandis, reditus
6 certos constituerunt. Hinc Romulus † dividen-
do agrum Romanum in tres æquas partes: unam
sacris faciendis: Secundam Reipub. tertiam ci-
vibus adsignavit, teste Dionys. Halycarnass. *anti-
quit. Roman. lib.* 2. Sacerdotibus Ægypti, Rex
constitutum dabat, ne tempore famis, cogeren-
tur terras suas, pro cultu sacrorum sibi adsigna-
ta, Regi vendere, *Genes.* 47. *v.* 22 Johan. Olden-
dorp. 1. *consil Marpurg.* 5. *num.* 20. Pro ratione
7 dubitandi † vid. *Act* c. 20. *v.* 31. & 33. & quæ ad-
duxit Cacheran. *decis. Pedemont.* 99. *num.* 3. Ad
quæ post alios rectè respondit Osiand. *in gloss. ad d.
c. Actorum* 20. *alleg. vers.*] *Confer. Luther. in Ge-
nes. cap.* 31 *fol.* 429. *fac* 2.
8 In hunc finem in veteri Testamento constitu-
tæ fuerunt Decimæ & Primitiæ, † de quarum
institutione & jure latè disserit Didac. Covarr.
lib. 2. *var resol. cap.* 17. *num.* 1. & *per tot. ubi num.* 2.
notat, quod licet Decimarum institutio non sit
juris divini quoad certam quantitatem: sit tamen
quoad congruam Sacerdotum sustentationem.
[*Levit. cap. ult. v.* 30 Id quomodo hodie intelli-
gendum, vid. Osiand. *in gloss. ibid. nu.* 1. Anthon.
Fab. *in C. rer. in Sabaud. judic. lib.* 1. *tit.* 3. *defin.* 21.
ubi, cum hodiè hoc decimarum jus ad alias et-
iam personas pertinere possit, id ita intelligen-
dum, modò Parochiani, † ex decimis vel alio re-
ditu congruam portionem honestè vivendi &
officium suum subeundi habeant. vid. etiam Jo-
han. Azor. *Instit. Moral. lib.* 7. *cap.* 26. *part.* 1. ubi
latissimè de hoc themate agit. Mutata verò prio-
ri ratione colendi fundum, † nihilominus deci- 10
mæ ei debentur cui anteà præstitæ, maximè ve-
rò Parocho, per tradita Nicol. Everhard. Jun.
consil. 46. *num.* 1 & *seqq.* ubi tamen distinctio in
subsequentibus tradita benè notanda. De oblatio-
tionibus Parochianorum, pro sustentatione
Parochorum sponté vel coactè præstandis, ex
consuetudine vid. omninò quæ scripsit Cache-
ran *decis. Pedemont.* 99 *per tot.* Johan. Azor. *Instit.
Moral. lib.* 7. *cap.* 27. ubi latissimè de ea agit ma-
teria.]
Prætereà nota, olim decimas † fuisse triplicis 11
generis, vel communes, quæ dabantur Levitis, in
compensationem duodecimæ partis terræ, *Le-
vit* 27. *vers.* 30. Vel decimæ decimarum, quas Le-
vitæ pendebant Sacerdotibus, pro suo ministe-
rio, *Num.* 18 *vers.* 16. vel Decimæ pauperum, quæ
tertio anno Sabbatho terræ cedebant, & non
solùm Levitis, sed communes his erant cum pau-
peribus, viduis, pupillis & peregrinis, *Deut.* 14.
vers. 18. Hodie non rarò Decimæ jurisdictionis
& Regalium fructus censentur per ea, quæ tradit
Cothmann. *Consil. Academ.* 19 *num.* 31. & *seqq.*
[Et sanè apparet antiquissimo gentium more, † 12
jus addecimandi ad regalia pertinuisse, Samuel
describens jus Regis & regalia, inter alia jus ad-
decimandi reditus vinearum & gregis recenset,
1. *Reg.* 8. *v.* 15. & 17. Et qua occasione ad Christia-
nos Principes seculares & alios pervenerint de-
cimæ, vid. Christoph. Lehman. *in Chronic. Spi-
rensib lib.* 5. *cap.* 47. *vers* Die siebende vñ achte Ge-
rechtigkeit/*fol.* 546. Hinc duæ dicuntur species † 13
decimarum, spirituales & temporales, per tradita
Bald. *consil.* 429. *vol* 1. Bero. *consil.* 84. *num.* 41 *lib.* 1.
Cardin. Ludovis. *decis Rot.* 404. & ibi Oliver. Bel-
tramin.
Huic sustentationis Curæ annexæ sunt exactæ
proventuũ rationes, † Kirchen- und Casten Rech- 14
nunge abzuhören/ quæ etiam ad Magistratus Poli-
tici inspectionem pertinent, 4 *Reg* c. 12. *v.* 10. &
quæ ibi not. Osiand In Hassia rationes istæ nomi-

ne Principum, à Superintendente & officialibus, vel si Nobiles Patroni sint, ab illo & suis vel eorum ministris, quotannis exiguntur.]

25 Hoc tamen beneficij genere † non solum floruit Romana Ecclesia, sed multis lustrorum cursibus abundavit, ad avaritiam, luxum & Reipub. enervationem, cujus facultates Purgatorij vel alio quovis superstitiosæ pietatis prætextu exsuxerunt, ac omnia sine ulla emancipationis spe ordini Ecclesiastico manciparunt, per totum ferè orbem Christianum, adeò ut, ne opes in infinitum crescerent, in Gallia alijsque locis legibus cautum sit, ut quæ prædia deinceps Ecclesiasticis collegiis dono data fuerint, ea vendere co-
26 gantur. Bodin. 5. *de Repub.* c. 2. Similem legem † jam olim à Perusinis latam constat, qua omnes res post legem illam non nisi cum onere ad Ecclesias transirent, quia Ecclesiæ & Clerici tantum excrescebant in divitijs, quod possessiones non remanebant ad subeunda onera civitatis, ut dixit Br. cum pace tamen S. matris Ecclesiæ, hoc est, Pontificis Romani, *ad l. rescripto* 6. §. *scien-*
27 *dum, ff. de munerib. & honorib.* Sic regnante † Eduardo I. in Anglia decretum factum est, ut cuiquam mortalium liceret prædia dare collegijs Monachorum, quod confirmatum post a ab Henrico V. Polydor. Virgil. *lib.* 17. *Hist. Angl.* [Et tale statutum in Camera imperiali non improbari, apparet ex traditis Andr. Geil. 2 *obs.* 33. *num.* 5. *& seqq.* ac rationibus firmat Joh. Gœdd. 1. *consil. Marpurg.* 25. *num* 83. *in fin. & num.* 84 85. *& seq.*] In Gallia nec feudalium rerum Ecclesiæ capaces sunt sine consensu Regis per ea, quæ tradit Rosenthal. *in tract. de feud. cap.* 9. *conclus.* 62. *gl. P.*

Antonij Quirini Pontificij, Senatoris Veneti sententiam hac de re huc transscribere non pi-
28 gebit, dicentis: † Omni divitiarum genere abundant Episcopatus, perdivites sunt Abbatiæ, ditissima Monasteria, quorum pleraque reditus suos annuos quinquaginta millibus aureorum non divenderent. Et quantum ad divitias, inquit idem, quas Ecclesiastici sub Dominio Venetorum degentes possident, incredibiles ferè sunt, ut ex fide dignorum relatione & libris publicis recognovimus, ultra triginta milliones auri, ut vulgò loquuntur, sese extendunt, ex qua summa pro reditibus annuis plus quàm centum & quinquaginta Myriades proveniunt, quod totum à devotis Laicis habent, qui in id solum fuerunt intenti, ut Sacerdotes lautè sustentarent. *In Relation. ration. Sereniss. reipubl. Veneta Paul. V. Pap. opposita.* Ut non immeritò à quibusdam dictum, in donatione † Ecclesiæ immen- 19
sitatem esse mensuram, Johan. Vincent. de Anna *allegat.* 52. *num* 3. *&* 4. *lib.* 1. Andr Knich. *de jur. territor. cap.* 1. *num* 94. Summa itaque ratione † motus Serenissimus Dux & Senatus Venetus 20
huic libertati vel liberalitati fræna injecit, promulgato edicto, de non alienandis bonis immobilibus per subditos Laicos in personas Ecclesiasticas absque Principis licentia. Cujus Decreti cognita æquitate, Pontificiæ iniquitatis bilis adeò terminavit, ut excommunicationis fulmina in Venetos detonare, haud vereretur, quorum tamen iniquum crepitum, tanquam inanem foliorum strepitum, magnanimè & constanter neglexerunt Veneti, propter rationes, quas pro Edicti justitia adfert M. Anton. Othelius JC. Utinensis, Joachim. Scayn JC. Palodiensis, M. Anton. Peregrin. Patavinus, Joan. Marsyl Theol. D. & Presbyter Neapolit. & alij Theologi JCti *in deduct. caus. Venet. in consil. & respons. Francof edit.* [Similia vid. apud Papon. *rerum judicatar. lib.* 1. *tit.* 5. *decis.* 27.]

Et cum aliquando Papa per Legatos à Venetis quæsijsset, † unde hoc jus Dominationis & 21
alia jura in mari Adriatico sibi vindicarent, falsè responderunt, se mirari, quod titulus ejus possessionis à Venetis peteretur, cum Papa in instrumento donationis à Constantino factæ, parte exteriore majusculis literis scriptum in Archivis haberet, Philipp. Camerar. *in suis meditat. histor. cap.* 61. [add. Gualther. *in Chronolog. Ecclesiastico-Politico, sub anno* 1500.]

Simili ratione † S. Rom. Imperij Status Lai- 22
ci Germanorum, utile, necessariumque esse censuerunt, si bona immobilia, quæ posthac quocunque tandem titulo à Laicis ad Ecclesiasticos pervenirunt, possent à Laicis, quorum ditioni prædia hæc subjecta forent, redimi & iusto pretio lui, ut est *inter Gravamina* 100. *German. Nation. adversus sedem Romanam Oratori Pontificio in Comitijs Noribergensibus propositum, gravam.* 40.

Plurimos † Romani Pontifices habuerunt mo- 23
dos acquirendi, ut sunt Annatæ, Indulgentiæ, Pallium & eius generis alia.

Annatæ, † sunt unius integri anni reditus, ab 24
eo, qui recens — demortui Episcopi aut Abbatis locum successerat, qui ex eo Sacerdotio Pontifici ces-

fici cesserunt, exindeq; ita denominatæ, Sleidan.
lib 4 pag. mihi 88. [Vid. Duarren. *lib. 6 de Sacr. Ec*
clesi minister. ubi tamen scribit, hanc exactionem
25 esse † contra juris divini & Canonici constitu-
tiones, juxta illud Christi, *gratis accepistis, gratis*
date: Ideoque in Gallia jamdudum improba-
tas, referente Johan. Azor. *institut. moral. lib. 7.*
cap. 12. quæst. 1. ubi Duart. & aliorum rationes ad-
fert, contrarium tamen afferens eas refellere
26 quamvis frustrà annititur.] Annatæ † autem à
Germanis primò non ad fovendum luxum ac
prodigalitatem (ut de Cæsare Borgia narratur,
quem cum aliquando centum millia aureorum
alea perdidisset, peccata Germanorum esse di-
xisse ferunt) sed ut Thesauri loco conservaren-
tur contra Turcas & alios Christianæ Reipub.
hostes, concessæ. Unde Comitiis Augustanis
27 Maximil. I. tempore, Anno 1500. † decreta fuit
legatio ad Pontificem, quæ ab eo, tanquam S.
Rom. Imperio devincto & obnoxio postularet,
ut annatas Germanicæ nationis, initio ad eum
finem exigi permissas, ad subsidium belli id rem
potis contra Turcas suscipiendi erogaret, Tob.
Paurm. *lib. 2. de jurisd. c. 3. num.* 40. Indulgentiæ
28 † fuerunt modus acquirendi, quo pro omnium
delictorum expiatione Pontifex certam pecu
niæ summam accepit, ut eorum animæ, quæ cru-
ciebantur igne purgatorio (lautissima Pontificiæ
culinæ offa) simul ac numulus in arculam esset
conjectus, in cœlum è vestigio subvolarent. Hoc
genere negotiandi celebris fuit inter alios emis
sarios Pontificis Tetzelius, de quo Sleidan. *lib. 1.*
[Thuan. *lib. 1 pag. 7.*] & Taubm. *in Schediasm. lib. 2*
Sacrorum:

Cum se magnificam fecit Tetzelia virtus,
Venales satagens nobis obtrudere merces.
Auro se meretrix, auro sicarius, auro
Sacrilegus purgat, nullum purgantius auro
Smegma fuit natum, fraudum hæc sutela piarum
est.

29 Inter alios acquirendi † modos Pontificios &
privatorum fortunas evacuandi in Galliis, supe-
rioribus seculis hic fuit valdè perniciosus: ut
qui Testamento nihil curionibus aut Collegiis
Ecclesiasticis legasset, honore sepulturæ care-
bat: si quis autem inopinato casu occubuisset,
sacrificulus Pontificis jussu mortuo testamen-
tum condere, & quæ vellet Ecclesiæ arbitratu
suo, quasi Testator legare solebat, quem morem
tamen sustulit Curia Parisiorum, Bodin. *de re-*
publ. l. 5. c. 2. quem refert Lansius *in Consult. de pro-*
vinc. Europ. inter ipsas principatu pag. 648. Unde
Mantuanus lib. 3.

—— —— Venalia Roma
Templa, sacerdotes, altaria sacra, corona,
Ignes, thura, preces, cœlum est venale, Deusq;.

Et alius Poëta:

Si caput à capio, vel dixeris à capiendo.
Roma caput mundi est, omnia namq; capit.

Quod ipsum quoq; sensit Johannes Andreæ,
Juris Canonici Interpres, cum diceret: *Romam*
fundatam à latronibus adhuc sapere primordia sua.
Alii dicunt, quod Curia Romana † non vult 30
ovem sine lana, & quos non rodit, odit. Alberic.
in Dictionario in verb. Roma, Nevizan. *in sylv.*
nupt. lib. 4. num. 150. Et quod Ecclesia Romana
non curet de servitiis personalibus, sed reditibus
bursalibus, dixit Bald. *in tit. de pace Constantiæ in*
verb. libellario in fin. quem refert Marta *de jurisd.*
part. 1. cap. 29 num. 11. [Adeoque cum Paulo dice-
re non potest: Non vestra, sed vos quæro, *2. ad*
Cor. 12. v. 14.

Pallium † fuit modus acquirendi, quo Roma- 31
nus præsul pro Archiepiscopi vel Episcopi confir-
matione, nimis quàm carè linum suum vendens
sibi acquirebat 25000. florenos, qui ut eò esset
fœcundior constitutum est, ne pallium hoc perso-
nam egrederetur, nec in aliam transferri posset,
sed cum eo quisq; sepeliretur, *c. 2. ext. de recept. &*
auctor. pall.

Quare inter Gravamina Germanicæ nationis
adversus sedem Pontificiam, pretiosa hujus pallii
redemptio † fuit relata, vermöge und Inhalts der Be- 32
schwerden der Teutschen Nation und des H. Römischen
Reichs/wider des Bapsts zu Rom Geitzigkeit/sub Maxim. I.
quæ edidit Goldast. in volum. Reichssatzung fol. 215. also
daß bey eines Menschen Leben auff dem einigem Ertzbi-
schumb Maintz für das Pallium oder Confirmation eines
Ertzbischoffes siebenmal 25000. flor. ist zusammen 175000.
nach Rom kommen und gelieffert worden/ mit grossem Be-
schwer der Unterthanen/ welchen deßwegen Tribut unnd
Schatzung aufferlegt worden. Id Goldast. *de remed.*
contr. gravam. German. nation art 3. & 4. Confer
Hortleder. in Reichshandlung *lib. 1. fol. 515.* Horum † 33
& similium gravaminum, relaxationem Imp. in
Comitiis Noricis statibus Imperii promisit, vid.
R. A. zu Nürnberg de Anno 1524. §. unnd ist darauff/ ibi:
Es sollen auch die Beschwerungen Teutscher Nation von den
Weltlichen Fürsten unnd Ständen/ wider den Stuel zu
Rom auffs nechst angezeigt werden/ &c. Adde R. A. zu Augs-
purg de Anno 1530. §. Als auch Teutscher Nation Be-
schwerunge/ so sie gegen den Stul zu Rom uns auff dem
Reichstag zu Wormbs vorbrache.

34 Veteres tamen Pontifices † indecorum æstimarunt, aliquid pro Pallio illo accipere, & id sub
districta interdictione vetuerunt, ut constat ex c.
novit. dist. 100. vid. Laurent. Ohm *in tr. de jur. Episcop. concl. 14. lit. d.* Modum conficiendi Pallii, describit Sleidan. *lib. 13. pag. mihi* 377 [& novissimè
Dn. Besold. *in Thesaur. pract. lit. P. § 2. verb. Palliū.*
De origine, auctoritate & usu pallii vid. Joh. Azor.
Jesuit. *institut. moral. lib 3. cap. 34.*]
35 Hiscè novis † & inusitatis modis acquirendi in
eam excreverunt potentiam Romani Pontifices,
ut al. quando projectis Petri clavibus in Tybrim,
Pauli ensem sibi aptarint, & belli faces non solùm
Imperatoribus & Regibus ministrarint, sed & ipsi
præluxerint, quò pertinent versiculi quos refert
Auct. *brut. fulmin. pag* 85.

In Gallum, ut fama est, bellum gesturus acerbum
Armatam educit Iulius urbe manum.
Accinctus gladio, claves in Tybridis amnem
Projicit & sævus talia verba facit:
Cum Petri nihil efficiant ad prælia claves,
Auxilio Pauli forsitan ensis erit.

Constat itaq; hanc potentiam & abundantiam
36 † corruptelam fuisse Romani Clericatus, ut rectè
dici possit. Corraduntur opes, irritamenta malorum. Quod & Hieronymus in vita Malchi testatur: *Postquam Ecclesia cœpit habere Christianos magistratus, facta est quidem opibus major, sed virtuti-*
37 *bus minor.* Qui enim de augendis † redditibus quotidiè loquuntur & cogitant, sunt potiùs Institores
quàm Pastores Ecclesiæ Hostiens. *in Summ. de majorit. & obed. column penult.* Nevizan. *in Sylv. nupt. d. lib. 4. num. 147.* Quo pertinet querela Prophetæ
Ezechiel. 34. vers 3.] Unde Barthol. de Salignato
in Itinerar. terræ sanctæ in 8 tom. cap. 1. vers. Natio secunda, dicit, se à sancto viro audivisse, quod
sicut Ecclesia Orientalis ob nimiam paupertatem
lapsa seu passa fuit multa incommoda; Ita occidentalis Ecclesia ob nimias pompas & divitias desolabitur, quem refert Nicol. Boër. *decis. 69. num. 3.*
38 Notabilis est Ferrariensis sententia de Clericorum opulentia, dicentis: † Olim Clericis multiplicata fuisse privilegia & bona, fundata fuisse Monasteria infinita per universum orbem, causa devotionis: licet hodie causa rapinæ & avaritiæ: in tantùm quod destruxerunt hodie mundum & annihilaverunt statum imperii & omnium laicorum. Possunt ergò dici meritò illa loca facta vel fienda, retia contexta capienda bona laicorum. *in form. libell. quo agit ex substitutione in verbis: Ex tuo corpore,* quam allegat Rittershus. *in nov. p. 1. c. 6. num. 80.*

CAPUT IX.

DE IURE PATRONATUS ET ADvocatia Ecclesiastica.

SUMMARIA.

1. Patroni vox, variè apud juris auctores sumitur, pro diversitate subjectæ materiæ Ius Patronatus quadruplex. 1 Libertorum. 2. Advocatorum. 3. Protectorum secularium, & clientelarum. 4. Ecclesiarum & beneficiorum, quo sensu hic accipitur.

2. Patronus dicitur ad similitudinem patris, & quare?

3. Hoc jus patronatus in quibus potissimùm consistat.

4. Acquiritur ex dotatione fundatione, & ædificatione Ecclesiæ. 5. Idem obtinet in refectione, restauratione seu reædificatione Ecclesiæ, & quomodo?

6. Sine Episcopi Diœcesani consensu jus Patronatus acquiri, vel tale quid perfici nequit.

7. Dotatio ab initio in fundatione fieri debet ad hoc, ut indè acquiratur jus Patronatus. Post extructam & consecratam Ecclesiam ei aliquid donantes Benefactores, non Patroni dicuntur.

8. Dotatio ita facienda, ut fructus in perpetuum sint permansuri penes Ecclesiam.

9. Dos sit congrua judicio Diœcesani, quantitatem continens ad sustentationem ministrorum & ministerii sufficientem.

10. Etiam plures ejusdem Ecclesiæ Patroni fiunt, ita ut jus patronatus non divisim, sed in solidum penes omnes sit.

11. Quomodo hoc procedat, & intelligendum?

12. Ius Patronatus est individuum, & divisionis nescium, ideoq; ad omnes pertinet in solidum.

13. Episcopus, vel jus Episcopale habens, variantibus Patronis, unum ex præsentatis eligere, eumq; solum instituere potest. Etiam sortis judicium inter præsentatos donis ac virtutibus æquales, hoc casu admittendum.

14. Ex præsentatis à diversis personis, is præferendus, qui à digniori præsentatus est.

15. Pluribus existentibus patronis, & unus ex his negligens alter verò diligens, præsentatio ab hoc facta sufficit, & ille pro ista vice amittit jus suum, non in totum eo privatur.

16. In

16. *In controversia de viribus præsentationis vel collationis non inquirendum apud quem sit jus & proprietas conferendi, sed penes quem sit possessio. Et ab hoc facto præsentatio, vel collatio, rata manet. Bona fidei possessor fructus suos facit.*

17. *Iure Patronatus fructus sunt ipsa præsentationes. Is in possessione esse censetur, qui in ultima beneficii vacatione illud contulit, vel ad id præsentavit.*

18. *Possessore in mala fide existente, & juris alieni scientiam habente, præsentatio non valet, sed irrita est. In usurpante jus Patronatus ætas legitima est 14. annorum.*

19. *Episcopus vel jus Episcopale habens idoneum à Patrono præsentatum instituere tenetur.*

20. *Patronata beneficia non conferuntur sine præsentatione Patroni, nisi post moram ejus, &c. Et ejusmodi institutio sine nominatione, irritanda.*

21. *Idoneus præsentatus dicitur. 1 ratione fidei & doctrinæ. Quæstio hic tractatur notabilis. Patrono & Episcopo diversa religionis addictis. An is idoneus erit, qui Patroni religionem sequitur. An verò talis sit præsentandus, qui eandem cum Episcopo religionem profitetur.*

22. *Prius à quibusdam asseritur. Ejusque rationes.*

23. *Posterius & juris veritati magis congruit, & usu passim receptum. Præsentatus à Patrono censura Episcopi vel jus Episcopale habentis, subjiciendus, & tunc admittendus, si in ea idoneus ab Episcopo reputetur.*

24. *Quod quisq; juris in alium statuit, eodem & ipse experiatur.*

25. *Patronus sua fidei ministrum in præjudicium religionis ejus, qui jus Episcopale habet, obtrudere nō potest, cujuscunq; sit Religionis.*

26 *Respondetur ad rationes contrarias. Ad 1. Patronatus jus non est jurisdictionale, &c. sed de genere eorum, quæ cuilibet competunt ex dotatione, fundatione, vel ædificatione Ecclesiæ.*

27. *Præsentatio non est actus jurisdictionalis, ipsam religionem respiciens. Pacificatione religiosa Episcoporum jurisdictio ubi non est suspensa, Episcopi in dubio ratione superioritatis intentionem suam fundatā habent in Ecclesiis sibi subjectis.*

28. *Ad 2. Ejusmodi vocatio ad præsentationem Patroni Pontificiy facta bona conscientia ab Augustanæ Confessioni addicto ubivi potest.*

29. *2. Idoneus dicitur ratione vitæ, & morum.*

30. *Seipsum Patronus, licet idoneus sit præsentare non potest. Filium tamen, vel consanguineum potest.*

31 *Pluribus præsentatis Episcopus in conscientia obstringitur digniorem quoad doctrinam & mores eligere.*

32. *Patronus Ecclesiasticus intra sex menses, Laicus intra quatuor præsentare debet. Quo tempore elapso Episcopus aliquem instituere potest. Præsentatio etiam diebus feriatis fieri potest.* 33. *Hoc tempus utile est, quo ad initium, hoc est, non currit, nisi à die scientiæ, continuum quoad progressum.*

34. *Patronus Ecclesiasticus variare non potest, Laicus potest, sed semel saltem, & quatenus?*

35. *Præsentatio à pupillo, non tamen infante aut minore, sine tutoris auctoritate, facta valet.*

36. *Tempus ad instituendum præsentatos non reperitur à jure Episcopo præfixum, Hodiè in foro Pontificio determinatum est, Semestre videlicet. Quo neglecto ad superiorem vel Pontificem jus conferendi pro ea vice devolvitur.*

37. *Patronus semel præsentatum, & ab Episcopo institutum destituere vel removere non potest.*

38. *Ius reformandi aut corrigendi ad Episcopum, aut jus Episcopale habentem pertinet.*

39. *Ius patronatus est dominii tantum privati, à superioritate separatum.*

40. *Institutus invito patrono alteri resignare, vel permutare non potest cum alio beneficium.* 41. *Nec unio invito Patrono fieri potest. Beneficium unitum nunquam potest vacare, nisi vacante eo, cui unitum fuit.* 42. *De unionibus beneficiorum Ecclesiasticorū, & Ecclesiarum. Et de incorporatione, & unionis requisitis, remissivè.*

43. *Divisionem unius Ecclesiæ quando, & quomodo etiam invitis patronis, facere ordinariis liceat?*

44. *Patronatus jus duplex. Laicorum, & Clericorum.*

45. *Ius Patronatus Clericorum quid, & quando acquiratur?* 46 *Ius Patronatus laicorum quid?* 47. *Fallentia.* 1. 48. 2. *Fallentia. In beneficiis Ecclesiasticis collegiatis Laicus non potest habere jus Patronatus.*

49. *Ius Patronatus Laicorum vocatur gratia, & quare?* 50. *Quæ gratia & prærogativa, quare Laicis concessa? Ex jure antiquissimo hoc jus est ex gratia, hodiè non amplius dicitur gratia, sed justitia.*

51. *In dubio præsumitur jus patronatus à Laicis esse quæsitum.*

52. *Principes, Reges & superiores juris præsumptione intentionem suam fundatam habent in Ecclesiis,*

clesiis, Abbatiis, & aliis Collegiis, & particularibus beneficiis. 53 *Talia beneficia præsumuntur fluxisse à Principe, tanquam fonte, & nutricio Ecclesiarum.*

54. *Pontificii Dd. jus conferendi & præsentandi ad Principes & Reges per modum privilegii pertinere dicunt.* 55. *Sed veriùs, Regibus ut Nutriciis Ecclesiarum jure regio & proprio ex præsumptione juris in toto regno competere.*

56. *Imperator in imperio Romano habet jus primariarum precum. Et quid hoc sit? Hocq; competere ex privilegio Pontificio quidam putant.*

57. *Imperatori jus & potestas in Ecclesiasticis non ex privilegio Pontificis, sed tanquam Nutricio, Advocato summo, & Capiti seculari Ecclesiæ,* Krafft tragenden Keyserlichen Ampts *competit.*

58. *Imperator jure communi munitus, & fundatam intentionem habens Pontificio privilegio non indiget.*

59. *Imperatores omnium templorum Antistites sunt, & ipsum Pontificem eligere potuerunt. Imperator adhuc hodiè in reformatis Ecclesiis & capitulis vigore juris primariarum precum beneficia primò vacantia conferre potest, & quatenus.*

60. *Privilegii datio arguit superioritatem dantis, & subjectionem in persona impetrantis.*

61. *Imperio vacante jus præsentandi Imperatori competens imperii Vicarii usurpant.*

62. *Ius Patronatus nihil præjudicat presbyterio, Magistratui, & toti Ecclesiæ.*

63. *Iura Patrono competentia quænam? Honoris causa Patronus habere potest sedem in Ecclesia, etiam suspensa, aut depicta insignia.*

64 *Patronus tenetur Ecclesiam defendere, & prospicere, ne bona dilapidentur.*

65. *Patronus ad paupertatem redactus, alendus ex proventibus Ecclesiæ pro modo proventuum, & conditione, ac dignitate personæ.*

66. *Ecclesiæ Parochiali competit jus sepeliendi omnes intra Parochiam degentes, etiam exteros & forenses De sepulchris, sepultura hereditaria, aut familiari aliisq; ei annexis juribus, remissivè.*

67. *Nec hostibus, nec hæreticis sepultura piè deneganda.*

68. *Canonistæ satis inhumanè infantibus in vel ante partum mortuis, & mulieribus prægnantibus sepulturam in Ecclesia vel cœmiterio denegant.*

69. *Ius Patronatus quomodo perdatur?*

70. *Ius Patronatus non est spirituale, est tamen annexum spiritualitati. Singulariter vendi non potest.*

71. *Venditâ universitate, in qua sita est Ecclesia, item hereditate, hoc jus accessoriè transfertur.*

72. *Ius patronatus mixti fori censetur. In mixtis magis dignum trahit ad se minus dignum.*

73. *Collatio propriè differt à præsentatione, & institutione. Verbum conferendi, & collatura pro subjecta materia accipiendi.*

74 *In Ordinatione Ecclesiast. Hassiaca vox Collatoris pro Patrono promiscuè usurpatur. Ejus tenor huc refertur.*

75. *Advocatia Ecclesiastica quid?*

76. *Advocati dicuntur alibi præfecti granarii, &c* Kastenvögt/ *juncq; tutorum instar.* 77. *Eorum officium. Non rarò dicuntur* Schutz- oder Schirmsherren.

78. *Plerunq; Principibus in cœnobia sub eorum districtu sita competit Advocatia, seu inspectio administrationis justitiæ, & temporalium. Ius Advocatiæ in Cœnobiis ab Imperatore conceditur Principibus in suis territoriis.*

79. *Advocatia Ecclesiastica, & jus patronatus Ecclesiasticum sunt separata. Alii pro eodem ponunt.*

VOx, Patronus, † variè sumitur apud juris 1 auctores pro diversitate subjectæ materiæ. Unde etiam varium jus est patronatus. 1. Jus patronatus est libertorum, quod proveniebat ex præambula manumissione, *c. liberti caus. 12. quæst. 2. tot. tit ff. & C. de jur. patronat.* 2. Jus patronatus dicitur Advocatorum, qui patroni causarum appellantur *c. 2. caus. 15. q. 2. c. ex literis, de Transact. c. ult. ne Cleric. vel Monach. l. rem non novam, §. Patroni, C. de judic. l. Advocati. C. de Advocat. divers. cum simILIb.* 3. Jus patronatus est protectorum secularium, & clientelarum, Schutz und Schirms-Gerechtigkeit/ Geil. 2. *observ. 54. n. 1. 4.* Jus patronatus est jus Ecclesiarum & beneficiorum, quoad præsentationem & nominationem ministrorum in Ecclesiis, Lambertin. *de jur. patron. lib. 1. quæst. 1. prima part. princip.* Paul. de Citadin. *in eod. tr. in pr.* quo sensu hic accipimus jus patronatus.

Dicitur autem Patronus † ad similitudinem 2 patris, quia sicut pater filium, ita patronus Ecclesiam deducit à non esse ad esse, Roch. de Curt. *de jur. patronat. in prælegem. n. 5.* Variæ sunt definitiones Doctorum juris patronatus quarum aliquot recenset & refutat Roch. de Curt. *dict. loc.* [Johan. Azor. *lib. 6. cap. 19. quæst. 1. part. 2.* [Consistit autem hoc jus † potissimum in præsentatione & no- 3 minatione ministri Ecclesiæ, ad hoc ut instituatur ad beneficium Ecclesiasticum; Itemque defen-

ædificatione Ecclesiæ adversus Injurias, Hostiens. *in princ.* vid. tamen distinctionem apud Johan. Azor. *tit. de jur. patron. vers quid sit.* *institut. moral. lib. 6. d. cap. 19. quæst. 8 part. 2.*]

4 Acquiritur jus patronatus † ex dotatione, fundatione & ædificatione Ecclesiæ, utpote quia quis construxit Ecclesiam, *cap. Monasterium*, aut quia eam dotavit, *c. filiis 16. quæst. 7.* aut quia Ecclesiam vel Universitatem fundavit, id est, assignavit fundum, ubi debeat construi, *c. nobis de jur. patron. c. abbatem, 18. qu. 2. & ita dicit gl. notabilis, & est ge. magna post medium*, ibi scilicet, efficitur autem quis, quæ ponit versum, dicens: *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus, in cap. piè 16. qu. 7.* Panorm. *super rubr. de ju. patron.* refert & sequitur Hieronym. Schurff. *cent. 3. cons. 35. num. 1* Coras. *de benefic. part. 4 c. 6. n. 2.* [Cardin. Tusch. *pp conclus. 598 num. 1. & seqq. lit. I* Johan. Azor. *Instit. Moral. lib. 6. cap. 19. quæst 6. part 2.*] Idem ob-

5 tinet in refectione, † restauratione seu reædificatione Ecclesiæ, *d. c. filiis, caus. 16 quæst. 7.* Duaren. *de Sacr. Eccles. ministr. ac benefic. lib. 5. ca 4* [Quod procedit, modò Ecclesia prior omninò fuerit destructa, ita quòd reædificans incipiat à fundamento; quia tunc non eadem est cum prima. post Gemin. *consil. 117. num 4. & 5. vers remanet nunc.* Abbat *consil 59. num. 3. lib 2.* scribit Cardin. Tusch. *conclus. 601 num. 1. lit I.* Johan. Azor. *instit. moral. lib. 6. d. cap 19. quæst 10 part. 2.* adducens. Quod sicut domus aut navis, si particulatim tota reficiatur, est eadem quæ antea fuit, & proinde ususfructus & servitus non amittitur: Secus si in totum destruatur & reædificetur *l. quid tamen ff. Quib. mod ususfr. amitt. fac notabilis text. in l proponebatur ff de jud.*] Quæ omnia obtinent

6 dummodò Episcopi Diœcesani † consensus accedat, sine quo tale quid perfici nequeat, *§. Illud igitur. Novell. de Monach. § 1. Novell. ut null fab. orat.* Ernest. Cothman. *resp. Academ. 29 num 85.* [Vid. Cardin. Tusch. *pp conclus. 600. numer. 1 & seqq. lit. I.* ubi multas adfert Ampliationes, declarationes & Limitationes.] Præterea, ut ex dotatione acquiratur jus patronatus, illa debet

7 † fieri ab initio in fundatione, *c. nemo, de consecrat. dist. 1.* [Tusch *conclus. 600. n 24. lit. I. vid. declarat. ibid. num. 38.* vid Azor. *d. cap. 19. quæst. 5.*] quia post fundationem non quæritur jus patronatus, Innocent. *ad rubr. de jur. patron.* Schurff. *d. cons 35 num. 3.* [Et illi qui post exstructam & consecratam Ecclesiam, aliquid ei donant, *Benefactores*, seu *Benefici*, & non Patroni dicuntur, Notatur ad Papon. *rer judicat. lib. 3 tit 9. in*

8 Secundò dotatio † ita fieri debet, ut fructus in perpetuum sint permansuri penes Ecclesiam. Itaque qui dotem Ecclesiæ quoquo modo repetendam dat jus patronatus non acquirit, Lambertin. *de iur. patron. lib. 1. p. 1. quæst. princip. 2. art. 2 nu. 6. & 7.*

9 Tertiò, Dos illa debet † esse congrua judicio Diœcesani, *c. si quis obierit, vers. sunt. cas. 1. q 3. cap. cum sicut, de consecrat Eccles.* Hackelm. *in disp. iur. Canon. 10. thes. 2* [hoc est, quæ tantam quantitatem continet, quæ ad sustentationem ministrorum & minist. rii sufficiat, *gl. in c quicunq; 30. vers. aliquid 16. q 7 c pastoralis 9. de his quæ fiunt à Prælat.* Mascard. *conclus 44 num 36.* Hieronym. Treutler. *consil. 58 num. 123.*] Non necesse est, ut beneficia hæc ab uno conferantur, † & unus tantum 10

patronus fiat, sed & plures ejusdem Ecclesiæ patroni fiant, & quidem ita, ut jus patronatus non divisim, sed in solidum penes omnes sit, & omnes æquè sunt patroni, nec unus magis quàm alius patronus dicitur, quamvis unus minus quàm alius in dotatione contribuerit, *c. ad audientiam, de Eccles. ædif.* Petr. Gregor. Tholosan *de benefic. Eccles. c. 17. num. 5.* [vid. Johan. Azor. *Instit. Moral. lib. 6. cap. 19 quæst. 6. part. 2.*] Et tantum is habet juris, qui unum angulum ædificat, quantum is, qui tres angulos exstruxit, Bald. *in c quanto. num. 3. ext. de judic.* Fr. Pfeil. *cons. 182 num. 13* Quod tamen ita procedit † in con- 11

sideratione abstractiva, si jus patronatus in abstracto hoc est, per se consideretur: Tam enim is, qui minus contulit, patronus est, quàm is, qui plus impendit, suamque vocem æquè habet, illis casibus, quibus id patronis de jure competit: In concreto verò præeminentia, dignitas amplior, majorque honor, gratia, emolumentum & jus pinguius debetur ei, qui plus contulit, quique dignior est, Hostiens. *in Summ. de iur. patron.* Paul. de Citadin. *de iur patron. part. 3. caus. 12. n. 45. in fin. Et part. 6. art 4 n. 12.* & Lambertin. *in eod. tr. lib. 1 part. 1. princ. q 3 art. 8. nu. 1. vers. colligitur secundò conclusio, &c.* quos & alios adducit & sequitur Ernest. Cothm. *resp. Acad. 1. n 46.*

Pertinet † tamen, ut dictum est, hoc ius 12 ad plures in solidum *cap. 1. 2. 3. de iur. patron. clem. 2. sen fin. eod. tit gloss. in dict. cap. 1.* & ibi Innocent & alij. [Pareich. *in dict. c. 1 & in c. patrimonium, de iu patron.* Roch. de Curt. *de iur pa-*

tron. ad verb. jus; num. 11.] Est enim jus patronatus individuum, propter spiritualitatem admixtam divisionis nescium; Et ita apud omnes est simul, ut apud nullum singulariter sit, *d. c. 1. & 2. de jur. patr.* sicut dominium rei communis, ut post Innocent. tradit Schurff *d. cons. 55. num. 5.*

Ne autem ex plurium patronorum dissensio-
13 ne † beneficia vel ministeria diu vacent, & Ecclesia detrimentum sentiat, permissum est Episcopo vel ei, qui jus Episcopale habet, variantibus patronis unum ex præsentatis eligere, eumque solum instituere, quæ institutio valet & præsentationem confirmat. *gl. & Dd. in c. cum autem de jur. patron.* & ibid. Panorm. *num. 7.* hanc sententiam tuetur, & pro ea Innocent. & alios Dd. citat. Subditque de juris rigore Episcopum tali casu, etiam extraneum instituere posse, *arg. c. quoniam, de jur. patron.* Regn. Sixtin. *cons. Marpurgens. 10. num. 16. vol. 1.* [Quomodo forti judicium, inter præsentatos, donis ac virtutibus æquales, hoc casu admitti posse, scribit Frideric. Balduin. *de casib. conscient. lib. 4. cap. 5 cas. 6.*] Illud sane etiam
14 non obscuri juris † est, quod ex ijs, qui à diversis personis præsentati sunt, is præferri debeat, qui à digniori præsentatus est, ut singulariter tradit Bald. *in l. 1. ff. de Senator.* ubi de fratre & sorore dicit, si habeant jus patronatus, & sint discordes in præsentatione, illum præferri, qui est præsentatus per fratrem, quia sexus virilis est dignior, refert & sequitur Gasp. Valasc. *in l. imperium, num 5. ff. de jurisdict.* [Quid verò si plures
15 sint patroni, † & unus ex his sit negligens, alter verò diligens, tunc præsentatio ab hoc facta sufficit, & ille pro illa quidem vice amittit jus suum, non tamen in totum eo propterea privatur; Ex quo enim compatrono præsentationem permittit, negligentia ista ei in posterum non obest neque in petitorio, neque in possessorio, Feder. de Sen. *consil. 1 et. in fin. ver. ista quæstio, & consil. 147.* Calder. *consil. 143.*] Præterea notandum, ubi de viribus præsentationis vel collationis
16 ambigitur, † non inquiri apud quem sit jus & proprietas conferendi, sed penes quem sit possessio; is enim, si quem præsentarit, vel si cui beneficium contulerit, rata manet præsentatio vel collatio, etsi postea evictum fuerit, jus ad eum non pervenisse *c. consultationibus, de jur. patron c. cum Ecclesia,* & ibi Panorm *&c. fin. de caus. possess. & prop: facit text. in c. ex literis, de jur. patron.* ea ratione, quia bonæ fidei possessor fructus suos facit, *l. bonæ fidei possessor, ff. de acquir. rer. Domin. §. si quis à non Domino, Inst. de rer. divis. c. gravis, de restit. spoliat.* [Confer Balduin. *de casib. conscient. lib. 4. cap. 5. cas. 5.*] Sunt autem juris patronatus † 17 fructus, ipsæ præsentationes, *d. c. consultationibus de jur. patron. c. cum Bartholus de re judic. c. decernimus & cap filiis 16. quæst. 7.* Philipp. Port. *cons. 102. num. 13.* Ruin. *cons. 50. num. 1. lib. 5.* Regn. Sixtin *d. cons. 10. & nu. 19 & 20.* Et ita in summo Sabaudiæ senatu pronunciatum, testatur Anton. Fab. *in C. rer. in Sabaud. judicat lib. 6 tit. 1. defin. 5.* [Censetur autem in possessione esse is, qui in ultimo beneficij statu, videlicet, in ultima vacatione, illud contulit, vel ad id præsentavit Oldrad. *consil. 312. num. 2.* Fed. de Sen. *consil. 111. num. 8.* quos ad hoc adducit Cardin. Tusch. *pp. conclus. 605. num. 1. & seqq lit. P.*] Si tamen possessor † in 18 mala fide sit, & juris alieni scientiam habeat, præsentatio non valet, sed irrita existit, Panorm. *in d. c. consultationibus, de jur patron.* Duaren. *in tr. de sacr. Eccles. ministr. & benefic. lib 5. cap. 9.* Dec. *resp. 5. num 36. vol. 2.* Menoch. *cons 90 num. 125.* [Ætas legitima in usurpante jus patronatus est 14. annorum, quæ in spiritualibus idonea censetur per tradita Cardin. Tusch. *pp. conclus. 606. num. 1. & num. 2.* ubi id etiam extendit certo casu ad infantiam.]

Patrono † idoneum præsentante, Episcopus 19 vel superior, qui jus Episcopale habet, eum instituere tenetur, *c. decernimus, caus. 16. qu. 7. c. quod autem c. pastoralis, de jur. patron.* Panorm. *in d c pastoralis* [vid. Cardin. Tusch *pp conclus. 598. lit. P. verb. Præsentatio. num 3. & nu 7.*] Patronata enim beneficia † non conferuntur sine præsentatione 20 patroni, nisi post morā ejus *c. 1. §. fin. de jur. patron. in 6. c. 3. §. fin. c. eam te, c. si verò de jur. patron.* Petr. Gregor. Tholos. *de benefic. c. 10. num. 16.* Vel, si intra legitima tempora patronus non idoneum præsentat. [Quinimò si in patronato beneficio sine nominatione aliquis instituatur, illa institutio venit irritāda, hoc est pro irrita declarāda, *c. illud, de jure patronat. c. decernimus 16. q. 17.* Lambertin. *de jur. patronat. lib. 2 part. 3. quæst. 1. art. 2.* Azor. *instit. Moral. lib. 6. cap. 22. quæst 4.*]

Quæstio notabilis.

Idoneus † autem præsentatus dicitur, 1. ratio- 21 ne fidei & doctrinæ, quam profitetur. Hinc dubium practicabile pulchrum oritur: Si patronus Pontificiæ religioni sit addictus, Episcopus verò vel qui jus Episcopale habet, sit Augustanæ

Con-

Confessionis, & vice versa, num idoneus is erit
qui eam, quam patronus religionem sequitur,
num verò talis sit præsentandus, qui unam cum
Episcopo religionem profitetur? Sunt, qui sta-
tuunt, Augustanæ Confessionis patronum, †
21 suæ religionis hominem præsentare posse, eum-
que à Collatore Episcopo esse recipiendum &
instituendum, tum quia jurisdictio Pontificia
Episcoporum in Augustanæ Confessionis Sta-
tibus sit suspensa: tum quia quod non liceat
Magistratui Papistico in Subditos Augustanæ
Confessionis, tanquam hæreticæ pravitatis reos
inquirere, ut tradit Petr. Frider. Mindan 1. *de pro-
cess. extrah. cap. 29 num. 7 & 8.* quem sequitur
Syring. *de pac. Relig. concl. 29. lit. g. in notat.* Ve-
rum, salvo horum judicio, contrarium & juris
veritati magis congruit, & usu passim rece-
23 ptum. Quia præsentatus † à patrono censuræ
Episcopi, vel ejus, qui jus Episcopale habet, sub
jicitur, & tunc demum admittitur, si in ea ido-
neus ab Episcopo reputatur, *tot. tit. de institut. &
passim in tit. de jur. patron* [Confer Cran. *de Pac.
Religion part 1. Problem. 9.*] Itaque patronus ta-
lem debet præsentare, qui sustinere potest Epi
scopi censuram, quod utique non poterit is, qui
aliam, quàm Episcopus loci religionem fovet.
24 Deinde, si hoc procederet † in Augustanæ Con-
fessionis patronis, idem utique sibi jus vendica-
rent Patroni Pontificij, tum quod sine cujus-
quam indignatione æquum censeatur, ut quod
quisque juris in alium statuat, eodem & ipse expe-
riatur, *rubr. & tot. tit ff. quod quisq. jur. &c.* tum,
25 quod Pacificatio religiosa per modum † con-
tractus constituta æqualitatem servat, inter
Status utriusque Confessionis, ne contractus
contra sui naturam claudicet. Itaque patronus
suæ fidei ministrum in præjudicium religionis
& ejus qui jus Episcopale habet, obtrudere non
potest, cuiuscunque sit Religionis; quod ita passim
usu servari à viris rerum usu peritis infinitis ex-
emplis observatum cognovi. Neque obstat ra-
26 tio prima Frideri, † quia licet jurisdictio Pon-
tificia suspensa sit, non tamen id inde infertur,
quod statuit Friderus, quia patronatus ius,
non est iurisdictionale, iurisdictionem tribuens
vel impediens, imò nihil commune habet cum
iurisdictione, nec est de Regalibus, nec de supe-
rioritatis genere, sed de genere eorum, quæ cui-
libet, etiam rustico competere queunt, ex dota-
tione, fundatione vel ædificatione Ecclesiæ se-
cundum Hostiens. *in summ. de jur. patr. num. 5. 6.*
7 Quicunque igitur dotat vel ædificat aut aream
præbet, in quam ædificetur Ecclesia, ius patro-
natus consequitur, *c. filijs, c. quicunque 17. qu. 7. ca.
Abbatem 18. q. 2. c. nobis, ext. de jur. patr.* Host. *d. lit.
de jur. patr. num. 2.* Johan. Gœdd. *in repet. pro restit.
Baron Vall num. 205.* Cum itaque præsentatio, † 27
non sit actus iurisdictionalis, ipsam religionem re-
spiciens, non potest referri ad illos casus, qui ad
suspensionem iurisdictionis Pontificiæ referun-
tur. Deinde per pacificationem Religiosam Epi-
scoporum iurisdictio non est suspensa, in locis E-
piscop. tuum suorum & ubi ipsi sine controversia
ius Episcopale habent. Idque expressè cavetur in
R. A. de Anno. 1555 §. damit auch obberührter ib-
do den Geistlichen Churfürsten an ihren andern
Rechten und Gerechtigkeiten unvorgreifflich / *& in
eod. § in fin.* Et in dubio ratione superioritatis Epi-
scopi intentionem suam fundatam habent in Ec-
clesiis sibi subiectis, *c. 2. de restit. spoliat in 6.* Wes.
cons. 48. num. 1 Ad 2. Resp. licet Episcopus vel Ma-
gistratus Pontificius in Augustanæ Confessionis
homines † à patronis nominatos ad hunc effectū 28
inquirere an sint Hæretici, & tanquam tales da
mnādi, non potest, nullibi tamē prohibentur, quo-
ad hoc, ut ministerio & Ecclesiis suæ institutio-
ni & iurisdictioni subiectis, in eos, & eorum do-
ctrinam inquirere possint, ad hunc effectum, an
sint recipiendi, nec ne. Sicut itaque patroni Pon-
tificii tenentur præsentare Religionis Augustanæ
ministrum, si Status & Magistratus Augusta-
næ Confessionis ius Episcopale, adeoque insti-
tutionem & confirmationem habet. Itaque & vi-
ce versa, statuendum erit. [Eiusmodi autem vo-
cationem, ad præsentationem Patroni Pontifi-
cii factam, bona conscientia ab Augustanæ Con-
fessioni addicto, subiri posse eleganter defen-
dit, Frid. Balduin. *de casib. conscient. lib. 4 cap. 5.
cas. 4.*]

Secundò idoneus † dicitur, præsentatus, ra- 29
tione vitæ, ut sit integræ existimationis, honestæ
& inculpatæ conversationis, Citadin. *de jur. patr.
par. 6 num. 10 art. 3* Duar. *lib. 4. de benef. ca. 5. per c.
literas, c. nimis de filiis Presb.* cui morum elegan
tia & literarum scientia suffragatur, *c. grave, de
prab. & dign. c. illiteratos, dist. 36. c. pœnitentes, dist.
55.* Se ipsum † tamen patronus, licet sit idoneus, 30
præsentare non potest, *c. per vestras de jur. patron.
Specul. de jur. patr. num 14.* [Vid. Cardin. Tusch.
pp. conclus. 138 & 395 lit. P. Quamvis secus sit in

& in notat. in princ. ante arrest. 1.] & ita in effectu beneficia patronata conferrentur, sine consensu patronorum, præsertim laicorum, & alii deterrerentur à dotandis beneficiis, *vid. cap. decernimus, caus.* 16. *q.* 7. Roch. de Curt. *de jur. patron. q.* 3. *in verb. honorific.* Lamb. *de jur. patron. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. Covar. *pr. q. in d. c.* 36. *num.* 11. Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud jud. lib.* 6. *t.* 1. *def.* 8.

[De unionibus beneficiorum Ecclesiasticorum
41 & Ecclesiarum, † itemque de incorporatione, & quatenus unitæ veteia retineant privilegia, vel incorporatæ Ecclesiæ privilegiis gaudeant aliisque unionis requisitis, vid. Andr. Geil 2. *obs.* 61. *num.* 10 ibidemq; Bernhard Graev. Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 229 *& mult seqq usq, ad* 246. *verb Vnio, lit. V.* Papon. *rer judicat. lib.* 3. *tit.* 8. Cachetan. *decis.* 116. *num.* 8, 9, 10. *& seq* Anthon. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judicat lib.* 1. *tit* 2. *defin* 48 49. *& defin.* 64 *&* 74. Matth. Paul. Wehner. *in pract. observat. verb.* Filial Et ante omnes plenissime N col. Garciam *de benefic. Ecclesiastic. part.* 12. *cap.* 2 *per tot* Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 28 *part* 2. Divisionem tamen unius Ec-
43 clesiæ, † urgente justa causa, auß einer Pfarr zwo machen, etiam invitis patronis, Ordinatius licere, ita tamen ut in utraq; salva maneant jura patroni, post alios notat Christoph. Besold. *in Thesaur. pract verb.* Pfarr.]

44 Patronatus † jus aliud est Laicorum, aliud Ecclesiasticorum, *cap un. de jur patron. in* 6. Abb. *in cap. cum autem per illum text. & in c. eam te ext. eod. tit.*

45 Jus patronatus Clericorum † acquiritur quoties ex ipsius Ecclesiæ bonis Ecclesia constituitur, dotatur & fundatur, ac ratione Ecclesiæ vel dignitatis Ecclesiasticæ competit. Non itaq; sufficit, ut à Clerico fundetur, ædificetur vel dotetur Ecclesia ad hoc, ut jus patronatus Clericorum dicatur nisi etiam simul fiat ex bonis Ecclesiasticis, & inde etiam Clerici fundantes Ecclesiam de bonis patrimonialibus non provenientibus ab Ecclesia dicuntur patroni Laici, *gloss in clem plures verb. præsentare de jur. patron.* Abb *in c. de Monachis de præbend. in* 6. Flamin. *de resignat. benef. lib.* . *q.* 4 *num.* 41. Hieron. de C. vall. *in Spec. com. opin. d q.* 282. *num.* 8.

46 Jus patronatus † vero Laicorum dicitur, quando quis sive Laicus sive Clericus Ecclesiam dotet, fundet vel construat de rebus proprii patrimonii secularis, *gl. in d. clem. plures* 2. Panorm. *in d. c. eam te, de jur. patron.* Lamb. *de jur. patron. lib.* 1. *q.* 1. *tit.* 5.

Hoc tamen notabiliter fallit, † si jus patrona- 47
tus originem ducens ex patrimonio seculari vel ab initio vel postea donatione, testamento aut alio quovis titulo in Ecclesiam vel Collegium Ecclesiasticum pertineat, ita ut ad id pertineat, tunc enim desinit esse laicorum, & incipit esse jus patronatus Clericorum, Marian. Socin. *in c. de Monachis, de præbend. colum. ult.* & alii, quos allegat Covar. *pract. quæst* 36. *num.* 5. *vers. secundò illud erit.*

[Secundò fallit † in Ecclesiasticis beneficiis col- 48
legiatis, in quibus Laicus non potest habere jus patronatus, in tantum ut non valeat consuetudo, Laico in Ecclesia collegiata jus patronatus tribuens, per notata ad *cap. Messana, de Elect.* Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 595. *num.* 5. *lit. I.* Nec obstare dicit, *c. nobis de jure patron. cum ibi notat.* qui loquitur non quoad electionem, vel præsentationem, sed quoad alios honores, per tradita plenè ab Alex. *consil.* 7 *num.* 1 *& seq. lib.* 4. *& ibid. num* 17. *& num.* 22. Confer Cravett. *consil.* 562. *num.* 7. Quod tamen rursus fallit, quoad jus primariarum precum in persona Imperatoris, per tradita *hic n.* 56 *& seq.*]

Jus patronatus Laicorum † appellatur gratia, 49
ut est *gl. in c. quia Clerici, de jur patron.* quia ex gratia Laicis fuit concessum jus præsentandi, quod innuunt verba *in cap.* 3. *ibi: huiusq, Ecclesia sustinuit & in c. si quis Episcoporum, de jur patron.* Lambert. *de jur. patron. lib.* 1 *p.* 1. *q.* 2. *art.* 4. *num.* 4. Ernest. Cothman. *resp. Academ.* 29 *num* 113. quæ gratia &
prærogativa † ideò Laicis fuit concessa, ut ma- 50
gis provocentur & incitentur ad ædificandas & dotandas Ecclesias & Capellas, ita ut pro remuneratione habeant jus præsentandi, Abb. *in c. ad Apostolicam de Simonia.* Paul. de Citad. *in* 4. *part. in pr. de jur. patron.* Hieron. de Cavall. *d. q.* 282. *num* 6. Cardin. Tusch *pp. conclus.* 595. *lit. I. num.* 1. *& seqq.* ubi tamen *num.* 3. declarat, quod hoc jus de jure ant quissimo, sit ex gratia, sed postquam ... sta in iure scrip... & ius commune as... ... dici gratiam sed iustitiam, iuxt. Feder. de Sen. *consil.* 234. *num.* 3. *vers. non obstat* 6 *quæst* 5.]

In dubio † tamen præsumitur jus patronatus 51
à Laicis esse quæsitum, per ea, quæ tradit Covarr. *d. c.* 36. *num.* 6. *vers. quartò est, &c.* Quod multò magis procedit in personis Principum, Regum & Superiorum, qui iuris præsumptione † inten- 52
tionem ... fundatam habent in Ecclesiis Ab-

batiis & aliis Collegiis & particularibus beneficiis, ut decidendo tradit Nicol. Boër. *decis. 32. per tot.*
53 Nam præsumuntur talia beneficia fluxisse † à Principe, tanquam à fonte, & nutritio Ecclesiarum, per ea, quæ tradit Anton. Faber *in Cod. rer. in Sabaud. judic. lib. 1. tit. 2. defin.* 48. *in notat. num.* 7.

54 Et quamvis Pontificii Doctores ad Principes † & Reges jus conferendi & præsentandi per modum privilegii pertinere dicunt, prout de Rege Apuliæ, Ungariæ, Franciæ, Angliæ, Hispaniæ & aliis tradit Marta *de jurisd. part. 2. cap.* 40. Verius
55 tamen est Regibus, † tanquam nutritiis Ecclesiarum, jure Regio & proprio, ex præsumptione juris in universo Regno tam diu competere, donec particulare in specie à quopiam probetur per ea, quæ præter modò allegata, dicta sunt suprà *c. 1. hoc lib.*

56 Habet Imperator † in imperio Romano jus primariarum precum, cujus vigore bene meritis vel aliis personis idoneis primarias preces super beneficiis primò vacaturis in Ecclesiis Germaniæ conferre potest, Geil. 2. *observ.* 155. *n.* 7. idque Geil. *dict. loc.* [J han. Azor. *Institut. Moral. lib.* 10. *cap.* 7. *vers. quinctò quæritur, part* 2.] *& alii putant.* Imperatori competere ex privilegio Pontificio, ideoq; in Capitulis Reformatis, cum jurisdictio Pontificia, & quæ ex ea descendunt privilegia, suspensa sint, in reformatis Capitulis & Ecclesiis beneficialibus, Imperatorem hoc jus non amplius obtinere.

57 Verùm huic vehementer adversatur, † quod Imperatori, jus & potestas in Ecclesiasticis non ex privilegio Pontificis, sed tanquam nutritio, Advocato supremo, & Capiti seculari Ecclesiæ, Krafft tragenden Keyserlichen Ampts/ competat, prout supra *cap. 1. hac Class.* fusius ex ipsis imperii constitutionibus probavimus. Sit itaque Imp. jure
58 † communi munitus est, & fundatam intentionem habet, Pontificio privilegio non indiget, *arg. l. in caus. 16. ff. de minorib.* & si tale privilegium unquam in rerum natura conceptum sit, id potius ex arrogantia & ambitione Pontificum, quàm ex defectu juris illius in persona Imperatoris descendisse existimo, cum notum sit, quod
59 Imperatores † non solùm omnium Templorum Antistites fint, sed ipsum Pontificem eligere potuerint, *c. Adrianus Papa dist. 63.* quod jus Imperator in præjudicium successorum & imperii in Pontificem titulo valido non potuit transferre, ut deinde ab illo rursus aliquid per privilegium obtinere necesse habuerit, & ita adhuc hodie Imperatorem in Reformatis Ecclesiis & Capitulis vigore juris primariarum precum beneficia primò vacantia conferre posse, verius est. [Bernhard. Græv. 2. *pp. conclus. ad observat. Geil.* 155. *consider.* 1. *num* 4. ubi dicit non ex Papali indulto aut privilegio, sed potius proprio jure & ex primordiali superioritatis præeminentia Imperatorem sibi vindicare verius esse, allegans ad hoc notata Joachim. Stephan. *de jurisdict. lib.* 4. *cap.* 12.] Modò per talem collationem nihil contra pacificationem religiosam in præjudicium reformatæ Ecclesiæ suscipiatur, per ea, quæ tradit Arumæus *in Aur. Bull. discurs. 3. quæst.* 55. D. D. Matth. Steph. & Consulens, quem ipse ecfert *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 4. num.* 21. [Ac eandem sententiam pluribus defendit Cran. *de Pac. Religion. part. 1. Problem.* 4.] Contra quæ nota etiam, † quod si Imperatori ex privilegio 60 Pontificis aliquod jus competere dicamus, tacitè concedimus Imperatoris subjectionem, quia privilegii datio arguit superioritatem dantis, & inducit subjectionis speciem in persona impetrantis, per ea, quæ dixi suprà *lib. 1. Class. 1. cap. 1. num.* 25.

Imperio vacante, † jus præsentandi Imperatori 61 competens, imperii Vicarii usurpant. *Aur. bull. tit* 5.

Jus patronatus † nihil præjudicat Presbyterio, 62 Magistratui & toti Ecclesiæ. Cum præsentatus, si indignus sit, repudiari possit, & patronus nisi aliquem intra tempus legitimum præsentet, pro illa vice repudiari potest, prout, supra diximus. Et si patronatus Laicus aliquem de beneficio instituat, excommunicationi subjacet, *c præterea, c. renatus, de jur patron.*

Jura patrono † competentia sequentibus inclu- 63 duntur versiculis:

Patrono debetur honos, onus, emolumentum.
Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.

Honos debetur patrono, in Statione, consessu & processione præ mentis. *caus. 16. q. 7.* [Honoris causa potest patronus habere sedem in Ecclesia, ut tradunt Hostiens. & Abb. *in c. abolendæ, de sepultur.* Item depicta aut suspensa insignia in Ecclesia, quæ ab alio tolli vel abradi sine injuria non possunt, Bart. *in l. 2. §. ne ejus nomine, ff. de oper publ.* Menoch. *recup. possess. remed.* 15. *n.* 47. *& seqq.* Quinimò insignia insculpta Ecclesiæ erigere

quere jus patronatus, tradit Mascard. *de probat. conclus.* 958. *n.* 21. *& seq.* & alii adducti à VVehner. *in observat. verb.* Hem und Schilt p. 286. De aliis ad Honorem patroni pertinentibus, Confer Johan. Azor. *instit. moral. lib.* 6. *c.* 20. *quaest.* 1. *&* 2. *part.* 2.]

64 Onus defensionis † patrono incumbit, qui tenetur Ecclesiam defendere, & prospicere, ne bona dilapidentur, *c. filius, d. caus.* 16. *q.* 7. & si bona non sufficiant, tenetur de suis supplere, Clem. 1. *de jur. patron. c. sexto, de praebend. in* 6.

65 Utile autem jus patronus habet, † ut si ad paupertatem redigatur, pro modo proventuum Ecclesiae & pro conditione personae ac dignitatis alendus est, ex proventibus Ecclesiae, Host. *in summ. de jur. patron.* [Vid. Joh. Azor. *institut. Moral. lib.* 6. *cap* 20 *quaest.* 3 *part.* 2. ubi id limitat, modò aliquid deductis impensis & aliis necessariis supersit. Jus tamen sepulturae Patrono vi juris patronatus non competit; quia illud nullibi refertur inter commoda Patronorum, Confer Hieronym. Treutler. *consil.* 57. *num* 6. *& consil.* 58. *num.* 29. Sed Ecclesiae Parochiali competit jus sepe-
66 liendi † omnes intra Parochiam degentes, etiamsi sint exteri & forenses degentes in civitate, Arch. *d. in c.* 1. *num* 3. *de sepultur. in* 6. Butr. *in c. t. n.* 9. Abb. *n.* 4. *eod.* Herc. Marescott. *variar. resolut. lib.* 2 *cap* 95. *num.* 9 De sepulchris, sepultura hereditaria, aut familiari aliisque eis annexis juribus & antiquitate, plura adduci possent, sed videantur ea de re, post Caeli. Rodigin. Johan. Rosin. & ibid. Thom. Dempster. *Antiquitat. Roman. lib.* 5. *cap.* 39. *& passim.* Johan. Oldendorp. *Class.* 2. *action.* 9. *rubr. de actione interdicti de mort. inferendo.* VVaremund. ab Erenberg, *de Foederib. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 90. *& multis seqq.* ubi quàm plurima ex antiqui-
67 tate adducit, & quod nec hostibus † nec hereticis piè denegari possit, multis probat Schönborner. *lib.* 4. *Politic. cap* 5. *per tot.* Hercul. Marescott. *d. resolut.* 95. *num* 9 *& seqq. lib* 2. Gonz. *ad c. ex pens. cap.* 8. *num.* 4. Caspar. Anthon. Thesaur. *pp. quaest. lib.* 1. *cap.* 11. Hier. Treutler. *consil.* 57. *&* 58. *per tot.* Cardin. Tusch. *pp. conclus.* 186 *& aliquot seqq. lit. S.* ubi tamen *conclus.* 187. *num.* 3. *& seqq.*
68 satis inhumanè ex Canonistis propugnat, † quod infantes Christianorum, in, vel ante partum mortui, item mulieres Christianorum praegnantes demortuae, neque in Ecclesia neque in coemiterio sepeliendae, ac sepultae rursus extrahendae, nisi partus mortuus evellatur & extra locum sacrum sepeliatur. Deus bone, quae hic spes aut solatium fidelis impraegnatae & periculosè parturientis mulieris, quae tamen, si in fide maneat & dilectione, per filiorum generationem salvari in scriptura dicitur, 1. *ad Timoth cap.* 2. *vers.* 15. Per-
ditur jus patronatus per † non usum 40. anno- 69
rum, quibus patronus pariter beneficium conferri liberè, Pute. *decis.* 591. *lib.* 2. Item Ecclesia destructa, quo casu jus patronatus dicitur aridum, ideoque ad eam non potest fieri praesentatio, benè tamen ad gubernacula bonorum & ad spem reficiendi Ecclesiam vel hospitale collapsu, Bald. *consil.* 379. *lib.* 1. Cardin. Tusch. *pp. concl.* 620. *n.* 1. *& n.* 6. *lit I.*]

Deniq; nota, quod licet jus † patronatus non 70
sit spirituale, cum possideri & per laicum praescribi possit, est tamen annexum spiritualitati, *c. de jure, ext. de jur. patron.* VVesenb. *cons.* 48. *num.* 21. Gail. 1. *obs.* 38. *num* 6. [Ideoq; singulariter vendi non potest, *c. de jure patronatus c. cum saeculum, x. de jure patron. c. praeterea & ibi Abb. numer.* 1. *de transact. conjunct. c. quanto, de judic.* Vendita tamen universitate † veluti castro vel districtu, 71
in quo sita est Ecclesia patronata, item hereditate vendita, hoc jus accessoriè transfertur, *c. ex literis d. jur. patronat. l.* 1. *de fund. dotat. l. quadam de acquir. rer. dom. l. in medicis, de contrah. empt.* vid. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 21. *num.* 6. *& seqq.* Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *quaest.* 8. *part.* 2.] Indeque † mixti fori censetur, per ea, quae 72
tradit Marta *in tr. de jurisdict. part.* 2. *c.* 40. *&* 41. Andr. Gail. *d. loc.* [quamvis ad solum judicem Ecclesiasticum pertinere post alios vult Card. Tusch. *pp. conclus.* 595. *num.* 2. *& conclus.* 597. *nu.* 1. *& seqq. lit. I.* addens rationem, Quod in mixtis, quale est jus patronatus magis dignum trahat ad se minus dignum. Dubium autem non est, Spirituale magis dignum esse temporalibus. Plures ad totam hanc juris Patronatus materiam pertinentes, vide apud Johan. Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 19. 20. 21. *& seq. part.* 2.]

Specialiter † nota, quod praesentatio aliquan- 73
do dicatur collatio, quae tamen in propria significatione differt a praesentatione & institutione, per ea, quae tradit Petr. Gregor. *de benefic. Ecclesiast. cap.* 9. *num.* 8. quamvis & instituens non tantò dicatur conferre. Itaque verbum conferendi & Collaturae pro subjecta materia accipienda, & sic patronus confert praesentando & nominando, ut post Bald. notat Mant. *d. jurisdict. p.* 2. *d. c.* 40.

num 24

nu. 24 Episcopus verò, vel qui jus Episcopale habet, confert instituendo & confirmando. *In Ordi-*
74 *nat. Ecclesiast. Hassiaca* † vox *Collatoris* pro patrono, promiscuè usurpatur *sub tit.* **Von Annehmung vnd Beurlaubung der Prædicanten**/quæ cũ multa notabilia contineat, eam huic tractatui inserere operæ pretium esse duxi: Nach dem auch in vorigen vnsers geliebten Herrn Vatters Gottseligen Ordnungẽ klar versehen/welcher Gestalt ein jeder Prædicant der were gleich præsentirt von wem er wolle/ehe dañ er zum Pfarrdienst gelassen wird/zuvor durch den Superintendenten desselben Gezircks examinirt/vnd anders nicht / dann so er tüchtig vnnd geschickt befunden/zugelassen/eingeführt / vnnd gebührlicher Weise confirmirt werden soll/ So wollen wir dieselbe Ordnung hiermit ernewert/bekräfftiget/vñ vnseren Superintendenten mit gnedigem Ernst befohlen haben/daß sie hierin keine Fahrlässigkeit oder Mangel erscheinen lassen/auch in dem niemands vberal/die Collatur vnnd Præsentationen stehen gleich zu wem sie wollen/vbersehen. Dann ob wir wol nicht gemeint seyn / vnser Vnderthanen / vom Adel vnd andern/ die an etlichen Pfarren in vnsern Fürstenthumben vnd Gebieten / deß juris patronatus & præsentandi kundtlichen berichtiget/an derselben ihrer Gerechtigkeit einigen Eintrag zu thun: Jedoch dieweil die Examination vnd Confirmation der præsentirten Personen allezeit der Geistlichen Jurisdiction/die vns in diesen vnsern Fürstenthumben / Landen vnd Gebieth/durch den Passawischen Vertrag/vnd in Anno 55. gefolgten Augspurgischen Reichs Abschied zu geeignet vnd bekräfftiget ist/ zugestanden hat/auch ohne das vns als dem Landsfürsten gebühret darauff zu sehen/daß vnsere von Gott vns befohlene Vnderthanen/so wol Edel als Vnedel / mit Christlichen/Gottseligen vnd tüchtigẽ Lehrern vñ Predigern versorgt seyn/So setzen/ordnen vnd wollen wir / daß keiner/ der sey wes Standes er wolle/so an einer oder mehr Pfarren in vnserm Gebiet dz jus præsentandi kundtlichen herbracht/ dieselbigen Pfarren vor sich selbst mit Prædicanten zu besetzen sich vnterstanden/Sondern jedes mals ein qualificirte/geschickte vnd tüchtige Person (darumb wir gleichwol die in vnserer Vniversität zu Marpurg mit schwerem Vnkosten erzogene Stipendiaten/die jr Jahr complirt vnd darzu tüchtig seyn/ bevor frembten zu befördern begehren/vnsern Superintendenten desselbigen bezugs nominiren vnd zuschicken/ derselbe nominirte Person neben einem oder zweyen der nechst gesessenen Prædicantẽ nottürfftig examiniren/vñ da sie qualificirt erfunden wird/gebürlicher Weiß einführen vnd confirmiren soll. Wird aber der præsentirte nicht genugsam erfunden / so sollen ihme der Superintendens nicht zulassen/ sondern dasselbige dem Collatori,eine andere tüchtige Person zu præsentiren haben/zu erkennen geben. Vnd im Fall der Collator hierinnen fahrlässig seyn/vnd auff lengst in zweyen Monaten/nach deß beschener Erledigung der Pfarr/kein qualificirte Person præsentiren würde/so soll der Superintendens desselbigen Zircks ohne alle mittel die Pfarr/damit sie lenger [illegible] vnd die Leut versaumbt werden / zu besetzen Macht haben.

Vnd dieweil zum theil durch absterben der Superintendenten [illegible] durch [illegible] der Zeiten in vergeß vnd [illegible] ob dieser oder jener Pfarrer auff vorgehende Examination / Vocation vnd Confirmation zum Pfarrdienst kommen oder nicht/ So setzen/ ordnen vnd wollen wir/ daß solchem Zweiffel vnnd Vnrichtigkeit zuvor zu kommen/ hinfüro einem jeden Pfarrherrn/der mit vorgehender Examination zum Pfarrdienst auffgenommen vnd bestätiget wird/ von dem Superintendenten desselbigen Bezircks/ vnter seinem Handzeichen vnd Siegel ein Schrifftliche Vrkund vber solche Confirmation gegeben/vnnd zugestellet werden soll/sich dessen jederzeit/da es vonnöthen/zu gebrauchen haben.

Nach dem auch etliche Collatores (wie vns glaubtlichen anlangt) bißweilen mit den jenigen/so sie zu Pfarren præsentiren/vmb ein besonder Liebnuß oder Liebgeld paciscirten/auch zu Zeiten an den Pfarrgütern vnd Gefällen etliche Stück (so sie ein Reservat nennen) vor sich außdingen vnnd behalten/ solches aber nicht vnbillich vor ein vnziemlich vnd in Recht verbottene/ auch dem H. Ministerio verkleinerliche Simoney Mercantzerey zu halten. So wollen wir dasselbige hiemit gäntzlichen abgeschafft/ vnnd so wol den Collatoren bey Verlust ihrer Collaturen/ als den præsentirten Pfarrherrn/ bey entsetzung desselbigen Pfarrdiensts/geboten/aufferlegt vnnd befohlen haben/ daß sie dißfals vntereinander kein Pact oder Geding machen/ viel weniger von den Præsentationen oder auch der Pfarrgütern etwas/ es sey viel oder wenig/ nehmen oder geben/ sondern sich dessen bey Vermeidung obgesetzter Straff gäntzlich enthalten. Dann gleich wie einem Christlichen Prædicanten vnd Lehrer wol anstehet/ ordentlicher Vocation vnd Beruffs zu gewarten, vnd sich selbst mit Geschencken/Gaben/oder in andere wege nicht einzudringen/also will auch den Collatoribus gar nicht gebühren/ die jenigen (so zum Ministerio beruffen/vnd geschickt erfunden werden) mit etwas zu beschweren.

Welche nun durch ordentlichen Beruff/vnd mit vorgehender Examination vnserer Superintendenten / als obstehet/ zun Pfarrdiensten einmahl auffgenommen vnnd bestätiget worden seyn/ die sollen weder durch die Collatores noch jemands anders propria auctoritate nicht entsetzt noch beurlaubt/ sondern bey ihren Pfarren vnverdrungen gelassen vnd durch vnsere Superintendenten biß an vns gehandhabt werden/ da aber der Collator oder jemands anders vermeinte gegen einen Pfarrherrn dermassen Vrsach en zu haben/darumb er seines Pfarrdiensts zu entsetzen/oder anderswohin zu transferiren sey/ so sollen dieselben Vrsachen dem Superintendenten/vnter dessen Bezirck der Pfarherr gesessen/vorbracht/vnd darauff nach Gelegenheit/entweder von demselbigen Superintendenten allein/oder so die Sache etwas wichtig ist/mit vnserer geistlichen vnd weltlichen Rähte/ oder des general Synods/ oder auch vnser selbst Bedencken vnnd Erkentnuß/ die Gebühr vorgenommen werden/ꝛc.

Damit aber die Prædicanten ihren Vnterhalt desto besser haben/ vnnd die Pfarren allenthalben/ sie gehören gleich vns oder andern/ mit so viel tauglichern Personen besetzt/ darzu der im Anfang dieser Ordnung vermelte Consens vnter ihnen allen desto steiffer erhalten werden möge/ so soll ein jeder Superintendens in seinem Zirck alle vnd jede/ so wol dem Adel vnd andern/als vns zuständige Pfarren/keine außgenommen deß Jahrs zum wenigsten einmahl visitiren/ die Prædicanten zu den Special Synodis erfordern/ die Kirchen- vnd Kasten Rechnung so die Pfarren vns zustehen/neben vnsern Beampten/ so sie aber des Adels seyn/ neben denselben vom Adel oder ihren darzu verordneten/ anhören: Alle vorfallende Mängel zur Besserung richten vnd anstellen. Sonderlich aber

aber darauff sehen/daß die Pfarr- vnd Kirchengüter/Renthe/Zinse/ Zehenden vnd Gefälle vnverrucket/dem Pfarrherrn vnd Kasten zu gut/ bey einander erhalten werden/vnd da sie befunden/daß etwas darvon verzuckt/veräussert/ entzogen / oder in einicherley weiß zu Privatnutzen vnterschlagen vnd verwendet were / dasselbig nach aller Müglichkeit wider herbey bringen / darzu wir jhnen jederzeit/ auff jhr Suchen die hülffliche Hand bieten / auch vnseren Beampten allenthalben dasselbige zu thun/ hiermit aufferlegt vnd befohlen haben wollen.

75 Juri patronatus † cognata est Advocatia Ec-
clesiastica, vulgò Vogtey, vel ut in Alsatia in vi-
cinis locis, die Kastenvogtey/ quæ nihil aliud est,
quàm jus defensionis & protectionis Ecclesia-
rum, cum aliqua jurisdictione conjunctum, &
inspectione administrationis Oeconomicæ, [vid.
Christophor Lehman/ *in Chron. Spirensib. lib. 2.*
cap. 36. ubi de origine & progressu hujus juris, ex
antiquitate quædam adducit.] Paurm. *lib. 2. de*
jurisdict. c. 9. nu. 22. 24. & 25. Rosenth. *de feud. c. 4.*
concl. 14. num. 2. ubi in notat. gl. B. se in libris anti-
76 quis vidisse vocem Kastenvogt/ usurpatam pro
Præfecto deß Kastens/ id est granarij, redituum,
proventuum, frumenti, &c. per metonymiam
continentis pro contento, qui latinè dicuntur
Advocati, qui sunt Tutorum instar, quibus et-
iamnum Monasteria non pauca inde graves re-
ditus pendunt, alicubi equis certo numero mis-
sis, qui Monastico pabulo saginentur, Wehn. *in*
77 *pr. obs. verb.* Vogtey/ *pag.* 651. Et tales Advocati, †
seu Kastenvögt habent rationem, ne reditus Mo-
nasteriorum obscurentur, & alienentur, absque
justa causa & ideò non rarò dicuntur Schutz- oder
Schirmherren/ Vult. *1 de feud. c. 8. nu. 17. vers. in-*
nomin. Olim ferè magni beneficij loco id existi-
matum fuit, sed ob abusum subsecutū ejusmodi
difficilibus & molestis protectoribus carere com-
78 modi loco haberi cœpit, Rosenth. *d. loc.* Plerum-
que tamen Principibus, † in Cœnobia, sub eo-
rum districtu sita, competit Advocatia seu in-
spectio administrationis justitiæ & temporalium,
ut sine horum consensu bona immobilia Mona-
sterij alienari vel oppignorari nequeant, Panorm.
in rubr. de jur. patr. num. 4. in fin. per cap. filiis, 16. q.
7. quod jus Advocatiæ in Cœnobiis ab Impe-
ratore conceditur Principibus in suis territorijs,
puta, mit allen Prælaturen vnd Clöstern / Geist vnd Weltlichen zwingen/derselben Weltlichen Obrigkeit/Schutz-Rechten vnd Advocatien/ Wehn.
d. loc. p. 652. Ex hisce † apparet advocatiam hanc
Ecclesiasticam separatum jus continere à jure patronatus Ecclesiastico, quamvis sint qui advocatiā & jus patronatus pro eodem ponant, & patronū, Advocatum, & defensorem Ecclesiæ terminos convertibiles dicant, ut post Hostiensem & Zasiū tradit VVesenbec. *cons.* 48. *n.* 14. Quod quidem latè accepto vocabulo Avocati, in generali sensu procedere potest, non verò in hac acceptione, prout hic accipimus.

Caput. X.

DE CONSISTORIIS ECCLESIA- *sticis, & foro causarum spiritualium.*

SUMMARIA.

1. 36. *Per transactionem Passaviensem, & pacificationem Religionis jurisdictio Ecclesiastica Pontificiorum in terris Augustanæ Confessioni addictorum planè est suspensa.*

2. *In hisce suis terris jurisdictio Ecclesiastica & secularis vigore territorialis superioritatis competit, & exercetur.*

3. *Per hanc pacificationem non tàm data, quàm restituta fuit Magistratibus secularibus jurisdictio Ecclesiastica.*

4. *Principes imperij sacerdotij curam sustinent, & quomodo? Non confundenda ea, quæ vel ipsa Dei ordinatio, & negotij qualitas separavit. Alieni muneris non facienda usurpatio.*

5. *In his quæ ordinis sunt Principes, & status Augustanæ Confessionis seculares se ipsos non intromittunt, sed per Ministros Ecclesiæ decenter perfici curant.* 6. *Quæ verò jurisdictionis Ecclesiasticæ, & legis Diœcesanæ per Consistoriales expediunt.*

7. *Negotia secularia in Cancellariis & judiciis secularib. cognoscuntur, & definiuntur; Causæ verò spirituales sive Ecclesiasticæ in Consistoriis terminantur.*

8. *In Anglia judicium causarum conscientiæ, curia Christianitatis appellatur.*

9. *In Helvetia singulæ urbes peculiare Consistorium habent, ubi causæ matrimoniales, censura morum, & similes agitantur.*

10. *Totius Germaniæ cōsuetudine Principes & status Augustanæ Confessionis sua propria habent consistoria.*

11. *Ex jure Canonico omnes causæ contra Clericos ad forum Ecclesiasticum pertinent, sive civiliter, sive criminaliter intententur.*

12. *In Hassia, aliisq; locis August. Confess. addi-*

dis Persona Ecclesiastica, ubi & qua ratione conveniantur, & judicium subire teneantur?

13. *Clerici omnes respectu temporalium jurisdictioni temporali subsunt. Fructus ex re Ecclesiastica percepti, seu proventus, & obventiones Ecclesia non sunt spirituale quid, sed temporale.*

14. *Semper distinguendum inter bona Ecclesiastica, & bona Ecclesiasticorum, undecunque provenerint, qua ex privato patrimony jure, vel ex reditibus Ecclesiasticis eodem jure usurpant.* 15. *Et Horum bonorum ratione non sunt immunes Ecclesiastici à tributis, & oneribus publicis.*

16. *Causa Ecclesiastica alia sunt merè spirituales, & qua? Alia dicuntur spirituales ratione dependentia, & consequentia & qua,* 17. *Alia dicuntur mixta, & qua?*

18. *Causa possessionis non est spiritualis, sed secularis. Possessory causa etiam in spiritualibus temporale aliquid esse creditur, & ad Principis Laici curam pertinet.*

19. *Ad causas Ecclesiasticas mixti fori referturetiam crimen adulterij, quatenus agitur ad separationem thori.*

20. *Causa matrimoniales pro diversa consideratione aliquando ad Ecclesiasticum, aliquando ad seculare forum pertinet.*

21.22. *Alia Bartoli distinctio.* 23. *Posteriori hoc casu persona Ecclesiastica à cognitione causarū matrimonialium non excludenda. In causis matrimonialibus accidunt casus conscientiarum, de quibus etiam consulendi Ecclesiastici & Theologi.*

24. *In causis matrimonialibus tanquam spiritualibus Camera jurisdictio non est fundata.* 25. *Ideoq; quastione prajudiciali incidente ratione substantialium matrimonij, remittitur causa ad competentem judicem Ecclesiasticum. Adducuntur prajudicia.*

26. *Excapite tamen nullitatis in causis matrimonialibus Processus in Camera decretos constat.*

25. *Etiam per implorationem brachy secularis ad Cameram devenitur, & mandata executorialia sine clausula aliquando decreta.*

28. *Quando inter personas Camerales causa matrimoniales agitantur, tunc Collegium & Iudex Camera inter eas cognoscit.*

29. *Statu aliquo Augustana Confessionis in cognitione causarum matrimonialium & per officialium Pontificium turbato, mandata & processus in Camera* auff den Religionsfrieden *decerni possunt.*

30. *Ex pacificatione religiosa status Augustana Confessionis* in ihren Kirchen Ordnungen und Gebräuchen/*non sunt turbandi.*

31. *Statibus August. Confess in causis matrimonialib. inter se lites habentibus, & jure experiri volentibus, ad quem judicem hac quastio pertineat?* 32. *Ad Imperatorem illa non videtur devolvenda.* 33. *Alij ad Cameram imperialem pertinere probabiliter existimant.* 34. *Hac sententia in utroq; casu expressè rejecta in memoriali in Comitijs Spirens. Anno 1570. erecto.*

35. *Respondetur ad rationem contrariam. Principes & status imperij quatenus in Camera judicium consenserint?*

37. *Alij has causas matrimoniales inter pradictas personas, ad Austregarum judicium pertinere existimant.*

38. 1. *Ratio Ziegleri. Privilegium prima instantia statibus immediatis in genere in quibusvis causis conceditur.* 39. *Ordinatio generaliter loquens generaliter intelligenda. Generalis dispositio generaliter accipienda Generalis locutio singulas species, qua generi insunt comprehendit.*

40. 2. *Ratio. Geminata simplicibus sunt fortiora. Geminatio habet vim clausula derogatoria, omnibus aliis contrariis derogās Ex geminatione animus omninò deliberatus & destinatus elicitur.*

41. 3 *Ratio Ziegleri.*

42.43. *Rationes contraria Iudices Austregarum qui sint?*

44. *Privilegia Austregarum in effectu sunt exceptiones à jurisdictione Camera. Qua non est fundata in causis matrimonialibus & spiritualibus. Exceptio debet esse de regula, hoc est, de contentis sub regula.*

45. *Causa ad Austregarum judicium pertinentes per appellationem ad Cameram devolvi possunt. Vt judicium Austregarum locum habeat, quid requiratur?*

46. *Respondetur ad 1. & 2. rationem Ziegleri. Verba generalia, & geminata quomodo accipienda, & determinanda.* 47. *Generalitas, qua non nisi ex certis speciebus verificari potest ex mente proferentis, ad eas contrahenda & restringenda est.*

48. *Ad 3. Ration Ziegleri respondetur.*

49. *Persona Ecclesiastica immediatè imperio subjecta in Camera conveniri possunt. Generalitas non operatur ob medium inhabile, nisi in quantum potest.*

50. *Superiorem non recognoscentes coram suis Consiliariis conveniri possunt.*

51. *In causis Ecclesiasticis & spiritualibus propter*

pter suspensam jurisdictionem Pontificiam status August. Confess. superiorem non recognoscunt.

52. Limitatio praecedentium. Laicus in una eademq; causa, unà cum Clerico conveniendus, ad judicem clerici trahi potest, & tenetur ibidem respondere, ne continentia causae dividatur. 53. In connexis magis dignum trahit ad se minus dignum.

54. Iuramenti quaestionem Canonistae & Pontificij Dd. etiam simpliciter ad forum Ecclesiasticum referre volunt.

55 Verius est, in relaxatione & absolutione juramenti ad effectum agendi, fundatam esse jurisdictionem secularem.

56. Imperator in novissimis imperij constitutionibus juramenta remittit, propter causam publicae utilitatis. Relaxatio & absolutio juramenti conceditur à Principe seculari.

57. Camera imperialis jurisdictio fundata est quoad absolutionem, & relaxationem juramenti ad effectum agendi.

58. Accessorium sequitur naturam & conditionem sui principalis. Iudex competens quoad executionem, & observantiam, debet etiam esse competens quoad absolutionem.

59 Iuramentum est res quaedam spiritualis, animam jurantis astringens. Unde spiritualis quadam tortura dicitur. Quaestio juramenti à foro causae principalis non est separanda.

60. Absolutio à peccatis, seu remissio spiritualis ad ministerium Ecclesiasticum pertinet, & soli foro Ecclesiastico reservatur.

61. Iuramentum per errorem & ignorantiam praestitum non eget absolutione. Iuramenti relaxatio ad effectum agendi quando fieri possit, altera parte non citata, vel invita, remissive.

62 Usurarum causas etiam ad forum Ecclesiasticum pertinere dicunt Canonistae. 63. Mixti tamen sunt fori.

64. De stylo Camerali usurariae causae in Camera ventilantur & deciduntur.

65 Limitatio prioris sententiae Canonistarum.

66. Controversia de jure funerandi & sepulturae ad Ecclesiasticum iudicem, & Consistorium pertinent. Parochiali enim juri cohaeret.

1 CUm per Transactionem † Passaviensem & subsecutam Religionis pacificacionem (de qua ineunda & perficienda Imperatores & S. Rom. imperij status & Proceres ultra triginta annos in Comitijs tam universalibus, quàm particularibus anxiè tractarunt, R. A. de An. 1555. §. In solcher fürgezogener/ rc jurisdictio Ecclesiastica Pontificiorum in terris & ditionibus Augustanae Confessioni addictorum, planè sit suspensa, *d. Recess de Anno* 1555. § Darmit auch obberürte beyderseits/ rc. ideoque hisce in suis terris † jurisdictio tam Ecclesiastica quàm Secularis vigore territorialis Superioritatis, Krafft habender Landfürstlicher Obrigkeit/competit, & vigore ejusdem exercetur, Andr. Knich. *de sublim. & reg. territ. jur. c.* 3 *n.* 149 Rosacorb. *practic forens. c.* 30. *num.* 23. Dauth. *de Testament. num* 91. Et per hanc pacificationem † non tam data quàm restituta fuit magistratibus secularibus jurisdictio Ecclesiastica Et sicut Archiepiscopi, Episcopi & multi ex Praelatis utramque tribunal Principum benignitate nacti jam dudum exercuerunt, ita etiam multò potius, ut & Seculares imperij status ex gravissimis causis, utramque jurisdictionem decenter & convenienter usurpent, tam in his quae sunt Ordinis quàm quae sunt jurisdictionis Episcopalis ac legis Dioecesanae. 2 3

Cum verò Principes † haec jura habeant, Imperij & Sacerdotij curam sustineant, diligenter cavere debent, ne vel usurpatione vel administratione confundatur ea, quae vel ipsa Dei ordinatio & negotij qualitas separavit. Quare ministerii Ecclesiastici partes proprias sibi sumere non debent, utpote praedicare, ligare, solvere, &c. D. Pareus *de jur. reg. qu. ult. propos.* 5 *p.* 81. [Cran. *de Pac. Religion part.* 2. *problem.* 4. *connex.* 2.] Non enim ijs dictum est: Euntes docete omnes gentes: Vocatione itaque distinguuntur, sine qua nemo ministerium sumere debet. Nec alieni muneris facienda usurpatio, *c. quod quidam*, 1. *quaest.* 1. [*c. nos si incompetenter, in notat* 2 *quaest.* 7.] Sed quilibet se debet suis terminis continere, *c. perlatum, dist.* 1. *& in vocatione sua permanere,* 1. *Cor.* 7. *v.* 20. ne Sacrilegium incurrant Jeroboami & Usiae, volentium adolere incensum, quorum illi manus exaruit: hic lepra percussus est, 1. *Reg.* 13 2 *Paralip.* 26. 4

In his itaque quae ordinis † sunt, ut est praedicatio publica verbi divini, administratio Sacramentorum, potestas ligandi & absolvendi, quae Clavium dicitur, & ipsum Ministerium respiciunt, Principes & Status Augustanae Confessionis Seculares se ipsos non intromittunt, sed curam & potestatem externam circa haec sibi reservant, ut per Superintendentes & Ministros Ec- 5

legat Parif. *consil.* 40. *num.* 24. *part.* 3. Dauth. *de testament. num.* 171. Jacob. Schult. *observ.* 25. *num* 19.

15 Et ratione horum bonorū † non sunt etiam immunes à tributis & oneribus publicis per tradita Parif. *d. consi.* 40. *num.* 24. *part.* 3. & Colet. *d. ca.* 3. *nu.* 107. Et ita judicatum fuisse in Curia Parisiensi Anno 1287. contra Petrum Archiepiscopum Rhemensem, refert Guil het *in Chronolog Ecclesiastice Po lit. sub d. Anno* 1287. Atque ita etiam servatur in Hassia tam in persona Ecclesiasticorum, quam etiam studiosorum, qui bona immobilia in Hassia possident, quorum intuitu collectantur, quamvis hic Marpurgi vel alibi studeant, idq; Curatores, Tutores vel Administratores ipsorum nomine præstant.]

16 Causæ Ecclesiasticæ † quædam sunt merè spirituales, ut sunt illæ, quæ fidei Christianæ veritatem immediatè respiciunt, Ceremonias sacras & cultum divinum, vel etiam ea, quæ sunt ordinis concernunt, quo etiam pertinent Vocationes & Ordinationes sacræ Ministrorum. Quædam verò dicuntur spirituales ratione dependentiæ & consequentiæ, quæ vel respiciunt disciplinam Ecclesiasticam vel controversias de personis & bonis Ecclesiasticis, de reformatione & similibus.

17 Quædam dicuntur causæ mixtæ, † quæ aliquando ad forum Ecclesiasticum, aliquando ad forum Seculare pertinent. [Clar. *in §. fin. q.* 37. Matt. Neapol tan. *de jurisdict. int. jud. Ecclesiast. & Laic. part.* 1. *c.* 2. *per tot.* Wintzler. *de jurisd. Episcop. German. Tit* 15. utpote, quando de jure patronatus, ac de possessione rerum Ecclesiasticarum, vel similibus controversiis in facto consistentibus controversiæ exoriuntur, quia causa

18 possessionis † non est spiritualis sed secularis, *c. te quidem, caus.* 11. *quæst.* 1. *tot. tit. C. ne Cler. vel Monach. negot. secul. c. lator. ibi, seculari Domino, sub cujus judicio de hereditate causa vertitur ext qui fil. sint legit.* [Matth. de Affl Ct. *decis. Neapolit.* 24. *per tot.* ubi in fine refert per consilium Neapolitanum ita judicatum, Anthon. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud. judicat. lib.* 3. *tit.* 1. *defin.* 38. *num.* 6. 7. ubi dicit, quod possessorii causa etiam in spiritualibus, temporale aliquid esse credatur, & ad Principis Laici curam pertinens. Quamvis id *num. seq.* in possessorio adipiscendæ, limitet, cum id proximè accedat ad naturam petitorii, Mynsinger. 2. *observ.* 67. *num.* 2. VVintzler. *de jurisd. Episcop. German. tit.* 14. Confer Johan. Azor. *institut. moral. lib.* 5. *cap.* 14. *part.* 2.] hujus rei exempla aliquot refert Andr. Geil. 1. *observ.* 28. *ubi, quatenus causa decimarum & juris patronatus ad forum secularem pertineant.* qua de re vide etiam Matt. *de jurisdict. p.* 2. *cap.* 40. & 41. [Gerhard. Maynard. *decis. Tholos.* 28.]

Ad causas Ecclesiasticas mixti fori † referuntur 19
etiam crimen adulterii, quatenus agitur ad separationem thori, *c. tua, § ibi: si verò, ext. de procurat.* Covarr. *de matrimon. p.* 2. §. 6. *n.* 14. ubi hanc communem dicit, [Clar. *in §. fin quæst.* 37. Hartm. Pist. *obs.* 109.]

Item causæ Matrimoniales, † quæ aliquando 20
ad Ecclesiasticum forum, aliquando ad Seculare pertinent, pro diversa consideratione. Aut enim quæstio vertitur de ipsa matrimonii substantia, vinculo, jure & viribus ejus, [seu de fœdere matrimonii, ut loquitur Gerh. Maynard. *decis. Tholos.* 27. *lib* 1 Anthon. Fab. *in Cod rer. in Sabaud. judic. lib.* 3. *tit.* 7. *defin* 16. *num* 1.] **Als ob es eine Ehe sey/ seyn könne oder nicht**/ & ad Consistoriales sive Ecclesiasticum pertinet judicium; Aut non de matrimonii agitur substantia, sed judicio possessorio ad reposcendam uxorem & alia, & tunc ad seculare pertinet judicium, Mauser. *in tr. de matrimon.* vel cum Bartholo etiam distinguitur: Aut quæstio est

de facto, † an matrimonium fuerit inter patrem 21
& matrem ejus, qui succedere vult, & ad Seculare judicium pertinet, *per text. optimum in c. post miserabilem ext. de usur.* quæ opinio communis est ut notat Villalob. *in opinionibus lit. I. num.* 107. 108. [Johan. Goedd *cap.* 1. *num.* 41 *de sequestr. possess.*] Aut

de jure † posito facto, an scilicet inter illos potuerit esse matrimonium & ad Consistoriales sive judicium Ecclesiasticum pertinet; *ad l.* 2. *de jurisdict. text. in c. multorum.* 35. *q* 6. *c. lator. ext. qui filii sint legit.* Menoch. *consil.* 366. *num* 11. 12. & 50. Ann. Robert. *rer. judic. lib* 3. *cap.* 5. Et hanc distinctionem approbat Referens apud Meichsner. *decis.* 20. *num.* 81 & 82. *tom.* 3 [Matth. de Affl Ct. *decis.* 219. *num* 5. & ita observatum in senatu Tholos. refert Gerhard. Maynard. *decis.* 27. Hoc itaq; posteriori 22

casu † excludi non possunt personæ Ecclesiasticæ 23
à cognitione causarum matrimonialium. Sic legimus Salvatorem causam dividendæ hereditatis prorsus rejecisse, *Luc.* 12. super quæstione verò de divortio, ex verbo Dei ostendisse, quid cum norma institutionis consentiat, quid verò pugnet. Significans in causis matrimonialibus accidere casus conscientiarum, de quibus etiam consulendi Ecle-

clesiastici & Theologi, ut ex Chemnitio at D. Osiand. *ingl ad c 19 Matth.* D. Gerhard. *in Loc. de Conjug* §. *192. & aliquot seqq*]

Hinc in causis matrimonialibus, tanquam spiritualibus, Cameræ jurisdictio † non est fundata,
24 *Visitat.* **Abschied** */ de Anno 70.* Au&. *decis. seu præjud. Cameral. verb matrimonium, & causa matrimoniales. vers. in cau sis.* [Andr. Geil 1. *observ.* 112. *n.17. ibidemq.* Gravæ *consider. 1. num. 4. remissivè.*]
25 Ideoq; quando in Camera quæstio præjudicialis † incidere solet, ratione substantialium matrimonii, tunc remittitur causa cum omnibus incidentibus quæstionibus ad competentem judicem Ecclesiasticum, per ea, quæ tradidit Capit. *decis. 7. num. 7. de sponsal c. 6 & 3 part 3. & c. 8. & c. 7. §. 7. num* 8. ita factum in Camera Anno 31 30. Septemb in causa **Haalen** contra **Hunpetsch** / & in An. 1559 29. Martii in causa Abbatis de **Limpurg** contra Johannem **Walborn**. Et ita etiam quæstio quædam incidens matrimonialis ad Consistorium Rostochiense ubi ventilari cœpta fuit, in Camera remissa est, Meichsn *d. decis. 2 . in fin* Et non ita pridem in causa ardua incidens punctus l g timitatis in Camera ad judicem competentem Ecclesiasticum remissus 28. *Septembris Anno* 1625. *ubi ita pronunciatum:* **Wollen vnd mögen ermelte Kläger an gehörenden Orten/ der von der Beklagten Partheyen in Actis angezogenen Exception sich/ wie recht/ entschütten/ daß solches gehört werden vnd ferner darauff ergehen soll was recht ist/ wie dañ dieser Punct dahin verwiesen/ vnd die Hauptsach biß zu Erörterung desselben/ an diesem Keyserlichen Cammergericht eingestelt** *rc.*

26 Ex capite tamen nullitatis † in causis matrimonialibus processus decretos, utpu a Citationem, Compulsoriales & Inhibitiones constat, ut in causa **Sayn** contra **Sayn**/ 7 *Augusti Anno* 91. refert Auct. *decis. verb. matrimonium*, & etiam plura adducit præju icia [Vid. eu. dem *in verb. Executoriales, fol.* 127] Similiter per in plorationem
27 brachii secularis † ad Cameram devenitur, & mandata executorialia sine clausula aliqua decreta, in causa matrimonii lata sententia à judice & officiali Monasterienfi 17. August Anno 81. **Annæ von der R.** contra **B. von T. zum B.** Id Auct. *dec. in verb. Brachium seculare*, Andr. Geil. 1. *observ. 115. ubi sub num.* 3. generaliter tradit, quod judex Ecclesiasticus imploret brachium seculare contra partem victam & contumaciam. [Ad hoc tamen non tenetur secularis si de injustitia sententiæ apertè constaret, Geil. *d. loc. ibidemq.* Gravæ] Fallit notabiliter supra tradita regula in personis Cameralibus. † Quando 28
enim inter personas judicii Cameræ causæ matrimoniales agitantur, tunc Collegium & judex Cameræ inter eas cognoscit, cujus præjudicium refert prædictus, Auct *in verb. Matrimonium, vers. quando inter.*

Notabiliter etiam observa, quod si Status Augustanæ Confessionis † in cognitione causarum 29
matrimonialium per officialem al quem Pontificium ullo modo turbetur vel lis avocetur, quod tunc mandata & processus in Camera **auff den Religion Frieden**/ decerni possint, qui a Status Augustanæ Confessionis suas speciales Constitutiones Ecclesiasticas habent, vulgò **Kirchen Ordnungen**/ quibus annexæ sunt causæ matrimoniales, **Ehe Ordnungen**/ in quibus disponitur de matrimonio, consensu parentum & gradibus, similibusque juribus. [Confer novissimè Kitzel. *de matrimon. cap. 2. theorem. 3. lit. d.*] Jam verò in pacificatione Religiosa verbis expressis cavetur, quod Status Augustanæ Confessionis † **in ih en Kirchen Ordnungen vnd Gebräuchen**/ non sint turbandi, præsertim cum etiam in causis matrimonialibus quoad consensum parentum, & etiam alia, quæ fidei veritatem contingunt (utpote, quando matrimonium à Pontificiis refertur inter Sacram. nta) aliud à nobis sentiunt Pontificii, ad illorum forum hæ causæ trahi non possunt. & ita in causa **Dortmunde** contra Officialem **zu Cöllen** mandatum cum clausula 16 Septemb. A. 89. decretum: refert Gyln ao. *in Symphorem. tom. 1. p. 1. tit. 3. in vol. ad* 8. *supplic n.* 10. *fol* 188. 30

Magna & ardua est quæstio, † si Status imperii Augustanæ Confessionis in causis matrimonialibus inter se lites habeant, & jure expe- 31
riri velint ad quem nam judicem illæ pertineant; adeò ut Vultejus hanc quæstionem Cæsareæ Maj stat. & Statuum imperii decisione egere affirmet, *ad l. t. eum 49. in fin. C. ubi Senat vel Clariss.*

Ad Imperatorem † illa non videtur devolvenda: Nam licet is de jure tam divino, quàm 32
Regio humano utramque jurisdictionem, Secularem & Ecclesiasticam habeat, ex Pontificiorum tamen præsupposito erroneo, eam hodiernis moribus non usurpat, & ita ex eodem præsupposito in causis matrimonialibus se non intromittit. Sunt, qui ad † Cameram Imperialem 33
illam

illam quæstionem pertinere probabiliter existimant: quia Camera non solùm ex Secularium sed etiam Ecclesiasticorum Principum & communi omnium Statuum conventione, atque adeò eorum etiam, qui de causis matrimonialibus cognoscendi & statuendi jus habent, constituta est, ut refert Vult. *allegat. modò loc.* eam tamen Frider. Mind. n. *de process. extrah lib.* 1. *c.* 10. *num.* 4. in illis personis & statibus procedere putat, qui privilegiatam Austregarum Instantiam non habent.

34 Verùm hæc sententia † ut utroque casu expressè rejecta in memoriali erecto in *Comit. Spirens. de Anno* 1570. cujus mentionem facit Petr.
Denaif. *in jur Cameral* §. 187. *verb matrimoniales causæ*, Cisner. *in addit. ad Ord. Cam. Imp p.* 1. *t.* 9. §.
Wann auch der Keys. Maiest. Neque ratio adducta valdè stringit, quia Electores, Principes & Sta-
35 tus Ecclesiastici † jurisdictionem Ecclesiasticam non ab imperio, sed à Pontifice recognoscunt, & ita eam Cameræ, sine consensu Pontificis, communicare non potuerunt, neque ea respectu, sed tanquam Principes imperii respectu Regalium & Secularis potestatis in Cameræ judicium consen-
36 serunt. Imò cum Ecclesiasticorum jurisdictio, † quoad Status Augustanæ Confessionis omninò suspensa sit, non potuit quicquam de ea ad judicium Cameræ transferri, ita, ut vigore illius in causis matrimonialibus inter Status Augustanæ Confessionis vertentibus fundari possit Cameræ jurisdictio, vel si aliquid translatum fuisset, id ex post facto per illam suspensionem exspirasset.] Vid. Petr. Densif. Camer. Imperial. olim Adsessore n gravissimum, *in adsert. jurid. Camer. Imper. pag. mihi* 38. ubi notat: Causas matrimoniales. non alia ratione Cameræ esse interdictas, quàm quod ipse Imperator & ordines, eas olim a sua quoq; potestate, tanquam Ecclesiasticas abdicaverunt.]

Sunt etiam qui hasce causas matrimoniales †
37 inter prædictas personas, quæ Austregarum gaudent privilegio, vertentes ad Austregarum judicium pertinere existimant, quò inclinat Vult. qui in illustri quadam causa viris expertis eam sententiam veriorem visam fuisse asserit, quem in hisce terminis sequitur Petr. Frider. Mindan. *d. c.* 10. *num.* 4. Zigler. *in comm. conclus.* § *Austrega concl.* 2.
38 *num.* 1. ubi his utitur argumentis, † quia in *Ordin. Cam. p.* 2. *tit.* 4. hoc privilegium primæ instantiæ Statibus immediatis in genere, in quibusvis causis absq; ullo discrimine conceditur, in verbis: **Erstlich/ so Prælaten/ Graffen/ Herren/ die vom Adel oder Städte einen Churfürsten/ oder Fürstmässigen/ Geistlich oder Weltlich/ mit Rechte wolten beklagen/ warumb oder was Ursach das weren/ &c.** Cum
ergò Ordinatio generaliter loquatur, † dubio pro- 39
cul generaliter erit intelligenda, *l. de precio* 8. *ibi: nihil exprimitur, ff. de publican. l. ult. ibi: nomen generale sit omnium, &c. C. de hæred. vel act. vendit.* Generalis enim dispositio generaliter intelligenda: & tantum operetur in speciebus, quantum specialis expressio singulorum *l.* 1. §. *cum urbem, ff. de offic. præfect. urb. l. Julianus, ff de legat.* 3. Et generalis locutio singulas species, quæ generi insunt, comprehendit, non aliter ac si omnes nominatim fuissent enumeratæ atq; expressæ *l. si duo, ff. de admistr. tut.*

Secundò arguit Zigler. ex illis verbis gemina-
tis: † **Warumb oder was Ursachen das were/** quæ 40
verba singularem quandam generalitatis emphasin habere intelligantur. Geminata enim simplicibus semper sunt fortiora *l. si mulier* 22. *C. ad SC. Vellejan.* Wesenb. *cons.* 4. *num.* 30. & habet geminatio vim clausulæ derogatoriæ, omnibus aliis contrariis derogans, Camil. Borel. *cons.* 1. *num.* 172. Exinde enim animus omninò deliberatus & destinatus elicitur, *l. cum ostendimus* 4. *ff. de fidejussor. tut.* Tib. Decian. *resp.* 57 *num.* 41. *vol.* 1. *& resp.* 2. *nu.* 44. *vol.* 2.

Tertiò † arguit Zigler. quod in *Ordinat. tit.* 2. 41
p. 2. *in princ.* manifestariò etiam causarum Spiritualium fit mentio ibi: **Mit Rechtfertigung Churfürsten/ Fürsten/ oder Fürstmässigen/ Geistlicher oder Weltlicher/ umb Spruch und Forderung/ die jhrer einer zum andern hette oder gewüñe/ soll es also gehalten werden.** Posito ergò quod matrimoniales causæ sint spirituales, adhuc tamen ex expressa Ordinationis decisione coram Austregis ventilandæ erunt.

Verùm huic etiam sententiæ multæ adversantur rationes, siquidem ex ipsa Ordinat. Camer.
Imp. apparet † & præcipui etiam Germaniæ JCti 42
statuunt, quod judices Austregarum, nihil aliud sint, quàm generales Commissarii Cæsarei ad cognitionem & definitionem illarum causarum, quæ alias ad ipsam Imperialem Majestatem & postea Cameralem judicium pertinebant, ordinati, ex ratione, quæ relata est suprà *l.* 2. *class.*
2. *c.* 16. *num.* 1. 2. 3. Jam verò, ex præsupposito † 43
Pontificio, quamvis erroneo, Imperatoris tanquam secularis jurisdictio, in matrimonialibus veluti spiritualibus, non est fundata, neque causas

tunc.

tunc temporis, cum privilegium Austregarum
concederetur, neque adhuc, de facto usurpat. Id-
coque eam in ejusmodi causis per Commissio-
nem delegare non voluisse credendus est, *per jur.*
vulg.

44 Secundò privilegia Austregarum † in effectu
nihil aliud sunt, quàm exceptiones jurisdictione
Cameræ, alioquin in personas Imperio immediatè
subjectas competente. ideoque privilegia illa. tit.
in quo enumerantur personæ & causæ, quæ in pri-
ma Instantia ad Cameram Imperialem non perti-
nent, subnectuntur. Jam verò ipsa Cameræ juris-
dictio non est fundata in causis matrimonialibus
& Spiritualibus, ideoque nec illæ censendæ sunt
de his, quæ à Cameræ jurisdictione excipiuntur,
quia exceptio debet esse de regula, id est, de con-
tentis sub regula, Bart. *ad l. 14. ff. de legib.* Illæ causæ,
45 quæ ad Austregarum judicium pertinent, † per
appellationem ad Cameram devolvi possunt, ut
expressè cavetur *in Ordin. Camer. pag. 2. tit. 6.* ita,
ut ad hoc ut judicium Austregarum locum ha-
beat, non solùm persona, sed etiam causa talis
esse debeat, quæ immediatè jurisdictioni Came-
ræ & Imperio subjecta sit, ut singulariter notat
Referens apud Meichsner. *tom. 2. lib. 2. fol. 55. num.*
77. Jam verò causæ matrimoniales, veluti spiri-
tuales per appellationem ad Cameram devolvi
non possunt. Neque multùm adversantur prima
46 & secunda ratio Zigleri, quia licet generalis †
& geminati sermonis magna vis sit, tamen verba,
utcunque universalia & geminata non illi-
mitatè effusoque sensu sed determinatè secun-
dum efferentis voluntatem, præsuppositam po-
testatem, reique subjectæ aptitudinem & qua-
litatem accipienda & determinanda, per ea,
quæ eleganter tradit Zas. *lib. 1. sing. resp. cap. 6.*
Hanc verò Imperatoris voluntatem non fuisse
propter præsuppositum, de facto, defectum pote-
status, omninò verisimile & pro certo habendum
est.

47 Et aliàs notum est, quod generalitas, † quæ non
nisi in certis speciebus verificari possit ex mente
proferentis, ad eas contrahenda & restringen-
da sit, Jas. *in l. qui Roma, ff de verb. oblig. & in l.*
2. num. 6. & 12. ff. de lib. & posthum. facit l. fundus
qui legatus, cum l. seq. ff. de fund. instruct. Zas. *2. cons.*
1. n. 73.

Tertium argumentum Zigleri non valdè strin-
48 git, † quia verba allegat. *Ordinat. Cam.* dirigun-
tur ad personas, ut videlicet tam in Ecclesiasti-
cis, quàm Secularibus personis propter causas,
quibus impetuntur, quascunque, Austregarum
privilegia habeant. Dubium autem † non est, 49
quin personæ Ecclesiasticæ, quæ immediatè Im-
perio subsunt, in Camera conveniri possint, per
ea, quæ tradit Gail. *1. observ. 30.* & ita etiam meri-
tò sub illa exceptione Austregarum continen-
tur, quatenus videlicet tales sunt causæ in qui-
bus Cameræ jurisdictio fundata est. Jam verò
in causis spiritualibus & matrimonialibus Ca-
meræ jurisdictio fundata non est; Ergò nec ab
illa hæ sunt per privilegium Austregarum exem-
ptæ, verba itaq; illa: (vmb Spruch vnd Forderung)
restringenda sunt ad terminos habiles, quia ob
medium inhabile generalitas non operatur, nisi
in quantum potest, Eberhard. *in Topic. legal. loc. 5.*
num. 1.

Sunt etiam qui statuunt, in hisce causis † im- 50
mediatos esse conveniendos coràm suis Consi-
liariis, extra tamen Austregarum ordinationem,
quia generaliter Doctores tradunt, quod Supe-
riorem non recognoscentes possint coram suis
Consiliariis conveniri, uti post alios testatur in
l. est receptum, num. 5 & ibid. Zas. *num. 9. ff. de ju-*
rud. Sichard. *in l. 1 num 3. & 4. C. eod.* Menoch. *1.*
cons 2. num. 116 Pruckman. *cons. 36. num. 12. cum*
seqq. Atqui in causis Ecclesiasticis & Spiritualibus
† propter suspensam jurisdictionem Pontifi- 51
ciam Status Augustanæ Confessionis superio-
rem non recognoscunt, quam viam ita aliquan-
do ab eximio JCto, Dn. D. Gothofredo Antonii,
affine meo p. m. honorando iniri posse per dis-
cursum cognovi. Tu verò lector ex his opinio-
nibus.

Elige cui dicas, Tu mihi sola places.

[Pro limitatione † tamen Præcedentium ho- 52
ra casum singularem, qui ante annos aliquot in
facti contingentia accidit, utputa si in causa ma-
trimoniali, seu legitimitatis consors litis esset
status aliquis Ecclesiasticus, Episcopus, Abbas,
&c. tunc propter continentiam causæ, secula-
ris etiam status & consors ejusdem litigii, unà
cum Episcopo coràm ejus superiore Archiepi-
scopo vel Metropolitano tenetur respondere, per
regulam: Quando Laicus in una eademque cau-
sa, unà cum Clerico conveniendus, eum ad ju-
dicem Clerici trahi posse, & teneri ibidem re-
spondere, ne videlicet continentia causæ divida-
tur & eveniat, ut si eadem causa apud diversos
judices tractetur, contrariæ forte sententiæ pro-
feratur

ferantur quod absurdum foret, Bart. *in l. præcipimus § eadem, num.* 1. *ibidemq;* Bald. & Castrens. *num.* 7 *C. de Appellat.* Robert Marant. *de ordin. judic. part.* 4. *distinct.* 11. *num.* 21. Didac. Covarr. *pp. quæstion.* 34 *num.* 1. 2. Nævizan. *in sylv. Nupt. lib.* 6. *num.* 38. ubi allegat quàm plurimos. Cujus est ra-
53 tio † quod in connexis magis dignum trahat ad se minus dignum, Bart. *in d. l. præcipimus.* Nevizan. *& alii allegat. loc.* ubi indifferenter in causa etiam hereditatis merè civili & similibus procedere tradunt. Et ita in causa Ysenburgt contra Wartzburgt & Ysenb. in Camera punctus Legitimitatis fuit remissus ad judicem Ecclesiasticum, qui postea introductus coram Metropolico judicio Archiepiscopi Moguntini, tanquam superioris Episcopi Wurtzbergensis, & consors Comes ex connexitatis causa simul eò fuit citatus, lis contestata & in contumaciam sententia Legitimitatis lata, Anno 1622.]

54 Juramenti quæstionem, † quod attinet, Canonistæ quidem & Pontificii Doctores illam etiam simpliciter ad forum Ecclesiasticum referre volunt: [Marant *de ordin. judic. part.* 4. *distinct.* 11. *nu.* 17. Matth. de Afflict. *decis.* 24. *num* 9. Anton. Fab. *in Cod. rer. in Sabaud jud. lib.* 3. *tit.* 7. *defin.* 17. Covarruv. *in relect. c. Quamvis, §.* 3 *num.* 17. Johan Azor. *institut. moral. lib.* 10. *cap vers. Decimò quæritur, part.*
55 2.] Verius tamen est, † quoties de relaxatione & absolutione juramenti ad effectum agendi & similes causas, quis agere vult fundatam esse jurisdictionem secularem. Nam jure communi Sacramentorum dispensationes à Prætore fiebant. *l. fin. ff. ad municip. l. fin. de re militar. l. eligere § fin.* ubi Accur *ff. de jur. patron.* Bodin. *de repub.* 3. *c.* 3. Dauth. *de testam. num.* 93. [Dn. Ottho Melander, *in commentar. ad Process. Noë Meurers, num.* 69. *pag.* 178. Crani. *de pac. Religion. part.* 1. *Problem.* 7. ubi rationes multas in utramque pacem adfert. Tiberium Cæsarem, Equiti Romano jurisjurandi gratiam fecisse ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat, testatur Sueton *in Tiber. cap.* 35.) Et in novissimis Imperii constitutionibus Imperator
56 † juramenta remittit personis, quæ inferiori alicui jurejurando obligatæ sunt propter causam publicæ utilitatis, ut est casus in R. A. de Anno 1555. §. Und sollen die jenigen / so in den Kreysen / etc. & § Und sollen in diesen beyden Verordnungen etc. Fernan. Vasqu *de success. creat. lib.* 2. §. 18. *sub num.* 105. ubi dicit relaxationem & absolutionem juramenti concedi à Principe seculari, & ad hoc allegat legem Regiam *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Ord.* Quare Cameræ Imperialis jurisdictio,
† quoad absolutionem & relaxationem juramenti ad effectum agendi, fundata est, *Ord. Cam. Imp. p.* 2. *tit.* 27. Gail. 1. *observ.* 25. *add. eund.* 2. *observ.* 42. Cujus processum in Camera vide apud Auctor. *decis. seu præjud. Cam. verb. Relaxatio juramenti &c. fol.* 296. [Et ita sæpius pronunciatum esse in Camera, scribit Mynsing.] Cum enim hoc casu principalis causa † & negotium 58
ad forum civile pertineat per se, ob adjectionem juramenti, ab ea non est separanda, contra regulam quâ accessorium sequitur naturam & conditionem sui principalis, & ne consistoriales omnia ad sua molendina trahant, ut loquitur Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de oper. libert.* Unde rectè infert Gail. Qui judex est competens quoad executionem & observantiam, idem debeat esse competens quoad absolutionem. Etsi enim juramentum est res quædam spiritualis, † pro- 59
pterea, quod animam jurantis adstringit; Unde spiritualis tortura quædam dicitur, Wes. *consil.* 21. *num.* 25. quia tamen fidei humanæ confirmandæ gratia principaliter interponitur *c. non est c. etsi Christus cum simil. de jurejur.* Muscul *de un. prol. class. memb.* 3. *num.* 72. Nec tam de religione, quàm de materia juramenti, nec tàm quæritur de validitate seu vinculo Sacramenti, quàm de re, super qua vinculum hoc interpositum fuit, ideoq; à foro causæ principalis non est separanda quæstio juramenti. Gail. *d. obs.* 15. Cacheran. *decis. Pedemont.* 78. *n.* 4.

Si tamen spectemus absolutionem † à pecca- 60
to seu remissionem spiritualem, quæ ad ministerium Ecclesiasticum pertinet, rectè illa soli foro Ecclesiastico reservatur, per ea, quæ tradit Arnis. *lib.* 1. *de jur. Majestat. cap.* 6. *num.* 8. Vel etiam si agatur de substantia juramenti, per ea quæ tradit Schrader. *de feud. part.* 10. *sect.* 2. *num.* 39.] De juramento † per errorem & ignorantiam præ- 61
stito, & quod illud non egeat absolutione, Confer Cravett. *consil.* 1. *progener num.* 231. *& seq. & n.* 234. Ceil. 1 *obs.* 100. *num.* 4. 5. Bernhard. Græv *consider.* 1. *&* 2. *observ.* 42. Quando verò juramenti relaxatio ad effectum agendi fieri possit, alterâ parte non citatâ vel invitâ, vid. Matth. de Afflict. *decis.* 220. *num.* 10. 11. *& decis.* 263. ubi de juramento per metum extorto ejusq; absolutione. *add. etiam decis.* 30. *ubi num.* 6. Quod jurans non

petere absolutionem, si contra faciat, perjurus sit, *& decis.* 31. de eadem materia]

62 Usurarum crimen quod attinet † id etiam ad
forum Ecclesiasticum pertinere dicit *gl. & Dd. in*
c. cum sit generale, de for. compet. Bart. *in l. quoties*, C.
de judic. quem sequitur Jas. *ibid asserens*, hanc esse
communem opinionem, Covar. 3. *var. resolut. c.* 3.
nu. 1. *in princ.* Clar. *lib.* 5. *sent. §. usura, n.* 8. *& in §. fin.*
q. 37. *nu.* 2. [Johan. Azor *Institut. Moral. lib* 10. *c* 7.
circ. fin. part. 2.] Horum tamen non obstante sen-
tentia multi statuunt, causas usurarum esse mixti
63 fori, † per tradita Gacher *decis.* 137. *nu.* 10. Molin.
de usur. q. 10. *nu.* 155. & multis probat Referens a-
pud Meichsn. *lib.* 1. *decis. Camer.* 12. *sub nu.* 78. 79. *&*
seqq. ubi ostendit, quod de stylo judicii Camera-
64 lis † usurariæ cau'æ in Cameræ ventilentur & de-
cidantur, ad quod a legat *Constit. Imp. de An.* 1500.
1530. *&* 1548. sub tit. Von wucherlichen Contra-
cten/ꝛc. in quibus Cameræ judicibus mandarut,
daß sie die wucherliche Contracten unwürdig/
krafftloß und vnbũ:.dig erklären sollen.

65 Ipsi tamen Canonistæ † priorem sententiam
ita etiam limitant, ut quoad facti quæstionem
cognoscat judex secularis, quoad quæstionem
juris & quidditatem usurarum, judex Ecclesia-
sticus, per ea, quæ post multos à se allegatos tra-
dit Hieron. de Cævall. *in spec. comm. opin quæst.*
11. *num* 9.

[Controversias de jure funerandi & sepulturæ
66 † in Ecclesia & Cœmiterio, ad Ecclesiasticum
judicem, adeoque ad consistorium pertinere ra-
tione non caret, ut post Cæsar. Lambert *de jure*
patron. quæst. 9. *princ. artic.* respondendo tenet
Hieronym. Treutler. *consil.* 58 *num.* 111. *& seq.*
Quia habet annexum aliquid spiritualitatis &
Parochiali juri cohæret, per *tradita supra hac*
Class cap. 9. *num.* 66. De cognitione in causa de-
cimarum vide Mynsing. 5. *obs.* 10. Geil. 1. *obs.* 38. *&*
ibi allegat.]

CLASSIS II.

CAPUT I.

DE POTESTATE ECCLESIAstica spirituali.

SUMMARIA.

Continuatio. 1. *Potestas Ecclesiastica quid?*

2. *Functiones sacerdotii consistunt in doctrina, & regimine Ecclesiastico.*

3. *Doctrina operationes duæ potissimum, una, quâ ad ipsum Deum ascendimus, altera quâ ad proximum descendimus; Illa ad primam, hac ad secundam Decalogi tabulam pertinet.*

4. *Doctrina perficitur verbi divini prædicatione, Et sacramentorum administratione.*

5. *In Concilio Constantiensi, & Basiliensi usus calicis laicis ereptus. Male omninò, & contra expressam Domini institutionem. Verba Concilii Constantiensis.*

6. *Servo non convenit mutare testamentum Domini. Non licet voluntatem testatoris pro parte approbare, pro parte repudiare, sed tota adimplenda.*

7. *Gelasius Papa nefas esse dixit divisionem sacramenti. Divisio unius ejusdem sacramenti sine grandi sacrilegio fieri non potest.*

8. *A rubrica nulla argumentandi vis desumitur, quoties ratio leges in contrarium est.*

9. *Regimen Ecclesiasticum in quibus consistat*

HActenus potissimùm egimus, de potestate
circa Ecclesiastica, quæ Principibus jurè
Regio competit; brevibus etiam & quasi per in-
dicem de ipsa potestate Ecclesiastica agemus.
Potestas Ecclesiastica † describi potest, quod sit 1
potestas spiritualis ordinata à Deo, functiones
Sacerdotii sive presbyterii perficiens, ad spiritua-
le hominis bonum. [Confer Johan. Azor. *Instit.*
Moral. lib. 10. *cap.* 1 *part.* 2. Breviùs D. Vultejus, po-
testas inquit, Ecclesiastica est, curam habens sa-
crorum & religionis sine ullo imperio & jurisdi-
ctione, *lib.* 1. *jurisprud. Rom. cap.* 11. *n.* 5.]

Functiones Sacerdotii † sive presbyterii consi- 2
stunt in doctrina & regimine Ecclesiastico.

Doctrinæ operationes † duæ præsertim. Una, 3
quâ ad ipsum Deum adscendimus, eumque cum
suis beneficiis adprehendimus, & toto corde di-
ligimus: altera quâ ad proximum descendimus,
eum diligendo sicut nos ipsos. [In quibus consi-
stit summa totius Legis & Prophetarum. *Matth.*
22. *v.* 38. *& seqq. Marc.* 12. *v.* 30. *& seq. ad Gal.* 5. 14.]
illa ad primam, hæc ad secundam Decalogi tabu-
lam pertinet. [Et totus ille utriusq; tabulæ cultus
in tribus illis consistit, Fide, Spe & Charitate, uti
ex August. *in Enchirid. cap* 2. determinat Johan.
Azor. *Instit. Moral. lib.* 8. *cap.* 1. *quæst* 2. *part.* 1.]

Doctrina perficitur 1. Verbi divini prædica-
tione † legitima, *Matth. ult. v.* 19. *Marc. ult. v.* 16. 4
c. inter cætera ext. de offic. ordinand. 2. Admini-
stratione Sacramentorum, *c. sicut non alii, cap.* 2.
dist. 1.

dist 1. [Dn. Mentzer. *in Exeges. August. Confess. artic.* 14.] Non autem mutilatione vel mutatione, ceu factum in Concilio Constantiensi Anno 1415 & Basil. Anno 1437. quibus usus calicis lai-
5 cis ereptus † contra expressam Domini institutionem. [Verba Concilii Constantiensis ita habent: *Licet Christus suis discipulis administraverit, sub utraq; specie panis & vini, venerabile Sacramentum, & in primitiva Ecclesia à fidelibus sub utraq; specie hoc sacramentum sit receptum:* TAMEN HOC NON OBSTANTE, *pracipimus sub pœna excommunicationis, ut nullus presbyter communicet populum sub utraq; specie panis & vini,* uti & hæc verba refert Matth. Dresser. *in Millenar. 6. part. 1. pag. m.* 17. Et paulò aliter Martin. Chemnit. *in Exam. Concil. Trident. part. 2. Loc. de commun. sub utraq; specie. ubi ante alios latè & eruditè hoc thema pertractavit.* Add. Frid. Balduin *de casib. conscient. lib. 2. cap. 12. cas. 6.*] Et malè omninò, ut dici solet, secundum Accursium; quia servo non con-
6 venit † mutare testamentum Domini, neque licet voluntatem testatoris pro parte approbare, pro parte repudiare, *l. 2. de acquir. hered.* sed tota adimplenda est, Laur. Ohm. *de jur. Episcop. concl. 16. lit. d.* Quare Gelasius Papa, qui vixit anno 492 ut testatur D. Helvicus *in Theatr. histor.* procul dubio vir pius, nefas esse dicit divisio-
7 nem Sacramenti; † quia, inquit, divisio unius ejusdem mysterii, sine grandi sacrilegio non potest fieri, *c. comperimus de consecrat. dist.* 2. quamvis verò rubrica illius capituli de Sacerdotibus tantùm sit concepta, ratio tamen est generalis. Et
8 quoties ratio legis in contrarium est, † nulla à rubrica argumentandi vis desumitur, tractat hanc quæstionem prolixè & multorum patrum auctoritate comprobat Schurff. 1. *cons. 52. per tot.* [Alia, ex aliis vetustis Pontificum & aliorum Doctorum scriptis adfert testimonia Andr. Osiand. *in Pap. non Papa, Loc. de Cœn. Domin. 16 pag. mihi* 149. *& seq.* Confer rationes quas ante 300. annos in simili adduxit Marsil Patavin. de Menandrino *in defens. pacis, part. 2 cap 2. pag. mihi* 112.]
9 Regimen † Ecclesiasticum consistit partim in disciplina Ecclesiastica, partim in ordine & constitutione ipsius ministerii.

CAPUT II.

DE DISCIPLINA ET POENIS *Ecclesiasticis.*

SUMMARIA.

1. *Disciplina Ecclesiastica quid?* 2. *Sub Impp. præsertim gentilibus maximoperè viguit, & quare? Sine animadversione, aut coërcitione Ecclesia in toto orbe diffusa, conservari non potest.*

3. *Hac potestas quomodo exerceatur?*

4. *Monendo, & corripiendo, potestas exercetur publicè ac privatim tùm in doctrina, tùm in moribus. Et quomodo? Salutaris veritas blanditiis & palpationibus perniciosis impeditur.*

5. *Innocens absque sermone, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nihil perniciosius, quàm lupis placere ad ovium perniciem.*

6. *Morum & vita correctio species est Eleemosynæ, Dulcior est religiosa castigatio, quàm blanda remissio.*

7. *Auctoritas corripiendi & monendi pietatis zelo exercenda, non ex privato affectu, aut calumniandi libidine.*

8. *Concionatores cavere debent à seditiosis vocibus, quibus populus adversus Magistratum incitatur.* 9. *Ejusmodi conciones facilimè motus & seditiones in Republica excitant, & excitarunt sæpius.*

10. *Pœnalis Ecclesiastica disciplina potestas in Clero peculiaris in quibus consistat?*

11. *Degradatio quid?* 12. *Hac pœna aliquando etiam in Laicis aliquâ dignitate insignitis frequentatur.*

13. *Depositio quid?* 14. *A quo, & quomodo fiat?*

15. *A degradatione quomodo differat?*

16. *Suspensio quid?* 17. 18. *A depositione duobus modis differt, & quomodo?*

19. *Excommunicatio Clero, & populo communis, est duplex.*

20. *Major excommunicatio quid? Mortis pœna æquiparatur. iure Canonico mentionem faciente de morte, intelligendum non de temporali, sed de spirituali, & sic de excommunicatione.*

21. *Minor excommunicatio quid? constat auctore Christo, ideoq; contemnenda non est, si fuerit justa.*

22. *In articulis Smalcaldicis de utraque excommunicationis specie cavetur, & quomodo?*

23. *Vigore constitutionum Imperialium supra annum & diem in banno imperii persistentes, censurâ etiam Ecclesiasticâ notantur.*

24 *Interdictum quid?*

25. *Ejusmodi interdictum Paulus V. Papa adversus Venetos, sine judicio ullo, & prejudicio evibravit.*

26. *Disciplinæ Ecclesiasticæ animadversiones, exactissimam desiderant causæ cognitionem.*

27. *Experientiâ compertum, ex temerario illius abusu contemptum potius, quàm formidinem oriri.*

28. *Excommunicatio cum consensu Ecclesiæ fieri debet. Cyprianus hoc praxi suâ comprobavit.*

29. *Excommunicatio quatenus administerium pertineat?* 30. *Quatenus ad potestatem secularem?*

31. *In terris statuum Augustanæ Confessionis excommunicatio sine cognitione & decreto fieri non debet. In Anglia ab Henrico II. Rege constitutum, ne ulla excommunicatio absq; consensu Regis fieret.*

32 *Hac censura Ecclesiastica non confundit jurisdictionem & potestatem secularem. nec quicquam detrahit imperio Magistratus. Crimina capitalia quæ legibus civilibus vindicantur, mortem naturalem, vel civilem decernunt.*

33. *Pœna Ecclesiastica non est mortalis sed Medicinalis Ecclesia redeuntibus gremium suum non claudit, sed indignationis suæ aculeos removet.*

34. *Non statim ob quæ peccata quis excidit Ecclesiâ, excidit etiam Republ. Nec qui desinit esse membrum Ecclesiæ, desinit etiam esse Reipubl.*

35. *Excommunicationis potestas dependet à potestate clavium, quæ merè spiritualis.*

36. *Ambrosius qualiter Theodosium Imperatorem excommunicaverit?*

37. *Potestas hæc est spirituale Christi tribunal, concernens conscientias, ideoq; nemo mortalium ab illa immunis.*

38. *Magistratus auctoritas anima Reipubl. dicitur. Magistratus potius privatim monendus, quàm subditorum ludibrio exponendus. Præposterus zelus est, qui cum Ecclesiæ ruina conjunctus.*

39. *Unum membrum potiùs putrescat, quàm totius corporis harmonia intereat. Excommunicatis civilis conversatio, civilis obligatio non adimitur.*

40. *Iura regni & principatus neq; contrahendo, neq; delinquendo amitti possunt.*

1 Disciplina † Ecclesiastica est potestas spiritualis cognoscendi & animadvertendi in transgressores contumaces obstinatè in delictis perseverantes, propter gravem Ecclesiæ offensionem. [De hac potestate Ecclesiastica agit August. Confess. *art. ult part* 2 Himmel *in Disput. de Nat Eccles concluf.* 105. *& seqq.*]

Disciplina † hæc, sub Impp. præsertim gentilibus maximopere vigu̇it, ne Christiana religio illiciti ausus aut turpitudinis traduceretur apud Ethnicos. Nam sine animadversione aut coërcitione, ut nec corpus minimum, ita nec maximum, ut Ecclesia in toto orbe diffusa, conservari potest, Joachim. Steph. *lib.* 4. *de jurisd. cap* 1. 2

Exercetur hæc potestas † monendo, corripiendo, castigando, excommunicando, deponendo, degradando, &c. 3

Monendo † & corripiendo hanc potestatem exercent personæ eam usurpantes tam publicè quàm privatim, tum in doctrina, tum in moribus. In doctrina quidem hortando ad fidei constantiam & pœnitentiam: abstrahendo ab Hæreticorum & fanaticorum congregatione & erroribus, [2. *ad Timoth.* 4. *v* 2. *& seqq.*] idque non tectis & ambiguis verborum & sententiarum involucris, sed manifestis, ut intelligere & idoneè sibi præcavere possint; quia blanditiis & palpationibus perniciosis, salutaris veritas, quæ abscondi erubescit, impeditur, Cyprian. *epist* 28. Ideoque aliquando apertis oportet canere tibiis, † errores palam adspernari, & lupum suo nomine vocare, *Esa*: 58. Innocens namque absque sermone, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet: Nam latratu canum & baculo pastorum lupi sunt arcendi, ut inquit Hieron. *& refertur dist.* 43. *in princ.* [vid. *Esa cap.* 56. *v.* 10.] Et nihil perniciosius est, quàm lupis placere ad ovium perniciem, Wehner *consil. Franc.* 27. *nu.* 19. neque pastoralis est excusatio, si lupus oves comedat, *text. in c. quamvis ext. de reg. jur* Geil. 2. *observ.* 28. *num* 21. [Barbat *consil.* 91. *vol* 3. Meichsner. *decis.* 22 *num.* 56 *Tom*: 4. De hac materia vid Balduin. *de casib. conscient. lib.* 4 *cap.* 7. *cas* Conrad Dieteric. *in Analys. Evangel. Dominic.* 3. *Adventus part.* 2 *pag. m.* 63. *circ fin.*] 4 5

Quæ de doctrina dicta sunt, eadem etiam obtinent in morum † & vitæ correctione, quia talis correctio species est eleemosynæ *c. & qui emendat*, *c.* 11. *dist* 45. Et dulcior est religiosa castigatio, quàm blanda remissio *c non osculatur*, 5. *q.* 5. [Conf. Hutter. *in Calvinist. Aulico-Politic.* 2. *cap* 2. *p. m.* 138.] 6

Hanc tamen auctoritatem † corripiendi & monen- 7

monendi Ecclesiasticæ personæ moderatæ pietatis zelo exercere debent, non ex privato affectu aut calumniandi libidine. Quare si concionator, pro concione aliquem injuriosis verbis notarit, aut criminis quem insimularit, injuriarum conveniri & puniri potest, juxta Clar. 5. *sent.* §. *injuria*, *num.* 1. quod tamen multis modis non ineleganter declarat & limitat Harprecht. *ad* §. *non solum*, *num.* 31. *& mult. seqq. Inst. de injur.* ubi plenè de hac quæstione disserit, adde Menoch. *lib.* 2. *arb. cas.* 424. *& seqq.* Inprimis autem
8 debent cavere concionatores a seditiosis † vocibus, per quas populus adversus Magistratum incitatur. Hinc in imperii Recessibus constitutio hac de re extat sub Anno 1530. § Wir haben/ rc. vers. Die Prediger sollen sich mit ihrem predigen unserm Abschied gemeß halten/ und fürnemlich in ihren predigen vermeiden und unterlassen/ was zu Bewegung deß gemeinen Mannes wider die Obrigkeit/ oder gegeneinander zu versetzen/ dienen oder Ursach geben möchte/ und Gottes Wort nicht nach eines eigen Willen/ Nutzen/ Neid und Hoffart/ oder zu Verführung der unverständigen gemeinen Layen predigen/ deß zu stumpffirens/ schmähens und lästerns sich enthalten/ rc. adde R. A. zu Speyer/ de An. 1542. § Darmit aber unter den gemeinen/ rc. Confer Hortleder in Reichshandlung *lib* 1. *fol.* 32. *num.* 19. Tales siquidem concio-
9 nes † facillimè motus & seditiones in Republ. excitare posse & excitâsse sæpius, testis est experientia: quia melius Vatibus plebs, quam suis paret Ducibus, Curt. *lib.* 4 [Eaque de re latè disserit Thom. Companell. *de Monarch. Hispan. lib.* 1. *c.* 18. Thuan. *lib.* 1 *pag mihi* 16.].

Hæc est levior & ordinaria hujus potestatis usurpatio, quæ aliquando gravior pro morbi & offensionis magnitudine usurpanda. Estque duplex, ratione objecti Cleri & populi.

10 Pœnalis † Ecclesiasticæ disciplinæ potestas in Clero peculiaris, consistit in degradatione, depositione & suspensione à Ministerio.

11 Degradatio † species est ferè suprema inter pœnas Canonicas Clericorum, qua ex dispositione Canonum, Clericus ob grave aliquod flagitium damnatus, non solùm dignitatibus & honoribus, verùm etiam privilegiis & ordinibus Sacris exuitur secundum formam *in c. degradatio, de pœn. in* 6. & deinde potestati seculari puniendus traditur, *juxta formam cap. novimus, ext. de V. S. c. fortius ext. de calumniat.* Sigism. und Scacc. *de judic. lib.* 1. *c.* 10. *num* 71 *& seqq.* Jul. Clar. *lib.* 5. *sent.* § *fin. q* 74. ubi etiam notat, quod aliquando
12 hæc pœna † etiam in laicis aliqua dignitate insignitis, puta si sit Doctor, qui propter aliquod delictum privatur cingulo Doctorali. Idem etiam servatur in quibusdam locis & in personis Nobilium frequentatur.

Depositio, † quæ & verbalis degradatio non 13 rarò dicitur, nihil aliud ex, quàm perpetua remotio ab administratione altaris, secundum Abb. Dec. & alios *in c. at si Clerici de judic.* Prosp. Farinac. *in pract. crim. de delict. & pæn. quæst.* 19. *n.* 49.

Debet autem hæc depositio † fieri per Episco- 14 pum, vel eum, qui jus Episcopale habet, prævia causæ cognitione, servatoque iuris ordine, propter delictum, *vid. c. secundum, de pœn. in* 6. *junct. c.* 3. *cum seqq. caus.* 13. *q.* 7.

Differt † autem hæc à Degradatione, quia de- 15 positio non eximit Clericum à jurisdictione & potestate judicis Ecclesiastici, neque aliis privilegiis & immunitatib. spoliat, sicuti degradatio, *c. degradatio, de pœn. in* 6. Panorm. *in c ad audientiam, n* 2. *de crim. fals* quem allegat Gail. 1 *de pac. publ. c.* 1. *num.* 24. Joachim. Stephan. *Instit jur. Canon. lib* 3. *c. fin. num.* 4. *&* 5.

Suspensio † est, qua Clericus ad tempus sus- 16 penditur ab officio.

Differt autem suspensio † à depositione præ- 17 sertim in duobus; Primò quia illa est perpetua, hæc autem temporalis, secundum Bald. *in Auth. habita, col* 7. *C. ne fil. pro patr. & per* Specul'at. *in tit. de accusat.* §. 2. *l. co, col.* 3. *vers. item quæritur* Secundò, quia depositio † semper est uniformis, sem- 18 perque privat depositum ab administratione altaris & ordinibus clericalibus: Suspensio verò non est semper uniformis; Nam tot sunt singulares suspensiones, quot sunt actus legitimi, quos longo ordine recenset Follec. *in pr. crim Canon. verb. Et si confessi c.* 33 *num.* 63. *& seqq.* ubi latè ponit, quid & quotuplex sit suspensio, Farinac. *d. q.* 19 *n.* 50.

Pœna † Clero & populo communis est Ex- 19 communicatio. Hæc secundum Canones duplex Major & Minor.

Major excommunicatio † est Christiani ho- 20 minis a toto corpore Ecclesiæ & communione fidelium abscissio & submotio, *c. omnis Christianus. c. seq.* 11 *q.* 3. *c. pen. x. de sentent. excomm.* quæ idcirco anathema, hoc est, æternæ mortis damnatio dicitur, *c. nemo Episcoporum* 11. *q.* 3. quâ homo Sathanæ traditur 1. *Cor.* 5. *vers.* 5. 1 *Timoth.* 1. *v. fin. c. audi, d. q* 3. Confer. Bucan. *Loc Theolog.* 44. *q.* 21. [Vid. etiam *c præcipuè c. omnis Christianus junct. c. seq.*

c.seq.11.quaest.3. Confer *artic.Smalcaldic.part.3.tit.* 9. Vom Bann.] Hinc mortis pœnæ æquiparatur, & quoties jus Canonicum mentionem facit de morte, intelligendum est non de temporali, sed de spirituali, & sic de excommunicatione *textus est singularis in c per venerabilem, circ.fin. ibi:* Mori præcipitur, id est, per excommunicationem, *qui fil.sint legit.& ibi hoc not.* Abb id Abb. *in c 1. de fur. & in c.2 in gl.fin.de major. & obed.*

21 Minor autem Excommunicatio † excludit tantummodò à perceptione Sacramentorum, non autem à communione fidelium, secundum Johann.de Anan. *in rubr. de Cler.excommunicat.n.* 4. Clar. *in pr crim. §.fin q.77. in princ.* Prosp.Farinac *in pr.crim.lib.1.tit.3 quaest.19.n.58.* [Et hæc Excommunicatio contemnenda non est, si fuerit justa, quoniam Christo auctore constat, *Matth.*18. Et Apostolus, 2 *Thess.*3.& 1.*Cor.*5. cum hujusmodi inquit ne cibum quidem capiatis. Apud Hebræos olim Aposynagogi dicebantur, quasi Synagoga exacti & extorres propter contumaciam suam vitandi ab omnibus donec resipiscerent, Johan.Oldendorp. *Class.1.act.2.vers.Excommunicatio.* In articulis Smalcaldicis † *part 3.Tit.9.* vom

22 Bann/ ita de utraq; Excommunicationis specie cavetur: Den grossen Bañ/ wie es der Bapst nennet/ halten wir für ein lauter weltliche Straffe/ vnd gehet vns Kirchē Diener nichts an. Aber der kleine/ das ist/ der rechte Christlichē Bañ ist/ daß man offenbahrliche halßstarrige Sünder/ nicht sol lassen zum Sacrament/ oder andere Gemeinschafft der Kirchen kommen/ biß sie sich bessern/ vnd die Sünde meiden. Vnd die Prediger sollen in diese geistliche Straff oder Bann nicht mengen die weltliche Straff. Hoc est, maiorem Excommunicationem, ut eam nominant Pontificii, habemus pro pœna merè temporali, quæ ad nos Ecclesiæ ministros non pertinet. Minor verò Excommunicatio est, qua manifesti & contumaces peccatores arcentur à sacra Domini cœna & Ecclesiæ communione, donec resipiscant, & à peccatis desistant. Nec debent ministri Ecclesiæ cum hac pœna excommunicationis seculares pœnas commiscere

23 Vigore constitution. Imper. † supra annum & diem persistentes in banno Imperii, censura etiam Ecclesiastica notantur, R. A. *de Anno*1548. *in ordinat.pac.publ.Rubr.* Von denen die vber Jahr vnd Tag in der Acht verharren/ add. *Ordinat. Camer. part.3.Tit.48.§.* Vnd ob die Obersten. Rhoding *in pandect Cameral. lib. 1. Tit. 7. in Commentar.* De modo & ritu excommunicationis confer *c. debent.11.q.3.c.cura sit, in ead.caus.& quaest c.1.§.fin.de homicid.in 6.* Andr. Geil.2. *de pac.publ.cap.6.nu.21.*]

Hoc quoque petitur et interdictum, † quod nihil aliud est, quàm censura Ecclesiastica, qua Universitati aut certæ parti facultas & jus exercendæ religionis adimitur, Clericisque interdicitur, ne divina officia ibi celebrent, aut Sacramenta administrent, *c si sententia, c. is cui, de sentent. excommunic. in 6.* Didac. Covarr. *in relect. c. alma mater p.2.§.1.n.1. & mult.seqq. ext.ex quib.caus.excommunic.fier.deb.* 24

Tale Interdictum † Paulus V. Papa adversus Serenissimam Venetorum rempubl. propter Statuta, summa æquitate de personis & rebus Ecclesiasticis in sua republ. promulgata, sine judicio ullo & præjudicio evibravit, *Anno*1606. *de cujus nullitate plenissimè responderunt Theologi & JCti, quorum responsa Francofurti edita Anno*1607. 25

Cum verò magnæ & graves hæ sint disciplinæ Ecclesiasticæ animadversiones tam Interdicti quàm Excommunicationis † exactissimam desiderant causæ cognitionem, ideoque titulis peculiaribus & plurimis locis sententiæ forma & executio in iure Canonico expressa est, *tot.tit x.in 6. Clem.& Extravag de sentent.excommunicat adde Novell.*123.*cap.*11. quæ allegatur & *refertur in c. de illicita caus.24.q.3.& in ead. quaest per tot.* Idque Concilio Agathensi cautum reperitur & à Graciano refertur *in c. Episcopi caus.11.q 3.* 26

Requisita huius pœnæ Excommunicationis studiosè collegit Arctander *in novo edito libello de Excomm.Ecclesiast.memb 2.*

Quamobrem mucro ille tam severæ animadversionis non temerè stringendus, siquidem experientia † compertum est, ex temerario illius usu contemptum potius quàm formidinem oriri, teste Sigism Scac. *de jud lib.1.c.93 num.1. vers. Undesicut &c.* [Johan.Lorin. *in commentar.in lib. Numer.cap.23 vers.8.fol.*869] Debet autem fieri Excommunicatio † cum consensu Ecclesiæ. Vobis, inquit Paulus *ad Corinth.* cum meo Spiritu congregatis in nomine Domini Jesu Christi, ejusmodi homo tradatur Satanæ, 1. *Corinth.5.v.3. Matth.*18 27 28

Hoc sua praxi comprobavit D. Cyprianus, rescribens de Philumeno & Fortunato hac pœna feriendis, inquit: Non potui me solum judicem dare, cùm multi de Clero absint, & hæc singulorum tractanda sit & limanda plenius ratio,

rio, non tantum cum Collegis, sed & cum plebe ipsa universa, *Epist. 28. circ. fin.* Confer Arctandr. *de Excomm membr 3. pag. 61.*

29 Pertinet itaque Excommunicatio † non tantum ad Ministerium, sed etiam ad populum & potestatem Secularem: Ad ministerium pertinet, quatenus dependet à potestate Clavium & Excommunicatum separat ab aditu regni coelestis, ut tradit Thom. *d. st 18. q. 2 art. 2. & probatur in c. ult. de excess. prælat.* Ideoque neglecto Ministerio fieri non potest: Ad potestatem verò se-

30 cularem † pertinet, quia hæc facultas Excommunicandi fori exterioris disciplinam respicit, Ideoque illius propria est, qui jurisdictionem in foro exteriori habet, etiamsi ordinis potestatem non habeat, Panorm. *in c. ab excommunicato, num. 5. de rescr pt & in c. transmissam, de elect.* Hostiens. *in summ. de sentent. Excommun. §. quis hoc possit vers. nedum autem.* Felin. *in c. dilecto, de majorit. & obed.* quos allegat & sequitur Didac. Covarr. *in relect. d. c. alma mater §. 11. num. 1. ext. ex quib. caus. excomm fier. deb.* Hinc etiam à quibusdam ad merum imperium refertur, ut videre est apud Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 78. lit. L in notat.* quod tamen eatenus procedere puto, si cõfiscatio bonorum cum excommunicatione conjuncta sit.

31 In terris † & ditionibus Statuum Evangelicorum Augustinæ Confessionis suspensa jurisdictione Pontificiâ ab Ecclesiasticis excommunicatio fine cognitione & decreto fieri non potest nec debet, quia ad horum tanquam jus Episcopale & jurisdictionem ordinariam habentium curam, pertinet, ne Ecclesiastici eâ abutantur & perpetam pœnam hanc usurpent, Ziegler. *in comm. concl. 6 Landsassii, num* 185. Hinc ab Henrico II. Angliæ Rege constitutum, ne ulla excommunicatio absque consensu Regis fieret, Arum. *de jur. publ. discurs. 30. cap. 3. concl. 38.*

32 Hæc tamen disciplina seu censura Ecclesiastica † non confundit jurisdictionem & potestatem secularem, nec quicquam detrahit Imperio Magistratus, qui alias legitimis pœnis coërcere debet & potest delinquentes, *l Sacrosancta. C de SS. Eccles. pr. proœm. Instit.* etiamsi aliquis in foro Ecclesiæ propter delictum pœnitentiam etiminis egerit, quia illa in foro animæ operatur delicti remissionem, non autem tollit exterioris judicii pœnam, nec jus accusandi crimen illud in foro exteriori *gl. communiter recepta in c de hu, de accusat.* Crimina enim capitalia, quæ legibus civilibus vindicantur, mortem naturalem vel civilem, hoc est, libertatis vel civitatis amissionem decernunt, Joach Steph. *de jurisd. lib. 4 c. num.*

33 37. Pœna † autem Ecclesiastica non est mortalis sed Medicinalis, *c. 1. in pr. de sent ent. excomm in 6. c. notandum. in fin. 24. q. 3.* eò tendens, ut lucrifiant fratres, qui aberrarunt, *Matth. 18.* & ut peccatore tradito Sathanæ ad interitum carnis, salvus fiat Spiritus, *1. Corinth 5 & 1. Timoth. 1.* Redeuntibus verò cum seria pœnitentia, Ecclesia gremium suum non claudit, sed indignationis suæ aculeos removet, *l. liquet, vers. sed quia circ. fin C. de summ. Trinit* Quoties enim ingemuerit peccator, inquit Jehova apud Prophetam, vivendo vivet, & non morietur, Quare non sine magna confusione saltus fieri potest de una in aliam, Arnis. *lib 1. de jur Majestat c 6. n. 6.*

Hanc confusionem † magno Reipubl. detrimento sæpius usurparunt Romani Pontifices, 34 qui Principes & Reges propter delicta excommunicatos, Regno simul exuerunt. Cum tamen non statim ob quæ peccata quis excidit Ecclesiâ, excidit etiam Republ. *c. nos sanctorum, c. juratos 15. q. 6.* nec qui desinit esse membrum Ecclesiæ, desinit etiam esse reipubl Distinctæ res sunt Ecclesia & respubl *c. quoniam distinct. 10. Nov. 1. in pr.*

Hæc Excommunicationis † potestas quoad ministerium dependet à potestate clavium, quæ est 35 merè Spiritualis. Tibi, inquit Christus, dabo claves regni cœlorum non terrarum. Ideoque *non eripit terrestria, Qui regna dat cœlestia*, ut in Hymno canimus. Imò & civilis pœna rarissimè bona alicui eripit *Auth. bona damnatorum C. de bon. damnat.*

Ambrosius † non aliter diris devovit Theodosium Imp. nisi quod ab introitu Ecclesiæ prohibuerit, imò sunt, qui ne prohibitum quidem volunt, sed ultro à communione abstinuisse, 36 Waremund. ab Erenberg *c. 2. de subsid. Regn. nu. 35.* Sunt etiam, qui hoc factum Ambrosii non probant ex multis rationibus, quod scilicet non injustè fecerit, dum in rebelles Thessalonicenses, tanquam perduelles, gladium strinxerit.

Certum quidem est Presbyterium † & potestatem hanc esse Spirituale Christi tribunal, concernens conscientias, & propterea neminem 37 mortalium ab illa Dominatione immunem esse, Beza *de Excommun. in fin.* Ne supremum quidem Principem, quia is non est supra Ecclesiam,

sed

sed intra, Arctand. *de Excommun. memb.2 p.39.* Hieron Schurff. *consil.71.num.1.& 2.* Attamen
38 cum magnum hic versetur præjudicium, † & Magistratus summi auctoritas, quæ anima Reipubl. dicitur, hac ratione non parùm violetur, non facilè id admittendum, sed potius privatim monendus, quam subditorum ludibrio exponendus, ut per Prophetas olim factum fuit, cujus rei notabile exemplum *vide 1.Sam.cap.15.v.30. & seq. c.18 dist.45.* Et ex Augustini sententia, iu cum non facile feratur anathematis sententia, qui sociam habet turbam & facilè Rempubl. evertere potest, *lib.3 dist.4. cent.1.* Præposterus zelus est, qui cum Ecclesiæ ruina conjunctus est, D.Theodor. *in Instit.Catechet. de Cœna*
39 *Domin pag 753.* Et quia Medicinalis † hæc est pœna, omnia ita agenda, ut sanitatem potiùs quàm exitium adferat toti corpori, & potiùs unum membrum putrescat, quàm totius corporis harmonia intereat. Quare si è re videatur, ut Magistratus excommunicetur, ita id fieri debet, ne subditi eximantur à debitis obsequiis, *vid cap. c m Beatus 8. dist.45.* quia civilis conversatio, eius obligatio Excommunicatis non adimitur. Neque censura hæc privat bonis & prærogativis Politicis aliquem, sed iis saltem, quas Deus Ecclesiæ suæ peculiariter concredidit. Arctander
40 *de Excomm.memb.4.pag.84.* Nam jura Regni, † & Principatus neque contrahendo neque delinquendo amitti possunt, per ea, quæ tradit Carol. Molin. *in Consuet. Paris. tit.1.§.2.gl.4.n.17.* Quia in re cum plerique Pontifices hac potestate nimis ambitiose abuterentur, vis & acies illa Ecclesiastici gladii hebescere ac paulatim sic retundi visi est, ut nihil Interdictione Pontificia, & Pontificibus ipsis apud plerosque Principes, contemptius esse cœperit, ut tradit Bodin. *lib.6 de republ. c.1. circ. fin. pag.994.*

CAPUT III.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS, earumq; ordine & discrimine.

SUMMARIA

1. Personæ Ecclesiastica quid? & quæ sint? Deus ipse inter personas Ecclesiasticas ordinem fecit donorum variate, & differentiâ. 2. Non omnes æquali scientiâ vel prudentiâ sunt præditi. Nec omnes per omnia, sed certi per certa meliores aut deteriores inveniuntur.

3. Episcopi Romani se caput universale Ecclesiæ, terrestru & cœlestiu potestatu absolutos Dominos jactant.

4. Pontifex dicitur Princeps sacerdotum, summus sacerdos & Pontifex maximus.

5. Episcopi universalis nomen soli & uni Antichristi præcursori convenire dixit Gregorius Magnus Pontifex.

6. Sub Phoca Imp. uno eodemq; tempore imperium Turcicum duce Mahometano, & regnum Pontificium sub Bonifacio IV. Papa erectum, & stabilitum est.

7. Qui desiderat primatum in terris, inveniet confusionem in cœlis. Ubi interdicitur dominatio, indicitur ministratio. 8. Primatum Ecclesiæ concupiscere neq; justum, neq; utile est.

9. Primatum Cathedræ Romanæ continua successionis serie à tempore Petri sine interruptione continuatum gloriantur Pontifices. Non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos Cathedram. Nec omnis sacerdos Sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Sanctorum filii non sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui faciunt opera eorum.

10. Iohanna Papa meretrix.

11. Officium Pontificis ex Hieron. describitur.

12. Episcopi unde dicti? Non est Episcopus, qui præesse, & non prodesse dilexerit. 13. Nomen Episcopi etiam apud gentiles in usu fuit, & nomen magistratus denotavit.

14. Episcopi qui sint? 15. Eorum munus. Coadjutor non parem cum Episcopo habet potestatem.

16. In Evangelicis Ecclesiis loco Episcoporum constituuntur Superintendentes. 17. Quibus diligens inspectio & cura Ministerii incumbit. Episcopus, superintendens, Inspector synonyma sunt.

18. Inter Episcopos constituti sunt certi gradus, & quinam?

19. Patriarcha unde dictus? Est supra Archiepiscopum.

20. Primates qui dicantur.

21. Patriarchæ 4 sunt & qui? Hodiè accedit Patriarcha Aquilegiensis.

22. Olim Archiepiscopus idem erat, quod Primas, Hodiè Primates sunt Patres non solum Episcoporum, sed etiam Archiepiscoporum.

23. Patriarcha qui sint? 24. Prædicti 4. Patriarchæ Orientales in regno Turcico adhuc hodiè superstunt, & ubiquisq; resideat?

25. Olim apud gentiles quadripartitus fuit circa religionis administrationem personarum ordo.

26. Ar-

26. *Archiepiscopi qui dicantur? Archiepiscopus in Ecclesiasticis Episco, ijudex ordinarius est.* 27. *Princeps Episcoporum dicitur.*

28. *Quidam Episcopi Germaniæ principali honore fulgentes Archiepiscopos Dominos suos Clementes appellant. Regulariter Principes Germaniæ etiam erga Electores dilectionis* ... *nomine utuntur.*

29. *Omnes prædictæ dignitates Ecclesiasticæ generali Prælatorum appellatione continentur.*

30. *De usu imperii Romani in specie Prælati qui dicantur?*

31. *Abbas unde & qui dicatur? Abbatis nomen potius solicitudinis, quàm honoris, & ordinis. Abbas præ aliis est honorandus.*

32. *In imperio Abbates quidam principali dignitate condecorati*. Gefürste Aepte, *Abbas Fuldensis Augustæ Archicancellarius, per Germaniam & Galliam Primas, nulliq; ordinario subjectus est.*

33. *Antistes quis dicatur?*

34. *Cardinales tanquam fratres Papæ, & pars corporis ejus censentur. Cardinalem offendentem crimen læsæ Majestatis committere, Canonistæ tradunt.*

35. *Cardinales unde dicti?*

36. *Dignitas Cardinalatus quando cœperit?*

37. *Cardinales qui sint? Cæteros omnes post summum Pontificem honore ac dignitate præcedunt.*

38. *Vetus illa, & purior Ecclesia nihil de illis novit, nec Iustinianus in suis Constitutionibus de Clericis, &c. quicquam de illis cavit.*

39. *Commendatores Ordinis Teutonici partim Ecclesiasticam, partim secularem personam sustinent.*

40. *Propriè Religiosi dicuntur, & quidem Regulares. Castitas, paupertas, obedientia tria substantialia Regularis religionis.* 41. *Non verè & propriè, sed secundum quid, & largè religiosi dicuntur. Ecclesiasticis tamen personis accensendi.*

42. *Ex usu imperii Romani quidam dicuntur commendatores provinciales. Ex his rursus quidam immediati, quidam mediati. Quales sunt in Austria, Bavaria, Saxonia, Thuringia, Hassia.*

1 PErsonæ Ecclesiasticæ † potestatem Spiritualem usurpantes, sunt Ministri Ecclesiæ legitimè vocati & ordinati. Inter hos quidam dicuntur Episcopi, quidam Presbyteri, quidam Diaconi, &c. propter ordinem inter ipsos etiam Ecclesiæ Ministros observandum. Siquidem ipse Deus inter ipsos ordinem fecit donorum varietate & differentia, ut alii sint Apostoli, alii Prophetæ, alii Evangelistæ, &c. Clariss. Dn. D. Mentzerus *in Exeges. August. Confess. art* 14. [Qua de re
in simili eleganter scribit Specul. † *in procem.* 2
spec. num. 21 inquiens: Licet utrumque idem fons imbuat, non ob hoc sequitur, quod æqualiter quisq; sumat: hinc est, quod non omnium communis est gratia, *c. sed non in pluribus, post §. eorum verò. de pæn. distinct.* 4. Neque æqualis gratia, neque omnes ministrant æqualiter, nec æquali scientia, vel prudentia sunt præditi, sed in Evangelizando, alius alio melius operatur, ideoque dici potest alius alio melior, etiam in ipsa salutari doctrina, *c. cum tantum, de consecrat. distinct.* 4. Non enim omnes per omnia, sed certi per certa, meliores aut deteriores inveniuntur, *l. 1. §. cumq; hoc, C. de vet. jur. encl.* Hactenus Specul.
lat.] Malè tamen hujus ordinis rationem † Epi- 3
scopi Romani in primatum quendam & quasi Monarchiæ aut Hierarchiæ statum converterunt, se caput universale Ecclesiæ, terrestris & cœlestis potestatis absolutos Dominos jactantes, *c. si Papa vers. sancta dist.* 40. [Indeque Ponti-
fex dicitur, Princeps sacerdotum, † quasi via 4
sequentium, *per text. in c. Cleros, distinct.* 21 Ipse & summus Sacerdos, ipse & Pontifex Maximus nuncupatur. Ipse enim efficit Sacerdotes atque Levitas, ipse omnes ordines Ecclesiasticos disponit, ipse, quid unusquisque facere debeat ostendit *d. c. Cleros*, Nicol. Vigel *in Method. jur. Pontific. lib. 3. cap. 8. Regul* 2. Vid. Johan. Azor. *inst. moral. lib. 4. cap. 9. & seq. part. 2.* ubi multis adductis primatum hunc defendere annititur.] Quibus Gregorii Magn. Pontif. reponi potest pronun-
ciatum, † dicentis, quod universalis Episcopi 5
nomen soli & uni Antichristi præcursori conveniat *lib. 4. Epist. 32. 34. & 7. Epist* 30. quod primus Bonifac. IV. ab impurissimo Imp. Phoca
† anno circiter 607. sibi redemit, sub quo Imp. 6
uno eodemque tempore Imperium Turcicum, duce Mahometo & regnum Pontificum erectum & stabilitum est Dn. D. Mentzer *in disp. Antipist. ult. th.* 19. Bronchorst. *cent. 2. miscell. ass.* 80. [add. Conrad. Rittershus. *de different. jur. Civil & Canon. lib. 7. cap.* 9] Quare ex Chrysostomi senten-
tia, † qui desiderat primatum in terris, inve- 7
niet confusionem in cœlis, nec inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit, *c. multi distinct. 40. Matth. 18. Luc.* 9. ubi interdicitur dominatio, indicitur ministratio, Bernh. rd. *lib.*

2. *de considerat.* Confer Dn. D. Meisner. *de regim. Ecclesiast. conclus.* 185. *& seqq.* [Hinc Marsil. Paravin. *in Defens. Pac part. 2 cap. 4 pag. mihi* 135 *in fin.*
8 D. Chrysostom. refert verba hæc: † Primatum Ecclesiæ concupiscere, neque justum, neque utile est. Quis enim sapiens vult ultrò subjicere, servituti tali & periculo, ut det rationem pro omni Ecclesia, nisi forte, qui non timet Dei judicium, abutens primatu suo seculariter, ita ut convertat in secularem.]

9 Hunc primatum Cathedræ Romanæ, † continuæ successionis serie à tempore Petri sine interruptione continuatum gloriantur, indeque non exiguum pro stabilienda dominatione argumentum colligunt, cui idem Chrysostomus respondet, inquiens: Non Cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram. Neq; omnis sacerdos sanctus: sed omnis sanctus sacerdos, *d. c. multi, dist.* 40. Idem asserit Hieronymus, dum ait: Non sunt filii sanctorum, qui tenent loca sanctorum, sed qui faciunt opera eorum, *c. non est facile dist* 40 [add. *c. plerunq; in notat. in fin. q. 7.*] uti & originis & successionis Apostolicæ jactatores, non statim censentur Apostolici, ut Tertullianus dixit. Scribæ & Pharisæi sedebant in Cathedra Mosis, *Matth.* 23. [Hypocritæ & cultores Baalim in domo Domini, *Jerem. 7. vers.* 10. Confer Osiandr. *in Pap. non Pap. Loc. de Primat.*
10 *pag* 24.] Interruptionis † argumentum, præter sexcenta alia exemplum satis esset sufficiens Joannæ Papæ meretricis, de qua non solùm testatur Platina, sed & alia vetusta Chronica: Legi id in Chronicis Coloniensibus vetustissimis, & in antiquis Chronicis Gallicis, ubi talis adscribitur versus:

Papa pater patrum, Papissa peperit partum.

Justinianus quidem Romano Episcopo tribuit primatum, quem non de dominatione sed sessione Dd. communiter intelligunt, *Nov* 131 *c.* 2. [Of-
11 ficium Pontificis † ex Hieronym. *in Levit.* describitur *in c. si quis vult Pontifex distinct.* 37. hoc modo: Hæc duo sunt Pontificis opera, ut aut à Deo discat, legendo scripturas divinas & sæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu sed quæ Spiritus S. docet. Et aliud opus quod facit Moses: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus ejus &c. ubi plura *in eod. & seqq. capit.* hac de re constituta invenies.]

Episcopatus † nomen operis non honoris 12
olim fuit, Augustin. *c. qui Episcopatum* 8. *q.* 1. & Episcopi dicti fuerunt ab inspiciendo sive speculando, origine græca, quo videlicet officii sui admoneantur, quasi super specula constituti ad providendum & cavendum, ne quid detrimenti capiat Ecclesia, vel in doctrina vel in moribus, [vid. *cap Cleros § Episcopatus Distinct.* 21.] & ut intelligant non esse Episcopum, qui præesse & non prodesse dilexerit. [Quò pertinet illud Jehovæ apud Prophetam: Speculatorem te dedi domus Israël, *Ezech c. 3. vers.* 17. *& cap* 33 *vers.* 7. Specul. *in proœm. sui oper. num.* 27. Et illud: Speculatores ejus cœci omnes, *Esa cap. 56. vers.* 10. Confer Rittershus. *in Commentar. Novell. part. 1. cap. 7 num. 7. & seqq.* Wurtzler. *de jurisd. Episc. Germ. tit. 1. 2. 3. & seqq.* Alciat. *ad rubr. C. de sum. Trinitat.* Confer Johan. Azor. *institut. moral lib. 3 cap. 27.*
part. 2. ubi notat nomen Episcopi † etiam apud 13
gentiles in usu fuisse, & nomen Magistratus denotasse, ut colligit ex *l. munerum 2. § Irenarcha ff. de munerib. ubi dicitur:* Episcopi qui præsunt pani & cæteris venalibus, quæ civitatum populis quotidianum victum suggerunt, personalibus muneribus funguntur. Et Cicer. ad Attic. scribit: Vult me Pompejus esse, quem tota hæc maritima ora vocat Ἐπίσκοπον id est speculatorem & custodem.]

Sunt autem Episcopi † Antistites, qui Clero 14
& populo præsunt, veluti pastores, patres & ministri Christi; velut in *l. 6. C de Episcop & Cler.* qui populum Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, Cujac. *in paratit. C. de Episcop. & Cler.* [vid Matth. Steph. *ad Tit. 4 lib. 1. Cod. in calce tractat. de jurisd.* Sleidan. *lib. 12. Commentar p. m.* 324. *&* 326.]

Episcopi munus † præcipuum est Ecclesias 15
suæ Diœcesis visitare, in illisq; verbum Dei prædicare [Johan. Azor. *Instit Moral. lib. 3. cap. 27. part. 2*] quod si ipse justis de causis nequit præstare, alterius operâ omninò uti debet, Innocent. *in c. inter. de offic. jud. ordin.* Menoch. 2. *arbitr. jud. quæst. cas* 424. Ideoque si sufficientes ipsi per se non sint, Coadjutor moribus adjungi consuevit, *c. quamvis triste, caus 7. q 1. c. 35. de Cler. ægrot. c. grandi, de supplent. prælat. neglig. in 6.* [utpote propter senectutem, infirmitatem, furorem, dementiam, aliaque impedimenta, de quibus vid. Cardinal. Tusch *pract conclus.* 405. *lit. C.*] qui tamen non parem cum Episcopo habet potestatem

tem, c. quamvis, dist. 68. Musc. de success. convent. memb. 1. class. 1. concl. 3. lit. p. num. 101. [vid. tamen Tusch conclus. 402. d. lit. C.]

Nota tamen hodie esse practicam succedendi in Episcopatu prætextu Coadjutoralis subsidii. [Confer. Sleid lib. 12. Comment. Cardin. Tusch. d. conclus. 403. num. 9. lit. C]

16 In Evangelicis † Ecclesiis loco Episcoporum, quoad functionis ministerii & ordinis, constituuntur Superintendentes, qui nihil aliud in nostris Ecclesiis sunt, quam Episcopi, ut notat Isidor. lib. 7. Etymolog. cap. 12. cujus verba sunt Canonizata in c. cler. circ. med. dist. 21 facit. c. legimus, d. 93. Schrad. de feud. p. 9. c. 3. num. 29. Ernest. Cothm. 2. cons. 64. num. .. add. c. qui Episcopatum, caus 8. q. 1. [Joh Azor. d. lib. 3. c. 27 quæst. 1. part. 3.] Hisce diligens

17 inspectio † & cura Ministerii incumbit, neque ad hoc officium vocantur, nisi spectata sit eorum doctrina ac eruditio & vitæ integritas ex multis rerum argumentis percepta. [Indeque hæc tria, Episcopus, Superintendens & Inspector eandem rem significant. Rittershus. d. cap. 7. num 10. part. 1. Comment. Novell. add. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 3. part 1. c. 16.]

18 Ex praxi Ecclesiæ Romanæ † & partim Germaniæ inter ipsos Episcopos constituti sunt quidam gradus: alii namque sunt Patriarchæ, alii Primates alii Archiepiscopi vel Metropolitani, alii simpliciter Episcopi.

19 Patriarcha, † ab archos, id est, Princeps patrũ dicitur, [per text. in c. Cleros, d. distinct. 21. [Cardin. Jacobat. in tract. de Concil. lib. 1. art. 1 sub num. 163. Et Patriarcha est supra Archiepiscopum & ab Archiepiscopo ad Patriarcham appellatur, Sigismund. Scac. de Appellat. q. 8 sub num. 97. [De hujus prærogativa & utriusque differentia vid plura apud Johan. Azor. Institut. Moral. lib. 3. cap. 35. part. 2. ubi vid.]

20 Primates † dicuntur quasi primas sedes tenentes, Card. Jacob. d. art. num. 256 Azor. dict. loc. vel secundum eundem, primas, quasi primus præsi-

21 deus. Realiter † autem primates à Patriarchis non differunt, propriè sumpti, nisi quod Patriarchæ quatuor tantùm in specie ita dicti sint. videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus. [Præter enumeratos, sub ditione Veneta hodie existere Patriarcham Aquilegiensem, notat Conrad. Rittershus. in Comment. Novell. part. 2. cap. 7. num. 14. Primatum verò major est numerus per ea, quæ traditt Scacc. in d. q 8. num. 99. [Et quamvis olim

† Archiepiscopus idem fuerit quod primas, 22 Postea tamen, creatis pluribus Archiepiscopis, nomen Primatis datum est iis Archiepiscopis, qui præerant Civitatibus sub quibus erant aliæ Civitates Archiepiscopos habentes. Ita ut Primates sint patres non solum Episcoporum, sed etiam Archiepiscoporum: ut Cantuariensis Episcopus vulgò dicitur Primas in Anglia: Eboracensis olim Primas Scotiæ: Toletanus Hispaniæ: Bituricensis Aquitaniæ: Carthaginensis Africæ, referente Johan. Azor. Institut. Moral. lib 3. cap. 33 vers. tertio quæritur, part. 2. Singulari etiam prærogativa, ex antiquo Germaniæ instituto, Archiepiscopus Magdeburgensis, Primas per Germaniam, appellatur. Similiter Abbas Fuldensis, usurpat Titulum Primatis per Germaniam & Galliam, quod tamen non eo, quo modò dictum est, sensu in utroque accipiendum est]

Sunt itaque Patriarchæ, † qui integræ nationi, in qua plures provinciæ & civitates unà cum 23 earum Archiepiscopis & Episcopis continentur, præsident. [Et prædicti 4. Patriarchatus Orientales † quorum Ecclesiastica historia, creberrimam facit mentionem, in regno Turcico etiamnum hodie supersunt, è quibus Antiochenus in pulcherrima omnium, quæ Turcis in Asia parent, urbe Damasco, propè fanum D Mariæ virginis suam nunc sedem habet: Alexandrinus verò Cairum Ægipti metropolim translatus est, Constantinopolitanus verò in urbe Constantinopolitana adhuc residet, cujus omnium latissimè diœcesis pater, totam Græciam Mysiamque, hodiè Serviam vocatam, nec non Bulgariam, Thraciam, Wallachiam, Moldaviam, Russiam, Moscoviam, Insulasque Ægei maris & Asiam minorem complectens, exceptis adhuc specialibus Græcorum Ecclesiis, quæ Venetiis, Anconæ, Messenæ in Sicilia, in Melita, Arabia, Iberiaque colliguntur, ut ex aliis scriptoribus & ocularium testium relatione, scribit Phil. Nicol. in lib. de regn. Christ c. 1. Confer Besold. in Thesaur. pract. verb. Patriarchen, ubi ex Erasm. à Chokier, in consilit. concil. Lateranens. exempt. à jurisd §. 1. § 2. Schol. 23. num. 2. ostendit, Patriarchas in locum Primatis seu primi Flaminis suffectos esse: Quadripartitum enim † fuisse apud gentiles, circa 25 Religionis administrationem personarum ordinem. Primates sive primos Flamines, qu bus

24

2. *de considerat.* Confer Dn.D.Meisner. *de regim. Ecclesiast. conclus.*185. *& seqq.* [Hinc Marsil.Patavin. *in Defens. Pac part.*2. *cap.*4 *pag. mihi* 135 *in fin.*
8 D. Chrysostom. refert verba hæc: † Primatum Ecclesiæ concupiscere, neque justum, neque utile est. Quis enim sapiens vult ultrò subjicere, servituti tali & periculo, ut det rationem pro omni Ecclesia, nisi forte, qui non timet Dei judicium, abutens primatu suo seculariter, ita ut convertat in secularem.]
9 Hunc primatum Cathedræ Romanæ, † continuæ successionis serie à tempore Petri sine interruptione continuatum gloriantur, indeque non exiguum pro stabilienda dominatione argumentum colligunt: cui idem Chrysostomus respondet, inquiens: Non Cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram. Neq; omnis sacerdos sanctus: sed omnis sanctus sacerdos, *d.c. multi, dist.*40. Idem asserit Hieronymus, dum ait: Non sunt filii sanctorum, qui tenent loca sanctorum, sed qui faciunt opera eorum, *c. non est facile dist* 40. [add. *c. plerunq; in notat. in fin.q.*7.] uti & originis & successionis Apostolicæ jactatores, non statim censentur Apostolici, ut Tertullianus dixit. Scribæ & Pharisæi sedebant in Cathedra Mosis, *Matth.*23. [Hypocritæ & cultores Baalim in domo Domini, *Jerem.*7. *vers.*10. Confer Osiandr. *in Pap. non Pap. Loc. de Primat.*
10 *pag* 24.] Interruptionis † argumentum, præter sexcenta alia exemplum satis esset sufficiens Joannæ Papæ meretricis, de qua non solùm testatur Platina, sed & alia vetusta Chronica: Legi id in Chronicis Coloniensibus vetustissimis, & in antiquis Chronicis Gallicis, ubi talis adscribitur versus:

Papa pater patrum, Papissa peperit partum.

Justinianus quidem Romano Episcopo tribuit primatum, quem non de dominatione sed sessione Dd. communiter intelligunt, *Nov* 131 *c.*2. [Of-
11 ficium Pontificis † ex Hieronym *in Levit.* describitur *in c. si quis vult Pontifex distinct.*37. hoc modo: Hæc duo sunt Pontificis opera, ut aut à Deo discat, legendo scripturas divinas & sæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu sed quæ Spiritus S. docet. Et aliud opus quod facit Moses: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus ejus &c. ubi plura *in eod. & seqq. capit.* hac de re constituta invenies.]

Episcopatus † nomen operis non honoris 12
olim fuit, Augustin. *c. qui Episcopatum* 8. *q.*1. & Episcopi dicti fuerunt ab inspiciendo sive speculando, origine græca, quo videlicet officii sui admoneantur, quasi super specula constituti ad providendum & cavendum, ne quid detrimenti capiat Ecclesia, vel in doctrina vel in moribus. [vid. *cap Cleros* § *Episcopatus Distin* ...] & ut intelligant non esse Episcopum, qui præesse & non prodesse dilexerit. [Quò pertinet illud Jehovæ apud Prophetam: Speculatorem te dedi domus Israël, *Ezech c.*3. *vers.*17. *& cap* 33. *vers.*7. Specul. *in proœm. sui oper. num.*27. Et illud: Speculatores ejus cæci omnes, *Esa cap.*56. *vers.*10. Confer Rattershus. *in Commentar. Novell. part.*1. *cap.* 7 *num.*7. *& seqq.* Wurtzlet. *de jurud. Episc. Germ. tit.*1.2.3. *& seqq.* Alciat. *ad rubr. C. de sum. Trinitat.* Confer Johan. Azor. *institut. moral lib.*3 *cap.*27. *part.*2. ubi notat nomen Episcopi † etiam apud 13
gentiles in usu fuisse, & nomen Magistratus denotasse, ut colligit ex *l. munerum* 2. § *Irenarcha ff. de munerib. ubi dicitur:* Episcopi qui præsunt pani & cæteris venalibus, quæ civitatum populis quotidianum victum suggerunt, personalibus muneribus funguntur. Et Cicer. ad Attic. scribit: Vult me Pompejus esse, quem tota hæc maritima ora vocat Ἐπίσκοπον id est speculatorem & custodem.]

Sunt autem Episcopi † Antistites, qui Clero 14
& populo præsunt, veluti pastores, patres & ministri Christi: vel ut in *l* 6. *C de Episcop & Cler.* qui populum Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, Cujac. *in paratit. C. de Episcop. & Cler.* [vid Matth. Steph. *ad Tit.*4 *lib.*1. *Cod. in calce tr. ctat. de jurud.* Sleidan. *lib.*12. *Comment.* *ar p.m.*324. *&* 326.]

Episcopi munus † præcipuum est Ecclesias 15
suæ Diœcesis visitare, in illisq; verbum Dei prædicare. [Johan. Azor. *Instit Moral. lib.*3. *cap.*27. *part.*2] quod si ipse justis de causis nequit præstare, alterius operâ omninò uti debet, Innocent. *in c. inter. de offic. jud. ordin.* Menoch. 2. *arbitr. jud. quæst. cas.*424 Ideoque si sufficientes ipsi per se non sint, Coadjutores illis adjungi consuevit, *c. quamvis triste, caus.* 7 *q* 1. *c.*35. *de Cler. ægrot. c. grandi, de supplent. prælat. neglig in* 6. [utpote propter senectutem, infirmitatem, furorem, dementiam, aliaque impedimenta, de quibus vid. Cardinal. Tusch. *pract conclus.* 40;. *lit. C.*] qui tamen non parem cum Episcopo habet potestatem

tem, c. *quamvis, dist.* 68. Musc. *de success. convent. memb*, 1. *class.* 1. *concl.* 3. *lit. p. num.* 101. [vid. tamen Tusch *conclus* 402. *d. lit.* C.]

Nota tamen hodie esse practicam succedendi in Episcopatu prætextu Coadjutoralis subsidii. [Confer. Sleid *lib.* 12. *Comment.* Cardin. Tusch. *d. conclus.* 403. *num.* 9. *lit.* C]

16 In Evangelicis † Ecclesiis loco Episcoporum, quoad functionis ministerii & ordinis, constituuntur Superintendentes, qui nihil aliud in nostris Ecclesiis sunt, quàm Episcopi, ut notat Isidor. *lib.* 7. *Etymolog. cap.* 12. cujus verba sunt Canonizata *in c. cleros, med. dist.* 21 *facit. c. legimus, d.* 93. Schrad. *defend. p.* 9. *c.* 3. *num.* 29. Einest. Cothm. 2. *cons.* 64. *num.* [illegible] *add. c. qui Episcopatum, caus* 8. *q.* 1. [Joh Azor. *d. lib.* 3. *c.* 27 *quæst.* 1. *part.* 3.] Hisce diligens

17 inspectio † & cura Ministerii incumbit, neque ad hoc officium vocantur, nisi spectata sit eorum doctrina ac eruditio & vitæ integritas ex multis rerum argumentis percepta. [Indeque hæc tria, Episcopus, Superintendens & Inspector eandem rem significant, Rittershus. *d. cap.* 7. *num* 10. *part.* 1. *Comment, Novell.* add. Matth. Stephan. *de jurisd. lib.* 3. *part* 1 *c.* 16.]

18 Ex praxi Ecclesiæ Romanæ † & partim Germaniæ inter ipsos Episcopos constituti sunt quidam gradus: alii namque sunt Patriarchæ, alii Primates alii Archiepiscopi vel Metropolitani, alii simpliciter Episcopi.

19 Patriarcha, † ab archos, id est, Princeps patrũ dicitur, [per text *in c. Cleros, d. distinct.* 21. [Cardin. Jacobat. *in tract. de Concil. lib.* 1. *art.* 1 *sub num.* 163. Et Patriarcha est supra Archiepiscopum & ab Archiepiscopo ad Patriarcham appellatur, Sigismund. Scac. *de Appellat. q.* 8 *sub num.* 97. [De hujus prærogativa & utriusque differentia vid plura apud Johan. Azor. *Institut. Moral. lib.* 3, *cap.* 35. *part.* 2. *ubi vid.*]

20 Primates † dicuntur quasi primas sedes tenentes, Card. Jacob. *d. art. num.* 156 Azor. *dict. loc.* vel secundum eundem, primas, quasi primus præsi-

21 deus. Realiter † autem primates à Patriarchis non differunt, propriè sumpti, nisi quod Patriarchæ quatuor tantùm in specie ita dicti sint. videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus. [Præter enumeratos, sub ditione Veneta hodie existere Patriarcham Aquilegiensem, notat Conrad. Rittersh. *in Comment. Novell. part.* 1. *cap* 7. *num.* 14. Primatum verò major est numerus per ea, quæ tradit Scacc. *in d. q* 8. *num.* 99. [Et quamvis olim † Archiepiscopus idem fuerit quod primas, 22
postea tamen, e cæteris pluribus Archiepiscopis, nomen Primatis datum est iis Archiepiscopis, qui præerant Civitatibus sub quibus erant aliæ Civitates Archiepiscopos habentes. Ita ut Primates sint patres non solum Episcoporum, sed etiam Archiepiscoporum: ut Cantuariensis Episcopus vulgò dicitur Primas in Anglia: Eboracensis olim Primas Scotiæ: Toletanus Hispaniæ: Bituricensis Aquitaniæ: Carthaginensis Africæ, referente Johan. Azor. *Institut. Moral. lib.* 3. *cap.* 33. *vers. tertio quæritur, part.* 2. Singulari etiam prærogativa, ex antiquo Germaniæ instituto, Archiepiscopus Magdeburgensis, Primas per Germaniam, appellatur. Similiter Abbas Fuldensis, usurpat Titulum Primatis per Germaniam & Galliam, quod tamen non eo, quo modò dictum est, sensu in utroque accipiendum est]

Sunt itaque Patriarchæ, † qui integræ nationi, in qua plures provinciæ & civitates unà cum 23
earum Archiepiscopis & Episcopis continentur, præsident. [Et prædicti 4. Patriarchatus Orientales † quorum Ecclesiastica historia, creberrimam facit mentionem, in regno Turcico etiamnum hodie supersunt, è quibus Antiochenus in pulcherrima omnium, quæ Turcis in Asia parent, urbe Damasco, propè fanum D Mariæ virginis suam nunc sedem habet: Alexandrinus verò Cairum Ægypti metropolim translatus est, Constantinopolitanus verò in urbe Constantinopolitana adhuc residet, cujus omnium latissimè diœcesis patet, totam Græciam Mysiamque, hodiè Serviam vocatam, nec non Bulgariam, Thraciam, Wallachiam, Moldaviam, Russiam, Moscoviam, Insulasque Ægei maris & Asiam minorem complectens, exceptis adhuc specialibus Græcorum Ecclesiis, quæ Venetiis, Anconæ, Messenæ in Sicilia, in Melita, Arabia, Iberiaque colliguntur, ut ex aliis scriptoribus & oculatorum testium relatione, scribit Phil Nicol. *in lib. de regn Christ c.* 1. Confer Besold. *in Thesaur. pract. verb. Patriarchen*, ubi ex Erasm. à Chokier. *in consult. concil. Lateranens. exempt. à jurisd* §. 1. §. 2. *Schol.* 23. *num.* 2. ostendit, Patriarchas in locum Primatum seu primi Flaminis suffectos esse: Quadripartitum enim † fuisse apud gentiles, circa 25
Religionis administrationem personarum ordinem. Primates sive primi Flamines, qui bus

surrogati Patriarchæ, Archiflamines, in quorum locum Archiepiscopi: Flamines, quibus Episcopi: Parochi, quibus hodierni Pastores surrogati, Chokier. *d. loc.* Confer Wilhelm. Ferdinand ab Effern. *in Manual Politic. lib 4. punct. 5 pag. 662.* ubi tamen opinatur: Quod iniuria temporum, crescente malitia hominum, Patriarcharum sedes ab Ecclesia, & officium cum dignitate in Cardinales translatum sit.]

26 Archiepiscopi † verò, qui provinciæ, plures civitates cum earum Episcopis, complectenti, præsunt, per ea, quæ tradit Laurent. Ohm. *de jur. Episcopal concl.* 13. [Indeque Episcopus subest suo Archiepiscopo, tanquam Metropolitano, & is in Ecclesiasticis Episcopi judex ordinarius est, *c. pastoralis ibique* Abbas Panormit. *in 1. notab x. de offic. ordin c. scitote, cum seqq. caus. 6. quæst. 3.* Sigis. Scacc. *de iudic. quæst. 8. nu. 86.* eumque in diœcesi sui Episcopi, ex negligentia Prælatorum cognoscere de causis subditorum Episcopi post Federic. de Sen *consil* 158 *v rs. ad secundum*, tenet Cardina. Tusch. *pp conclus* 483. *num. 1. per notat add. cap Pastoralis.* Est enim Græcè notatione Nomi-

27 nis Archiepiscopus † Princeps Episcoporum, Johan. Azot *instit. moral. lib. 3 cap 33. part. 2.* ubi plura de jure & prærogativa Archiepiscoporum, add Wilhelm Ferdinand. ab Effern *in Manual. Politic. sive de Rat. stat lib. 4. punct. 5. pag. 663.* ubi notat, quod sicut Patriarchæ, sub sua iurisdictione multos Archiep scopos, ita hi aliquot Episcopos, sibi suffraganeos habent, de quorum causis legitimè cognoscunt & agunt, & singulis annis cum illis synodum celebrant. Inde fieri existi-

28 mo, † quod etiam quidam Episcopi Germaniæ Principali honore fulgentes, Archiepiscopos suos Dominos Clementes, Gnedige Herrn, appellent, utanimadverti aliquando ex literis, moderni Episcopi Spirensis, ad Archiepiscopum Moguntinum datis, cum tamen regulariter Principes Germaniæ etiam erga Electores, non aliâ quam Dilectionis ceremonia utantur, schreiben ihnen nicht E. Gnaden, sondern E. Liebden, nisi forte ætatis vel alia honestatis & urbanitatis causa aliquando, præsertim à iunioribus id fiat. Hujus autem ratio esse potest, quod certum sit, Episcopum debere Archiepiscopo honorem & obsequia, cum ipse sit Dux Episcoporum suæ provinciæ, Matt. Neapolitan. *de jurisdict. part. 4. cen-*

29 *tur. 1. cas. 18. num. 16. 17.* Omnes autem † prædictæ dignitates Ecclesiasticæ, majorum Dignitatum, generali Prælatorum appellatione continentur, ut not. König. *in theatr. Politic. part. 1. cap. 17. n. 3.* Et hoc sensu quivis Episcopus, dicitur Prælatus omnium Ecclesiarum suæ Diœceseos, Feder. de Sen. *consil.* 145. *num. 6.* Card. n. Tusch. *pp. conclus.* 494. *num. 2. lit. P.* Quod tamen non extenditur ad monachos, qui peculiarem Prælatum immediatum, velut generalem aut provincialem, aut Abbatem Prælatum habent, *ibid.* De usu imperii Romani, † in specie Prælati dicuntur, qui quidem immediatè imperio subjecti, partim etiam principali honore fulgent, suffragiorum tamen jus, ut alii Principes non habent, sed universi unius solummodò Principis vices sustinent, Pautmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap. 10. num. 7. & seq.* Prælatorum in imperio Romano in specie ita dictorum Catalogus refertur *supra lib. 1. Class. 4. cap. 21.* Confer etiam Besold. *in Thesaur. practic. verb Prælat.* Rhoding. *in pandect. Cameral. lib 1. cap. 3.* Confer. Johan. Azot *instit moral. lib. 3. cap 25. part. 2.* 30

Generali Prælatorum appellatione † continentur etiam Abbates. Abbas idem est, quod Abba, verbo Syrico, & significat Patrem, honore, ætate & cura, & ideò Abbates Patres esse dicuntur, *c. ult. de Regularib.* Alciat. *in lib. 1. C. de in jus voc.* Spiegel *in Lexic. jur. verb Abbas.* Et ideò potius nomen esse solicitudinis quàm honoris vel ordinis, juxt. *c. tuam, de ætat. & qualitat. ubi gloss. in verb. non ascendat.* Car in. Tusch *pp. conclus. 3. lit. A.* ubi tamen *num. 3.* ex Felin. & aliis notat Abbatiam esse dignitatem, Quod hod ernis quoq; magis congruit moribus, cum Abbas præ al is sit honorandus, *cap. cum ad monasterium in verb: Abbas, de stat Monach.* Vid Cardi. Tusch. *pp conclus. 5. lit. A. per tot.* In imperio Abbates quidam † principali dignitate condecorati sunt, Gefürstete Aebte, quibus etiam Regalia competunt, quorum Catalogus relatus supra *lib 1. Class. 4. cap. 21.* Inter hos Præcipuus est, Dominus Abbas Fuldensis, qui & Augustæ Imperatricis Archicancellarius, ac per Germaniam & Galliam primas est, nullique ordinario subjectus, ut ex proprio ore Reverendissimi moderni Domini Abbatis, Domini Johannis Bernh rdi quandoque audivi. Quidam etiam Abbates sunt immediati, principali tamen honore destituuntur, qui referuntur *supra d. cap. 21.* 31 32

An istes sacerdos dictus est, † quod antestat. Primus est enim in ordine Ecclesiæ, & supra se nullum habet, *text. in c. Cleros § Antistes, distinct.* 33

21. De

21. De ordine dignitatum Ecclesiasticarum apud Græcos. Confer Philipp. Nicolai, *de Regn. Christ. lib.1.cap.1. pag. mihi* 27. Quo tempore autem & qua ratione Græcorum Ecclesia à Romani Pontificis potestate & iurisdictione se subtraxerit, latè tractat Johan. Azor. *instit. moral. lib.4. cap.15. part.2. fol 571. & seqq.*]

34 Hisce postea accesserunt † Cardinales. [Hi censentur tanquam fratres Papæ & pars corporis ipsius, per tradita Jul. Clar. *in §. læsa Majestatis crimen, num.4. in fin.* Rittershus. *in Novell. part.1. cap 7. num.14.* Johan. Azor. *instit. moral. lib.4. cap 1. part* 2. ideoq; Cardinalem offendentem, etiamsi esset Imperator, crimen læsæ Majestatis committere, à Canonistis creditur; *per gl in c. ad Apostolica, in verb: Cardinales, de sentent. & re judic. in* 6. post alios ita etiam determinat Prosp. Farinac. *de crim. les. Majest q.* 112. *n.* 100. *& seqq.* Dicti autem

35 Cardinales à cardine; † quod sint quasi cardines, quibus tota machina mundi, & sanctæ Ecclesiæ sustentatur, & ad quos post Papam spectat, providere animabus populi Christiani, post Castrens. *consil.* 420. *viso puncto, nu.* 3. scribit Cardin. Tusch. *p. conclus.* 96. *num. lit. C.* vel quod Ecclesia consilio eorum regatur, velut ostium cardine, *per not. in c. sacrosancta ad fin. distinct.* 25. Besold. *in Thesaur. pract. verb. Cardinal.* Johan. Azor *instit moral. l.4.c.1. part.2.* ubi ad hoc adducit dictum: Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem, 1. *Reg. cap.* 2. Quo tempore

36 Cardinalatus dignitas cœperit, † inter Canonistas non eadem est sententia, ut videre est apud Tusch. *concl.* 95. *lit. C. ubi n.* 1. notat, tempore donationis factæ à Constantino Ecclesiæ nondum extitisse Cardinales, quamvis *ibid. n.* 4. ex Rom. notet, quoad rem ipsam Cardinales, hoc est ejusmodi Adjutores & Consiliarios semper fuisse, sub alio tamen nomine, prout adhuc hodie consiliarii appellantur, *in c fundamenta: de Elect in* 6. vid. omninò Johan. Azor. *Institut. Moral. lib* 4. *cap.1. part* 2. Wilhelm. Ferdinand ab Efferen *in Manual. Politic: sive de Ration. stat. lib.4. punct.5.*

37 *pag. m.* 650. ubi notat, Quod Cardinales † sint summi Pontificis primi Consiliarii, Assessores & Electores, ac in gubernanda Ecclesia cardines, in quibus illius ostia versentur & sustineantur. Et *p* 659. Quod cæteros omnes in ipsa Ecclesia post summum Pontificem, honore ac dignitate præcedant. Veterem tamen illam † &

38 puriorem Ecclesiam, de illis nihil novisse, nihilque Justinianum in suis constitutionibus de Clericis & Ecclesiasticis personis cavisse, notat Conrad. Rittershus. *in Novell. part.1. cap.7. nu.14.* Confer Sleidan. *commentar lib.12.* Plura de Cardinalium privilegiis, honore, dignitate & Collegio, vid. apud Tusch. *conclus.* 100. *& aliquot seqq.* Besold. *in Thesaur. d. verb. Cardinal* Johan. Azor. *Institut: Moral. lib.4. c.1 part:1.*]

Ad Ecclesiasticas personas etiam referuntur Commendatores † ordinis Teutonici; qui partim Ecclesiasticam, partim secularem personam sustinent; ideoque secundum quid religiosi dicuntur; possunt enim arma movere & usurpare, quæ tamen Clericis regulariter sunt prohibita, per ea, quæ tradit Gylman. *in Symphorem. supplic. tom.1. p.1 tit.3. ad suppl 9 fol.* 193. *& seq.* [De horum conditione & origine vid. quæ disseruntur apud Sleidan. *lib* 12. *Commentar. statim à princip.* Proprie tamen † religiosos esse & dici Commendatores Ord nis Teutonici & quidem Regulares, multis tuetur Cacheran. *decis. Pedemont.* 27. *n* 17. *& seqq.* Idque præsertim ex illa ratione quod fratres illius ordinis profiteantur castitatem, paupertatem, & obedientiam, quæ tria substantialia sunt veræ & regularis religionis, *c. cum ad monasterium. de stat Monach.* Calp Anthon. Thessaur. *quæst. forens.* 18. *n* 3 *lib.1.* Cardin. Ludovis. *decis.* 87. *& ibid.* Oliver. Beltramin *in Addition.* plurimis auctoritatibus & rerum judicatarum præjudiciis firmat, ideoque quicquid acquirunt Ecclesiæ cedere. Et propterea successionis Feudalis capaces non esse notat Casp. Anthon. Thessaur. *d. quæst.* 18 ubi dicit hanc sententiam veriorem & communiorem esse, quamvis de consuetudine aliud obtineat; Cacheran. *d loc.* & alii allegati à Thessaur. E contrario statuunt alii non postremi nominis JCti allegati à Cran. *de pac. Religion. part problem.* 12. *in connexis, p:* 222: Vid. omninò Nicol. Garciam, *de Benefic. part.1 cap.4. per tot. & notanter nu.* 21. ubi tandem concludit, † quod non verè & propriè, sed secundum quid & largè religiosi dicantur, Ecclesiasticis tamen personis, eos accensendos, negari non posse ibidem defendit. Vid. etiam quæ prolixè tradit Azor. *Instit. Moral lib.* 13 *c.3. part.1.* Ex usu imperii Romani, † qui jam dicuntur Commendatarii Provinciales Land-Commenthuren einer gantzen Balley, quibus tota Ballivia & in ea alii Commendatores ac ordinis personæ subsunt. Ex illis rursus quidam sunt immediati, quales sunt die Land-

39 (right margin)

40 (right margin)

41 (right margin)

42 (right margin)

Commenthur der Balley Elsaß/Burgund vnnd Coblentz. Quidam mediati, qui quidem quoad ordinis regulas, professionem & status conditionem, immediatè Magistro ordinis Teutonici parent: in reliquis Principibus, in quorum ditionibus domicilia & possessiones habent, certis conditionibus subsunt, in Comitiis provincialibus comparent & onera subeunt, quales sunt Commendatores Provinciales in Austria, Bavaria, Saxonia, Thuringia, Hassia, &c. *vid notat. supr. lib 1. Class. 5. cap. 10. num.* 19. 23. 24. 25.]

SOLI DEO GLORIA.

INDEX CAPITUM.

Libri Primi Class. I.

Libri I. Class. II.

Lib. I. Class. III.

Cap.

Cap.5.

INDEX

INDEX

RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSImus, quæ in hoc de Regimine Seculari & Ecclesiastico tractatu continentur.

Primus numerus Librum, alter Classem, tertius Caput, & ultimus numerum marginalem denotat.

A.

B.

C

tan;

G.

Galliæ

H.

A

ti

M.

Potestas

Ideoque

Q.

R.

Servi-

V.

FINIS.

